FRANCISCI MARIÆ
PITONII
DE
CONTROVERSIIS
PATRONORUM,
ET DISCEPTATIONES
ECCLESIASTICÆ:

Opus in Sex Tomos diſtributum.



FRANCISCI MARIÆ
PITONII
ADVOCATI ROMANI,
deinde Episcopi Imeriæ,
ET BENEDICTI XIII. PONTIF. MAX.
AUDITORIS;

DE CONTROVERSIIS
PATRONORUM,
NEC NON AB EIS PRÆSENTATORUM
Ad Beneficia & Cappellanias quascumque, & alia Relicta pia; ubi Casus Practici, qui in materia Jurispatronatus per Ecclesiasticas Curias ventilantur, & in quibus Auctor vel ad defensam scripsit, vel pro veritate consuluit; additis judicatis diversorum Romani Fori Tribunalium, signanter SACRÆ ROTÆ, maturiori examine disceptantur;

TOMUS PRIMUS.

Opus non tantùm Judicibus & Curialibus, sed etiam Episcopis & aliis Ecclesiarum Prælatis, apprimè utile ac necessarium.



VENETIIS, MDCCXLVI.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

INDEX ARGUMENTORUM
SINGULARUM ALLEGATIONUM,
Quæ in Primo de Controversiis Patronorum Volumine continentur.

ALLEGATIO I.
ARGUMENTUM.

DE duplici specie Jurispatronatus, Activi scilicet; & Passivi, & de utriusque differentia. Vocatis ad Passivum, quod tempus competat ad se opponendum. Et an Provisio Apostolica remaneat subreptitia ob non expressionem existentiæ passive vocatorum, si isti in tempore se non opponant. Et alia, quæ in corpore subalternantur.

ALLEGATIO II.
ARGUMENTUM.

Major pars Patronorum præsentando non Idoneum, quando privetur potestate præsentandi, etiam durante quadrimestri; & per contrarium eo etiam elapso, habeat novum terminum ad præsentandum. Lite pendente inter Præsentatos, an Patroni, qui unum ex eis nulliter, sed bona fide præsentarunt, possint iterum valide præsentare durante quadrimestri.

ALLEGATIO III.
ARGUMENTUM.

An Patronus Laicus variare possit lite pendente inter præsentatos, & plura in materia variationis. Institutus per malæ fidei Possessorem an sit removendus. Judex dare potest sententiam Institutionis præsentato per Patronum putativum, & sententiam in petitorio favore Patroni veri, nec eo terminato removetur Institutus per Patronum putativum.

ALLEGATIO IV.
ARGUMENTUM.

Prælatio debita Præsentato de sanguine Patronorum in paritate vocum, an intelligatur respectu Patronorum, qui præsentant non ratione eorum personæ particularis, sed ratione, seu occasione Officii, Dignitatis, Collegii, vel Universitatis. Gratia pro præsentato obtenta ob extraneo non facta mentione compræsentati de sanguine Patronorum an sit nulla, si de tempore datæ nondum fuerat compræsentatus de sanguine. Et quid, si eo tempore supplicans non fuerat præsentatus, sed postea; & medio tempore Compatroni præsentarunt Consanguineum.

ALLEGATIO V.
ARGUMENTUM.

Deciditur gravis articulus, an nova forma Concursus inducta ex dispositione *Sacr. Conc. Trident. sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* in provisionibus Parochialium de Jurepatronatus Ecclesiastico locum habeat etiam in illis, quæ ab immemorabili solitæ fuerint absque concursu provideri.

ALLEGATIO VI.
ARGUMENTUM.

Præsentatus de sanguine unius Compatroni obtinet Gratiam pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum in data anteriori, & per contrarium alter, qui est Compatronus obtinet Gratiam Apostolicam pro se ipso cum eadem derogatione in data posteriori, quæritur, quis ex istis Provisis sit præferendus coram Executore Literarum Apostolicarum.

ALLEGATIO VII.
ARGUMENTUM.

Compatronus extraneum, & non qualificatus juxta legem Fundationis in paritate vocum non est præferendus Consanguineo Fundatoris. Et vocato uno de parentela Fundatoris in genere, Patronus habet libertatem præsentandi quemcunque voluerit, non attenta qualitate gradus proximioris, aut remotioris.

ALLEGATIO VIII.
ARGUMENTUM.

Quando ex duobus æqualiter Patronis unus præsentat extraneum, & alius per viam precum supplicat Ordinario pro se Ipso, iste est gratificandus, & instituendus ab Ordinario, excluso Extraneo.

ALLEGATIO IX.
ARGUMENTUM.

An Patroni laici cogi possint per Superiorem ad dividendum Jus præsentandi per turnum, seu per Alternativam. Et quid in Patronis Ecclesiasticis, & in pluribus Collatoribus habentibus simultaneam; nec non alia de Alternativis, Bipartitis, Tripartitis, & Quatripartitis inter Regulares.

ALLEGATIO X.
ARGUMENTUM.

Explicatur differentia inter Juspatronatus Gentilitium familiare, & Gentilitium lineale. Præsentatio in familiari spectat promiscue ad Patres cum Filiis familias, & proximiore simul cum remotioribus in capita. In lineali autem fit præsentatio gradatim, seu ordine successivo, itaut proximiores excludant remotiores.

ALLEGATIO XI.
ARGUMENTUM.

Fœminæ agnatæ succedunt per posterius in Jurepatronatus deducto ex observantia juxta quam semper masculi Agnati præsentarunt tanquam seniores, & antiquiores de Domo, & Casata. In Jurepatronatus gentilitio quasi *possessio* præsentandi quæsita ab extraneo vigore donationis factæ ab Agnato non afficit alium de Domo per posterius Jure proprio vocatum.

ALLEGATIO XII.
ARGUMENTUM.

Obligatio Patroni de restaurando Cappellam de suo Jurepatronatus, an extendatur ad casum, quo Ecclesia, ubi illa existit, redacta fuerit in meliorem structuram, ex causa ejus totalis reædificationis.

ALLEGATIO XIII.
ARGUMENTUM.

Reservato Jurepatronatus quatuor distinctis personis, earumque descendentibus masculis in Infinitum = e *mancando le linee masculine alle feminine* = An substitutio Fœminarum intelligatur in casu, quo deficiant masculi distributive in qualibet linea, vel potius in casu, quo deficiant omnes masculi collective omnium linearum.

ALLEGATIO XIV.
ARGUMENTUM.

Juspatronatus, quod fit hæreditarium in ultimo de Familia, extinguitur, seu devolvitur ad Episcopum,

si ille

si ille decesserit Anima nascente instituta, ejusque hæreditas fuerit distracta in partes, ad effectum celebrationis Missarum, & tali casu existentibus aliis Patronis, Episcopus subintrat ad compræsentandum pro sua rata in locum ultimi de Familia extincta.

ALLEGATIO XV.
ARGUMENTUM.

Competente Jurepatronatus pluribus distinctis Familiis, super pluribus distinctis Beneficiis si una ex illis deficiat, & ultimus decedat sine hærede, vox familiæ extinctæ non accrescit aliis Compatronis, sed transit ad Episcopum, ad quem spectabit Jus præsentandi simul cum aliis Compatronis.

ALLEGATIO XVI.
ARGUMENTUM.

Firmatur Stylus Datariæ Apostolicæ providendi Beneficium de Jurepatronatus litigioso cum ejus derogatione in totum attenta lite inter Patronos, etiamsi agatur de vacatione Beneficii voluntaria per Resignationem in favorem.

ALLEGATIO XVII.
ARGUMENTUM.

Mandavit Fundator præsentari unum sufficientem, bonum, & idoneum Sacerdotem instructum Officio Ecclesiastico, & si contingeret aliquem ex certa Domo Sacerdotem fieri, eligendum esse per Patronos; quæritur an Beneficium sit Sacerdotale actu, vel habitu, vel Clericale.

ALLEGATIO XVIII.
ARGUMENTUM.

Fundator dividendo per Turnum Jus præsentandi inter Laicos, & Ecclesiasticos in Turno Ecclesiasticorum reddit illud Ecclesiasticum, & obnoxium reservationibus Apostolicis, quibus non censetur derogare voluisse ex reservatione Jurispatronatus in perpetuum cum distributione Turni.

ALLEGATIO XIX.
ARGUMENTUM.

Juspatronatus mixtum an cadat sub reservationibus Apostolicis in Turno Ecclesiastico, & an dicatur mixtum, vel totum Ecclesiasticum si Ecclesia illud possidendo pleno Jure, postea admiserit Laicum ad compræsentandum medietate, & secum diviserit præsentationem per Turnum: Prorogatio vacationis Episcopatus usque ad capturam possessionis in vim *reg. 2. Cancellar.* non habet locum, si per Provisum præsentatis Litteris Capitulo, & petita possessione, fuerit impeditus per tertium hoc directo agente, & plura de Jurepatronatus Regio.

ALLEGATIO XX.
ARGUMENTUM.

Consensus Ordinarii non requiritur in legato Jurispatronatus facto non Compatrono, quando illud est conditionale, & conditio purificata fuit tempore, quo Legatarius factus erat Compatronus. Prælatio in paritate vocum debita est præsentato de sanguine Patronorum extraneorum ad ampliationem *Glos. in can. neminem distinct.* 70.

ALLEGATIO XXI.
ARGUMENTUM.

In Beneficio de Jurepatronatus reservato personis Ecclesiasticis non intrant reservationes Apostolicæ, quando fuerunt exclusæ etiam tacite in limine fundationis, & ex quibus verbis tacita exclusio deducatur.

ALLEGATIO XXII.
ARGUMENTUM.

Nominatio differt a præsentatione, & nullum dat Jus nisi exhibeatur intra terminum Juris coram Ordinario, nec sufficit exhibitio coram Judice Commissario, nec productio facta coram Notario Episcopali, & quid coram Datario, vel Auditore Rotæ? Renunciatio præsentationis potest fieri in manibus Patron, & plura alia notabilia in hac materia Jurispatronatus.

ALLEGATIO XXIII.
ARGUMENTUM.

Quamvis Fundator mandaverit deputari a Patronis Visitatorem Ecclesiæ de suo Jurepatronatus, ut inquirat super adimplemento onerum, & administratione redituum, hoc tamen non excludit Visitationem Episcopi, ut ipsi, seu ejus Visitatori sit reddenda ratio, una cum Visitatore per Patronum deputato.

ALLEGATIO XXIV.
ARGUMENTUM.

Lex Fundationis circa præsentandum Consanguineum de linea fœminina ad Beneficium Ecclesiasticum; cum his verbis, quo = *Ne sia Patrone solamente fino che ci sarà Sacerdote, ò Chierico de domo Fundatoris* = an sit contraria substantiæ Beneficii, ad effectum, ut admitti non potuerit ab Ordinario. Præsentatus vita durante in Beneficio manuali, an removeri valeat per vocatum Jure proprio hæredem ejus, qui sic præsentavit ad materiam *Text. in l. cum a Matre de rei vindic.*

ALLEGATIO XXV.
ARGUMENTUM.

Vocatis a Testatore hæredibus nomine collectivo, & extraneos nomine appellativo ad distributionem Dotium, hæc fieri debet collegialiter in domo hæredum; & alia prout in corpore.

ALLEGATIO XXVI.
ARGUMENTUM.

Habens Jus dispensandi Dotem in certo loco simul cum aliis ibi præsentibus, an possit illam dispensare per Procuratorem?

ALLEGATIO XXVII.
ARGUMENTUM.

Capellania erecta in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata, habens annexum ex lege fundationis servitium Chori est Residentialis.

ALLEGATIO XXVIII.
ARGUMENTUM.

De eadem materia residentialis Cappellaniæ, in cujus fundatione dictum fuit, quod Sacerdos eligendus per Patronos debeat celebrare Missas, & assistere in loco Capellaniæ, & omnibus Functionibus in Ecclesia peragendis.

ALLEGATIO XXIX.
ARGUMENTUM.

Jus alimentorum in casu inopiæ non solum competit Patronis descendentibus a Fundatore, sed etiam aliis quibuscunque licet extraneis, qui habent Juspatronatus per Reservationem, successionem, vel Donationem ad intelligentiam *Text. in can. quicunque* 16. q. 7.

ALLEGATIO XXX.
ARGUMENTUM.

In Electione facienda per Patronos ad Beneficia, si Fundator dixerit = *Ricordando che si abbia sempre riguardo di darli* = Juvenibus bonis, & in servitio Ecclesiæ existentibus, an exinde censeatur pro illis ordinasse Juspatronatus passivum.

ALLEGATIO XXXI.
ARGUMENTUM.

Quando Fundator dicatur voluisse relinquere Capellanias Laicales, vel Ecclesiasticas, & de conjecturis inferentibus earum Ecclesiasticitatem, ut Episcopus cogere possit hæredem ad earundem Erectionem in titulum collativum.

ALLEGATIO XXXII.
ARGUMENTUM.

Concurrentibus ad Cappellaniam Laicalem duobus Descendentibus Familiæ passive vocatis uno Clerico, & altero

altero Laico, an præfatio debeatur Laico primogenito, vel potius Clerico secundogenito.

ALLEGATIO XXXIII.
ARGUMENTUM.

Cappellania etiam Laicalis, quæ potest conferri, etiam Laicis, & Fœminis ex dispositione Testatoris potest fieri Sacerdotalis respectu personarum ad illam vocatarum sub requisito qualitatis Sacerdotalis.

ALLEGATIO XXXIV.
ARGUMENTUM.

Relicto Legato Pio cum onere Missarum certo Altari, seu Cappellæ, Ius nominandi Cappellanum pro Officiatura Missarum non pertinet ad Episcopum; sed ad Rectorem Ecclesiæ, ubi Altare situm reperitur, & quid si constaret ex ultimo statu hujusmodi Legatum Pium fuisse collatum in Titulum Beneficii.

ALLEGATIO XXXV.
ARGUMENTUM.

Cappellania erecta in Ecclesia Monasterii Monialium cum onere eis ministrandi Ecclesiastica Sacramenta, necnon assistendi, & celebrandi Missas, an dicatur præcise Residentialis, & incompatibilis cum Canonicatu.

ALLEGATIO XXXVI.
ARGUMENTUM.

In Iurepatronatus deducto ex observantia restricta ad Masculos Familiæ, an Fœminæ succedant per posterius, & an Donatio Iurispatronatus facta per Monasterium sustineatur, & plura de ultimo statu, & quasi possessione præsentandi.

ALLEGATIO XXXVII.
ARGUMENTUM.

Iuspatronatus non regulatur juxta legem Fundationis, sed juxta legem Erectionis ab Ordinario factæ, licet hæc discordet ab illa. Reservatum favore filiorum, & descendentium in infinitum dicitur Gentilitium, & non Hæreditarium, aut mixtum, & explicatur duplex species Iurispatronatus Gentilitii.

ALLEGATIO XXXVIII.
ARGUMENTUM.

In Cappellania ad nutum amovibili an Tutor, qui habet, seu exercet Ius nominandi possit amovere Cappellanum nominatum ab antecessore Patrono, seu Patre Pupilli.

ALLEGATIO XXXIX.
ARGUMENTUM.

Regula II. Cancellariæ Apostolicæ excipit Beneficia, seu Dignitates simultaneæ Constitutionis, & Præsentationis, & an hæc exceptio procedat ubi simultanea est divisa per Turnum.

ALLEGATIO XL.
ARGUMENTUM.

Donato Iurepatronatus primo Uni, & postea Alteri, sustinetur secunda Donatio, si facta fuerit favore Compatroni, antequam prima facta extraneo, fuerit confirmata ab Ordinario, nisi hæc facta sit cum Iuramento de contraveniendo. Gratia derogatoria Iurispatronatus in totum attenta Lite non intret, quando Lis pendet super medietate Iurispatronatus in prejudicium Patroni habentis aliam medietatem pacificam.

ALLEGATIO XLI.
ARGUMENTUM.

Erectio Beneficiorum in Ecclesiis Titulorum, necnon reservatio Iurispatronatus, & Institutio an pertineant ad Cardinales Titulares, vel potius ad Cardinalem Urbis Vicarium.

ALLEGATIO XLII.
ARGUMENTUM.

Mandante Fundatore, quod ad Canonicatum in Collegiata præsentari deberent Descendentes, ex certis lineis, seu Familiis, qui essent *in statu Clericali*, *seu in Sacris Constituti*, an Canonicatus dicatur habere annexum Ordinem Sacrum.

ALLEGATIO XLIII.
ARGUMENTUM.

Agitur hic de Jurepatronatus Pavimento Ecclesiæ ex causa constructionis ipsius Pavimenti, & an invito Patrono possit Ordinarius concedere Familiis extraneis Sepulchrum in eodem Pavimento excavandum.

ALLEGATIO XLIV.
ARGUMENTUM.

Ad effectum consequendi alimenta ab Ecclesia sufficit Patrono probare Descendentiam præsumptivam a Fundatore, & ex quibus ea deducatur; iterum firmatur Articulus, de quo supra *Alleg. 29. n. 2.* quod hæc alimenta debeantur cuicunque Patrono etiam extraneo.

ALLEGATIO XLV.
ARGUMENTUM.

Qualitates Beneficii appositæ ab Ordinario extra limen Fundationis ex Statuto confirmato etiam ab indulto Apostolico afficiunt Provisos ab Ordinario, non autem Provisos Apostolicos.

ALLEGATIO XLVI.
ARGUMENTUM.

Donatio Jurispatronatus facta pro Filia ejusque hæredibus, & successoribus in perpetuum est hæreditaria, & ad liberam dispositionem Donatariæ, non autem restricta ad hæredes sanguinis; plura de ineffectuatione Donationis, & aliis ad materiam.

ALLEGATIO XLVII.
ARGUMENTUM.

Serenissimus Magnus Magister Militiæ S. Stephani, an Territorium unius Prioratus de Jurepatronatus alicujus Equitis dismembrare valeat, ad effectum erigendi in parte dismembrata alium Prioratum de Jurepatronatus alterius Equitis.

ALLEGATIO XLVIII.
ARGUMENTUM.

Fundator Laicus reservando Juspatronatus Ecclesiasticis antequam emanaverit Regula Cancellariæ Apostolicæ reservatoria Mensium, ex quibus verbis tacite eam exclusisse censeatur.

ALLEGATIO XLIX.
ARGUMENTUM.

Ex quibus circumstantiis colligatur mens Fundatoris de erigenda Cappellania potius Ecclesiastica, quam Laicali.

ALLEGATIO L.
ARGUMENTUM.

Mutatio status Ecclesiæ de Jurepatronatus etiam in melius fieri an possit, quando Fundator prohibuit omnem alterationem suarum Legum.

ALLEGATIO LI.
ARGUMENTUM.

Vocatis Filiis in Jurepatronatus passivo, quando veniant Nepotes subsidiarie, & in eorum defectum.

ALLEGATIO LII.
ARGUMENTUM.

Compatrono pro medietate supplicanti pro se ipso a Dataria Apostolica, an sit concedenda provisio, cum derogatione alterius medietatis contradicente præsentato per alterum Compatronum, petente gratiam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum.

ALLEGATIO LIII.
ARGUMENTUM.

Reservato Jurepatronatus favore Parochianorum habentium Domos proprias in Parochia, an veniant tantum Domini Domorum licet non habitent in Parochia, vel illi tantum, qui sunt Domini Domorum, & simul habitantes in Parochia.

ALLE-

si ille decesserit Anima hærede instituta, ejusque hæreditas fuerit distracta in partes, ad effectum celebrationis Missarum, & tali casu existentibus aliis Patronis, Episcopus subintrat ad compræsentandum pro sua rata in locum ultimi de Familia extincta.

ALLEGATIO XV.
ARGUMENTUM.

Competente Jurepatronatus pluribus distinctis Familiis, super pluribus distinctis Beneficiis si una ex illis deficiat, & ultimus decedat sine hærede, vox familiæ extinctæ non accrescit aliis Compatronis, sed transit ad Episcopum, ad quem spectabit Jus præsentandi simul cum aliis Compatronis.

ALLEGATIO XVI.
ARGUMENTUM.

Firmatur Stylus Datariæ Apostolicæ providendi Beneficium de Jurepatronatus litigioso cum ejus derogatione in totum attenta lite inter Patronos, etiamsi agatur de vacatione Beneficii voluntaria per Resignationem in favorem.

ALLEGATIO XVII.
ARGUMENTUM.

Mandavit Fundator præsentari unum sufficientem, bonum, & idoneum Sacerdotem instructum Officio Ecclesiastico, & si contingeret aliquem ex certa Domo Sacerdotem fieri, eligendum esse per Patronos; quæritur an Beneficium sit Sacerdotale actu, vel habitu, vel Clericale.

ALLEGATIO XVIII.
ARGUMENTUM.

Fundator dividendo per Turnum Jus præsentandi inter Laicos, & Ecclesiasticos in Turno Ecclesiasticorum reddit illud Ecclesiasticum, & obnoxium reservationibus Apostolicis, quibus non censetur derogare voluisse ex reservatione Jurispatronatus in perpetuum cum distributione Turni.

ALLEGATIO XIX.
ARGUMENTUM.

Juspatronatus mixtum an cadat sub reservationibus Apostolicis in Turno Ecclesiastico, & an dicatur mixtum, vel totum Ecclesiasticum si Ecclesia illud possidendo pleno Jure, postea admiserit Laicum ad compræsentandum medietate, & secum diviserit præsentationem per Turnum: Prorogatio vacationis Episcopatus usque ad capturam possessionis in vim *reg.* 2. *Cancellar.* non habet locum, si per Provisum præsentatis Litteris Capitulo, & petita possessione, fuerit impeditus per tertium hoc directo agente, & plura de Jurepatronatus Regio.

ALLEGATIO XX.
ARGUMENTUM.

Consensus Ordinarii non requiritur in legato Jurispatronatus facto non Compatrono, quando illud est conditionale, & conditio purificata fuit tempore, quo Legatarius factus erat Compatronus. Prælatio in paritate vocum debita est præsentato de sanguine Patronorum extraneorum ad amplitionem *Glos. in can. neminem distinct.* 70.

ALLEGATIO XXI.
ARGUMENTUM.

In Beneficio de Jurepatronatus reservato personis Ecclesiasticis non intrant reservationes Apostolicæ, quando fuerunt exclusæ etiam tacite in limine fundationis, & ex quibus verbis tacita exclusio deducatur.

ALLEGATIO XXII.
ARGUMENTUM.

Nominatio differt a præsentatione, & nullum dat Jus nisi exhibeatur intra terminum Juris coram Ordinario, nec sufficit exhibitio coram Judice Commissario, nec productio facta coram Notario Episcopali, & quid coram Datario, vel Auditore Rotæ? Renunciatio præsentationis potest fieri in manibus Patron., & plura alia notabilia in hac materia Jurispatronatus.

ALLEGATIO XXIII.
ARGUMENTUM.

Quamvis Fundator mandaverit deputari a Patronis Visitatorem Ecclesiæ de suo Jurepatronatus, ut inquirat super adimplemento onerum, & administratione redituum, hoc tamen non excludit Visitationem Episcopi, ut ipsi, seu ejus Visitatori sit reddenda ratio, una cum Visitatore per Patronum deputato.

ALLEGATIO XXIV.
ARGUMENTUM.

Lex Fundationis circa præsentandum Consanguineum de linea fœminina ad Beneficium Ecclesiasticum; cum his verbis, quo = *Ne sia Patrone solamente fino che ci sarà Sacerdote, ò Chierico de domo Fundatoris* = an sit contraria substantiæ Beneficii, ad effectum, ut admitti non potuerit ab Ordinario. Præsentatus vita durante in Beneficio manuali, an removeri valeat per vocatum Jure proprio hæredem ejus, qui sic præsentavit ad materiam *Text. in l. cum a Matre de rei vindic.*

ALLEGATIO XXV.
ARGUMENTUM.

Vocatis a Testatore hæredibus nomine collectivo, & extraneos nomine appellativo ad distributionem Dotium, hæc fieri debet collegialiter in domo hæhæredum; & alia prout in corpore.

ALLEGATIO XXVI.
ARGUMENTUM.

Habens Jus dispensandi Dotem in certo loco simul cum aliis ibi præsentibus, an possit illam dispensare per Procuratorem?

ALLEGATIO XXVII.
ARGUMENTUM.

Capellania erecta in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata, habens annexum ex lege fundationis servitium Chori est Residentialis.

ALLEGATIO XXVIII.
ARGUMENTUM.

De eadem materia residentialis Cappellaniæ, in cujus fundatione dictum fuit, quod Sacerdos eligendus per Patronos debeat celebrare Missas, & assistere in loco Capellaniæ, & omnibus Functionibus in Ecclesia peragendis.

ALLEGATIO XXIX.
ARGUMENTUM.

Jus alimentorum in casu inopiæ non solum competit Patronis descendentibus a Fundatore, sed etiam aliis quibuscunque licet extraneis, qui habent Juspatronatus per Reservationem, successionem, vel Donationem ad intelligentiam *Text. in can. quicunque* 16. *q.* 7.

ALLEGATIO XXX.
ARGUMENTUM.

In Electione facienda per Patronos ad Beneficia, si Fundator dixerit = *Ricordando che si abbia sempre riguardo di darli* = Juvenibus bonis, & in servitio Ecclesiæ existentibus, an exinde censeatur pro illis ordinasse Juspatronatus passivum.

ALLEGATIO XXXI.
ARGUMENTUM.

Quando Fundator dicatur voluisse relinquere Capellanias Laicales, vel Ecclesiasticas, & de conjecturis inferentibus earum Ecclesiasticitatem, ut Episcopus cogere possit hæredem ad earundem Erectionem in titulum collativum.

ALLEGATIO XXXII.
ARGUMENTUM.

Concurrentibus ad Cappellaniam Laicalem duobus Descendentibus Familiæ passive vocatis uno Clerico, & altero

altero Laico, an prælatio debeatur Laico primogenito, vel potius Clerico secundogenito.

ALLEGATIO XXXIII.
ARGUMENTUM.

Cappellania etiam Laicalis, quæ potest conferri, etiam Laicis, & Fœminis ex dispositione Testatoris potest fieri Sacerdotalis respectu personarum ad illam vocatarum sub requisito qualitatis Sacerdotalis.

ALLEGATIO XXXIV.
ARGUMENTUM.

Relicto Legato Pio cum onere Missarum certo Altari, seu Cappellæ, Jus nominandi Cappellanum pro Officiatura Missarum non pertinet ad Episcopum; sed ad Rectorem Ecclesiæ, ubi Altare situm reperitur, & quid si constaret ea ultimo statu hujusmodi Legatum Pium fuisse collatum in Titulum Beneficii.

ALLEGATIO XXXV.
ARGUMENTUM.

Cappellania erecta in Ecclesia Monasterii Monialium cum onere eis ministrandi Ecclesiastica Sacramenta, necnon assistendi, & celebrandi Missas, an dicatur præcise Residentialis, & incompatibilis cum Canonicatu.

ALLEGATIO XXXVI.
ARGUMENTUM.

In Iurepatronatus deducto ex observantia restricta ad Masculos Familiæ, an Fœminæ succedant per posterius, & an Donatio Iurispatronatus facta per Monasterium sustineatur, & plura de ultimo statu, & quasi possessione præsentandi.

ALLEGATIO XXXVII.
ARGUMENTUM.

Iuspatronatus non regulatur juxta legem Fundationis, sed juxta legem Erectionis ab Ordinario factę, licet hæc discordet ab illa. Reservatum favore filiorum, & descendentium in infinitum dicitur Gentilitium, & non Hæreditarium, aut mixtum, & explicatur duplex species Iurispatronatus Gentilitii.

ALLEGATIO XXXVIII.
ARGUMENTUM.

In Cappellania ad nutum amovibili an Tutor, qui habet, seu exercet Ius nominandi possit amovere Cappellanum nominatum ab antecessore Patrono, seu Patre Pupilli.

ALLEGATIO XXXIX.
ARGUMENTUM.

Regula II. Cancellariæ Apostolicæ excipit Beneficia, seu Dignitates simultaneæ Constitutionis, & Præsentationis, & an hæc exceptio procedat ubi simultanea est divisa per Turnum.

ALLEGATIO XL.
ARGUMENTUM.

Donato Iurepatronatus primo Uni, & postea Alteri, sustinetur secunda Donatio, si facta fuerit favore Compatroni, antequam prima facta extraneo, fuerit confirmata ab Ordinario, nisi hæc facta sit cum Iuramento de contraveniendo. Gratia derogatoria Iurispatronatus in totum attenta Lite an instet, quando Lis pendet super medietate Iurispatronatus in prejudicium Patroni habentis aliam medietatem pacificam.

ALLEGATIO XLI.
ARGUMENTUM.

Erectio Beneficiorum in Ecclesiis Titulorum, necnon reservatio Jurispatronatus, & Institutio an pertineant ad Cardinales Titulares, vel potius ad Cardinalem Urbis Vicarium.

ALLEGATIO XLII.
ARGUMENTUM.

Mandante Fundatore, quod ad Canonicatum in Collegiata præsentari deberent Descendentes, ex certis lineis, seu Familiis, qui essent *in statu Clericali, seu in Sacris Constituti*, an Canonicatus dicatur habere annexum Ordinem Sacrum.

ALLEGATIO XLIII.
ARGUMENTUM.

Agitur hic de Jurepatronatus Pavimento Ecclesiæ ex causa constructionis ipsius Pavimenti, & an invito Patrono possit Ordinarius concedere Familiis extraneis Sepulchrum in eodem Pavimento excavandum.

ALLEGATIO XLIV.
ARGUMENTUM.

Ad effectum consequendi alimenta ab Ecclesia sufficit Patrono probare Descendentiam præsumptivam a Fundatore, & ex quibus ea deducatur; iterum firmatur Articulus, de quo supra *Alleg.* 29. *n.* 2. quod hæc alimenta debeantur cuicunque Patrono etiam extraneo.

ALLEGATIO XLV.
ARGUMENTUM.

Qualitates Beneficii appositæ ab Ordinario extra limen Fundationis ex Statuto confirmato etiam ab indulto Apostolico afficiunt Provisos ab Ordinario, non autem Provisos Apostolicos.

ALLEGATIO XLVI.
ARGUMENTUM.

Donatio Jurispatronatus facta pro Filia ejusque hæredibus, & successoribus in perpetuum est hæreditaria, & ad liberam dispositionem Donatariæ, non autem restricta ad hæredes sanguinis; plura de ineffectuatione Donationis, & aliis ad materiam.

ALLEGATIO XLVII.
ARGUMENTUM.

Serenissimus Magnus Magister Militiæ S. Stephani, an Territorium unius Prioratus de Jurepatronatus alicujus Equitis dismembrare valeat, ad effectum erigendi in parte dismembrata alium Prioratum de Jurepatronatus alterius Equitis.

ALLEGATIO XLVIII.
ARGUMENTUM.

Fundator Laicus reservando Jurpatronatus Ecclesiasticis antequam emanaverit Regula Cancellariæ Apostolicæ reservatoria Mensium, ex quibus verbis tacite eam exclusisse censeatur.

ALLEGATIO XLIX.
ARGUMENTUM.

Ex quibus circumstantiis colligatur mens Fundatoris de erigenda Cappellania potius Ecclesiastica, quam Laicali.

ALLEGATIO L.
ARGUMENTUM.

Mutatio status Ecclesiæ de Jurepatronatus etiam in melius fieri an possit, quando Fundator prohibuit omnem alterationem suarum Legum.

ALLEGATIO LI.
ARGUMENTUM.

Vocatis Filiis in Jurepatronatus passivo, quando veniant Nepotes subsidiarie, & in eorum defectum.

ALLEGATIO LII.
ARGUMENTUM.

Compatrono pro medietate supplicanti pro se ipso a Dataria Apostolica, an sit concedenda provisio, cum derogatione alterius medietatis contradicente præsentato per alterum Compatronum, petente gratiam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum.

ALLEGATIO LIII.
ARGUMENTUM.

Reservato Jurepatronatus favore Parochianorum habentium Domos proprias in Parochia, an veniant tantum Domini Domorum licet non habitent in Parochia, vel illi tantum, qui sunt Domini Domorum, & simul habitantes in Parochia.

ALLE-

ALLEGATIO LIV.

ARGUMENTUM.

Quando Ecclesia est libera ratione Fundi, & Constructionis, sed indotata, superveniens Dotator, an ex causa solius Dotationis acquirat Juspatronatus in totum, vel potius pro rata, junctis aliis in subjecta materia finitimis quæstionibus in corpore adjunctis.

ALLEGATIO LV.

ARGUMENTUM.

Quando unus Episcopus cogere possit alterum Convicinum ad secum permutandum Oppida, & Castra propriarum Diœcesum, ut possit habere locum Residentiæ aere salubrem, & an dissensus Patroni attendatur.

ALLEGATIO LVI.

ARGUMENTUM.

An Pensio super Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum imponi valeat absque consensu Patroni, & an iste præsentando passive vocatum possit adiicere onus, seu conditionem reservationis Pensionis. Subalternantur etiam duæ quæstiones, an liceat Titulati dimittere Pensionario omnes fructos Ecclesiæ cum onere sibi solvendi congruam; an cum competat regressus resignandi cum onere Pensionis opponente Resignatario contra Pensionem prætendendo eam reduci, vel annullari.

ALLEGATIO LVII.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus an dici possit Laicalis, vel potius Ecclesiasticum ob concessionem in emphyteusim factam ab Ecclesia favore Laicorum de bonis, quibus annexum erat Juspatronatus ad Ecclesiam Parochialem in eisdem bonis existentem. Judex Laicus ex defectu Jurisdictionis non potest cum ejus mandato facere Executionem super bonis de directo Dominio Ecclesiarum, etiamsi agatur de solo Dominio utili inter Laicos, neque hic defectus est sanabilis.

ALLEGATIO LVIII.

ARGUMENTUM.

Centenaria quasi Possessio præsentandi operatur, ut Patronus allegare possit meliorem titulum coæqualis Dotationis ad effectum præsentandi etiam in mensibus reservatis, non obstante quod ab initio constet sibi fuisse conceptum Juspatronatus ex Privilegio ratione insufficientis augmenti Dotis, & quando productio, seu allegatio privilegii facta in statibus destruat Titulum præsumptum ex Centenaria.

ALLEGATIO LIX.

ARGUMENTUM.

Agitur de materia præcedenti, ac plenius dilucidatur, quando productio privilegii insufficientis non præjudicet Patronis habentibus meliorem Titulum ex Centenaria quasi possessione præsentandi.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. Fr. Tomaso Maria Gennari Inquisitore nel Libro intitolato: *Francisci Mariæ Pitonii de Controversiis Patronorum, necnon ab eis præsentatorum ad Beneficia, & Capellanias quascunque, &c.* non v' esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Prencipi e buoni costumi, concedemo licenza, che possi esser stampato, osservando gl' Ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Publiche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 28. Novembre 1728.

{ Gio: Francesco Morosini Kav. Rif.


{ Alvise Pisani Kav. Proc. Rif.

{ Pietro Grimani Kav. Proc. Rif.

Agostino Gadaldini Segretario.

Registrato nel Magistrato Eccellentiss. degl' Esecutori contro la Bestemmia li 27. Gennaro 1728.

Antonio Canal Nodaro.



DE CONTROVERSIIS PATRONORUM FRANCISCI MARIÆ PITONII

Epiſcopi Imeriæ,

ET BENEDICTI XIII. PONT. MAX. AUDITORIS.

TOMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

De duplici ſpecie Juriſpatronatus, Activi ſcilicet, & Paſſivi, & de utriuſque Differentia. Vocatis ad Paſſivum quod tempus competat ad ſe opponendum. Et an Proviſio Apoſtolica remaneat ſubreptitia ob non expreſſionem exiſtentiæ paſſive Vocatorum, ſi iſti in tempore ſe non opponant. Et alia, quæ in corpore ſubalternantur.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Juſpatronatus Activum, & quid Paſſivum? n. 2.*

3 *Paſſive datur diverſimode per Vocationem nempe Directam, & per Mediatam.*

4 *Oppoſitio paſſive vocati habet vim præſentationis.*

5 *Inter paſſive vocatos vocatione mediata eſt in arbitrio Patroni eligere hunc, vel illum, ſecus quando vocatio eſt directa.*

6 *Papa derogare ſolet Activo in multis caſibus, non autem Paſſivo. Limita ut n. 7.*

8 *Proviſio Apoſtolica Extranei eſt ſubreptitia, ſi non fiat mentio de conſanguineis paſſive vocatis, qui exiſtunt, licet iſti nondum probaſſent conſanguinitatem.*

9 *Intellige, ſi iſti ſe opponant in termino Quadrimeſtris, vel Semeſtris.*

10 *Paſſive vocati habent hunc terminum.*

11 *Iſte terminus an procedat quoad Vocatus tam directe, quam mediate. Vide n. 12.*

13 *Non currit impeditis, & ignorantibus. Elapſo autem termino, & re integra an admittantur paſſive vocati. Vide n. 17. & 18.*

14 *Oppoſitio facienda eſt coram Papa, ſi ad eum pertinet collatio, vel ſaltem coram Executore Apoſtolico.*

15 *An Proviſio reddatur nulla, ſi de ejus tempore paſſive vocatus non habeat qualitates neceſſarias?*

16 *An detur devolutio libera ad Superiorem; ſi exiſtente per prius vocato incapaci, & non obtinente Gratiam Diſpenſationis, per poſterius vocatus non compareat in tempore?*

19 *An in Jurepatronatus tam Activo, quam Paſſivo conſideretur ratio Agnationis?*

20 *Sufficit quod paſſive vocatus cum certa qualitate, illam habeat de tempore præſentationis, licet poſtea deficiat. Sed limita, ut ibi.*

21 *Quibus temporibus requiri poteſt qualitates paſſive vocati? Vide ibi.*

22 *Si paſſive vocatus vacante beneficio non eſſet habilis, ſed ſperaret ſe habilitari poſſe intra terminum Juris, quid facere poſſit.*

23 *Durante termino Juris, præſentatus ſub conditione qualitatis, an poſſit ab altero qualificato prohiberi, quominum debitam qualitatem aſſequatur? & n. 25.*

ALLEGATIO I.



Uamvis clarorum Virorum ſepulta ingenia elegantes ediderint Tractatus materiam hanc patronalem amplectentes; quia tamen non omnia ad praxim occurrentia dubia in eis reperiuntur, aut non omnia ab eiſdem firmata, in Tribunalibus ſunt recepta, aut demum quia juxta illud Virgilianum = *Non omnia poſſumus omnes* = inutile idcirco non erit reliquias per amplæ hujus materiæ, per caſus in Foro ventilatos reaſſumere; ad quem effectum

 expli-

explicabo in primordiis duplicem speciem Jurispatronatus, Activi scilicet, & Passivi.

Juspatronatus *Activum* ita dicitur ab *Agendo*, ubi
1 nempe certis Personis, seu Patronis competit potestas
eligendi, seu præsentandi personam idoneam ad beneficium vacans coram Ordinario, vel altero habente Jus instituendi, una cum aliis Juribus honorificis, utilibus, & onerosis, de quibus apud Tractatistas, & signanter Cavaler. *dec.*321. inter quæ contineri, etiam Jus retinendi Claves Ecclesiæ cumulative cum Beneficiato, seu Rectore, dixit Rot. *dec.*311. *n.* 5.
2 *coram Emerix Jun.* Juspatronatus autem *Passivum*
est, quando ex Lege fundationis certum genus personarum est necessario præsentandum, nec non instituendum ad Beneficium vacans, ut apud Lotter. *de re benef. lib.*2. *q.*8. *n.*109. *&* *q.*11. *n.*1. Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 10. *num.* 200. Carol. Anton. de Luc. *de Linea legal. art.*23. *num* 8. Vivian. *de Jurepatr. lib.*1. *cap.*3. *num.*30. Marant. *respons.*74. *n.*53. *tom.*3.

3 Et hoc duplici modo contingit. Primo per vocationem directam, & secundo per vocationem mediatam. Directa vocatio est, quando Fundator in casu vacationis Beneficii; mandat ad illud institui certas personas: puta consanguineos, seu Parentes, & Descendentes suæ, vel extraneæ familiæ; quo casu non est opus præsentatione Patroni habentis Juspatronatus activum; quia sic vocatus dicitur directe præsentatus ab ipso Fundatore. Mediata autem vocatio est, quando Fundator dirigit verba in Patronos mandando eis, ut præsentent unum ex supradictis consanguineis, seu Parentibus, ubi est opus præsentatione Patroni; ut distinguit Carol. Anton. de Luc. *de Linea legal. art.*24. *n* 24. *&* 16. & retuli, *Discept. Eccl. p.*2. *in Parergon. sub n.*12.

Quæ distinctio licet inutilis quoad hoc ut neutro casu præjudicari valeat passive vocato, dum etiam in vocatione mediata, si Patronus illum non præsentet, adhuc Judex tenetur instituere, ubi se opponit; cum illa oppositio, seu comparitio, & instantia passive vocati assimiletur præsentationi; ex firmatis *in dec.* 99.
4 *n.*3. *coram Pamphil.* Est tamen utilis ad alium ef-
5 fectum, scilicet, ut vocatis consanguineis Fundatoris, aut Patroni per vocationem mediatam, sit in electione, & arbitrio Patroni eligere, & præsentare remotiorem in concursu proximioris, seu in pari gradu præferre unum alteri: Secus vero ubi agitur de vocatione directa, ubi præfertur proximior, seu dignior, magisque qualificatus, ut probat de Luca, *ubi proxime, n.*16. *&* 24. & dixi Ego, *ubi supra in Parergon. n.*12. *vers. ubi quod*, Mantic. *de conject. lib.*8. *tit.*12. *n.*15.

6 Est etiam differentia inter Juspatronatus Activum, & Passivum; dum Papa derogare quidem solet activo, ut contingit in vacatione Beneficii in Curia, & ubi illud vigore sententiæ privationis est reservatum Sedi Apostolicæ, juxta *const.*37. *Pauli III. ut apud* Rot. *in Barchinonen. Beneficii* 2. *Decembr.* 1701. §. *nec attendenda, cor. Eminentissimo Caprara*; & in aliis casibus, de quibus apud Lotter. *d. lib.*2. *q.*8. *num.*98. *& seqq.* Card. de Luc. *de Jurepat. disc.*65. *n.*33. *& seqq.* Nullatenus autem derogare solet Passivo, præjudicando Patronos, quibus debetur Institutio ex lege fundationis, sive agatur de vocatione directa, sive mediata, *ut in decis.*189. *n.*16. *coram Bich. & in Barchinonen. Beneficii, ubi supra*, ubi
7 solum limitat quando Summus Pontifex utendo ple-
8 nitudine Potestatis derogaret etiam Jurispatronatus passivo. Ita, & taliter quod Provisio Apostolica de Reservato ob non expressionem existentiæ Consanguineorum passive vocatorum remanet subreptitia, etiamsi de tempore Provisionis non esset probata existentia illorum, ut subdit, Bich. *d. dec.*189. *n.*18. *& in Recent. dec.*68. *num.*6. *q.*10. *ex doctrina* Castropal. *oper. moral. tom.*2. *tract.*13. *disput.* 2. *puncto* 1. *sub n.*17. Qui dicit quod extraneus, vel remotus consanguineus non potest impetrare Beneficium tacito jure propinquioris, tametsi propinquior nondum propinquitatem probasset, quia antequam probet, est jus propinquiori quæsitum, cui non censetur Pontifex in clausulis generalibus derogare.

Cujus conclusionis ratio est, quia probatio subsequens non dat jus novum, sed detegit, quod præexistit, Rot. *in Barchinon. Beneficii* 2. *Decembr.* 1701.
§. *final. coram Eminentissimo Caprara*; si consangui- 9
nei se opposuissent in tempore, scilicet intra Quadrimestre, vel Semestre a die notitiæ vacationis Beneficii; nam licet passive vocatis non esse a Jure præfixum tempus certum, dixerit Rot. *coram Penia dec.* 1314. *in fin.* attamen pro certo affirmandum puto, quod in hoc pari passu reguletur Juspatronatus Activum, ac Passivum; ut nempe sicut Patronus habet Quadrimestre in Patronatu Laicorum, Semestre au-
tem in Patronatu Ecclesiasticorum a die notitiæ va- 10
cationis Beneficii; ita passive vocatus habeat solum hoc tempus ad se opponendum, & comparendum; cum hujusmodi oppositio, ut dixi, æquiparetur, seu assimiletur Præsentationi, ex Pamphil. *dec.*99. *n.*3. & in puncto tenuit modernus *Episcopus Neocastren. quæst. Jur. cap.*93. *n.*13. & sensit, Rot. *in Barchinonen. Beneficii* 14. *Martii* 1692. §. *data autem*, *&* §. *probata*, *cor. bo. me. Ursino*. Alias enim Provisio Apostolica beneficii stare deberet semper in pendulo, & resolubilis ad oppositionem passive vocati quandocunque comparentis, etiam re non integra, idest etiam post executam Provisionem, & consumatam mediante captura possessionis, dum semper urgeret vitium subreptionis; quod sane in Jure abhorret Card. de Luc. *de Jurepat. disc.*82. *n.* 5.

Bene verum est quod terminus quadrimestris, vel 11
semestris respective, videtur procedere quoad vocatos Jurepatronatus passivo vocatione directa absque facto, seu præsentatione Patronorum; secus quoad vocatos vocatione mediata. Hi enim cum debeant expectare præsentationem faciendam per Patronos in termino quadrimestris, vel semestris, non videntur interim negligentes, si non comparent in eodem termino, nisi quando Patroni alium, seu extraneum præsentassent, propter quod consumpta esset spes eorum præsentationis, & haberent, quod sibi imputarent in non comparendo, extra quem casum posse vocatos se opponere etiam elapso termino Juris, supponit Card. de Luc. *de Jurepat. disc.* 49. *num.* 7.

Ego tamen censeo quomodocunque vocatos seu 12
directe, seu mediate se opponere debere intra supradictum terminum quadrimestris, vel semestris, dum etiam mediate vocatus potest de negligentia, & mora redargui, cum debeat, seu valeat requirere Patronos pro sui præsentatione, & debitam oppositionem facere intra eundem terminum, alias censetur
Juri suo renunciare. Solumque conclusio limitatur in 13
casu, quo vocatus probaret, non habuisse notitiam vacationis, aut fuisse legitime impeditum, ut in dict. *Barchinonen. Beneficii* 2. *Decembris* 1701. § *final. cor. Eminentiss. Caprara*, confirmata 24. *Martii* 1702. §. *non obstat*, *cor. eodem*, *&* 27. *Martii* 1703. §. *hinc*, *cor. R. P. D. Lancetta*. Ac etiam limitatur in casu, quo ageretur de termino apposito in edicto per Ordinarium, qui esset brevior termino Juris; tunc enim, quia Ordinarius abbreviare non valet terminum Juris in præjudicium interesse habentium, idcirco etiamsi passive vocatus haberet notitiam de Termino Edicti, adhuc eo elapso esset audiendus, & admittendus, si res esset integra, scilicet nondum secuta provisione beneficii; quicquid secus si compareret, re amplius non integra, ut colligitur ex Card. de Luc. *de Jurepat. disc.* 49. *num.* 5. *cum seqq.* Rot. *cor. Penia dec.*1613. *n.*6. *& in dicta Barchinonen. beneficii* 14. *Martii* 1692. §. *data autem*, *cor. bo. me. Ursino*. An autem esset eodem modo audiendus elapso termino Juris, & re adhuc integra, inferius examinabo.

Oppositio autem passive vocati facienda est co- 14
ram summo Pontifice, si ad ipsum pertinet collatio, nec suffragatur facta coram Ordinario, ut dixit Rot. *in Derthusen. beneficii* 29. *Aprilis* 1701. §. *parum relevantis*, *cor. R. P. D. Lancetta*, ea ratione quod si hu-

si hujusmodi oppositio assimilatur præsentationi, utique facienda est coram habente instituere, seu conferre, sicuti ipsa præsentatio, alias est nulla, & habetur pro non facta, Lotter. *de re benef. lib.2. q.6. num.33.* Vivian. *de Jurepatron. lib.8. cap.7. num.1.* Ventrigl. *in prax. par.2. annot.1. §.3. n.14. & 15.* Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.64. n.31.* Si autem extraneus impetrasset beneficium debitum certo generi Personarum, cum clausula, quod *nemo ex illis aspirat;* & expeditæ essent literæ Apostolicæ; Passive vocatus, si durat terminus a die notitiæ vacationis habet duo remedia; alterum comparendi in Dataria Apostolica, & obtinendi provisionem tanquam de beneficio sibi debito, ex lege fundationis; & alterum se opponendi coram Executore Literarum obtentarum ab extraneo, ibique petendi Institutionem. Idemque exemplificari potest in duobus passive vocatis, quorum alter sit illegitimus, & alter legitimus; iste enim comparendo in Dataria impedita valet Gratiam signatam pro illegitimo, obtinendo provisionem ad sui favorem tanquam habentis prælationem in pari gradu; si vero illegitimus prævenerit expediendo literas, potest legitimus coram Executore se opponere; ut latius dixi *in Parergon. ad Discept. Eccles. n.13.*

15 Quid autem dicendum, si tempore Provisionis Apostolicæ quis non haberet qualitates necessarias e. g. ubi consanguineus non haberet ætatem legitimam, vel Clericatum, utrum Provisio redderetur irrita, si ex post qualitates supervenirent?

Negativam sententiam tuetur, Palma Nepos *alleg.108. n.21. & seqq.* & Rot. *in dicta Barchinonen. Beneficii §. final. coram Eminentiss. Caprara.* Quod declarat, ut procedat, quando hæ qualitates supervenirent extra terminum quadrimestris, aut Semestris respective ad Patronatum laicum, vel Ecclesiasticum, ut superius dictum est, secus, si intra terminum, intra quem effectus habilis se opposuisset; tunc enim corrueret Provisio Apostolica tanquam subreptitia, dum Papa non intelligit præjudicare passive vocatis, qui durante termino habent jus se opponendi, & ad hunc effectum sufficit spes, & potentia existentiæ Personarum habilium de genere vocato: ut durante termino interim aliut extraneus non admittatur; proquo faciunt per me deducta *in Disceptat. Eccles. 13. num.40. & seqq. p.2.* Modernus Episcopus Cirill. *quæst. Jurepatr. cap.93. n.14. & seqq.* Excepto casu quod essent per Fundatorem requisitæ qualitates de tempore vacationis Beneficii, ut dixi, *dicta Disceptat. Eccles. 13. n.40. & in Parergon. ubi supra.*

16 Hinc quando plures ex passive vocatis reperiantur vocati per prius, & posterius e. g. prius illi de Agnatione, & per posterius de cognatione, seu linea fœminina; si detur casus, quod existat aliquis de Agnatione, sed non capace ex defectu ætatis, clericatus, vel alterius, & iste durante termino quadrimestris, vel Semestris respective, petierit dispensationem Apostolicam; utrum ille de cognatione per posterius vocatus, & capax, seu qualificatus debeat comparare, durante eodem termino; ita ut eo elapso, & non obtenta, vel suffragante dispensatione incapacis detur devolutio, & collatio libera ad Superiorem?

Videtur hunc teneri expectare incapacitatem per prius vocati usque ad ultimum diem termini, sed intra illum se opponere debere, alias intraret devolutio quoad utrunque tam incapacem, quam capacem propter lapsum termini; & ideo isti vocati per posterius curent etiam præventive se opponere in principio termini, ut sint magis tuti adversus devolutionem; alias sibi imputabunt propriam negligentiam, neque excusari poterunt allegando, quod aderat ille de Agnatione, qui per dispensationem poterat fieri capax. Nam quærere non debebat futurum eventum dispensationis obtinendæ, sed propter incapacitatem primi statim se opponere in tempore. Contrarium vero procederet in casibus, in quibus Patronus haberet novum terminum ad præsentandum, ut si ille reprobatus fuisset in examine, si capax, & habilis præmortuus fuisset, vel matrimonium contraxisset, vel renunciasset, vel in aliis exemplis, de quibus infra *alleg.2. num 5. & seqq.* Tunc enim a die scientiæ hujusmodi circumstantiarum, sicut Patroni possunt alium intra novum terminum præsentare, ita & possunt vocati per posterius se opponere, & petere institutionem intra eundem terminum; ob æquiparationem Jurispatronus activi, & passivi circa tempus ad præsentandum, seseque respective opponendum.

Quando autem unus ex passive vocatis incapax e. g. non Sacerdos, quoad beneficium Sacerdotale, nulliter obtinuit Gratiam pro præsentato, non facta expressione qualitatis Sacerdotalis; etiam lapso tempore ad præsentandum, vidi in praxi obtentam fuisse in Dataria Provisionem de qualificato ad favorem alterius passive vocati ex capite nullitatis primæ Provisionis. Sed hoc bene procedit per viam impetrationis; quæstio tamen est per viam devolutionis; 17
quando scilicet devoluto jure providendi sive ad Ordinarium, sive ad Papam ob non factam in tempore præsentationem per Patronos de personis passive vocatis: ac etiam, quia istæ se intra hoc tempus non opposuerunt, seu comparuerunt, an Ordinarius, vel Papa, re adhuc integra, teneantur conferre eisdem passive vocatis, vel potius valeant conferre etiam extraneo? Affirmativam sententiam tenuerunt, Caren. *resol.156 per totam*, Monacell. *in formul. for. Eccles. tom.1. titul 15. formul.5. n.13.* Sed mihi contrarium videtur de jure verius, tenendo enim propositionem supra firmatam, quod vocatis in Jure- 18
patronatus passivo curiat idem terminus, ac vocatis in activo; utique non video rationem, ex qua necessitetur, seu arctetur Superior conferre potius passive vocatis, quam aliis extraneis; nam sicut non Comparentes in termino passive vocati, censentur pro ea vice, juri suo renunciasse; ita per lapsum termini absque eorum oppositione, jus providendi devolutum remansit libere ab omni servitute tam activi, quam passivi Jurispatronatus ob negligentiam active, & passive vocatorum, cum utrunque Juspatronatus concernat favorem privatum Personarum, quæ possunt illi pro libito renunciare, & cui renunciasse censentur non præsentando, aut respective se non opponendo in termino Juris a die scientiæ vacationis; excepto casu quo Juspatronatus passivum esset directum ad qualificatos favore publico Ecclesiæ, scilicet Theologos, Doctores, Confessarios, Organistas, vel Cantores Ecclesiæ, & similes; hoc nanque casu devolutio non fit libere, sed cum onere, & obligatione providendi hujusmodi qualificatos favore Ecclesiæ, licet nemo ex illis comparuisset in termino, & aliter facta provisio non subsisteret; ut scripsi, *Discept. Eccles. 22. n.39.* ex Garz. *de benef. part.7. cap.15. num.10.*

An in Jurepatronatus consideretur ratio Agnationis, 19
& splendore familiæ? Affirmative respondet Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.23. n.14. & disc.26. num.4.* Hæc regula in abstracto falsa est, quia nil magis vulgatum, quam quod materia Jurispatronatus sit indifferens, & complectens masculos, & fœminas, & tam Agnatos, quam Cognatos, adeoque in illa non consideratur ratio Agnationis, nisi Fundator expresserit in sua dispositione reservando Juspatronatus Agnatitium, vel forma Primogenituræ, & Majoratus, Rot. *in Mantuana beneficii, cor. Ursino impress. apud me Discept. Eccles. 14. num.18. & 19. & in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. *§. ostenso in fine coram R.P.D. Ansaldo & scripsi in Parergon. ad easd. Discept. n.118. cum tribus seqq.* Hoc in Jurepatronatus reservato pro hæredibus, & successoribus non fuisse habitam rationem Agnationis dixit Rot. *dec.867. n.5. coram Emerix Jun.* Minusque in Gentilitio reservato per verba naturalia, nempe favore consanguineorum proximiorum, & similia, ut latius ostendi *in Parergon. ad discept. Eccl. n.121.*

Ex quo resultat, ut in dubio, an Juspatronatus sit gentilitium, vel hæreditarium, non sit judicandum pro qualitate gentilitia, dum præsumptio Juris est

pro hæreditaria, cui standum est, nisi contrarium plena ostendatur, juxta *Clem. plures de Jurepatron.* quicquid non bene putaverit Card. de Luc. *dict. disc.22. n.14. de Jurepatr.* cujus opinio ut in dubio sit inclinandum pro Jurepatronatus gentilitio, restringenda mihi videtur ad Juspatronatus Magnatum, & Nobilium, ut præsumitur habita ratio Agnationis, & splendoris Familiæ, & hinc sequitur, quod sicut, materia Jurispatronatus Activi non est directa ad Agnationem, ita nec etiam passivi, in quo considerabilis non est hujusmodi contemplatio, ut tradit Amostaz. *de Causis piis lib.3. cap.7. numer.42. & cap.8. num.26.* Paa Jordan. *lucubr. tomo 2. lib.1. tit.26. num.34.* Rot. *dec.45. sub nu.6.* per Vivian. *de Jurepatronat. & decis.866. numer.5. coram Emeriz Jun.* & dixi *Discept. Eccles.7. n.4. vers. præsertim.*

Vide ad materiam Crescen. *decis.7. de Jurepatr.* ubi erat casus Jurispatronatus passivi faventis unius *de genere, & nomine ipsius Fundatoris*; & Patronus relicto illo de genere, & nomine, præsentavit unum de genere tantum, & sic minime qualificatum, qui obtinuit institutionem ab Ordinario in contradictorio Judicio cum altero de genere, & nomine, & postea obtinuit in Dataria novam Provisionem cum derogatione Jurispatronatus propter litem expresse narratam cum omnibus circumstantiis; & Rota censuit substineri Provisionem Apostolicam, eo quia Papa non obstante narrativa litis, & oppositionis Alterius de genere, & nomine, providerat cum derogatione; unde illa clausula; *dummodo non sit alteri Jus quæsitum*, intelligebatur de præjudicio resultante aliud, quam ex narratis, quam decisionem *Crescentii* refert Borell. *in sum. decis. tit.32. num.253.* Vide etiam ad materiam ea, quæ firmavit Rot. *dec.717. n.4. & seqq. p.4. tom.3. rec.* ubi resolvit sufficere, quod qualitas in electo concurrat de tempore electionis, licet postea deficiat, ex quo principio resultat, quod passive vocatus cum certa qualitate, si præsentetur, & instituatur tempore, quo illam habet, non exinde privatur beneficio, si illa qualitas postea deficiat, nisi fuerit volita perseverantia illius qualitatis, etiam successive, & in futurum, quod pendet ex lege fundationis. Habui casum in una *Valentina beneficii super gratia subrogationis*; ubi quidam Marcus Antonius Barutel provisus fuerat tanquam pauper de beneficio debito Pauperibus Regni Valentiæ; & collitigando cum quodam Larraga altero proviso lite pendente assecutus fuerat pinguem canonicatum; cumque eadem lite adhuc pendente defunctus fuisset Larraga, & ille tanquam superstes obtinuisset subrogationem gratiosam in Juribus defuncti collitigantis; S. Rota censuit gratiam subrogationis non esse exequibilem; quia de tempore hujus gratiæ subrogatoriæ Barutel non erat amplius pauper propter assecutionem Canonicatus; licet de tempore primæ provisionis esset talis, ex quo ista prima provisio non habuerat effectum, & consequenter de tempore secundæ gratiæ, scilicet subrogationis, concurrere debebat requisitum paupertatis, ut legere est, *in Valentina beneficii super gratia subrogationis 17. Februarii 1696. § fin. cor. Illustriss. dell'Olmo.* Subrogatio enim in Juribus defuncti, qui erat Pauper, & sic qualificatus non subrogabat superstitem in qualitate personali, sed paupertate defuncti, quæ deficiebat in subrogato, quia qualitates personales non transferuntur per subrogationem juxta firmata per Rot. *dec.177. n.4. & seqq. p.12. rec.*

21 Quatuor sunt tempora, in quibus requiri potest qualitas volita per Fundatorem in passive vocatis; Primum nempe tempus est vacationis Beneficii; Secundum nominationis, quæ fieri solet per Patronos, per Instrumentum, Apocham, vel Epistolam; Tertium præsentationis, quæ fit coram Superiore habente jus instituendi; & Quartum Institutionis, seu provisionis. Capacitas enim de Jure requisita in beneficiis, ut e.g. est Clericatus, requiritur de tempore præsentationis, neque est necesse, quod concurrat de tempore vacationis, aut nominationis, Lotter. *de re benef. lib.2. quæst.47. num.92. & seqq.* Rot. *in Ilcien. beneficii 3 Julii 1706. §. quia in ordine, cor. R.P.D. Kaunitz.* Si autem passive vocatus vacante 22
beneficio non esset Clericus, aut non legitimæ ætatis, sed speraret intra quadrimestre se habilitari posse per assumptionem Clericatus, & dispensationem ab ætate; comparere debebit coram Ordinario, & petere quod supersedeatur usque ad finem termini, & interim abstineat ab Institutione alterius præsentati per Patronos, allegando se esse de Vocatis per Fundatorem, & sibi capacitatem obventuram intra terminum Juris, quo casu Institutor tenebitur expectare, ut tradit Cyrill. *quæstion. Jurepatron. capit.93. n.28.* Card. de Luc. *de Jurepatron. disc.45. num.7.* Est tamen gravis quæstio, an hæc dispensatio posset impediri ab altero, qui esset etiam passive vocatus, &
habilis sine dispensatione, in quo articulo distin- 23
guendi sunt plures casus. Primus est, ubi Fundator vocasset aliquos de certo genere per vocationem sive directam, sive mediatam sed per verba directa ad tempus vacationis beneficii, & hoc casu non esset concedenda dispensatio inhabili in præjudicium habilis sese opponentis, cui esset jus quæsitum de tempore vacationis. Secundus est, ubi Fundator vocasset *vocatione mediata*, habiles per verba directa ad tempus præsentationis, & tunc si adessent duo coæqualiter vocati, Alter habilis, & Alter inhabilis, posset Patronus habens facultatem nominandi præsentare inhabilem sub conditione dispensationis, quæ non posset impediri ab Altero habili non habente præsentationem Patroni, ea ratione, quod Patronus habet terminum quadrimestris ad præsentandum habilem, unde sufficit intra terminum supervenire habilitatem Præsentati, & habilitas intelligitur tam de naturalis, quam per dispensationem, nisi contrarium suadeant verba Fundationis, ut per Lotter. *de re benef. lib.1. q.40. n.167.* Rot. *in Leodien. Canonicatus 1. Julii 1707. §. & hinc, cor. R.P.D. Scotto*, & in his terminis tenuit Rot. *in Volaterrana beneficii 7. Decembris 1708. §. nec valuit, coram R.P.D. Crispo.* Tertius casus est, ubi plures sunt vocati per prius, & posterius, exempli gratia, primo Agnati, & postea Cognati, vel primo Aliqui de una linea, seu Familia, & deinde in eorum defectum Alii de alia linea, seu Familia, & tunc si vocatio sit directa, sive mediata non potest habilis de linea, seu familia per posterius vocata, intra terminum quadrimestris impedire dispensationem alterius vocati per prius, & prædilecti. Quartus est de vocatione directa plurium coæqualiter, & simultanee vocatorum, & tunc durante etiam quadrimestri impediri valet dispensatio inhabilis ab illo, qui est habilis eo quia Fundator censetur eos vocasse prout de Jure, juxta quod præfertur habilis ei, qui indiget dispensatione, & per illam est habilitatus; Vivian. *de Jurepatron. libr.12. cap.9. n.29.* Rota *dec.62. n.11. & 12. par.12. rec.* nec Summus Pontifex intendit præjudicare habili, qui re integra se opponit, & habet jus prælationis, concedendo inhabili provisionem cum dispensatione. Non sic autem in casu vocationis mediatæ, de quo supra, ubi Juspatronatus activum debet aliquid operari respectu Patroni habentis jus nominandi unum ex vocatis, & cui Fundator censetur dedisse arbitrium quoad præsentationem habilis etiam per dispensationem, nisi, ut dixi, contrarium appareat, & cum hac distinctione casuum censeo procedendum, & qui indistincte contrarium tenent gravissime æquivocant, & decipiuntur ex illa resolutione S. Congregationis Concilii *in Cremonen. 8. Julii, & 9. Septemb. 1702.* in qua causa ego scribebam in contrarium; quæ resolutio deinde causam dedit alteri *in Novarien. dispensationis 13. Augusti 1707.* & super illis adhæsit, Rot. me pariter scribente in contrarium *in Rhegien. Jurisp. 16. Jan. 1708. §. comperto in fin. cor. Reverendiss. Molines Decano.*

Quando tamen illa Resolutio *Cremonen.* emana- 24
vit ex alio motivo, quam asserti præjudicii alterius capacis; Cum durante quadrimestri nullus ex passive vocatis per posterius acquirat Jus in beneficio, nec terminus

iste *præjudicii* sit applicabilis, dum procedit, quando alicui est jus quæsitum, non autem si agatur de jure quærendo ab eventu, si & postquam aliter per prius vocatus intra terminum non fuerit repertus capax; ut plene demonstravi, & delassavi calamum per plures rationes *in Parergon. ad Discept. Eccl. n.14. cum seqq. & in discept.13. n.39. & seqq.* & novissime agnovit Rot. *in Volaterrana Beneficii 7. Decembris 1708. §. nec valuit, cor. R.P.D. Crispo*, exemplo prorogationis termini ad præsentandum; quando scilicet intra terminum aliqui Patroni præsentarunt; alii vero petunt in Dataria prorogationem termini; non enim possunt illi, qui præsentarunt, prorogationem impedire, sub prætextu quod illa sit eorum præsentato præjudicialis, ex quo aliis non præsentantibus intra terminum fit consolidatio totius juris in his, qui præsentarunt, cum sit allegatio juris, eventualis, & dependentis ab eventu, ut dixit Rot. in *Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. §. amaritudo, cor. R.P.D. Ansaldo*. Et ita in sensu veritatis teneo, nec non limito, seu declaro cum distinctione casuum, de qua supra omnia ea, quæ scripsi, *Discept. Eccles. 13. n.39. & seqq. & in Parergon. n.14. & seqq.* nec etiam attendendum videtur, quicquid diceret Lambert. *lib.2 p.1. q.10. art.5. n.6. vers. secundus*, quatenus supponit non posse dispensari non idoneum præsentatum a majori parte Patronorum, invita minori parte, cum hoc procedat, quando major pars præsentavit sciente non idoneum, & sine conditione dispensationis, ubi remanet privata jure præsentandi ea vice etiam durante quadrimestri, ut dicit *ipse* Lambert. *ubi proxime n.6. vers. septimus*. Quoties autem propter oppositionem compræsentati in Dataria Apostolica, aut propter dissensum Ordinarii puta quoad Clericatum habilitas petita fuisset in termino, sed non obtenta intra ejus spatium; hoc nihil officeret, quia terminus juris non currit impedito ex facto partis, vel injusta denegatione Superioris. Unde sufficeret habilitas etiam post terminum reportata, quæ adhuc diceretur superventa in termino juris, faciendo subductionem temporis impedimenti, ut dixi, *Discept. Eccl.13. n.43.* & ita firmasse reperio etiam Cyrillum *q. jur. c.30. per tot.* licet modernum, & cujus nominis Auctorem.

Modus autem præsentandi inhabilem sub conditione habilitatis intra terminum juris superventuræ est omnino licitus; & sic etiam, modus se se opponendi coram Institutore, quem servare possunt passive vocati, si per Patronos omittantur; possunt enim comparere, & instare pro institutione, e. g. *Si, & postquam effecti fuerint Clerici aut dispensati ab ætate;* hæc enim præsentatio, aut oppositio, seu Instantia non expletur pure, sed pendet ab eventu, seu conditione habilitatis purificandi intra quadrimestre, & interim remanet in pendulo. Unde aut non purificatur conditio intra terminum, & nulla adesse dicitur præsentatio, aut oppositio; aut purificatur, & tali casu, Clericatus, seu dispensatio retrotrahitur ad diem præsentationis, & oppositionis; ut communiter discurrunt Garz. *de benef. p.7. c.1. n.28. & seqq.* Card. de Luc. *de Jurepat. disc.47. n.5.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg.72. n.78. vers. poterit*, Rot. *dec.147. n.19. post* Vivian. *de Jurep.* Rot. *in dicta Volaterrana beneficii 7. Junii 1709. §. nec valuit, coram R. P. D. Crispo*. Licet contrarium sustineat, & alios pro sua opinione adducat Ventrigl. *in prax. p.2. annot.7. n.12. & seqq.* dicendo non posse fieri præsentationem Laici sub conditione futuri Clericatus, quæ opinio non habuit sequaces.

R. P. D. URSINO,

Barchinonen. Beneficii.

Die Veneris 14. Martii 1692.

25 Licet Michael Bosch tanquam descendens ex fratre Fundatoris, & de genere vocatorum in Jurepatronatus passivo, non comparuerit intra terminum in ædictis assignatum; neque intra quatuor menses a Jure datos Patronis laicis ad præsentandum, sed se opposuerit post quadriennium a die vacationis controversi Beneficii, & post executam Apostolicam gratiam pro Præsentato obtentam per qu. Josephum Llach, in cujus Juribus subrogatus prius fuit Salvius Carrio, & deinde mediante altera subrogatione in locum istius Antonius Estevanell, modernus collitigans. Nihilominus Domini sub die 4. Maii 1690. censuerunt dicto Michaeli esse Beneficium adjudicandum, ex eo moti fundamento, quod illius oppositio supervenerit re adhuc integra etiam post elapsum terminum in ædictis præfixum, & post executionem gratiæ pro præsentato ad favorem collitigantis decretam; dum ædicta post publicationem secutam inter Missarum solemnia non fuerunt affixa ad valvas Ecclesiæ, & Curiæ Episcopalis, præsentibus Testibus, & prævia Originalis dimissione, sicque nulliter publicata, Et dum executio Literarum Apostolicarum attentate, & invalide fuit decreta, lite coram Ordinario pendente super institutione, & non citatis collitigantibus, ut latius habetur in decisione sub dicta die coram me edita. Verum disputatione super eisdem reintegrata per concessionem novæ audientiæ, causaque operatiori studio per binas vices discussa, nimirum sub die 27. Novembris proxime effluxi, & iterum hodie decisio inventa est minus habens, parumque solidis innixa fundamentis, ideoque visum est ab ea recedendum.

26 Non subsistit quippe nullitas Ædictorum ex defectu affixioni desumpta. Nam si attenta dispositione Juris in vacationibus Beneficiorum de Jurepatronatus præmitti, & publicari debeant ædicta per affixionem ad valvas Ecclesiæ, & Curiæ Episcopalis propter absentes, & ne isti ignorantiam allegare valeant juxta Text. *in cap. fin. de elect. in 6.* quem habere locum in præsentatione dixit Rot. *dec.298. per tot. lib. 1. coram Puteo, & gloss. in dicta cap. in figuratione casus versic. respondet quod tunc, & Clementina prima de Judic.* Ubert. *de citat. cap.3. n.296. a §. Quod veritas;* aliique plene allegati in decisione antecedenti hujus causæ, *§. nam cum edicta*. Attamen cum in Curia Episcopali Barchinonen. quin imo per totum Principatum Cathaloniæ, ædicta publicentur inter Missarum solemnia, absque alia solemnitate affigendi eadem in januis Ecclesiæ, prout deponunt plures Curiales, & Canonici, aliique, qui fuerunt Notarii Curiæ Barchinonen. & aliorum Episcopatuum Cataloniæ, *Sum. præt. possessionis, Estevanell. n.2. 3. & 4.* Et quoad Curiam Barchinonensem plenius etiam Dominis constitit ex testimonio, quem de his perhibuit R. P. D. meus Molines, qui in Episcopatu Barchinonensi Vicarii Generalis munus exercuit, & modo inter hujusce Auditoris Patres meritissime considet; ommissio affixionis Ædictorum non attenditur, stante hac consuetudine, quæ valet, etiamsi totaliter tolleret ædicta, illorumque publicationem ad tradita per *Præposit. in cap. constitutis in ult. Verb. col.3. de edict.* Lambertin. *de Jurepatr. par.2. lib.2. quæst.6. art.14. num.1.* & Rota *decis.450. num.18. coram Merlin.*

Minus subsistit nullitas executionis gratiæ Apostolicæ obtentæ per Josephum Llach, & subsecutæ possessionis ejusdem, quia aut dicta executio prætenditur attentata, uti decreta, pendente jam lite super institutione compositorum, qualis consideratur *in præterita decisione §. nec intempestive versus finem;* & hæc excep-

tio opponi non poteſt per Michaelem, nam cum
iſte de eo tempore non eſſet in cauſa, & ſe oppo-
27 fuerit poſt præſentationem, & executionem gratiæ
pro Præſentato, & poſſeſſionem Joſephi Llach, reſpe-
ctu ipſius Michaelis non fuit inductum vitium at-
tentatorum, ut in ſpecie tradit Lancellot. *de at-
tentat. p. 2. c. 1. n. 52. & c. 12. ampliat. 14. n. 13.*
& Rot. *dec. 322. n. 15. cor. Mantic.* & in indivi-
viduo, *cor. Pen. dec. 1243. n. 4. verſ. reſpectu ta-
men*; Aut executio invalida dicitur ex defectu ci-
tationis Collitigantium, prout ponderatur in ea-
dem mea deciſione *in princip. dicti §. nec intem-
peſtiva*, & cum hæc nullitas non ſit inducta ipſo
Jure, neque ad favorem publicum, neque ſit ex-
cluſiva Juris Llach, Poſſeſſoris, ſed introducta fue-
rit ad favorem collitigantium non citatorum, non
poteſt utique opponi, niſi ab ipſis, non autem a
Tertio, qualis eſt Michael ad Text. *in l. loci cor-
pus. §. tempeſt ff. ſi ſervis vindicet*, Altogr. ad. *conſ.
1. n. 31. lib. 1.* de Marin. *reſp. 18. n. 7. lib. 2.* & in
terminis nullitatis ſententiæ Rot. *dec 582. num. 6.
& 7. coram Ludoviſ. & late ejus* Adden. *ad dec.
415. n. 6. ubi concordant*.

Data autem ex his legitima publicatione Ædicto-
rum, & undique valida executione gratiæ pro Præ-
ſentato omnino conſequi exinde videbatur, quod
28 dum Michael ſe oppoſuit, nedum poſt terminum
Ædictorum, ſed etiam poſt quadrimeſtre a Jure da-
tum Patronis laicis, & poſt ſententiam Executoria
per quam Gratia pro Præſentato fuit executa, &
Inſtitutio in illius ſequelam ab Ordinario conceſſa
ad favorem Joſephi Llach cum ſubſecuta poſſeſſione,
ſicque re amplius non integra non potuit, nec de-
buit admitti in præjudicium alterius Præſentati, &
legitime jam Inſtituti, ut de Patrono extra termi-
num Ædictorum compatente tradunt Lotter. *de re
benef. l. 2. q. 13. n. 50. & ſeqq.* Lambertin. *de Jurep.
lib. 2. p. 2. q. 6. art. 26. n. 1. & ſeqq.* Rocch. de Curt.
*eod. tr. in verb. Competens q. 22. tom. 50. verſ. hic
cadit quæſtio, & numeris ſeqq.* Vivian. *eod. tract.
p. 2. lib. 9. c. 3. n. 1. & ſeqq & n. 5.* Card. de Luc.
de Jurepat. diſc. 40. n. 2. & 3. Et de Patrono, vel
habente qualitates a Fundatore requiſitas opponente
ſe poſt terminum Juris, vel poſt Inſtitutionem le-
gitime datam, ubi prout hic validum proceſſit Æ-
dictum, idem Card. de Luc. *d. diſc. 49. n. 5.* Lam-
bertin. *eod. tract. p. 7. lib. 2. q. 1. principal. art. 28.
ſub n. 3. verſ. quartus caſus eſt*, Lata *de Anniverſ.
& Cappellan. cap. 9. n. 50.* Vivian. *de Jurep. lib. 7.
cap. 7. n. 7.* & Rot. *dec. 1314. per tac. cor. Pen. &
in Salamantina Beneficii 4. Februarii 1630. coram
Guisler. impreſſ. apud Alphonſ.* de *Leon.* de *offic.
Cappellan. q. 4. prax. 5. n. 87. verſ. nec controver-
tant, & n. 88. verſ. nec ſatis, & per tot.*

Eoque magis oppoſitio Michaelis intempeſtiva,
& invalida cenſeri debet, ex quo ad notitiam ejuſ-
dem perveniſſe probatur, tam vocatio controverſi
Beneficii, quam publicatio Ædictorum, & primo
29 ex eo, quod ædicta occaſione ejuſdem vacationis
Tertæ, & quidem diverſis temporibus fuerunt pu-
blicata inter Miſſarum ſolemnia prius ad inſtantiam
Franciſci Deſpugol primi præſentati a Patronis tan
quam de genere Fundatoris; deinde ad inſtantiam
Joſephi Llach præſentati a ſecundis Patronis, & de
genere pariter Fundatoris, & demum inſtante Igna-
tio Sala comulative præſentato, & de genere ejuſ
dem Fundatoris *prat. ſumm. Eſtevanel. num. 1. &
ſumm. primæ propoſitionis n. 10.*

Secundo, quia Beneficium vacavit per obitum
Joſephi Nadat ſecutum in Civitate Vici, in cujus
Cathedrali Eccleſia erat ille Canonicus, & Mi-
chael fungebatur munere Coadjutoris alterius Ca-
nonici, quod eſt inconfeſſo inter partes.

Et tertio, quia Pater dicti Michaelis patrocina-
tus fuit in hac eadem cauſa partes Ignatii Sa-
la ex quatuor coeppoſitoribus, & ipſomet Patre
inſtante expeditum fuit Ædictum, & publicatum
inter Miſſarum ſolemnia; *eodem Summar. num. 1.
lit. A.*

Ex quibus omnibus concluditur Michaelis ſcien-
tia, non quidem præſumpta, & inſufficiens, ut
ipſe contendit, ſed vera, certa, & indubitata; quæ 30
ex conjecturis vehementibus, & urgentiſſimis,
quales ſunt ſuperius adductæ probari poteſt etiam
in præjudicialibus, ut diſtinguendo inter ſcientiam
præſumptam, & veram, ex præſumptionibus, &
& conjecturis probatam firmat Rota *in deciſ. 150.
n. 4. & duob. ſeqq. coram Celſo, & dec. 30. n. 30.
coram Bich. & dec. 167. n. 11. & ſeq. cor. ſa. me.
Alex. VIII.*

Probata autem ſcientia Michaelis ſubintrat ve-
riſſima Juris concluſio communiter a Canoniſtis re-
cepta, quod Patroni, vel Oppoſitores a Fundatore vo-
cati, ſcientes vacationem Beneficii, & publicationem 31
Ædicti, nec compatentes intra terminum ejuſdem Æ-
dicti, vel ſaltem intra quadrimeſtre ante Inſtitutionem
cenſeantur conſentire præſentationi, ſive oppoſitioni
perſonæ in eo nominatæ, & renunciare pro illa vi-
ce Juri ſuo, ut his, aliiſque rationibus probant Fe-
lin. *in capit. Bertol. num. 13. de ſentent. & re judic.
& de comm. ſentent. D. D teſtant.* Roccb. de Curt. *de
Jurepatr. in verb. competens, quæſt. 23. num. 45. cum
ſeqq.* Lambertin. *eod. tract. p. 2. libr. 2. quæſt. 6. art.
27.* Vivian. *eodem tract. lib. 9. cap. 3. n. 5.* & Lotet. *de
re benef. lib. ... q. 13. nu. 52 ubi alii concordant.*

Quibus ſic ſtantibus nihil obeſt, quod quoties ædi-
cta non fuerunt publicata ad normam præſcriptam, *in
capit. final. de Elect.* ſed juxtà particularem conſuetu- 32
dinem regionis, valeat quidem Inſtitutio ſecundum diſ-
poſitionem Juris veteris, ſed ſententia inſtitutionis
non habeat vim definitivæ, ſolumque ſit interlocuto-
ria, & extrajudicialis, & poſſit ſemper revocari com-
patentibus veris Patronis, vel illis opponentibus, qui-
bus ex priori Jure Beneficium eſt debitum juxta tradita
per *Gloſſ. in cap. fin. in verb. inanes, ibique* Gemioian.
n. 18. & Barboſ. *n. 13. de Elect.* Innocen. *in cap.
cum olim num. 2. verſ. item ſi inveneris de dol. &
contum.* Berous *conſ. 5. n. 77. lib. 1.* Lambertin. *de
Jurepat. lib. 2. p. 2. q. 16. art. 14.*

Etenim objectum concludenter quidem procederet,
ſi ædicta juxta conſuetudinem alicujus regionis nullo
modo præceſſiſſent, & totaliter fuiſſent ommiſſa;
Tunc enim quia ommiſſis ædictis ſententia Inſtitutio-
nis diceretur lata ſine cauſæ cognitione, & non vo- 33
catis vocandis de Jure novo in *dicto cap. fin. de
Elect.* penitus irritatur, ſtante autem conſuetudine
redditur ad Jus antiquum, & ſuſtinetur non tanquam
definitiva, ſed uti extrajudicialis, & interlocotoria,
quia eſt revocabilis, & in his terminis procedunt,
& expreſſe loquuntur auctoritates in objecto relatæ:
at non ita eſt ubi, quod in præſenti ædicta fuerunt
abſque affiſione legitime publicata inter Miſſarum
ſolemnia, ſtante conſuetudine Curiæ Epiſcopalis ea
ſic publicandi, & ulterius de eorum publicatione
certam notitiam habuerunt omnes coeppoſitores,
quorum aliqui comparuerunt in tempore; Hoc enim
caſu cum Inſtitutio facta fuerit vocatis his, qui
vocandi erant, & cum cauſæ cognitione, vim ha-
bet Definitivæ, & non poteſt revocari niſi per vim
Appellationis in tempore interponendæ, ſicuti fit ab
aliis ſententiis definitivis, ut admittit *Gloſſ. in d.
cap. fin. in verb. inanes, de Elect. aliique in con-
trarium laudati.*

Cum ergo undique pateat Michaelem re amplius
non integra ſe oppoſuiſſe, mole ſua ruit alterum fun- 34
damentum adductum in *§. fin. præcedentis deciſionis*
quod ſcilicet defuncto Joſepho Llacb potuerit idem Mi-
chael ſe opponere, non obſtante diſpoſitione Text. *in
cap. 1. & 2. ut lite pendente in 6.* quæ ſicuti non tol-
lit tertio compatrono jus præſentandi lite pendente
inter duos præſentatos ab aliis Patronis; ita nec adi-
mit vocatis a Fundatore facultatem ſeſe opponendi
lite pendente; ſiquidem allatum exemplum compatro-
ni, unde augmentum trahitur ad vocatos a Funda-
tore, non eſt indiſtincte verum in omnibus caſibus,
ſed locum habet, quoties introducta lite inter duos,
vel plures præſentatos a diverſis Patronis, ſupervenit
re integra tertius compatronus, & durante adhuc ter-

mino

mino quatuor mensium præsentat, & cum tali supposito oppositionis per Michaelem factæ re integra, processit eadem decisio; & procedit Vivian. ibi allegatus *in lib.10. cap.4. n.6.* non recedens ab iis, quæ præcedenter firmaverat *in lib.7. cap.7. n.7.* & in eisdem terminis loquuntur omnes Doctores per eum cumulati; & præ cæteris, Rocch. de Curt. *de Jurepat. in verb. honorificum num.53. in 23. quæst. vers.3. membat*, Lambertin. *eodem tract. p.2. lib.2. q.7. art.24.* qui se refert *ad part.1. lib.2. q.6. art.12.* ubi semper loquitur intra quadrimestre, ut legitur in *n.28. 18. per totum, Covar. pract. q.c.36. n.7. vers.3. quandoque lit, & Calvacan. decis.70. ex n.61. & seqq. p.3.*

Indeque nulla, & intempestiva existente oppositione dicti Michaelis, illi resistit dispositio, *Text. in citat. c.1. & 2. ne lite pend. in 6.* & quemadmodum idem adjudicationem controversi Beneficii petere, vel obtinere non posset adversus Josephum Llach 35 ab Ordinario institutum, & in possessionem immissum, si viveret, minusque adversus Salvium Carrio a Sede Apostolica gratiose subrogatum in Juribus dicti Josephi colitigantis, & in possessionem pariter ejusdem Beneficii immissum ab Executore Literarum Apostolicarum, ita nec hodie impedire valet adjudicationem Antonio Estevanel. qui licet post obitum dicti Josephi, uno, eodemque tempore cum ipso Michaele se opposuerit tanquam unus de genere fundatoris, nihilominus cum Michaelem prævenerit impetrando a Summo Pontifice mandatum de subrogando in Juribus dicti Salvii Carrio nuper defuncti; & omnia in eo exposita concludenter justificaverit ostendendo se descendentem de genere, & parentela Fundatoris per legitima, & authentica documenta data *in summa positionis sub die præterita decisionis a n.12. usque ad 30. & summ. responsionis n.2. cum duob. seqq.* Idem omnino Jus habet, ac Joseph Llach, & Silvius Carrio, & ex illorum persona omnia etiam Jura aliorum coppositorum, qui priori liti cesserunt ex vi, & potentia subrogationis gratiosæ transformantis subrogatum in personam illius, in cujus locum subrogatur juxta bene firmatam per Rotam, *in dec.490. n.2. p.3. rec. & dec.495. n.16. & seqq. cor. Dunoz. Jun. & dec.74. n.4. par.17. rec. ubi alii concordantes.*

Et ita prætermissis aliis objectis levioris ponderis, quibus plene satisfaciunt scribentes pro Estevanel. conclusum fuit utraque, &c.

ARGUMENTUM.

Major pars Patronorum præsentando non idoneum, quando privetur potestate præsentandi, etiam durante quadrimestri; & per contrarium eo etiam elapso habeat novum terminum ad præsentandum? Lite pendente inter Præsentatos, an Patroni, qui unum ex eis nulliter, sed bona fide præsentarunt, possint iterum valide præsentare durante quadrimestri.

SUMMARIUM.

1 *Præsentans non idoneum scienter, privatur potestate præsentandi, durante quadrimestri, secus si ignoranter.*

2 *Ignoranter præsentans inhabilem a die detecta inhabilitatis, habet novum terminum ad præsentandum.*

3 *Scienter præsentans inhabilem non privatur, si præsentavit sub conditione dispensationis.*

4 *A die notitia obtenta dispensationis, an Patronus habeat novum terminum ad præsentandum, & quid in Collatore?*

5 *Patronus habet novum terminum a die scientia nullitatis dispensationis sui præsentati, & in aliis casibus, ut in 6. 7. 8. & 9.*

10 *Præsentans inhabilem contra legem Fundationis*

non excusatur ex ignorantia.

11 *Idemque procedit, si Præsentatio fuisset facta coram alio, quam Superiore destinato ex Lege Fundationis; sed limita, ut n.12. & 13.*

14 *An dispensatio inhabilis præsentati per majorem partem possit impediri per minorem, durante quadrimestri. Vide n.15. 16. & 17.*

18 *Lite pendente inter præsentatos, an Patroni possint alterum præsentare ob nullitatem primæ præsentationis? Vide n.19. usque ad 24.*

25 *Patronus reservata sibi potestate variandi in casu incapacitatis primi præsentati, potest, hac detecta, variare; etiamsi penderet lis inter compræsentatos.*

ALLEGATIO II.

ACcedit sæpe sæpius in praxi, quod Patroni Laici in præsentando scinduntur in partes; & una pars major præsentat non idoneum; ubi intrat quæstio. An durante adhuc quadrimestri possit major pars corrigendo errorem, alium idoneum præsentare; vel potius remaneat privata Jure præsentandi pro ea vice, quod accrescat alteri minori parti, ejusque Præsentato dicatur Jus quæsitum pro Institutione.

In hac materia distinctio est, quod aut Præsentatio 1 non idonei, seu indigni facta fuit *Scienter*; & major pars remanet privata Jure eligendi pro ea vice, ita ut nequeat intra terminum quadrimestris adhuc durantis alium idoneum præsentare; secus vero si facta fuit ignoranter, quia potest ad alterius idonei præsentationem devenire non solum intra terminum primi quadrimestris, ut firmant Lambertin. *de Jurep. lib.2. p.2. q.1. art.18. num.2. fol. mihi 707. & lib 2. p.3. q.4. art.5. num.1.* Antonin. *var. resol. lib.1. resol.19. n.15.* Card. de Luc. *de Jurep. disc.43. n.11.* Vivian. *eod. tit. lib.6. cap.7. n.71. & lib.12. cap.8. n.12. & 13.* Rot. *coram Cerr. decis.808. n.8.* Campanil. *in divers. Jur. Can. rubric.11. c.13. n.458.* Sed etiam intra novum qua- 2 drimestre computandum a die, quo illi habuerunt notitiam de non idoneitate præsentati, ut rejecta opinione firmata in *Tudertina Parochialis cor. Emerix*, plene scripsi, *Discept. Eccl.4. n.48. & seqq.* ubi consideravi Lambertinum, cui S. Rota adhæsit falso motum fuisse ex supposito, quod terminus curreret etiam Patronis ignorantibus, & præter ibi relatos firmant Gavant in *Manual. in verb Juspat. n.38.* Rot. *cor. Seraph. dec.1173. n.1. & 2. & cor. Coccin. dec.1105. n.9. & in recent. decis.459. num.27. p.19. tom.2.* & in terminis præsentati habentis vitium occultum tradit ipse Lambertin. *lib.2. p.2. q.1. art.18. num.2. in fin.* Stante igitur præsentatione non idonei, seu indigni facta scienter per majorem partem; præsentatus per minorem partem, qui sit dignus; esset instituendus, secus si major pars scienter indignum non præsentasset, Vivian. *ubi proxime n.12. & 13. Campanil. in divers. ubi supra n.460.* Buratt. *dec.680. per totam.* Lambertin. *ubi supra p.3. q.5. art.6. n.5.* Rota *in Rhegien. Jurep. 16. Januar. 1708. §. tantum autem coram Reverendiss. Molines Decano.*

Circa primum casum, quando præsentatio non 3 idonei facta fuit *Scienter* adhuc non incurritur pœna privationis Juris præsentandi pro ea vice, etiam durante quadrimestri; quando Patroni præsentarunt non idoneum sub conditione obtinendi dispensationem; puta si præsentassent inhabilem sub tali conditione, vel Laicum sub conditione Clericatus, vel Clericum simplicem in beneficio Sacerdotali, aut non habentem requisita Fundationis sub conditione dis- 4 pensationis. His enim casibus, obtenta intra terminum dispensatione, aut Clericatu, valida esset præsentatio, ea autem non obtenta non essent privati jure præsentandi pro ea vice; sed possent præsentare alium intra tamen primum quadrimestre, non autem intra novum; & quamvis Vivian. *de Jurepatr. lib 5. cap.2. sub n.23. vers. & si fiat*; ponat hanc conclusionem, quod a die scientiæ non obtentæ dispensationis, Patronus habeat aliud quadrimestre, seu semestre inhærendo *Decisioni*, *cor. Seraph.* attamen conclusio falsa est,

& nullatenus amplectenda, prout eam reprobat Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 6. §. p. n. 7. in fin. & de linea legal. part. 1. art. 24. num.* 10. Ea ratione, quod ut valeat præsentatio incapacis sub conditione dispensationis ista verificari debet, & sic intervenire intra quadrimestre, alias præsentatio habetur pro non facta, & Patronus elapso termino non habet Jus ulterius præsentandi, ideoque nihil refert, quod ipse sciverit, aut ignoraverit non fuisse obtentam dispensationem, quia præsentare tenetur, quod infra terminum obtineatur dispensatio, & sic paria sunt scire, & scire teneri; ultra quod potuit Patronus sibi præcavere durante termino, conditionaliter alium præsentando, seu accumulando, quatenus primus non habilitetur per dispensationem, ut per De Luc. *de Linea legal.* obj proxime aliosque inferius allegandos, *n.* 21.

Rota autem coram Seraph. *dec.* 1172. solum dicit tempus devolutionis currere a die Scientiæ nullitatis obtentæ dispensationis; loquendo respectu Collatoris, ad quem fiebat devolutio, ut legere est *ibi n.* 2. & consequenter non loquitur de Patrono, cui competeret valeat novus terminus; & explicat Tondut. *qu. benef. part. 3. cap.* 138. *num.* 5. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 72. *n.* 105. Et sic decisio Seraphini bene procedit in ordine ad Collatorem, cui non currit tempus devolutionis, nisi a die Scientiæ nullitatis dispensationis, non autem a die Scientiæ non obtentæ dispensationis, ut male supponit Corrad. *in prax. benef. lib. 4. c. 6. sub n. 4. vers. quod quidem*. Ubi quod sicut in Decisione Seraphini dicitur tempus devolutionis currere a die nulliter impetratæ dispensationis, eo magis a die illius denegationis; quandoquidem differentia utriusque casus est evidens, quia Collator habens providere jure devoluto, excusatur quidem propter ignorantiam nullitatis obtentæ dispensationis, ita ut tempus devolutionis currere non possit, nisi quando certus remanet de hac nullitate, non tamen excusatur, ignorando denegatam dispensationem, cum solum teneatur expectare illam per totum quadrimestre, quo elapso incipit sibi currere tempus devolutionis, nec tenetur scire, aut expectare ulterius gratiam dispensationis; excepto forsan casu, quo Patronus, vel Præsentatus coram Ordinario Collatore, false allegasset obtentam fuisse gratiam dispensationis, & petiisset supersederi, donec ea perveniret in partibus; tunc enim assignato congruo termino; eoque expectato per Ordinarium, & durante, non curreret tempus devolutionis; sed bene curreret postea, etiam non habita notitia denegatæ dispensationis, quia ulterius credere non tenetur, nisi forte aliquod impedimentum interim allegasset Patronus, vel Præsentatus, cui Ordinarius verisimiliter credere debuisset.

5 Bene verum est, loquendo in ordine ad Patronum, qui præsentasset sub conditione dispensationis, haberet iste novum terminum a die notitiæ nullitatis dispensationis, quando nempe, ea obtenta infra quadrimestre, & gratia præsentata coram Executore, detegeretur ejus nullitas ex aliquo capite per Patronum ignorato; puta si Expeditionerius non expressisset verum valorem, aut veram ætatem præsentati, vel expressisset aliquid veritati contrarium citra culpam ipsius Patroni, & in summa ex aliis casibus, ubi gratia posset esse subreptitia, aut nulla citra culpam Præsentantis, in quibus terminis amplecti valet conclusio firmata apud Vivian. *lib. 5. cap. 7. num.* 23. *in fin.* & Seraph. *dec.* 1173. *sub n.* 2.

6 Prout in aliis casibus contingere solet. Et primo; Si Patronus præsentasset coram non habente facultatem instituendi, ad quem spectare Institutionem probabiliter credebat, habet novum terminum a die Scientiæ nullitatis præsentationis juxta Lap. *alleg.* 95. *sub n. 2. vers. ad secundum*; Roc. de Curt. *de Jurepatron. in verb. honorificum n.* 68. Lambert. *eodem tract. l. 2. p. 2. q. 1. art. 24. n. 2. & seqq.* Vivian. *lib. 5. c. 2. n. 27. vers idem est*. Nisi ageretur de casu, ubi ex lege fundationis præsentatio fieri deberet coram certo Prælato, vel Papa, quia tunc Patronus non posset excusari ab ignorantia, nisi ultimi status essent in contrarium, & præstarent bonam fidem Patrono, ut dicetur infra.

Secundo si Patroni laici nulliter nominassent, seu elegissent per sortes, & sic electum præsentassent, licet enim nominatio, seu electio esset nulla, attamen a die Scientiæ nullitatis competeret Patronis novus terminus, ut dixit Rot. *dec.* 459. *n.* 24. *& seqq. p.* 19. *tom. 2. rec.* ubi tamen advertitur, quod ista nullitas nominandi per sortes, non cadebat sub censura Canonum ad differentiam Electionis Canonicæ, ut firmat ibi Rot. *n.* 25. Et in omnem casum hæc nullitas non præsumebatur cognita Communitati Laicorum nominanti, quæ non tenetur ita subtiliter scire Canones, & maxime ubi nullitas non proveniebat ex Jure claro, sed ex illo, quod non videbatur applicari ad hujusmodi nominationes, quæ non sunt Canonicæ Electiones, neque præsentationes. 7

In hoc tamen casu reperio contrariam opinionem fuisse servatam *in Majoricen. Beneficii* 15. *Junii* 1699. *coram R.P.D. Ansaldo, &* 29. *Martii* 1700. *coram bo. me. Muto*; ubi erat casus, quod spectante Jurepatronatus ad quatuor Consules, tres ex illis, & sic major Pars illorum fecerant compromissum in tribus Presbyteris, ut isti devenirent ad electionem Beneficiati, qui hujusmodi electionem fecerant per sortes, & *Rota* censuit eam esse nullam, & privatos remansisse tres Consules compromittentes potestate præsentandi, & hanc consolidatam remansisse in quarto Consule, qui non fecerat compromissum, & quod magis est, dixit privationem istam fuisse inductam, licet non probaretur quoad illos tres Consules scientia præcisa electionis factæ per sortes, dicendo sufficere scientiam præsumptam, nec requirendo notitiam nullitatis electionis ex hoc capite resultantis. Quam opinionem ego sequi non possum, quia electiones fieri solitæ per Communitatem Laicorum, ejusque Decuriones, & Consules non sunt Canonicæ electiones, de quibus loquitur censura, *Text. in cap. final. de Sortileg.* sed simplices nominationes factæ extra præsentiam habentis instituere, & quæ dicuntur Destinationes Personæ præsentandæ, non autem præsentationes, ut me scribente dixit Rot. *in Romana Capellaniæ* 27. *Novembr.* 1707. §. *verum, &* 3. *Febr.* 1708. §. *quod enim cor. R.P.D. Scotto*. Neque idcirco illis applicatur Censura S.S. Canonum prohibens Electionem fieri per sortes, *Gloss. in cap. final. in verb. in Electionibus de Sortilegiis*, Rot. *dicta dec.* 459. *num.* 25. *p.* 19. *tom. 2. rec.* Quicquid secus in electione ad Canonicatus, quam faciunt Capitula Cathedralium, & Collegiatarum, in quo sensu opinionem firmatam in *d. Majoricen.* recepit Rot. *in Albaracinen Canonicatus* 10. *Maii* 1700. *coram Reverendiss. Molines Decano*, Me scribente, edita, & impressa *apud Me Discept. Eccles.* 4. *n.* 103. Vel saltem negari non potest, quin Communitas Laicorum sit excusanda in hoc articulo, ubi nullitas hujusmodi Electionis, seu nominationis, non est ita certa de Jure, ut Communitas præsumatur habere notitiam de illa, quando Laici non tenentur ita subtiliter scire Canonicas subtilitates, sicut tenentur Ecclesiastici, ut ex *Doctrina Innoc. in c. firmiter de Summa Trinitate, & Fide Catholica*, inquit Lambertin. *de Jurepatr. p. 1. lib. 2. q. 10. art. 4. n. 25. fol. mihi* 670. conferunt ad hæc tradita per Gloss. *in c. final. in verb. ex vi, de Jurep.* ibique Jo. Andr. Zabarell. & alios Canonistas communiter dicentes, quod pœna privationis juris præsentandi non debet imponi, nisi in Jure expressum fuerit, quod sit imponenda in hoc, vel illo casu, Lambertin. *lib. 2. p. 2. q. 2. art. 8. n.* 17.

Tertio; Si Juspatronatus spectaret ad Universos, non autem uti singulos, ita ut præsentare deberent collegialiter adhuc quando Patroni Laici præsentassent singulariter, & sic præsentatio esset nulla, non debent privari potestate eligendi, Lamber. *de Jurepatr. l. 2. p. 2. quæst. 2. art. 8. num.* 17. ubi allegat rationem, quia talis pœna privationis sic præsentantibus, statuta non reperitur, Gloss. *in c. final. in verb. ex vi de Jurepat.* quod intellige, durante adhuc Quadrimestre; eo autem elapso competeret novus terminus ad 8

facien-

facendam novam præsentationem a die nullitatis declaratæ per Judicem, quando tamen dubium foret, an Juspatronatus spectaret ad singulos, vel universos. Itaut præsentatio fieri debuisset collegialiter, & tamen fuisset facta singulariter, quam ego quæstionem, *an præsentatio sit facienda collegialiter, vel possit fieri singulariter*, habuit in pluribus causis signanter in *Hipporegen. Parochialis* 21. *Junii* 1700, *coram Reverendiss. Molines Decano in Majoricen. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. *coram R. P. D. Ansaldo*, & *in Bononien. Parochialis* 26. *Januarii* 1711. *coram R. P. D. Caffarello Gubernatore Urbis*; ea ratione quod præsentatio, licet nulliter facta est tamen colorata, & ideo durante illo colore non currit tempus; & excusantur Patroni, donec veritatem intellexerint Lambertin. *de Jurepat. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 24.
7 *sub n.* 63. *vers. sed non obstante lapsu, fol.* 713. Passerin. *de Elect. cap.* 23. *n.* 41. quod intellige, ut dixi in casu dubietatis, an Juspatronatus spectet ad singulos, vel universos, seu an præsentatio sit facienda collegialiter, vel possit fieri singulariter, quæ dubietas consistat in facto nimis intricato, & Patroni habere potuerint bonam fidem, & justam credulitatem ex aliquibus circumstantiis, quæ bona fides, & justa credulitas excusare solet a devolutione, Rot. *in Ro-*
8 *mana Cappellania* 3. *Junii* 1707. §. *concurrente, coram R. P. D. Scotto* alias enim Juris ignorantia neminem excusat, & paria sunt scire, & scire debere; & elapso quadrimestri absque præsentatione valide facta collegialiter, intraret devolutio ad superiorem, Lambert, *de Jurepat. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 3. *art.* 7. *n.* 8. & *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 10. *art.* 4. *n.* 18. Rot. *in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. §. *nec pro evitanda, coram Reverendiss. D. Molines Decano*; ubi inquit, quod non suffragatur ignorantia juris clari, sed requiritur, quod ea consistat in facto incognito, vel in aliquo articulo Juris valde controverso, & *in Mediolanen. beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *licet oppositum, coram R. P. D. Ansaldo*,

9 Quarto ubi Patroni ignoranter præsentassent inhabilem, indignum, vel non idoneum, novus terminus eis competit ad præsentandum de novo a die scientiæ incapacitatis, seu inhabilitatis præsentati, *ut superius dictum est num.* 2. idemque procederet, si præsentatus fuisset aliquis Clericus miles Calatravæ. Quamvis enim hujusmodi milites beneficia sæcularia consequi soleant, prævia dispensatione justa praxim Datariæ, sine qua dispensatione de stylo Curiæ censentur incapaces, attamen de Jure non reputantur ad hunc effectum proprii Regulares, & sunt capaces Beneficiorum sæcularium juxta firmata per Sanchez *ad præcepta Decal. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 102, 103. & Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 3. *q.* 2. *in fin. vers. sed*, Pellizac. *in manual. Reg. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 9. *sect.* 4. *subsect.* 3. *num.* 234. Lezan. *in sum. quæst. regul. tom.* 1. *p.* 2. *c.* 5. *num.* 43. Et in hoc casu excusaretur Patronus, & a die scientiæ nullitatis haberet alium terminum ad præsentandum de novo propter opinionem Doctorum, quæ causat bonam fidem,

Pone hic quod Patroni præsentaverint non qualificatum, aut incapacem ex Lege Fundationis, quam ignorabant; nunquid excusari valeant a pœna pri-
10 vationis? Negativa regula est amplectenda, quia non potest allegari ignorantia Legis Fundationis, & paria sunt hic scire, & scire teneri, ut apud Marantam *vesp.* 28. *num.* 8. & 9. *p.* 3. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 47. *sub num.* 4. Cavaler. *decis.* 231. *num.* 3. itaut præsentantes non idoneum, aut non qualificatum juxta legem fundationis priventur potestate eligendi pro ea vice, & durante etiam quadrimestre, jus illud accrescit alteri, vel aliis Patronis, qui bene præsentarunt, etiam paucioribus, & etiam uni, iisque non extantibus devolvitur ad Superiorem, Lambertin. *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 10. *art.* 4. *n.* 17. & *n.* 23. *vers. & idem dicerem*, Cavaler. *decis.* 231. *num.* 20. Corrad. *in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 3. Rot. *in Firmana Altaris* 30. *Januar.* 1614. *apud Amayden. de Stylo Dataria lib.* 1. *cap.* 24. §. 1. *n.* 12. *vers. quia cum ipse*, Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 7. *numer.*
370. Idemque procederet, si præsentatio fuisset facta 11
coram alio, quam Superiore destinato ex lege fundationis, e. g. Summo Pontifice, cui reservato Jure instituendi, censetur etiam ordinatum, ut coram ipso fiat præsentatio justa deducta apud Rot. *in Mediolanen. Præpositura* 23. *Januar.* 1705. §. *nec minori, coram Reverendiss. Molines Decano*, Vel ex alio capite esset nulliter facta præsentatio, quo casu major pars vocum eorum, qui præsentarunt nulliter, & contra formam, consolidata remanet etiam in
uno; Quod limitatur, ubi Patroni non præsentant, 12
uti singuli, sed in Forma Collegii, & universitatis; nam tunc majori parte scienter indignum, vel contra formam Fundationis præsentante, jus præsentandi devolvitur ad Superiorem, non autem ad reliquos de Universitate, seu Collegio, Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 370. *vers. qua tamen*, ubi allegat Butrium *in cap.* 3. *n.* 11. *vers. & est ratio, de Jurepat.* Lambertin. *de Jurepatr. p.* 3. *lib.* 2. *q.* 4. *art.* 2. *n.* 3. Rot. *dec.* 568. *n.* 2. *p.* 2. *rec. V. alleg.* 100. *num.* 3. & *seq.*

Cæterum si Lex Fundationis circa aliquam qua- 13
litatem esset dubia, & disputabilis, ut e. g. an beneficium esset necne Sacerdotale justa casus frequentiores in praxi: tunc præsentatio non idonei non diceretur facta scienter, esto quod verior interpretatio præseferret qualitatem sacerdotalem; sed potius facta ignoranter, nec intraret pœna privationis, ut supra; ad quam inducendam requiritur Scientia vera, non autem interpretativa, Seraph. *dicta dec.* 1173. *n.* 3. Idemque forte tenendum esset, si ultimus status esset contrarius fundationi; nam licet quando est præscriptus suffragari valeat ad immutandam qualitatem beneficii, Vivian. *lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 40. 45. & 61. Non autem quando deficit præscriptio cum requisito coactionis, quod nempe Beneficium fuerit Collatum Clerico, in concurrentia Sacerdotis, attamen ultimus status attenditur ad effectum causandi bonam fidem in Patrono, quæ excusat a pœna privationis pro ea vice facultatis præsentandi, ut in puncto Rot. *dec.* 139. *n.* 25. & *seqq.* apud Vivian. *de Jurepat.* & *dec.* 41. *n.* 3. & 4. apud Monacell. *in formul. for. Eccles. tom.* 2. ex deductis *apud Me Discept. Eccl.* 7. *n.* 31. Rot. *in Romana Cappellaniæ* 3. *Junii* 1707. §. *Concurrente*, & 25. *Novembris ejusdem Anni* §. *prædictis, coram R. P. D. Scotto*. Ita tamen ut, postquam iste notitiam habet de errore ultimi status, & resistentia fundationis, teneatur alium præsentare, intra novum terminum, nam alias eo elapso clara erit devolutio, vel ad Superiorem, vel Jus accrescendi favore Compatroni, Rot. *coram Coccin. decis.* 1103. *n.* 10. & *in dicta Romana Cappellania* 25. *Novembris* 1707. §. *prædictis*; & sic intelligenda venit præallegata *Decisio* 41. *n.* 2. & *seqq. post Monacell. in formul. Eccles. tom.* 2. licet loquatur de nova præsentatione durante adhuc primo termino, ibique non unus, sed plures concurrerent status contrarii Legi Fundationis.

Si autem detur casus, quod ex tribus Patronis 14
duo præsentent non idoneum? Quæritur an Episcopus possit dispensare cum non idoneo præsentato per majorem partem, invita minori? Et negative respondet Lambertin. *lib.* 1. *p.* 2. *q.* 10. *art.* 5. *sub n.* 6. his verbis: *Episcopus non potest dispensare cum minus idoneo præsentato a majori parte, invita minori, quia illi habent jus vel sperant habere, puta si non præsentarent, & laberetur quadrimestre, remaneret præsentatus idoneus a minori parte.*

Tu distinguendo dicas, Episcopum non posse dispensare non idoneum præsentatum a majori parte, invita minori, quando præsentatio facta fuit *Scienter*; quo casu minor pars habet Jus quæsitum, ratione Juris accrescendi, seu non decrescendi vocum majoris partis, ejusque præsentatio firma remanet propter consolidationem, & accrescentiam hujusmodi vocum. Et in his terminis recipiendus est, Lambert. *ubi supra n.* 6. & melius ipse explicat ibidem *vers. septimus est casus, fol. mihi* 672. Secus autem quando præsentatio facta est *ignoranter*, quia tune minori par-

ti

sit nullum est adhuc Jus quæsitum. Nec obstat illud Jus quærendum, quod habere spectat minor pars, si major intra quadrimestre, alium non præsentaret, quod considerat Lambertin. *ubi supra*. Jus enim quærendum non habetur in consideratione, tanquam incertum, & eventuale, quod potest esse, & non esse; & iniquissimum foret, quod quis impediret jus alterius circa assequendam dispensationem sub motivo Juris sibi quærendi ex impedimento, quod ipse præstat dispensationi. Hoc enim modo, nec minus liceret Patrono præsentare inhabilem sub conditione dispensationis, quia per oppositionem etiam unius Patroni, seu minoris partis Patronorum impediri posset dispensatio, & nulla reddi præsentatio, quod est absurdum, ut redarguendo hujusmodi erroneum opinionem lata scripsi *Discept. Eccles. 13. n. 40. cum duob. seqq. & in Parergon. n. 14. ad plur. seqq. usque ad n. 30.* ubi addusi urgentes rationes, quæ dictum Lambertini, ostendunt male fundatum, & firmavit Rot. *in Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. §. amaritudo, coram R. P. D. Ansaldo, & 23. Januarii 1705. §. firmata cum seqq. coram Reverendiss. Molines Decano*, & bene probat Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 51. n. 23. & seqq.* In ca-

16 su autem, quo Patroni præsentassent inhabilem ignoranter, nihil juvaret si inhabilis obtinuisset postea de per se dispensationem, quia deficit præexistentia validæ præsentationis, nisi Patroni intra quadrimestre, præsentationem jam factam promoverent post obtentam dispensationem, instando coram Superiore, ut instituatur eorum Præsentatus, aut nisi iste hanc instantiam faceret ex præsumpto mandato Patronorum, quia nempe scirent inhabilitatem, & dispensationem Præsentati, & permitterent eum prosequi suam præsentationem, & in eadem voluntate persisterent, eam non revocando, qui sane consensus compatronorum haberet vim novæ præsentationis, ut per Rot. *dec. 16. sub n. 3. vers. credo tamen, de renunc. in antiq.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 6. n. 20.* alias cum præsentatio non idonei sit ipso jure nulla, non obligat Patronos, aut impedit, quin possint alium privative præsentare, *cap. congregata, de Elect.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 10. cap. 1. n. 18. & seqq.* Rota *in Recanat. Beneficii 9. Maii* 1701. *§. fin. coram R. P. D. Lancetta*; quæ quidem privativa præsentatio poterit ab ipsis fieri etiam intra novum terminum a die detectæ inhabilitatis, non obstante dispensatione obtenta per præsentatum inhabilem, quia deficit semper valida præsentatio ab initio, quæ non reconvalescit ex dispensatione superveniente, sine novo consenso saltem tacito Patroni habente vim novæ præsentationis, de quo superius dictum fuit, ex Rot. *dec. 16. de renunc. in antiquis*, Marescot. *var. res. lib. 2. cap. 33. n. 22.* Vivian. *lib. 5. cap. 2. sub n. 28. vers. & præsentationi*, Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 6. n. 19. & seqq.* Præsentatio autem incapacis, & inhabilis est penitus nulla, quando non fuit facta sub conditione dispensationis, tam si Patroni præsentaverint incapacem scienter, quam si ignoranter; cum hac distinctione, quod præsentatio facta scienter, ad differentiam factæ ignoranter privat Patronos pro ea vice potestate præsentandi, & ideo ne inducatur talis privatio, oportet præsentare sub expressa conditione dispensationis, Corrad. *in prax. lib. 4. cap. 6. n. 4. vers. & quidem*. Seraph. *decis.* 1173. *n. 1.* & me scribente in *Volaterrana Beneficii 7. Decembris* 1708. *§. nec valuit responsio, coram R. P. D. Crispo.*

17 In casu duorum præsentatorum in paritate vocum unius habilis: & alterius inhabilis, si iste obtinuisset Provisionem Apostolicam cum derogatione, & dispensatione, dicit Corradus eam esse subreptitiam, & nullam, non facta mentione compræsentari habilis, *ut in prax. benef. lib. 4. cap. 6. n. 3. ex Auctoritate Rotæ, coram Cavaler. dec.* 231. Sed ista decisio loquitur, quando compræsentato habili jus erat quæsitum pro institutione ob lapsum temporis, scilicet quadrimestris, ut legitur est *n. 4.* unde eo adhuc durante, gratia obtenta non esset subreptitia, quia Jus non erat quæsitum dicto compresentato, & Patronus potest durante quadrimestre procurare dispensationem sui præsentati, quæ non tollit alteri Jus quæsitum; sed solum impedit Jus quærendum per lapsum termini, cujus juris quærendi expressio non est necessaria ex supra deductis; Et Doctrina *Corradi* intelligenda venit, vel quando compræsentatus habilis, jam fuerat ab Ordinario institutus, ut ipse exemplificat, *ubi supra*, vel quando ei fuisset jus quæsitum propter legem fundationis requirentis habilitatem de tempore præsentationis, seu nominationis, prout in his terminis hujusmodi Auctorem applicat Rota *in dicta Volaterrana Beneficii 7. Decembris* 1708. *§. destituto coram R. P. D. Crispo*, vel quando provisio, & dispensatio Apostolica successisset jam elapso quadrimestri, ut explicat Cyrillus, *quæst. Jur. cap. 93. n. 24.*

Pone quod major pars Patronorum præsentavit non idoneum, seu inhabilem ignoranter; per contrarium vero minor pars Patronorum rite, & recte alium præsentavit; si lite contestata inter Præsentatos detegatur nullitas præsentationis factæ per majorem partem Patronorum; utrum ista possit iterum valide præsentare postquam habuit notitiam nullitatis, vel, potius obstet pendentia litis, quamvis duret adhuc terminus quadrimestris. 18

Quod nequeant Patroni corrigere errorem suum iterum valide præsentando, probat *Textus in cap. 1. & 2. ut lite pendente in 6.* ubi ne lites in longum producantur in præjudicium Ecclesiarum; & ne superstiti detur novus Collitigans; prohibentur novæ electiones, & præsentationes, quæ duplex ratio operatur, ut hujusmodi prohibitio locum habeat, etiam si nemo ex præsentatis Collitigantibus cesserit, vel decesserit; qui est casus figuratus per Textum, nam alter casus, ubi subest per omnia ratio legis, tacite intelligitur inclusus, ut ostendit Covar. *pract. quæst. cap. 36. sub n. 7. vers. sed si adamussim.* 19

Probat hoc ipsum ratio pendentiæ litis, quæ reddit beneficium litigiosum, & ligat manus Patronis, ne ea pendente possint amplius præsentare, & si præsentant, præsentatio dicitur attentata, ut in terminis Patroni, qui præsentaverat indignum, punctualiter tradit Marant. *respons. 43. n. 41. cum seqq. tom. 3.* Etenim per contestationem litis acquiritur Jus Collitigantibus, in quorum præjudicium nequit Patronus aliquid attentare; cum ergo alteri vere, & recte præsentato sit jus quæsitum pro Institutione in concursu nulliter præsentati, non videtur licitum Patrono hoc jus alteri quæsitum tollere per novam præsentationem, etiam si ipse dicatur uti Jure suo sibi per Legem concesso, quia litis pendentia solet impedire quem uti Jure suo, & facit illicitum, quod antea erat licitum, ut ratiocinatur Lancellot. *de attent. lite penden. in præfat. n. 579.* Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 17. n. 142. & seqq.*

Pro contraria parte urget ratio, quod litis pendentia non prohibet Patronum, quo minus semel præsentet; Unde si ex pluribus Patronis aliqui duos in discordia præsentaverint, & lis pendeat inter præsentatos ab ipsis, etiam citatis aliis Patronis, qui nondum præsentarunt; isti per hanc litis pendentiam non sunt interdicti, quo minus suam præsentationem expleant, ut docet Covar. *pract. q. cap. 36. sub n. 7. vers. Unde si pendente lite Patronus*, Rot. *in Barchinonen. Beneficii 14. Martii 1692. §. cum ergo coram b. m.* Ursino Vivian. *de Jurepat. lib. 10. cap. 4. n. 6.* Ergo sicut semel præsentare valent, ita etiam non prohibentur detecta nullitate eorum prioris præsentationis corrigendo errorem suum valide præsentare; quoniam hæc non dicitur variatio, aut secunda præsentatio accumulativa, sed prima, & unica præsentatio, nam alia, quæ nulla est ipso Jure habetur pro non facta, quia paria sunt non præsentare, ac nulliter, & inhabilem præsentare, ut tradunt Lambert. *de jurepatr. lib. 2. p. 2. q. 7. art. 2. sub n. 5. & art. 3. ante n. 1. & art. 6. n. 1. & art. 10. n. 2. art. 21. n. 6. fol. 845.* ubi quod prima præsentatio nulla non computatur, & per secundam non dicitur fieri variatio; *& lib. 2. q. 1. art. 18. num. 2. fol. 707. & lib. 1.* 20

p. 3.

p. 3. q. 4. art. 5. num. 2. vers. quia est; Sanchez *cons. moral, lib. 2. cap. 13. dub. 65. num. 7.* Rot. *coram Cerr. decis.* 106. *num.* 37. *& in rec. decis.* 459. *num* 29. *p.* 19. *tom.* 2. *& in Recanaten. Beneficii* 9. *Maii* 1709 §. *final. coram R. P. D. Lancetta.* Licet ad alium effectum non admittendi Patronum laicum ad præsentandum ultra duos contrarium dixerit Lambert. *lib. 2. part. 2. quæst. 7. artic. 25. num. 3. fol.* 850. distinguens inter præsentationem imperfectam, & nullam, sed male, & sine fundamento.

Unde si facta nulliter priori præsentatione, Patronus dicitur non præsentasse, ex regula; quod nullum est, nullum producit effectum, ut ita Lambertin. *p. 2. lib. 2. p. 7. art. 21. num. 6.* utique litis pendentia non poterit eum privare facultate semel præsentandi, quia semel præsentare dicitur, postquam prima præsentatio non computatur tanquam ipso Jure nulla per nullitatem incognitam Patrono, ex regula quod Præsentatio nulliter, sed bona fide non consumit Jus semel præsentandi, ad differentiam præsentationis factæ scienter de inhabili, seu incapaci, juxta *Consil.* 329. Ludovici Romani communiter receptum in foro, ut apud Gonzal. *ad regul. 8. gloss.* 34 *num.* 36. *& gloss.* 45. §. 3. *num.* 53. *&* 54. Achilles de Graff. *decis. 8. de concess. præbend.* Mohedan. *dec.* 14. *eodem tit.* Rot. *coram Cerro decis.* 106. *num.* 22. *& seqq.*

21 Stringit pro hac opinione optimus Textus *in cap. Pastoralis, de jurep.* ubi cum Patronus Laicus habeat Jus variandi, si post primum præsentatum velit variare in alterum non potest ejus variatio impediri per appellationem primi, sed appellatione non obstante potest variare; ibique, Zabarell. *nu. 2. vers. item appellatio*, Lambertin. *de jurepat. part. 2. lib. 2. part. 7. art. 20. n. 2. &* 3. Paz Jordan. *tom. 2. lucubr. tit. 7. lib. 10. num.* 244. Ricc. *in prax p. 3. resol.* 466. *num.* 5. Ergo pendentia litis non debet auferre Patrono jus suum, nec impedire quo minus semel valide præsentet, & tradit Vivian. *de jurepatr. lib.* 10. *cap.* 1. *nu.* 12. ubi ponit regulam, quod Patronus nequeat variare lite pendente inter præsentatos, deinde autem *num.* 16. *& seqq.* eam limitat, quando præsentatio non fuerit perfecta aut valide facta; confert Lambertin. *lib. 2. q. 6. art. 12. sub. num. 14. versic. & ultra hos casus considera tertium*, & probat Covar. *practic. quæst. cap. 36. num. 7. §. tertio, quandoque ad finem vers. unde si pendente lite.* Sanchez *cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 65. num.* 2. Interpretatio autem data per Lancellott. *de attent. lit. pendent. in præfat. num.* 582. quod nempe in casu allegati Textus *in cap. Pastoralis*, non concurreret, nisi appellatio extrajudicialis, & deficeret forma Judicii, videtur divinativa, & idealis, quia nemo ex Canonistis supponit appellationem in eo Textu expressam fuisse extrajudicialem, sed eam vocant legitimam, imo judicialem esse probat Zabarell. *ibi sub num. 2. in fin.* firmans lite pendente posse Patronum laicum variare.

In hanc sententiam adduco alium Textum *in cap. final. de. Jurepat.* ubi Capitulum Eboracen. Patronum unius Ecclesiæ loco præsentandi, nulliter fecerat collationem illius Ecclesiæ R. Clerico; cognito mox errore præsentaverat L. Clericum, non obstante appellatione interposita per supradictum R. ad Sedem Apostolicam, qua minime attenta Gregorius Nonus in eo Textu respondit dandam esse Institutionem præsentato tanquam potiori; ex qua Decretali inferri videtur, quod appellatio, quæ fortior est litis pendentia, ut ait Lancellott. *de attent. ubi proxime, num.* 566. *& seqq.* non adimit Patrono Jus semel valide præsentandi, stante nullitate actus primi, quodque litis pendentia non impedit Patrono correctionem erroris in præsentando ignoranter commissi.

22 Non obstat quod Patroni possint sibi præcavere præsentando intra quadrimestre duos mediante cumulativa conditionali, seu ordinata per prius, & posterius, nempe præsentando Titium, & si fuerit indignus, vel non idoneus, præsentando Joannem, cum qua cautela vitare possunt lapsum termini, ut inquit Lambertin. *de Jurepatr. lib. 2. p. 2. quæst. 3. art. 8. num. 12. vers. & ideo considerarem, & art. 9. numer. 5. fol. mihi* 774. *&* 775. Vivian. *lib. 8. cap. 6. n.* 24. quam speciem cumulative potuit etiam Marant. *respons. 14. num. 22. p. 3. & respons. 39. num. 36. p. 4.* Sanchez *cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 64. num.* 2. *idem* Lambertin. *lib. 2. p. 2. q. 1. art. 17. n. 5. vers. quia Patronus Laicus.* Hoc enim procedit quando Patroni dubitant super idoneitate ejus, quem præsentant, juxta suppositum, quod figurat Lambertin. *d. lib. 2. art. 8. n.* 11. ibi: *Et dubitarent de indignitate, vel non idoneitate illius:* Nec proinde applicantur generaliter, quando Patroni bona fide præsentant indignum, vel non idoneum, ignorando ejus indignitatem, vel inhabilitatem, quæ ignorantia regulariter præsumenda est, nisi probetur scientia, aut dubitatio. Ultra quod cautela hæc licet bona, non tamen omnissa operatur, ut quis gaudere non debeat novo termino, etiamsi ab initio dubitaverit, quia dubitans pro ignorante habetur, *l. manifestissime §. sin autem nescius, C. de furtis*, excepto casu, quo dubitans tenetur inquirere, & de facili possit certificari, Barbos. *axiom.* 78. *n.* 4. quod tamen non ita applicatur ad Patronos Laicos, sicut quoad Ecclesiasticos; Vide Lambertin. *lib. 2. p. 1. qu. 10. art. 4. n. 23. & seqq. fol. 699. & seqq.*

23 Minus obstat prohibitio Textus *in c. 1. & 2. ut lite pendente* quia procedit in casu ibi expresso, quando unus ex præsentatis cessit, vel decessit, in quo militat ratio non dandi superstiti novum Collitigantem, secus quando uterque superstes est; & solum Patronus corrigere intendit errorem bona fide, & ignoranter commissum, semel valide præsentando. Ulterius quia ejus Textus censura per aliquos Doctores extenditur ad duos casus, nempe variationem in Tertium, vivente quoque Collitigante, & durante adhuc termino, nec non ad novam præsentationem in casu cessus, vel decessus unius ex illis, durante, vel elapso termino; Casus autem iste est diversus, quia stante prima præsentatione nulla, Patronus non dicitur variare, ut probatum est; minusque dicetur facere præsentationem novam nisi de facto, non autem de Jure; juxta quod dicitur prima, & unica præsentatio; postquam anterior est ipso Jure nulla, & habetur pro non facta.

24 Sic etiam pendentia litis non ligat manus Patrono in hoc casu, cum nequeat ei tollere jus semel præsentandi, juxta doctrinam Covar. *ubi supra*, maxime quia lis agitur inter Præsentatos, non autem simultanee etiam inter Patronos, qui tanquam in causa non existentes non videntur attentare utendo Jure suo, præjudicium vero Collitigantis cessat, quando sumus intra quadrimestre cum Patronus præsentare valeat etiam in fine termini. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc. 45. num. 8.* & dixi *Discept. Eccles. 13. num.* 41. Æquitas etiam videtur assistere Patrono, qui ignoranter, & bona fide præsentavit erronee, & nulliter, ne puniatur in eo, in quo nullatenus deliquit Glos. *in cap. fin. in verb. ex vi, in fin. de Jurep.* Quid ergo concludendum in hoc articulo? Cogitet accuratus Judex, qui poterit libratis rationibus hinc inde certum efformare judicium in contingentiis facti. Hoc unum repeto, quod hæc quæstio agitatur retento supposito, quod duret adhuc quadrimestre, sicut notant Canonistæ *in d. cap. fin. de Jurepat.* singulariter Jo. Andr. *n. 1. vers. intra* Panormitan. *n.* 5. qui autem teneret opinionem, quod Patronus corrigere valeat errorem suum, & præsentare, non obstante pendentia litis, posset etiam quærere, an hoc Patrono liceret, etiam elapso quadrimestri propter novum terminum, quod ei competit a die detectæ nullitatis suæ primæ præsentationis, ut superius dictum est *n.* 2.

25 In hac quæstione ad evitandas difficultates, quoties Patroni dubitant eorum præsentatum non esse idoneum, vel dignum, aliquando præsentare solent illum cum præservativa variandi, seu præsentandi alium, in casu incapacitatis primi præsentati, in quibus terminis licet postea inter istum, & alium præsentatum per cæteros Compatronos penderet lis, attamen detecta incapacitate, litis pendentia sine du-

bio

pio impedire non valeret novam præsentationem tanquam reservatam ante motionem litis, Lancell. *de attentat. lite pendent, c.4. p.2. ampliat.1. n.4.*

Ponderandum ulterius, quod si agatur de nullitate prioris præsentationis, veluti quia facta non fuerit collegialiter, sed bona fide facta fuerit singulariter; vel si facta fuerit, antequam vacaret beneficium, si Patroni crediderunt illud vacare, vel in aliis casibus, in quibus Patroni possunt sanare nullitatem noviter, & valide præsentando; tunc evitatur quæstio superius examinata, quia etiam lite pendente si Patroni prosequantur præsentationem jam factam, scilicet detecta ejus nullitate, adhuc instando coram Ordinario, ut instituatur eorum Præsentatus, ex hoc actu oritur nova præsentatio tacita, cui non obstat pendentia litis, Rot. *coram Mellin. decis.265. num.4.* Vivian. *de Jurepatr. lib.3. cap.2. sub num.*28. Hæc autem nova præsentatio tacita in casu nullitatis primæ præsentationis non factæ Collegialiter, tunc esset dabilis, quando Patroni collegialiter congregati dedissent mandatum ad prosequendam præsentationem jam factam, seu assistendum in lite eorum præsentato, & obtinendam ipsius Institutionem; & Procurator hanc prosecutionem, assistentiam, & instantiam fecisset; vide Marescott. *variar. resol. lib.2. cap.33. n.19.* Lotter. *de re benef. lib.2. q.6. n.29.* Rot. *in Romana Cappellania 3. Februarii 1708. §. & tamen, coram R.P.D. Scotto.*

Insuper litis pendentia non impediret Patrono Jus iterum præsentandi per cessum, vel decessum primi ejus præsentati; si lis fuisset calumniosa, scilicet promota ab aliquo præsentato per eum, qui nullum haberet Jus præsentandi, ut *in d. Romana Cappellania 3. Junii 1707. §. non relevante, cor. R.P.D. Scotto.*

ARGUMENTUM.

An Patronus laicus variare possit lite pendente inter præsentatos, & plura in materia variationis? Institutus per malæ fidei Possessorem an sit removendus? Judex dare potest sententiam Institutionis præsentato per Patronum putativum, & sententiam in Petitorio favore Patroni veri, nec eo terminato removetur Institutus per Patronum putativum.

SUMMARIUM.

1 *Quando nullus ex collitigantibus cessit liti, aut decessit, potest Patronus laicus variare accumulando, & n.9.*

2 *Unde derivat prohibitio præsentandi lite pendente?*

3 *In quo casu dicta prohibitio cesset?*

4 *Nemo in paritate vocum dicitur habere jus quæsitum.*

5 *An per accumulationem factam lite pendente inter compræsentatos insurgat favor Ecclesiæ? & n.10.*

6 *Nullus potest impedire Patronis laicis præsentationem cumulativam.*

7 *An tollatur Jus primæ præsentationis per accumulationem secundæ?*

8 *Præsentatus per motionem litis cum alio præsentato, non debet impedire præsentationem accumulativam Patronis.*

11 *Jus prosequendi litem, an tollatur per accumulationem novi præsentati?*

12 *Non dicitur attentare, qui utitur suo Jure præsentandi.*

13 *Quando Variatio dicatur attentata; & impedita remaneat lite pendente? Vide ibi, & n.14.*

15 *Si Patronus putativus præsentaverit, & re non integra compareat verus Patronus docens de mala fide Patroni putativi; an in hoc casu sit removendus Institutus?*

16 *Præsentatio facta per Possessorem malæ fidei est invalida; sed limita, ut ibi.*

17 *Judex in Possessorio sententiare potest favore Patroni putativi, & simul concedere sententiam in Petitorio super pertinentia favore Patroni veri. Amplia ut num. 18. & limita ut nu. 21.*

19 *Lite pendente super proprietate Patronus, qui est Possessor, est manutenendus in quasi Possessione præsentandi.*

20 *Quid facere debet Patronus verus, ut impediat præsentationem Patroni putativi, exceptione petitorii? Vide ibi, & num. 24.*

22 *Quo casu Institutio præsentati per Possessorem sit differenda? Vide ibi, & num. 23.*

25 *Quando unus fuerit præsentatus per quatuor Patronos laicos, quorum tres postea variaverint accumulando alium, cui sit danda Institutio?*

26 *In Patronatu mixto potest Patronus laicus variare; secus autem Ecclesiasticus.*

27 *An si Patronus præsentaret, & durante quadrimestre moreretur? possit ejus successor variare?*

28 *Si Patronus Ecclesiasticus accumulando duos præsentaverit, & primo præsentatus intra terminum renunciaverit Juri suo; an possit noviter præsentare?*

ALLEGATIO III.

VEntilabo nunc articulum satis in Foro vulgatum, an Patronis lite pendente inter Præsentatos liceat variare accumulando novum præsentatum, durante adhuc termino quadrimestris; In quo articulo affirmative concludit Lambertin. *p. 1. lib. 2. p. 6. art. 19.*
sub num. 19. ubi quod pendente lite inter duos præsen- 1
tatos, quando tamen ambo isti vivunt & nullus ipsorum cessit liti, omnes Patroni, vel pars ipsorum possunt variare accumulando, vel aliquem ex collitigantibus, vel quemlibet alium Tertium extraneum, quidquid secus, si aliquis ex præsentatis mortuus esset, vel liti cessisset, & Doctrinam Lambertini, me scribente, secuta est Rot. *in Hipporegien. Parochialis 21. Junii 1700. §. est certum, coram Reverendiss. Molines Decano.*

Et ratio est, quia prohibitio tota præsentandi lite 2
pendente, derivat ex Text. *in cap. 1. & 2. ut lite pendente in 6.* qui loquitur de casu, quo duobus præsentatis litigantibus, alterum cedere, vel decedere contingat, non autem quando ambo vivunt, & nemo cessit liti; & sic hujusmodi prohibitio non applicatur ratione casus, minusque ex identitate rationis; quia quando quis ex præsentatis cessit, vel decessit, præjudicaretur superstiti per novam alterius præsentationem, & provisio Ecclesiæ traheretur in longum, & sic duplex adesset præjudicium tam præsentati superstitis, quam Ecclesiæ. Hoc autem cessat, quando vi- 3
ventibus utrisque Præsentatis, & ad invicem litigantibus Patroni variando accumulant alterum præsentatum; quia vel illi præsentati sunt in paritate voto-
rum, & Tertius accumulatus eis non præjudicat; quia 4
nemo ex eis hoc casu dicitur habere jus quæsitum, & pati præjudicium, Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 8. num. 102.* Adden. adBoratt. *decis. 651. num. 11.* Corrad. *in prax. benef. lib. 4. cap. 6. num. 58.* cum aliis apud Rot. me scribente *in Faventina Beneficii 20. Ju-*
nii 1705. §. minimeque, coram R.P.D. Kaunitz. Item 5
per talem accumulationem insurgit favor Ecclesiæ, dum si illi duo præsentati litigarunt super eorum qualitatibus; Tertius accumulatus si esset dignior, posset gratificari statim ab Ordinario, & sic citius provisum remaneret Ecclesiæ, ut observat Lambertin. *p. 1. lib. 2. qu. 6. art. 12. num. 14. post medium, versic. & ultra hos casus, fol. mihi 538.*

Aut illi præsentati sunt in disparitate vocum, & 6
nec minus considerari valet aliquod præjudicium alicujus ex illis, quia nemo potest impedire Patronis laicis præsentationem cumulativam? per Text. *in cap. Pastoralis, de jurepatr.* nec intra quadrimestre habet Jus privativum pro Institutione propter Jus cumulationis, quod habent Patroni eo durante, ita ut non di-

catur

latur præjudicium, quidquid faciant illi Jure permit-
tente, Lambertin. *p. 2. lib. 2. q. 7. art. 20. n. 2. & 3.* Ac
7 quia non tollitur jus primæ præsentationis per ac-
cumulationem secundæ, Lambertin. *part. 3. lib. 2. q. 2.*
art. 4. n. 1. vers. sed variando. Et in hoc etiam casu
vertitur favor Ecclesiæ; dum Ordinarius inter plu-
res cumulative præsentatos habet jus gratificandi,
seu eligendi digniorem, & meliorem Ecclesiæ, jux-
ta Text. *in Clem. Plures de Jurepat.*
Et hæc opinio juridica videtur, licet contrarium
late sustineat Covar. *pract. cap. 36. sub n. 7. §. 3. vers.*
forsan adhuc, Merlin. *dec. 443. numer. 2.* ubi reprobat
Lambertinum, *& alii plures*, quos omitto; innin-
gente ratione illa, quod si Laicus potest variare, &
accumulare duos præsentatos, si hodie præsentat u-
8 num, non debet iste statim movendo litem contra
alium præsentatum, impedire Patrono, quod cras
præsentet alium accumulative; nam sicut illi licitum
est semel præsentare, non obstante pendentia litis,
ita, & variare, cum utrunque ad eum pertineat de
jure, & pro hac opinione stat Rota in moderna
Decisione Hipporegien. de qua supra.
Nec obstat fundamentum, Covar. *& aliorum*, &
signanter, Castropal. *tract. 13. de benef. q. 2. p. 6. n. 5.*
qui substinent variationem esse prohibitam, lite pen-
dente; quia nempe datur per eam novus colligitans;
& lis per accumulationem alterius præsentati non
extinguitur, sed magis protrahitur in longum; Quip-
9 pe ratio non dandi novum colligitantem procedit
respectu superstitis; ubi alter colligitans cessit, vel
decessit, quia superstes tali casu habet jus quæsitum,
ut sit necessario instituendus, Rot. *in Eugubina Cano-*
nicatus 4. Maii 1699. §. fortius, coram R. P. D. Lan-
cetta impressa apud me, *Discept. Eccl. 4. n. 3.* non au-
tem procedit respectu præsentatorum viventium, &
10 jus suum prosequentium in judicio. Ratio vero pro-
tractionis litis in longum non adversatur, quia no-
vus præsentatus sive in paritate, sive in Majoritate
vocum existat; aut est dignior, & citius obtinebit
inter duos colligitantes, & consequenter lis abbre-
viatur, ut ex Lambertino superius dictum est; Aut
est minus dignus, & nullam majorem litis protra-
ctionem caussare poterit, quia eo posthabito, lis habebit,
ut prius suam mensuram inter duos colligitantes;
Aut vero est æque dignus, & favorabile est Eccle-
siæ, ut Ordinarius exerceat arbitrium gratificationis
inter plures, ubi eligere potest meliorem, seu magis
proportionatum, quod non contingit, ubi arbitrium
est restrictum ad unum, vel duos, Sanchez *cons. mo-*
ral. lib. 2. cap. 3. dub. 65. n. 6. Card. de Luc. *de Jurepat.*
disc. 43. n. 7. Et iste favor Ecclesiæ compensari debet
cum altero non prolongandi litem, quæ tamen pro-
longatio in hac materia non videtur posse considera-
ri propter faciles Impetrationes Gratiæ Apostolicæ pro
præsentato cum derogatione, & gratificatione, quæ
passim dantur etiam lite pendente coram Ordinario,
ita, & taliter, quod data variatione Patroni, si lis
esset dubia inter duos, novus præsentatus obtinendo
hujusmodi gratiam, sive esset dignior, sive minus di-
gnus, sine dubio obtineret, & citius litem terminaret.
In quam sententiam facilius inclinandum videtur,
quia aliàs esset tollere laicis jus variandi per SS. Ca-
nones tributum, ut possint corrigere errorem, accu-
mulando digniores, ubi proinde si in illis reperien-
dis debet dari tempus, non possunt ab initio plures
simultanee præsentari, sed successive unum post alium;
quando autem variatio impediatur per litem, erit im-
practicabilis, aut de raro locum habebit; dum statim
præsentatus litem contestari solet cum altero coram
Ordinario, & sic prævenit variationem Patroni.
Minusque obstat ratio adducta per Gonzal. *in cap.*
Quod autem, de Jurepat. n. 6. dicentem, quod si mo-
ta fuerit lis, & jus illam prosequendi quæsitum sit
priori præsentato, non possit Patronus variare in
11 ejus præjudicium. Quoniam Jus prosequendi litem non
tollitur per accumulationem novi Præsentati, qui non
aufert primo Jus, quod habet ex sua præsentatione,
nec Jus, quod habet in prosecutione litis, & quan-
do hoc auferret, non dicitur fieri præjudicium,
quando primus præsentatus scire debet Patronum ha-
bere Jus accumulandi, & talem primæ præsentatio-
ni conditionem inesse, nisi Patronus alium accumu-
lare voluerit intra quadrimestre, ut considerat ipse
Gonzal. *n. 6. &* Zabarell. *in cap. Pastoralis n. 2. in fin.*
de Jurepat. alias si vera foret hæc ratio præjudicii,
quoad primum præsentatum, nunquam licitum esset
variare lite pendente, etiamsi variatio fieret in Col-
litigantem, quod est contra communem opinionem
Doctorum de qua infra.
His tamen non obstantibus prævaluit communior
opinio Covar. Gonzal. *& aliorum*, qui tenent lite
pendente Patronum laicum variare non posse, & va-
riationem, si fiat, esse attentatam, licet hoc sit con-
tra Text. *in cap. Pastoralis de jurepat.* Sanch. *cons. mo-*
ral. lib. 2. cap. 3. dub. 65. n. 5. & 17. & contra regulam;
quod non attentat, qui continuat, & utitur suo Jure 12
præsentandi; solumque præallegati admittunt dari pos-
se variationem, etiam lite pendente, quando accumu-
latio fieret in Collitigantem, ita ut non inde diffi-
cilior, seu longior evaderet exitus litis ex adductis
Adden. ad Boratt. *decis. 942. n. 8.* Merlin. *dec. 443. n. 3.*
Barbos. *de Jure Eccles. lib. 3. cap. 12. sub n. 177. vers.*
verum Cell. *dec. 364. n. 5. & decis. 369. n. 5.* Quod et-
iam videtur mihi contradictorium: si enim varia-
tio prohibetur ob pendentiam litis tanquam attenta-
ta, quomodo erit licita si fiat in Collitigantem?
qualitas enim Collitigantis non tollit attentatum,
nec tollit præjudicium alterius præsentati, a quo va-
riatur, dum Patronum variando operatur, quod
Collitigans non sit amplius in paritate votum, sed
habeat majores voces, & consequenter sit instituen-
dus ad exclusionem primi præsentati, qui forte erat
gratificandus in paritate vocum, vel erat instituen-
dus ob earum pluralitatem.
Hæc est miseria Opinionum in foro, & prasi re-
ceptarum, quibus contradicere aliud non est, quam
natare contra Torrentem, bene verum est, quod pro
facienda variatione cumulativa, lite pendente, assi-
stit præallegata decisio in *Hipporegien Parochialis 21.*
Junii 1700. §. est certum, coram Reverendiss. Deca-
no, quæ approbavit opinionem Lambertini: dummo-
do lis non agitetur etiam inter Patronos ea ratione,
quod variatio tunc est attentata, quando lis contestata
reperitur etiam cum Patronis, non autem quando
agitur inter solos Præsentatos, quia Patroni in cau- 13
sa non existentes non attentant variando accumula-
tive, & sic cessat hæc prima ratio, cessat etiam se-
cunda quoad præjudicium prioris Præsentati, & ter-
tia quoad præjudicium Ecclesiæ, quia si utrunque
verum foret, aut relevaret, actum esset de variatione,
quia nullo unquam casu etiam lite non pendente Pa-
tronis laicis licitum esset variare; sed quia Sacri Ca-
nones id permiserunt, ubi stat prohibitio ista? Sane
non video aliam rationem nisi fundatam in attenta-
to ob litis pendentiam, quæ ubi non vertitur etiam
cum Patronis, ratio falsa videtur. Et proinde in hac
materia, quia non haberet timorem communioris o-
pinionis, posset concludere cum distinctione, quod
aut lis contestata reperitur inter Præsentatos, & Præ-
sentantes, & non possint Præsentantes, seu Patroni
variare; aut vertitur inter solos Præsentatos, & li-
cita sit Patronis variatio juxta opinionem Lamberti-
ni approbatam, *ubi supra*, per Sacram Rotam.
Variatio autem impedita remaneret, quando lite 14
pendente coram Ordinario inter præsentantes in pari-
tate vocum, alter ex illis obtineret Gratiam Aposto-
licam pro Præsentato cum derogatione, & gratificatio-
ne, quia tunc esset jus quæsitum præsentato, etiam-
si Patronus variare vellet in Collitigantem durante
adhuc quadrimestre, quia res non esset integra; nam
si variatio non permittitur, nisi ante Institutionem
non autem post, Vivian. *lib. 10. cap. 1. n. 1.* Lambert.
p. 2. lib. 2. q. 7. art. 1. ante n. 1. utique nec erit permissa
post Institutionem Papæ, seu Gratiam pro præsentato.
Circa quæstionem an lite pendente, si Patronus pu-
tativus præsentaverit, & re non integra idest post secu-
tam Institutionem præsentati, compareat verus Patro-
nus, qui doceat incontinenti de suo Jure claro, & de
mala

mala fide Patroni putativi, in hoc cafu fit removendus Institutus? materiam tractavi, *Discept. Eccl.* 28. *n.* 7. & articulum reliqui indecifum. Ego nunc meam aperiendo fententiam dicerem removendum effe Insti-
16 tutum, quia invalida eft præfentatio facta per poffeſforem malæ fidei falfum Patronum, Rofa *de execut. Liter. Apost. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 272. Rot. *dec.* 209. *n.* 11. *p.* 17. *rec.* Rota *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *fuppofuimus*, *coram R. P. D. Anfaldo*. Et folummodo limitarem, quando hæc mala fides, & malum Jus poffefforis requireret altiorem indaginem, nec clare probaretur; ut frequentiores funt cafus in praxi; tunc enim Institutus amplius non removetur; imo nihil
17 implicat, quod Judex in poffefforio concedat Institutionem præfentato per Patronum putativum, & huic refpective manutentionem, & viceverfa, quod concedat fententiam in Petitorio fuper pertinentia favore Patroni veri; itaut terminato Petitorio, non exinde tamen removeatur Institutus ad præfentationem Poffefforis, & Patroni putativi, ut dixi, *Discept. Ecclef.* 28. *fub n.* 5. *&* 16. & me allegato, Rot. *in Pennen. beneficii fuper executione literarum* 17. *Martii* 1710. §. *fin. coram R. P. D. Aldravando*, *& in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *fed quoque coram R. P. D. Anfaldo*; In Rota autem Romana aliquando ordinari folet, quod videatur de bono Jure, feu de pertinentia, etiam ad effectum Institutionis, ut *in citata Mediolanen. ubi proxime* §. *hincque*. Et utinam hoc paffim fervaretur, non autem in folo cafu poffeffionis dubiæ inter Patronos, quia non remanerent fpoliati veri Patroni, aliquando etiam per feculum cum illo benedicto, *cap. Confultationibus*, *de jurepatr.* qui hodie effectus eft valde familiaris in Tribunalibus; & fere in omni cafu juvare folet tanquam herba bettonica.

18. Prædicta autem Conclufio; quod fi Judex det Institutionem præfentato per Patronum putativum, feu exiftentem in poffeffione; & fententiam in petitorio favore veri Patroni; Evicto Jurepatronatus per rem judicatam in Petitorio, non removeatur Institutus, indiftincte procedit, five Patronus verus venerit ad caufam re integra, five non integra; ratio enim confiftit in privilegio poffefforii, quod non retardatur per exceptionem Petitorii, quæ requirat altiorem indaginem; Unde res judicata in Petitorio, non trahitur retro ad retractandum effectum Poffefforii, fed infervit pro futuris vacationibus; quia licet in profania decifo Petitorio recuperentur fructus contra Poffefforem; attamen in hac materia Jurifpatronatus, evicta proprietate, ejus fructus non recuperantur, ut firmat Gonzal. *in cap. querelam n.* 14. *de elect.* ubi reddit rationem, quod reftitutio fructuum habet locum in illis, quibus Poffeffor locupletatur, non vero in fructibus honoris, quibus Poffeffor locupletior non fit, quales funt electio, feu Præfentatio, nam his fructibus etiam lite mota fine obligatione reftituendi fruitur Poffeffor, Rot. *in Fefulana Parochialis* 20. *Junii* 1633. *coram Motmanno apud* Pignat. *confult.* 14. *n.* 32. *cum duob. feqq. tom.* 10. & dixi *Discept. Eccl.* 28. *n.* 4. *&* 5. & late videndus Lambert. *de jurepatr. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 4. *per totum*, fignanter *n.* 2. ubi quod fufficit præfentationem fuiffe factam ante motam litem fuper proprietate per Patronum verum; quia per præfentationem, jam fructus Jurifpatronatus dicitur collectus per poffefforem, qui non fubjacet reftitutioni, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 34. *n.* 33. *verf. unde*; Imo quod vacante Beneficio,
19 lite pendente fuper proprietate, Patronus putativus, & poffeffor fit manutenendus in quafi Poffeffione præfentandi, firmavit Rot. *in Mediolanen. Prioratus fuper manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *pendentia*, *coram R. P. D. Scotto*. Eo enim ipfo, quod licitum eft poffeffori præfentare, & præfentatio facta fuit, fructus dicitur perceptus, nec reftituitur, evicta proprietate; Hinc
30 propterea ut Patronus verus impediat hunc fructum exceptione petitorii, aut debet obtinere cumulationem poffefforii cum petitorio, aut exhibere petitorium clarum, Lotter. *ubi fupra n.* 32. *& apud me dicta difcept.* 28. *n.* 13. alias contradicat, quantum velit, Institutio præfentati per poffefforem etiam contradicta ab initio, nunquam retractabitur propter rem judicatam in Petitorio; quibus ftantibus non intelligo ea, quæ in hoc articulo motivantur in dicta *Mediolanen.* 1. *Aprilis* 1707. §. *de reliquo*, *coram R. P. D. Anfaldo*, *& in Pennen. beneficii fuper executione Literarum* 17. *Martii* 1710. §. *fin. coram R. P. D. Aldravando*.

Poteft tamen dari cafus, quod lite pendente fuper 21
proprietate Jurifpatronatus, in qua Patronus verus jam obtinuiffet duas conformes, vacaret Beneficium, ad quod præfentaffet Poffeffor, feu Patronus putativus; & caufa hæc fuper Institutione præfentati tractaretur coram illo Judice, cui effet commiffa etiam caufa appellationis fuper petitorio, feu proprietate, qui eodem tempore dediffet Institutionem præfentato per Poffefforem, contradicente Patrono vero, cui dediffent folam fententiam in Petitorio. Hoc enim cafu Patronus verus jufte appellaret ab Institutione; quia Judex agnofcendo juftitiam petitorii, proferendo tertiam fententiam fuper eo favore Patroni veri debebat in fequelam trium conformium dare Institutionem præfentato per Patronum verum, rejecto præfentato per poffefforem; Unde in gradu appellationis erit removendus Institutus ad præfentationem Patroni putativi in fequellam petitorii jam judicati per tres conformes, & danda Institutio præfentato per Patronum verum, & fi Patronus putativus etiam ipfe appellaffet a tertia fententia in petitorio, & Commiffionem obtinuiffet eidem Judici directam, ifte pronunciando in petitorio favore Patroni veri, ejus præfentatum inftituet retractata institutione præfentati per Patronum putativum, in quibus terminis procedere poffunt deducta *in allegata Mediolanen. Beneficii*, ubi *proxime*, *coram R. P. D. Anfaldo*; Quod ampliandum forte videtur etiam in cafu, quo caufa Institutionis ventilaretur coram uno Judice, & caufa petitorii coram alio; etiam Patronus verus poffet coram Judice Institutionis petere, quod differatur
Institutio ufque ad proximum exitum petitorii; licet 22
enim Institutio præfentati per poffefforem fit folum differenda, quando proprietas eft clara, non autem fi talis non exiftat, juxta diftinctionem a me firmatam, *Discept. Ecclef.* 28. *n.* 13. attamen quando Patronus verus habet pro fe duas conformes, & expectat tertiam fententiam, vel fi habet unam fententiam transfactam in judicatum, & quæ pendet in gradu reftitutionis in integrum non videtur æquum, ut patiatur jacturam præfentationis in ultima inftantia fuæ proprietariæ; quia fententiæ, quantumvis poffibilitate Juris fint revocationi obnoxiæ, habent nihilominus præfumptionem Juftitiæ pro fe; & dummodo non documenta in contrarium non fuerint reperta, feu producta, interim reddunt petitorium quodammodo clarum, propter quod Judex fuperfedere debet in Institutione præfentati per poffefforem, qui poft duas fententias videtur contrahere malam fidem, & officia malæ fidei poffeffor qui fructus non facit fuos, vel faltem fi poteft præfentare, quod eft fructus, eft tamen differenda Institutio ad proximum exitum litis in petitorio in ultima inftantia conftituto; juxta doctrinam Lambert. *de jurepatr. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 4. *n.* 3. *&* 4. ubi declarat hoc procedere, fi exitus litis habeatur intra quadrimeftre; alias quod non retardetur Institutio præfentati per poffefforem, facit ad hæc Rot. me fcribente *in Faventina Beneficii* 10. *Junii* 1705. § *nec obfiftit*, *coram R. P. D. Kaunitz* ubi quod præfentationes fecutæ poft motam litem fuper pertinentia patronali dependent ab eadem pertinentia, allegando me, *Discept. Ecclef.* 28. *n.* 13.

Ego in hoc puncto clare dicerem, quod dum cau- 23
fa Institutionis agitatur coram Judice diverfo ab illo, qui cognofcit petitorium, non teneatur Judex Institutionis differre ad exitum petitorii eandem Institutionem, fed debeat inftituere præfentatum per poffefforem; ratio eft quia proprietas non poteft adhuc dici clara per rem judicatam, neque lis petitorii adhuc dicitur finita; nam etiam in gradu reftitutionis in integrum poffunt infirmari fententiæ: neque in aliquo relevaret oppofitio Patroni veri, contra præfentatum per poffefforem, nec appellatio ab ejus Institutione; quia non poteft retardari manutentio, & poffefforium

cum

cum exceptione petitorii non finiti, Posth. *de manut. obser.66. per totam*; ex quo sequitur appellationem Patroni veri esse injustam, nec operari, ut secuta postmodum re judicata, hæc retrotrahatur ad retractandam Institutionem, tempore habili datam, Rot. *in dicta Fesulana Parochialis apud* Pignatell. *con-*
24 *sil. 14. n. 32. & seqq. tom. 10.* Nec video aliud remedium pro Patrono vero, nisi quod in hoc casu obtineat cumulationem possessorii cum petitorio vel disputationem petitorii ad effectum Institutionis, vel quod Judex Institutionis, sit etiam Judex petitorii in tertia Instantia, qui cognoscendo petitorium justum proferat tertiam sententiam, & virtute trium conformium, necnon in sequelam petitorii, quod ipse hoc casu existimat clarum, deneget Institutionem præsentato per possessorem, & instituat præsentatum a Patrono vero; Cogitatur, an alii esse possint casus; Unde non semel in praxi ridere consuevi de illis Causidicis, qui videndo rem desperatam in possessorio, postquam Judex aut concessit Institutionem præsentato per possessorem vigore, *c. Consultationibus, de jurepat.* aut concessit executionem Litteris Apostolicis pro præsentato, in gradu appellationis in Rota, curant subscribi una cum dubio super possessorio, etiam aliud contemporaneo disputandum super pertinentia, seu petitorio, quod requirit indaginem, credendo quod hoc modo absorbebunt possessorium, nec agnoscendo, quod hoc inservit pro futuris vacationibus, non autem pro retractando Institutionem concessam, ex quo derivat superius adducta conclusio, quod Judex potest dare sententiam Institutionis præsentato per possessorem, & viceversa sententiam in petitorio super pertinentia favore Patroni veri contra possessorem? Et hactenus locutus sum, quando adest Patronus putativus, qui existat in clara possessione præsentandi, & Patronus verus non deducat nisi exceptionem proprietatis, nam alias si possessio Patroni putativi esset turbida, & disputabilis, & conflictata ex altera possessione Patroni veri, aut alio modo defectuosa, tunc ista quæstio non intrat, sed solet examinari pertinentia ad effectum Institutionis, juxta praxim S. Rotæ relatum in dicta *Mediolanen. Beneficii Aprilis 1707. §. hincque, coram R. P. D. Ansaldo.*

25 Adde ad materiam variationis, quod si quis e.g. fuerit præsentatus per quatuor Patronos laicos, quorum tres postea variaverint accumulando alterum; Ordinarius non poterit hunc gratificare; sed necessario concedenda est Institutio priori loco præsentato, ea ratione quod iste habere dicitur majorem partem vocum, tres nempe cumulativas, unam vero privativam. Ille autem secundo loco præsentatus non habet nisi tres voces cumulativas; unde ad effectum quod Ordinarius gratificare possit, requiritur variationem fieri concorditer ab illis omnibus, qui primo præsentarunt, alias ea non suffragatur, juxta Lapum *alleg. 78. num. 7.* Lambertin. *de jurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 7. art. 13. ante num. 1. versic. quod si omnes, & num. 7. in fin. versic. si autem omnes fol. 838. & seqq. & art. 27. in Corollario post num. 3. versic. declara modo primo dictam se-*
26 *cundam conclusionem fol. 854.* In Patronatu autem mixto posse Laicum variare, non autem Ecclesiasticum tenet Lambertin. *ubi supra dicto artic. 13. num. 4. & seqq. fol.*
27 838. prout etiam si Patronus præsentavit, & durante quadrimestre obiit, posse ejus successorem variare docet idem Auctor *lib. 2. part. 3. qu. 2. art. 4. num. 1.* Sanchez *cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 65. num. 13.*

28 Alia succedit quæstio in hac materia Supponamus enim, quod Patronus Ecclesiasticus, cui prohibita est variatio, præsentavit unum; deinde variavit præsentando alterum; si durante semestre primo præsentatus, renunciaverit Juri suo; Quæritur, an convalescat præsentatio secundi, ita ut concedenda sit Institutio, vel Patronus possit noviter præsentare, allegando nullitatem hujus præsentationis.

Quæstionem hanc examinat, & resolvit Rot. *decis. 16. de renunc. in antiquis*, dicens sustineri præsentationem secundi, ex quo nemo potest habere interesse ad allegandam ejus nullitatem; non Episcopus, quia propter nullitatem, ad eum non pertinebat collatio beneficii, durante adhuc termino semestris, non primus præsentatus, qui jam renunciavit juri suo; non denique Patronus, quia non potest venire contra factum suum, suamque turpitudinem allegare. Sed reassumpto articulo contrarium censuit, Lambertin. *de Jurepat. p. 2. lib. 2. qu. 7. art. 10. num. 2.* qui tenet posse Patronum noviter præsentare, excepto tantum casu, quo secundo præsentatus fuisset institutus ab Episcopo: nam prima præsentatio sublata est de medio, per renunciationem; secunda, quæ reputatur, ac si esset prima, non valuit tanquam facta tempore prohibito, ergo poterit Patronus Ecclesiasticus præsentare de novo; cum ista præsentatio dicatur prima, propter renunciationem primæ, & nullitatem secundæ, & sic variare non dicetur; Et respondet ad decisionem Rotæ, quod ibi secuta erat Institutio secundo præsentati, ac etiam, quod Patroni non contradixerant illius præsentationi, & sic ex novo consensu saltem tacito, ea remanserat rata, ut ex nunc, non autem ut ex tunc, & comprobat Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 33. num. 20. & seqq.*

Resolutio quæstionis pendet ab eo, an variatio sit prohibita ob præjudicium primi præsentati, vel potius ex alio capite; & mihi videtur variationem quoad Patronos laicos, si fiat privative, vel ultra duos, vel lite pendente etiam cum ipsis esse prohibitam ob præjudicium primi præsentati, seu præsentatorum, hisque non reclamantibus sustineri, Card. de Luc. *de jurepat. disc. 43. num. 8.* R. P. D. Ansald. *decis. 52. num. 15* Rot. *in Valentina Beneficii de Mercato 23. Novembris 1697. §. nec dicatur in fin. coram R. P. D. Priolo.* Et in hoc casu veram puto decisionem Rotæ *ubi supra*; secus quoad Patronos Ecclesiasticos, quibus variatio prohibita reperitur per Sacros Canones propter notam inconstantiæ, & alias rationes, de quibus, Gonzal. *in cap. quod autem, num. 4. de jurepatr.* in quo casu vera videtur opinio Lambertini; ex quo variatio tanquam nulla, & facta tempore prohibito, non potest subsistere, etiamsi primo præsentatus Juri suo cesserit, Patronus autem venire potest, etiam contra factum proprium, quando est ipso jure nullum. Eo autem consentiente, vel petente admitti secundam præsentationem nulliter, ut supra factam, ista erit admittenda, & valebit pro ut ex nunc, non autem pro ut ex tunc, Imo hoc idem procederet etiam si Patronus expresse non consentiret, vel peteret admitti secundam præsentationem, dummodo non revocaret faciendo aliam, sed in eadem voluntate persisteret, permittendo, quod secundo præsentatus prosequatur illam præsentationem; ex hac enim permissione videtur Patronum perseverare in eadem voluntate, & tacite consentire, Rota *dicta decis. 16. de renunc. in Antiq. num. 3. versic. & idem crederem*, Lambertin. *dicta part. 2. lib. 2. p. 7. art. 10. ante num. 1. versic. dicit postea, & n. primo*; Ubi id comprobat exemplo collationis beneficii de Jurepatronatus factæ, spreto Patrono, quæ licet nulla convalidatur, si Patronus intra terminum Juris taceat, & non præsentet, & quidem convalidatur, ex nunc, ob tolerantiam, & tacitam voluntatem Patroni, non autem ut ex tunc, juxta opinionem Lambertini *ubi proxime*, & obtinui *in illa Urbanien. Canonicatus 23. Januarii 1697. §. ceterum, coram Reverendiss. dell'Olmo*, impressa apud me, *Discept. Eccles. 4. num. 90.*

ARGUMENTUM.

Prælatio debita Præsentato de Sanguine Patronorum in paritate vocum, an intelligatur respectu Patronorum, qui præsentant non ratione eorum Personæ particularis, sed ratione, seu occasione officii, Dignitatis, Collegii, vel Universitatis? Gratia pro præsentato obtenta ab extraneo non facta mentione compresentati de Sanguine Patronorum an sit nulla, si de tempore data nondum fuerat compræsentatus de sanguine? Et quid si eo tempore supplicans non fuerat præsentatus, sed postea, & medio tempore Compatroni præsentarunt Consanguineum?

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Præfentatus de fanguine Patronorum debet præferri Extraneo in paritate vocum? nec valet Gratia ab isto obtenta, non facta mentione præfentati de fanguine.*
2 *An id procedat in confanguineo ejus, qui præfentat occafione Officii, Dignitatis, Collegii, vel Univerfitatis?*
3 *Negative refolvitur.*
4 *Quidquid competit Univerfitati non pertinet ad fingulos.*
5 *Univerfitas, feu Corpus fictum non habet confanguineos, & n.6. & 7.*
8 *Refpectu Plebani, Prioris, vel Collegii Ecclefiaftici quis dicatur Patronus?*
Et quis refpectu Collegii, vel Adunantiæ fæcularis?
10 *Aliud eft Univerfitas, & aliud finguli de Univerfitate.*
11 *Eadem Conclufio negativa procedit circa Jufpatronatus refervatum favore Plebani, feu Rectoris.*
12 *Procedit etiam, quo ad Jufpatronatus competens certo Collegio, five Ecclefiaftico, five fæculari; fed cum diftinctione, n.13.*
14 *Confanguineus præfentatus a Canonicis Germaniæ in paritate vocum eft extraneo præferendus.*
15 *Ubi Collegium non eft licitum, feu approbatum bona, & jura remanent communia, ut fingulorum.*
17 *Procedit etiam quoad Confratres Ecclefiafticos, nec non Univerfitatem Parochianorum, & Hominum Civitatis, vel loci, fed cum diftinctione, & n.17.*
18 *Jufpatronatus fpectans ad fingulos præfumitur erectum de bonis fingulorum?*
19 *Et quid quoad Jufparronatus fpectans ad Univerfus.*
20 *Civibus, & Parochianis, tanquam Compatronis competit privilegium Prælationis in paritate vocum.*
21 *Confangvinei Præfidentium, Deputatorum, & fimilium, quibus competit Jufpatronatus ex relicto in paritate vocum non funt præferendi extraneo.*
22 *Clerici Ecclefiæ in Jurepatronatus, quod competit Rectori intuitu Ecclefiæ, in paritate vocum funt præferendi extraneo.*
23 *Gratia pro præfentatu non eft nulla, fi de tempore data alii Patroni nondum præfentaffent confanguineum, & n.24.*
25 *Quid fi tempore data adeffet mandatum procuræ ad præfentandum confanguineum?*
26 *Et quid fi præfentatio ejus, qui obtinuit gratiam, facta fuit, poftquam præfentatus fuiffet confanguineus Patronorum? Vide n.27. & feqq.*

ALLEGATIO IV.

1
CUm in paritate vocum Prælatio in concurfu extranei debita fit præfentato de fanguine Patronorum, five ifti fint defcendentes a Fundatore, five extranei; juxta firmata *apud Me Difceptat. Ecclef. 22. n. 38. & difcept. 38. n. 1. & in Paragenen. n. 41.* Et meam hanc fententiam firmari obtinui *in Alatrina Jurifpat. 15. Junii 1705. §. Non obftante, & 7. Decembris ejufdem anni §. Abfque eo quod, coram R.P.D. Scotto*; Non obftante, quod extraneus compræfentatus reportaffet gratiam Apoftolicam cum derogatione, & gratificatione tanquam fubreptitiam fi expreffum non fuit adeffe concurrentiam Compræfentati de fanfguine Fundatoris, aut Patronorum ex decifis *in Mediolanen. Jurifpatr. coram b. m. Paluccio apud Me difcept. Ecclef. 4. n. 29. in fin. difcept. 22. n. 38. & difcept. 38. n. 7. & 8. & in dicta Alatrina, ubi fupra, & in Sorana Jufpatronatus fuper Inftitutione 27. Januarii*
2 1710. *§. finali, coram R.P.D. Scotto.*

Quæro, an hoc privilegium prælationis competat confanguineo præfentato per unum ex duobus Patronis, qui habent Jurifpatronatus ratione Dignitatis, vel Officii; ex. gr. ubi Jufpatronatus fpectat ad Decuriones Univerfitatis pro medietate, & ad Plebanum pro altera; vel ad Collegium pro una, & ad Priorem alicujus Conventus pro alia; vel ad Confules, feu Poteftates unius Artis: ex. gr. Sutorum, vel Calceolariorum pro una, & ad Confules alterius Artis; ex. gr. Mercatorum pro altera?

Negative refpondendum videtur; quia Jufpatronatus 3
non pertinet ad perfonam particularem, ejufque familiam, fed ad corpus fictum, feu repræfentatum, nempe Collegium, vel Univerfitatem, unde quidquid ei 4
competit non pertinet ad fingulos, nec idcirco finguli
funt Patroni, fed illud corpus fictum; quod non habet 5
Confanguineos. *L. fi municipes, ff. quod cujufque univer. nomin. & bene,* Lambert. *de Jurepat. l. 1. p. 1. q. 7. art.*
15. n. 12. & feqq fol. mihi 161. Decuriones autem præ- 6
fentant uti Officiales Univerfitatis, non uti perfonæ hujus, vel illius familiæ. *L. item eorum, ff. eodem*, ibi = *Quafi Decurio enim hoc dedit, non quafi domeftica perfona* = Lambertin. *de jurepat. p. 3. lib. 2. q. 4. art. 2. n. 4. verf. unde quafi Decuriones?* Speculator *in tit. de Jurepatr. num.* 15. Prout Plebanus, & Prior ratione Dignitatis, aut Officii, non ratione eorum perfonæ, & fami-
liæ Jus præfentandi exercent, quæ Dignitas, vel Of- 7
ficium non habet Confanguineos; nec ideo in paritate vocum applicari valet prælatio alteri præfentato, qui effet de fanguine Plebani, Prioris, vel fingulorum de Collegio, feu Univerfitate, ifte enim vocari non po-
teft Confanguineus Patroni, quia refpectu Plebani, 8
Prioris, vel Collegii Ecclefiaftici, fola Ecclefia dicitur Patrona. Idemque eft in Jurepatronatus relicto Con-
fraternitati Laicorum intuitu Ecclefiæ. Refpectu autem 9
Collegii, vel Adunantiæ fæcularis, vel Univerfitatis; Patrona dicitur ipfa Civitas, feu ipfum corpus fictum, pro cujus confanguineis confiderari non poffunt finguli
Cives, aut finguli de Collegio, vel Adunantia. Cum aliud 10
fit univerfitas, & aliud finguli de Untverfitate; conferunt ad hoc tradita *per* Bartol. *in l. fin. n. 22. ff. de Collegiis illicit.*, Rucca *difp. Jur. cap.* 183. *n.* 19. & 25. Tondut. *quæft. benef. p. 3. cap.* 122. *n.* 12. Rota *dec. 363. n. 3. p. 14. recent.* Vivian. *de Jurepat. lib. 1. cap. 2. q. 21.* ubi quod fpectante jurepatronatus ad Univerfitatem finguli de Univerfitate non funt Patroni, qui propterea non funt alendi in cafu inopiæ.

Pro refolutione hujus Articuli, in quo Doctorem
non inveni, ita concludendum putarem; Circa enim 11
Jufpatronatus perpetuo refervatum favore Plebani, Prioris, Rectoris, aut alterius, contemplatione, aut eorum Dignitatis, & Officii, aut eorum perfonæ exiftentis in Dignitatis, vel Officio, licet ifti præfentarent ipforum Confanguineos, exinde non fequeretur hujufmodi confanguineis deberi prælationem pro Inftitutione in paritate vocum cum altero compræfentato extraneo, ea ratione, quod non poffunt dici confanguinei illius perfonæ tanquam publicæ, feu exiftentis in ea Dignitate, vel Officio, cujus eft Jufpatronatus, & non privatæ,
& particularis perfonæ, ejufque familiæ, idemque pro- 12
cedit quoad Jufpatronatus competens certo Collegio five Ecclefiaftico, five fæculari, nempe Capitulo Canonicorum, Beneficiatorum, vel Regularium, feu Univerfitati Scholarium, & in fumma ubicunque Jufpatronatus non competit fingulis, fed univerfis repræfentan-
tibus unum corpus fictum: dummodo agatur de Colle- 13
gio licito, fecus de illicito, feu non approbato; ubi fi illi de Collegio fundaffent, & dotaffent Beneficium, vel Ecclefiam, judicaretur Jufpatronatus fingulorum, excepto cafu, quo fuiffet relictum ab alio Fundatore intuitu Collegii, Rocca *difput. Jur. dicto cap.* 183. *n.* 18. 23. & 25. Facit hoc pro Capitulis Canoniftarum Germaniæ, quæ fi haberent Jufpatronatus erectum ex bonis propriis fingulorum, quod pro medietate refervatum effet ipfis Canonicis, & pro medietate alteri; in paritate vocum præferendus foret confanguineus ab eis præfen-
tatus, quia Collegia hujufmodi Sedes Apoftolica non 14
approbat, fed tantum tollerat, & ubi Collegium non eft
licitum, feu approbatum, bona, & Jura remanent com- 15
munia, ut fingulorum, Rocca *ubi fupra n.* 18. & 23.

Sed verius puto qualitatem Collegii non approbati, ut

ti, ut est illud Canonistarum, non operari, quod Jurispatronatus competat singulis; quicquid enim sit in casu dissolutionis Collegii nulliter erecti, ut restituatur singulis, quicquid ipsi contribuerunt juxta terminos Roccha; ad effectum de quo quaeritur, nihil refert, an Collegium sit, necne approbatum, sed satis est adesse statum Collegii de facto, in quo statu Juspatronatus semper competit singulis uti de Collegio, & ratione Collegii, & sic universis, quia non transit ad haeredes singulorum, qui fundarunt, sed ad Collegiales novos, & pariter fit praesentatio collegialiter, non singulariter; idem sine dubio procedit quoad Confraternitates Ecclesiasticas, sed Laicas, quae habent Juspatronatus, Rot. me scribente *in Cremonen. Beneficii 4. Februar. 1715. §. Sublata, coram R. P. D. Cerro.*

17 Quo vero ad Juspatronatus competens Universitati Parochianorum, vel Communitati Hominum, & Civium loci sive ex propria fundatione, sive ex relicto, tenenda est distinctio; quod aut Juspatronatus competit uti singulis, & praelatio debetur consanguineo singulorum, ab eis praesentato; aut tanquam universis repraesentantibus Civitatem, seu locum, seu Parochiam, aut Viciniam, & Contratam, prout supponit Rot. *decis.* 144. *n.* 2. *&* 3. *apud* Vivian. *de Jurepatr.* Et hujusmodi praelatio non applicatur, quia Civitas, vel Universitas non habet consanguineos; & quidquid est Communitatis non est singulorum,
18 Vivian. *de Jurepatr. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 21. *in fine*; Ea ratione, quod Juspatronatus spectans ad singulos, praesumitur erectum de bonis singulorum, & tot reputantur Patroni, quot sunt Homines, seu familiae
19 particulares; Spectans autem ad Universos, praesumitur erectum de bonis Universitatis, & ea solum Patrona manet; *Vide* Lambert. *de Jurepatr. p.* 2. *l.* 2. *q.* 2. *art.* 9. *n.* 2. *&* *art.* 10. *n.* 4. *&* 5. in cujus comprobationem facit Rocc. de Curt. *de Jurepatr. in verb. & utile n.* 5. ubi quod si Universitas sit Patrona, & deveniant aliqui ad inopiam, illis non sunt praestanda alimenta, quia Universitas est Patrona, non autem singulares personae, alimenta autem tali casu deberi solis Rectoribus Universitatis, inquit Ricc. *in prax. p.* 3. *ref.* 287. *n.* 7. sed verior est opinio, quod nec Rectoribus, nec singulis de Populo sint praestanda alimenta, quia Universitas est Corpus fictum, & alimentis nunquam eget, ut bene Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 32. *n.* 21. *usque ad n.* 28. Venetigh. *in prax. p.* 2. *annot.* 1. *§.* 4. *n.* 22. Quomodo autem Juspatronatus dicatur pertinere ad singulos, vel Universos, late probat Rot. *in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. *coram Rev. Molines Decano.*

Notandum tamen est, quod etiam quando Juspatronatus pertinet ad Universos, seu Civitatem, aut Municipium, si non competit praelatio consanguineis Civium, seu illorum, qui componunt Universitatem, competit tamen praelatio eisdem Civibus, & municipibus, si fuerint praesentati, tanquam compa-
20 tronis, quamvis enim singuli de Universitate non sint Patroni, attamen Juspatronatus dicitur fundatum ab Universitate reductive ad commodum singu-
21 lorum, ut nempe in paritate vocum sint praeferendi Cives, & illi de Universitate existentes, & habentes jus eligendi in Concursu extraneorum, juxta rationem Text. *in Can. hortamur distinct.* 71; cum aliis, de quibus infra *sub n.* 22. quicquid secus quoad jus alimentorum tanquam diversum ab ipsa praelatione in beneficio, de quo quaeritur in praesenti; idemque procedit quoad Confratres, Collegiales, Scholares, & alios de approbata Universitate Ecclesiastica, vel saeculari; quia praelatio ista debita est de Jure tam consanguineis Patronorum, quam eo magis ipsis Compatronis, *juxta* Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 7. *per totum*; & Ego *discept. Eccles.* 38. *n.* 5. *&* *in Parergon. n.* 41. Quoque dixi de Universitate hominum, intelligendo non solum in casu, quo Juspatronatus spectaret ad omnes homines Civitatis, vel loci; sed etiam si pertineat ad Decuriones, Sindicos, vel alios Officiales, qui repraesentant Civitatem; nam isti praesentant loco, ac vice hominum, qui proinde adhuc reputari debent pro Patronis, seu Compatronis tanquam partibus integrantibus ipsam Universitatem, Rot. *decis.* 290. *n.* 22. *p.* 5. *rec.* Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 11. *n.* 1. *&* 2. Marant. *respons.* 16. *n.* 60. *cum duobus seqq. tom.* 3. & probat Card. de Luca *de servit. discurs.* 43. *per totum*, ubi quod Cives in locatione Tenutarum, seu Defensarum Communitatis pascuorum usui destinatarum praeferuntur omnibus aliis extraneis, & ipsi etiam Dohanerio habenti privilegium praelationis ea ratione, quod Cives sunt domini, & prima Charitas incipit a se ipso.

Notandum ulterius est, quod ubi Juspatronatus 21
competit ex relicto certis Praesidentibus, Deputatis, vel Operariis, aut Administratoribus Fabricae alicujus Ecclesiae, aliisque habentibus aliquam Dignitatem, Jurisdictionem, vel Officium, quamvis persaepe contingat, quod illud relictum non censeatur intuitu illorum Dignitatis, & Officii, sed contemplatione eorum probitatis, & industriae, cujus testimonium est ipsa deputatio ad Dignitatem, vel Officium, Rot. *dicta decis.* 290. *n.* 2. *&* 23. *p.* 5. repetita apud Merlin. *dec.* 407. *n.* 3. *&* 21. *in fine*, *& in recent.* 661. *n.* 9. *p.* 19. *tom.* 2. Attamen contemplatio personarum potest quidem operari effectum judicandi Juspatronatus laicale, & non Ecclesiasticum, tametsi hujusmodi personae laicae sint addictae operi pio, ut Deputati Fabricae, Administratores Hospitalis, Administratores Eleemosynarum, & similes; in quibus terminis loquuntur *Decisiones mox relatae*, non autem ex hoc inferri potest Juspatronatus fuisse relictum intuitu personarum particularium existentium de hac, vel illa familia privata, ad effectum, ut si praesentent eorum consanguineos, isti dicantur de sanguine Patronorum, & sint praeferendi in paritate vocum respective ad Extraneum praesentatum, quia semper verum est fuisse contemplatas personas publicas, & tanquam in Officio, vel Dignitate existentes, non autem tanquam privatas, quod est evidens, dum cessante Officio, vel Dignitate, illa persona non gaudet amplius Jurepatronatus, *L. si duas §. Philosophus, ff. de excus. Tutor.* Beroos *cons.* 24. *numer.* 5. *lib.* 1. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quaest.* 24. *numer.* 22. *& seqq.*

Notandum insuper est, quod si Juspatronatus reli- 22
ctum fuisset intuitu Dignitatis, vel Officii Ecclesiastici, & sic ratione Ecclesiae, veluti Rectori Ecclesiae, tali casu Ecclesia ipsa diceretur Patrona, & praesentatis duobus, altero per Compatronum particularem; altero autem per Rectorem Ecclesiae, crederem in paritate vocum esse praeferendum praesentatum per Rectorem, ubi iste praesentatus esset de gremio ipsius Ecclesiae, nempe Beneficiatus, vel Portionarius, vel simplex Clericus eidem Ecclesiae inserviens, quia improprio modo hujusmodi beneficiati dici possunt Consanguinei ipsius Ecclesiae, & caeteris extraneis praeferendi, ex ratione Textus in *cap. hortamur dist.* 71. *& in cap. Nullus invitis, dist.* 61. Rot. *dec.* 393. *num.* 18. *p.* 17. *rec.* Passarin. *de Elect. cap.* 25. *num* 650. *versic. unde est*; *cum aliis in Placentina praetensae Collegialitatis* 20. *Junii* 1695. *§. praecipue, coram R. P. D. Scotto. & in Valentina Beneficii super Bulla Sistina* 17. *Februarii* 1696. *§. nam ultra quod, coram Reverendiss. dell' Olmo.*

Quae omnia procedunt non solum ad effectum privilegii praelationis in paritate vocum, sed etiam dispensationum, quae conceduntur Filiis, & Consanguineis Patronorum ad differentiam extraneorum; Et generaliter ad omnem alium effectum, qui derivare potest ex Consanguineitate cum Patronis, concludendo, quod ubi talis consanguinitas considerari non potest juxta casus supra adductos, tunc cessare debeat omne privilegium, & omnis favor, qui debetur praesentato de sanguine Patronorum.

Prosequendo materiam iterum quaero de hoc casu, 23
supposito enim quod stante praesentato de sanguine Patronorum; Si extraneus reportaverit Gratiam Apostolicam pro praesentato cum derogatione, & gratificatione, ista remaneat nulla ob non factam expressionem compraesentati de sanguine Patronorum *ex Auctoritatibus adductis supra n.* 1. Nunquid eodem mo-

do gratia erit nulla; si tempore Datæ nondum altera Medietas Patronorum præsentaverat ejus consanguineum; Veluti, quia in principio quadrimestris gratia fuisset signata, postea vero in medio, vel in fine quadrimestris ab aliis Compatronis fuisset præsentatus consanguineus?

Pro affirmativa opinione urget ratio; quod sicut Gratia pro præsentato cum assertiva præsentationis jam factæ per medietatem Patronorum in Personam supplicantis, valida est, licet tempore signaturæ præsentatio facta non fuerit, sed supervenerit
22 quandocunque intrat terminum Juris. Rot. *dec.* 239. *n.* 16. *p.* 16. *rec.* & *in Nolana Beneficii* 30. *Januarii* 1690. §. *nec contrarium, coram Eminentiss. Caprara cum aliis apud me discept. Eccles.* 22. *n.* 45. En quia, de Stylo Datariæ, Papa dicitur habere intuitum ad præsentationem valide factam intra terminum Juris, quæ retrotrahitur ad diem Datæ, *dicta dec.* 239. *n.* 17. & 28. *p.* 16. *rec.* Duran. *dec.* 265. *n.* 38. & 39. Ita præsentatio consanguinei subsequens, intra tamen terminum Juris, videtur causare defectum Intentionis Papæ circa præjudicandum consanguineo intra dictum terminum præsentato, quia Patronus non tenetur præsentare in principio Quadrimestris; sed potest differre præsentationem usque ad ultimam diem termini. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 45. *n.* 7. & *seqq.* & dixi *discept. Eccles.* 13. *n.* 41.

Suadente etiam id natura Gratiæ, quæ est nemini præjudicare; quia nempe in paritate vocum Papa utitur jure suo mediante derogatione, per quam nemini præjudicat, cum nemini sit Jus quæsitum in tali paritate; ut notat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 102. Corrad. *in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 58. Rot. *decis.* 240. *n.* 4. *p.* 16. *recen.* Adden. ad Buratt. *dec.* 651. *n.* 11. & *in Faventina beneficii* 20. *Junii* 1705. §. *minimeque coram R. P. D. Kaunitz.* Nec proinde videtur esse de mente Papæ auferre Jus quæsitum, mediante præsentatione, consanguineo Patronorum in termino Juris, & fraudare Patronos jure præsentandi proprium sanguinem absque eorum culpa, quia potuerunt illi in principio Quadrimestris non præsentare, expectando ad ultimum ejus diem, ut interim consanguineus consequeretur capacitatem necessariam pro
23 assecutione beneficii, veluti complementum legitimæ ætatis, Dispensationem, Clericatum, Doctoratum, vel aliam qualitatem requisitam, Cardin. de Luc. *de Jurep. dict. disc.* 45. *n.* 7. & 8. *cum aliis apud me relatis in Parergon. ad Discept. Eccles. n.* 18. Modern. Episc. Cyril. *q. Jur. c.* 93. *n.* 14. 23. & 24.

24 Pro parte autem negativa stringit ratio, quod per Gratiam Apostolicam fit derogatio alterius medietatis vocum, & Compatroni remanent impediti in Jure præsentandi, Rot. *in Aprutina Parochialis* 15. *Januar.* 1703. §. *sicut ex his, coram R. P. D. Priolo.* Ergo medietas Patronorum non habet facultatem præsentandi consanguineum propter derogationem præcedentem, & præsentatio facta remanet nulla; Stringit etiam alia ratio, quod validitas Gratiæ metienda est de tempore ejus Datæ; ubi autem supponimus ejus tempore non adesse compræsentatum de sanguine Patronorum, utique ejus præsentatio exprimi non poterat Summo Pontifici, nec Gratia dici valet subreptitia habito respectu ad circumstantias futuras alicujus facti, quæ de tempore Datæ non erant in rerum natura. Fortius quia repugnat in Jure actum, rite, & recte factum tempore habili, invalidari posse ex Jure superveniente; præsertim quia in Literis Apostolicis apponitur clausula. *Dummodo de tempore Datæ præsentium, non sit alteri specialiter Jus quæsitum*: nec ideo suffragatur Jus quærendum, & futurum. Rota *decis.* 314. *numer.* 12. *coram Celso;* & *decis.* 296. *numer.* 13. *coram Cerro.* *Rosa de Executor. Liter. Apostolic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 120. & dixi *Discept. Eccles.* 28. *numer.* 13. *circa finem.*

25 Et hæc opinio verior mihi videtur; eam tamen limitarem, quando tempore Gratiæ altera medietas Patronorum jam fecisset mandatum Procuræ ad præsentandum consanguineum Rot. *decis.* 239. *sub n.* 19. *p.* 16. *recent.* Licet enim aliud sit præsentatio, aliud vero mandatum ad præsentandum, certum tamen est quod Papa hoc præcognito, Gratiam aut non concessisset, aut saltem difficilius, quod inducit subreptionem. *Cap. super literis de rescriptis*; quod procedit, etiamsi supplicans ignorasset hujusmodi mandatum. Lambertin. *lib.* 2. *p.* 2. *q.* 8. *art.* 22. *n.* 1. & 2. Vivian. *lib.* 14. *cap.* 1. *n.* 129.

Quid autem diceres si tempore Gratiæ extraneus 26
supplicans non reportasset præsentationem, sed postea in fine Quadrimestris; & intermedio tempore altera medietas Patronorum præsentasset consanguineum? Videtur Retrotractio locum non habere, propter Jus medio tempore quæsitum præsentato de sanguine Patronorum. Duran. *decis.* 265. *numer.* 42. Et ideo gratia erit nulla ob non verificatam præsentationem de tempore datæ, Rot. *decis.* 542. *n.* 20. *part.* 5. *tom.* 2. *recent.* non obstante stylo datariæ, qui tali casu procedere non potest ob præjudicium Juris Tertio quæsiti, quod impedit retrotractionem. Item quia si Papa scivisset præsentationem consanguinei præcessisse præsentationem Extranei, Gratiam non concessisset propter Jus quæsitum consanguineo: Rursus quia Papa per hujusmodi Gratiam supponit nemini præjudicare, dum in paritate Vocum, nemini dicitur Jus quæsitum *ex allegatis supra numer.* 23. §. *suadente*; Ergo quoties ei supponitur facta præsentatio eo tempore, quo non adest præjudicium Tertii; si illa fiat tempore diverso, quo adest præjudicium alterius, Gratia remanet subreptitia tanquam negotio redacto ad casum, a quo incipere non debuisset, confert Lambertin. *de jurepat. lib.* 2. *part.* 2. *q.* 8. *art.* 22. *n.* 1. & 2.

Contraria opinio firmari videtur *per* Rot. *decis.* 27
239. *p.* 16. *rec.* ibi enim erat casus, quod Januarius Pisanus tanquam præsentatus ab altera medietate Patronorum obtinuerat Gratiam Apostolicam sub die 25. Februarii 1667. qui tamen non fuerat præsentatus, nisi de Mense Maji ejusdem anni, tempore, quo Franciscus Antonius de Laxis præsentatus ab altera medietate Patronorum obtinuerat usque sub die 28. Februarii Institutionem, & gratificationem ab Ordinario; & contra provisum Apostolicum allegabat, quod sibi Jus quæsitum fuerat per duos menses antequam ille fuisset præsentatus. Verum respondet Rota, quod tempore Gratiæ aderat mandatum procuræ factum per Patronos ad præsentandum, quodque sufficiebat de stylo Datariæ præsentationem supervenire, etiam post Gratiam Apostolicam; circa vero Retrotractionem, dixit eam non remanere impeditam ex jure medio tempore quæsito per institutionem, & gratificationem, quam reportaverat ab Ordinario Franciscus Antonius de Laxis ex duplici ratione, Tum quia aderat mandatum ad præsentandum de tempore gratiæ, & sic terminus, ad quem erat habilis saltem in potentia; Tum quia Gratia Apostolica in substantia erat absoluta, & perfecta; quapropter consensus postmodum præstandus uti respiciens executionem actus substantialiter completi, & perfecti, necessario ad eum transfunditur, ut legere est *in dicta dec.* 219. *n.* 12. §. *quoniam*, & *n.* 13. *usque ad totum n.* 21. *p.* 16. *recent.*

Quæ Decisio, quidquid sit, an subsistat propter 28
circumstantiam Mandati procuræ ad præsentandum existentis de tempore Gratiæ ea firmatis *apud* Dunozet. *Jun. decis.* 344. *n.* 20. Respectu tamen ulterius fundamenti supponentis, quod præsentatio retrotrahatur tanquam respiciens executionem Gratiæ, gravem patitur difficultatem, cum id procedat in terminis Resignationum juxta *Auctoritates in eadem Decisione relatas sub num.* 21. Ubi consensus resignantis, qui vocatur extensus, non est ad substantiam Gratiæ, sed ad executionem, seu pro expeditione Literarum, ut dixi *discept. Eccles.* 5. *num.* 35. & *seqq.* Ea ratione quod in Resignationibus duo dantur consensus, alter causalis, & alter extensus, seu formalis, & ex primo tantum perficitur Gratia, *ut ibi notavi n.* 34. quæ ratio non videtur applicabilis ad gratiam pro præsentato, quæ concedi solet sine præjudicio Juris Tertio quæsiti, seu retento supposito, quod in paritate vocum, nemini sit Jus quæsitum; non autem quando, ut in præsenti, stante præsentatione

consan-

consanguinei, ei remanet Jus quæsitum, propter quod venit necessario præferendus, quo casu, si præsentatio consanguinei præcedat, illa autem extranei subsequatur, gratia remanet nulla tam in ingressu, quam in progressu. Nam respectu primi temporis falsa est narrativa præsentationis jam factæ, respectu secundi ista supervenit in casu, quo impedita manet retrotractio ad diem gratiæ, attendendo ejus naturam, & mentem Papæ de non præjudicando consanguineo Patroni, præsertim quia præsentatio, etiam quando fit per acta Cancellariæ, seu Datariæ, ponitur sub ea die, qua fit, non autem sub die Datæ ipsius Gratiæ, & consequenter non videtur verum, quod præsentatio respiciat executionem illius, sed potius respiciat ejus substantiam consistentem in narrativa præsentationis, quæ sola movet Papam nec non & in defectu præjudicii Juris Tertii: gratia enim pro præsentato, non est gratia pro præsentando, sed supponit concursum, seu existentiam præsentationis Rot. *dec.* 542. *n.* 29. *p.* 5. *tom.* 2. *recentior.* quæ licet de stylo Datariæ supervenire possit ex postea intra terminum Juris, & retrotrahi ad diem Gratiæ: hæc tamen retrotractio intelligitur in casu simplici, ut Rosa de *Execut. Lit. Apost. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 121. non autem quando concurrit impedimentum Juris Tertii quæsiti, seu quando supervenit nova causa, seu casus, a quo gratia incipere, seu dari non debuisset, facit Text. *in cap. si pauper, de Preben. in* 6. *& doctrina* Lambertini *lib.* 2. *p.* 2. *q.* 8. *art.* 22. *n.* 1. *&* 2.

Post hæc venit ad manus meas quoddam Consultum pro veritate editum per D. Thomam Dalmatinum nostræ Romanæ Curiæ accuratum, & doctum Causidicum in casu, qui facit ad præsentem Allegationem, cujus Consulti tenorem per extensum adjungo.

Aversana Jurispatronatus.

VAcato sub die 18. Novembris 1713. per obitum quondam Rev. Francisci Dragonetti Beneficio simplici sub Invocatione Sanctæ Mariæ Consolationis de Jurepatronatus illorum de Fasullo in Cathedrali Aversana, D. Portia de Auro Patrona, penes quam residet medietas vocum, non solum declaravit animum suum circa præsentationem Clerici Nicolai de Bernardis ejus ex filio nepotis, ut ex attestatione duorum Sacerdotum, de qua *in Processu*, sed statim, mediante interpositione duorum Patritiorum ejusdem Civitatis, requisivit DD. Cæsarem, & Camillum de Lanza Patronos pro altera medietate, ut vellent cum ipsa concurrere in præsentatione dicti sui Nepotis, quemadmodum ipsa in præterita vacatione dedit suam vocem ad eorum Instantiam, & hoc improprie eidem denegatum fuit, sub eo prætextu, quod jam cum aliis sese compromiserint, ut ex attestatione eorundem Patritiorum, de qua *in eodem Processu*.

Hinc, ne ex ingratitudine illorum de Lanza dictus ejus Nepos defraudatus remaneret consecutione Beneficii, quod eidem quodammodo debitum videbatur tanquam de sanguine Fundatoris, eadem D. Portia sub die 21. ejusdem Mensis constituit Procuratorem D. Antonium de Bernardis ejus filium ad præsentandum, & quamvis Mandatum Procuræ non specificet Personam præsentandam, sed generaliter dicat quemcumque habilem, & idoneum, attamen, præterquam Ipsa jam declaraverat animum suum circa præsentationem dicti sui Nepotis, sub eodem die 21. idem Antonius Procurator exhibuit Cancellario Curiæ Episcopalis Aversanæ dictum Mandatum Procuræ una cum altera comparitione, in qua præsentando dictum Clericum Nicolaum ejus filium, & respective Nepotem dictæ Portiæ, instabat pro illius Institutione, ut ex jurata Depositione ejusdem Cancellarii, in qua tamen subjungit recepisse ordinem ab eodem Procuratore de illa non registranda, donec, & quousque non comparuerit altera Pars ad præsentandum; Et de facto dictum Mandatum Procuræ non fuit registratum penes acta ejusdem Curiæ Episcopalis, nisi sub die 22. Novembris, & instantia, ac præsentatio cum successiva acceptatione sub die 23. in qua pariter die dicti de Lanza præsentarunt Clericum Flavium Trenca extraneum, sed præsentatio hujusmodi apparet posterior; quandoquidem altera registrata est *in processu fol.* 193. & ista subinde *fol.* 194.

Interea dictus Trenca extraneus sub falsa narrativa, quod ipse jam esset præsentatus a medietate Patronorum, Literas Apostolicas impetravit cum derogatione alterius medietatis sub data die 22. Novembris, nulla facta mentione alterius præsentati de sanguine Fundatoris, illisque præsentatis coram Executore, sese opposuit dictus Clericus de sanguine, prætendens sibi debitum Beneficium, & gratiam ab Extraneo reportatam esse subreptitiam; E contra vero pro parte dicti Trenca dicebatur, quod de tempore Datæ Clericus de sanguine nondum erat præsentatus, & ita non habebat Jus ad Beneficium, quod potuerit dici a Summo Pontifice præservatum, nec ipse tenebatur quærere, quem altera medietas Patronorum foret præsentatura.

Super hac facti serie quæritur pro veritate, cuinam ex Præsentatis debeatur controversum Beneficium; Re autem mature perpensa, censeo Beneficium adjudicandum esse Clerico de sanguine; Etenim præventio dolosa fuit; quia de tempore Datæ vix inceptum erat quadrimestre assignatum Patronis Laicis ad præsentandum, & Extraneus nondum erat præsentatus a medietate Patronorum, prout ipse narravit Pontifici, dum ejus Præsentatio supervenit eadem die, sub qua jam registrata fuerat penes acta Curiæ Episcopalis præsentatio alterius de sanguine; & propterea, quemadmodum Adrianus expectando propriam præsentationem, ignorare non potuisset antecedentem præsentationem dicti Clerici de sanguine, ita vel dicta præsentatio posterior Datæ eidem suffragari non valet in casu, de quo agitur cum imputari debeat ei, qui scire potuit, si non scivit, Cardin. Zabarell. *in Clementin. Unica de concess. Prabend.* §. *Caterum*, *numer.* 6. vel saltem talis præventio culposa fuit; nec valuit præjudicare Clerico de sanguine in tempore habili præsentato, cui propterea debitum erat Beneficium.

Quod præsentatio superventa post Datam Literarum suffragari non valet Proviso Apostolico, ex eo evidens fit, quod narrata debent esse vera tempore impetrationis Gratiæ, non autem tempore executionis ejusdem, Guttierez. *q. Canonic. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 131. *&* 133. Amayden. *de Stylo Dataria lib. primo cap.* 6. *n.* 13. *&* Rota *coram Verallo dec.* 52. *num.* 3. *&* 4. *p.* 2. ibi = *Et licet post eam accesserit, non suffragatur pro validitate Gratia, quia ab initio fuit nulla*, Felin. *in cap. Cum te de rescriptis, column. penult. vers. tempus Data*; *Item consensus subsequens non validat actum nullum*; = Item firmat Rota *cor. Mohedana dec.* 12. *de renunc. n.* 4. *&* 5. & melius etiam; ac in nostris præcisis terminis Rota *dec.* 443. *n.* 2. *p.* 2. *rec.* ibi = *Quantum ad præsentationem a medietate Patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, dictum fuit non esse justificatam; Siquidem præsentationes Camilli, qua dantur, sunt posteriores Data, & tamen certum est, justificationem debere præcurrere tempus Data. Cap. Cum Te*, *ubi* Felin. *n.* 18. *de rescript.* Imol. *in Clement. fin. num.* 2. *eodem tit.* Anchar. *cons.* 188. *n.* 4. Gig. *tract. de Pension. q.* 22. *num.* 16. *& sequent.*, Rota *dec.* 28. *n.* 2. *de rescr. in antiquis. Non obstat Decisio in Causa Collen. Parochialis* 15. *Decemb.* 1595. *coram bon. mem. Card. Seraphino*; *Nam quicquid sit de illa, ubi saltem constabat de Consensu Patronorum; stante mandato jam dato ad præsentandum; In proposito autem Casu non constat de tali consensu tempore Data Gratia.*

Et quamvis Cardinalis de Luca sustineat contrarium procedere, non quidem de Jure, sed ex recepto Stylo Datariæ, ut videre est *disc.* 71. *numer.* 17. *de Jurepatronatus in Supplemento*, ibi = *Et tamen si petens istam Gratiam positive narret Papa se esse præsentatum a medietate Patronorum; quod minus ve-*

rum sit, adhuc Gratia sustinetur, si postmodum præsentatio habeatur, idque non de Jure, sed ex recepto Stylo Dataria, = attamen, ut Ipsemet declarat in præcedenti, *disc.* 42. *n.* 5. in tantum procedit hujusmodi Datariæ, seu Cancellariæ Stylus, in quantum præventio hujusmodi nemini sit præjudicialis, dum regulariter in paritate vocum Locus est gratificationi, & ita nulli fit injuria, ibi = *Hinc proinde rationabiliter inolevit Dataria, & Cancellaria Stylus, ut licitum sit hujusmodi diligentiam nemini præjudicialem adhibere, nisi Ipsimet prævenienti, qui se exponit periculo, ac incerta Alea faciendi inutiles expensas pro hujusmodi Gratia, quæ sibi inanis remaneat, quatenus contingat medietatem vocum non obtinere.*

Sed ubi in termino Quadrimestris altera medietas præsentavit Clericum de sanguine, jam non est locus gratificationi; Quoniam iste venit necessario instituendus, ut ultra Rot. *in Mediolanen. Jurispatronatus* 3. *Julii* 1684. *coram Paulutio, & in Alatrina Jurispatronatus* 15. *Junii* 1705. *cor. R. P. D. meo Scotto*, perbelle firmat Calderon. *resol.* 93. *n.* 21. *tomo primo part.* 2. ibi = *Imo tanta est prærogativa sanguinis, ut ea concurrente amplius agi non dicatur de Jure gratificativo; sed præsentatus, qui est de familia Fundatorum Jure quasi suo sibi vindicare censetur Beneficium, ut post san. mem. Innocentium X. decis. n.* 2. *& ibi* Adden. *n.* 14. *Firmat de Angelis opusc.* 3. *n.* 79. *post Tract. de Impress. & Meliorat. Dotal.* Ergo in hoc Casu hujusmodi præventio remanet præjudicialissima nedum Patronis, sed ipsimet Præsentato, & propterea, vel non est applicabilis Stylus prædictus in hypothesi, tanquam militans, ubi non adest præjudicium Tertii, cum non sit extensibilis de Casu ad Casum. *cons.* 39. *n.* 18. & 29. *lib.* 4. Rota *coram Emerix Jun. decis.* 879. *n.* 6. *tom.* 2. & melius etiam Rota post Vivian. *de Jurepatronat. dec.* 57. *n.* 6. ibi = *Nec decisiones in contrarium allegatæ fundantur in non Jure, sed in modico præjudicio, ac etiam in Stylo Curiæ, ut patet ex illarum Lectura, & ideo non debent trahi extra suos Casus*; vel non potuit introduci in hoc casu tanquam redolens iniquitatem. Cavaleval. *de Judic. lib. primo tit. primo disputat.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 7. *num.* 591. *vers. Sed non video, &* Alex. *cons.* 36. *num.* 10. *tom.* 2. cum privet Clericum de sanguine præsentatum Beneficio, quod in paritate votum jus eidem defert, & auferat Patronis potestatem illum præsentandi in termino quadrimestris sibi a Jure concessi ad præsentandum, quod est graviter illos lædere, & maximum irrogare præjudicium, juxta notata per Gonzal. *ad regul. Cancellar. de Mensibus, & Alternat.* §. 4. *Præmiali num.* 26. Unde Patroni abstraherentur a fundationibus, & Dotationibus Ecclesiarum; nam ut optime notat Sarnen. *ad regul. Cancellar. regula de Infirmis resignantibus quæst.* 17. § *Tertius Casus* ibi = *Ista consideratio militat omni Casu, quo Patroni privarentur Jure præsentandi.*

Aut demum, quemadmodum obtinens Gratiam prædictam incertæ Aleæ se exponit, quatenus medietas Patronorum in eo non concurrat, vel nominationem revocet; Aut præsentatus ab altera medietate interim Institutionem obtineat, in quibus Casibus Literæ Apostolicæ tanquam destitutæ fundamento, & subreptitiæ eidem non suffragantur, ut perbelle docet Lambertin. *de Jurepatronat. art.* 22. 8. *q. principali secundæ partis secundi libri, fol. mihi* 865. Ita similiter incertam Aleam subire debet, quatenus altera medietas præsentet Clericum de sanguine (prout in nostro Casu) certum enim est, quod in tantum Papa hujusmodi derogationes concedit, in quantum supponit non esse habendam rationem alterius medietatis, cum res positæ sint in æquilibrio cum alio Præsentato, itaut nemini debitum sit Beneficium, ut in terminis notant Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 101. *& sequent. &* Rota *coram san. mem. Alexandro VIII dec.* 17. *num* 5. & 6. ibi = *Quam derogationem Summus Pontifex concedere solet, quia nemini præjudicat, aut enim altera medietas Patronorum non præsentat, & totum Jus accrescit Præsentati, aut præsentat, & stante discordia, & paritate, locus est gratificationi*; = Sed, ubi altera medietas præsentat Clericum de sanguine, res amplius non remanet in æquilibrio, nec est locus gratificationi, sed Beneficium debetur illi de sanguine, ut supra demonstravi, & ita Gratia remanet subreptitia re ipsa propter defectum intentionis Papæ alteri præjudicandi, ut observat Rota *coram Ubago decis.* 34. *numer.* 10. & 14. = *Ac ideo semper intrat prædicta subreptio re ipsa, & defectus intentionis Papæ, dum Indultum tale Jus evidenter tollit; Papa enim Gratiam uni faciendo, non censetur velle præjudicare alteri, nec etiam in minimo, & dummodo Gratia sit in minimo præjudicialis Tertio, subjacent dicto vitio subreptionis &c.*

Hinc convenit Stylum prædictum restringi, quantum fieri potest ad evitandum absurdum, quod Clericus de sanguine, durante quadrimestri, legitime præsentatus ad beneficium remaneat ab ipso in totum, vel perpetuo exclusus propter dolosam præventionem extranei, qui falso narravit Pontifici se reportasse præsentationem a medietate Patronorum, quam tunc non habebat, & ubi ista supervenit, jam erat Jus quæsitum alteri de sanguine ob anterioritatem suæ Præsentationis juxta firmata per Rotam *in novis decis.* 17. *de Præbendis circa finem* ibi = *Præsentatus ex toto, perpetuo esset exclusus, si prædictus Stylus in illis servaretur, quod esset absurdum, nec præsumendum, quod Papa tantum præjudicium voluerit facere*; Nam, si ille de sanguine in hac vacatione non posset consequi Beneficium, ab isto remaneret in perpetuum exclusus, ut optime considerat Rota *post Vivianum de Jurepatronat. dec.* 57. *n.* 2. *in fine* ibi = *Si illud non assequitur, non habet unde se relevet, cum non sit certus se super futurum alteri Vacationi ejusdem Beneficii.*

In hac enim facti Circumstantia certum est, quod præsentatio Extranei non potest retrotrahi ad diem Datæ Literarum ex duplici evidenti ratione; Prima est quod in Beneficialibus non datur ista retrotractio, optime Card. Zabarel. *in Clement. unica de concess. præbenda num.* 22. ibi = *Si purificatio conditionis traheretur retro, hoc esse per fictionem, quæ fictio causatur ab æquitate, hic autem non subest æquitas, cum Literæ Beneficiales sint ambitiosæ, & restringendæ, &* Cassador. *dec.* 3. *de Præbendis n.* 21. & 22. ibi = *Secundo ponderat, quod retrotractio non fit, nisi per fictionem, neque fictio sine æquitate, quæ eam suadeat l. postliminium circa principium, ff. de Capit. & postlimin. revers. & declarat* Bartol. *in dict. l. in, qui pro tempore in oppositione* 3. *& column. sed in beneficialibus nulla æquitas fictionem suadet, cum simus in ambitiosis Cap. quamvis de præbendis in* 6. *ergo stricte debent accipi, & metiri effectum ex tempore dies cessionis non retro, & in proposito ex tempore existentis conditionis.*

Secunda ratio est, quod Retrotractio exigit habilitatem duorum extremorum a quo, & ad quod, & ubi medio tempore supervenit aliquod impedimentum inducens inhabilitatem extremorum, tunc illa amplius non procedit, sed in casu nostro extrema non sunt amplius habilia, quia medio tempore supervenit præsentatio illi de sanguine, per quam ipse veniebat necessario instituendus, & ita non potest habere locum retrotractatio, Card. Zabarell. *in citata Clement. unica de concess. præbenda dict. num.* 22. *circa finem* ibi = *Non est aliquid expressum, per quod appareat Papam voluisse* Gratiam *retrotrahi, quamvis enim de sua natura conditio traheretur retro, tamen trahitur retro sine præjudicio alterius, qui ante purificatam Conditionem consecutus erat jus pure, ut ibi, quod notandam singulariter; quia prius non fuit apertum per scribentes.* Rota *in antiquis decis.* 17. *num* 6. *de jurepatron.* ibi = *Igitur in præjudicium Juris taliter quæsiti sequens dispositio, vel existentia Conditionis non potest retrotrahi, & melius etiam, coram Puteo decis.* 267. *n.* 2. & 3. *lib.* 3. ibi = *Nec obstat, quod retrotrahatur ad diem Datæ supplicationis, quia dicebatur, quod in casu isto in præjudicium Juris*

Card.

Card. Farnesiu *quæsiti retrotrahi non poterat, & cum tempore impetrationis facta per Cardinalem nulla esset resignatio; illa Gratia præcedens tanquam subreptitia erat nulla, & ideo nihil operabatur*, ac terminus fortioribus Cassador. *citata dec. 3. Præbendis n. 16. & seqq.* ibi = *Non obstante verbo Commendamus ex nunc, ex quo refertur ad tempus conditionis, prout considerat.* Oldrad. *in dict. cons. 229. Neque potest actus conditionalis, qui purificatur per acceptationem trahi retro ad tempus Datæ, & prolationis verborum, ex quo supervenit Impedimentum Concilii medio tempore inhabilitatem inducens, cum in fictione, & retrotractione utriusque extremi, a quo, & ad quod exigatur habilitas*, & paulo post = *Conditio, quæ extat post Constitutionem non trahitur retro, ut dispositio valeat, ex eo quod non invenit rem in eadem causa, sed potius in causa mutata &c.*

Idque aliter se habere non potest; Nam tunc duntaxat finis trahitur ad initium actus, quando istud dat esse perfectum actui, & est causa necessaria omnium, quæ postea sequuntur, alias non finis ad Initium, sed Initium ad finem trahitur, ut perbelle prosequitur Cassador. *in citata, dec. 3. de Præbendis n. 18.* In causa autem de qua agitur, tantum abest, quod Literæ Apostolicæ pro præsentato cum derogatione medietatis vocum perficiant actum, & sine causa necessaria subsecutæ Præsentationis; quinimo nihil operantur sine præsentatione Patronorum, & evanescunt illa non secuta, juxta firmata per Card. de Luca *de Jurepatronat. disc. 42. n. 5. in supplemento*, & ita non potest attendi Data earundem Literarum tanquam initium actus, sed considerandum venit tempus præsentationis tanquam tribuentis perfectionem actui, sine qua subsistere non valet gratia ab adversario impetrata.

Casum singularem habemus in *Cap. si pro scil 13. de rescriptis in 6.* Ibi enim Summus Pontifex mandavit provideri quendam de Canonicatu, accedente Consensu Capituli, intermedio tempore alter provisus fuit de eodem Canonicatu, postmodum in sequelam mandati Apostolici Capitulum præstitit consensum, & illum acceptavit in Canonicum; Quæsitum fuit, an dictus consensus retrotraheretur ad diem Datæ Literarum, itaut habens mandatum Apostolicum deberet anteferri? & contrarium fuit resolutum, ibi = *Licet Tu, interveniente postea prædictorum assensu dicti Prioris mandati authoritate in Canonicum ipsius Ecclesiæ sis receptus in Præbenda vacante tibi merito anteferetur*; Quemadmodum igitur provisio intermedia impedit retrotractionem consensus ad diem Datæ Literarum, ita hoc idem operari debet intermedia præsentatio Clerici de sanguine; nam, ut optime notant Petrus Andreas Gambarus *olim Sacri Palatii Apostolici Auditor in tract. de Offic. & Authoritate Legati de Latere lib. 3. n. 649.* ibi = *Jus quod acquiritur ex præsentatione respectu anterioritatis habet eundem effectum, quem, & ipsa provisio; quia dicitur tale Jus quæsitum, quod Papa non intendit tollere.*

In nihilo obstante replicatione, quod Extraneus non teneretur divinare Clericum de sanguine fore præsentandum ab altera medietate Patronorum; unde Gratia non possit dici subreptitia; quia, ut supra ostensum fuit, satis est quod præcesserit præsentatio Clerici de sanguine; Nam ex tali anterioritate ista acquisivit tale Jus, quod successiva præsentatio extranei non potuit de medio tollere, idque procedit, etiamsi anterioritas consisteret in una hora tantum; citatus Petrus Andreas Gambarus *in d. tract. de Authoritate Legati de Latere lib. 3. n. 668.* ibi = *Quid si constaret de hora præsentationis, & diting...m, Præsentatum præfertur, quia jam est illi acquisitum Jus considerabile, quod Papa non intendit tollere, quod est verum, quando constaret horam præsentationis præcessisse* = Unde venit necessario anteferendus in consecutione illius Beneficii.

Cæterum allegata ignorantia est affectata nimis, & dolosa; Nam cum statim secuto obitu ultimi Beneficiati, dicta D. Portia patefecerit animum suum quoad præsentationem proprii Nepotis, requirendo etiam Illos de Lanza, a quibus causam habet Extraneus, ut vellent cum Ipsa concurrere in eadem præsentatione, quod est verisimile, quod Ipsi hoc celare voluerint eorum præsentato; Unde talis extraordinaria diligentia præveniendi, antequam Ipsemet Extraneus fuisset ab Ipsis præsentatus, indicat dolosam machinationem ad effectum obcæcandi Clericum de sanguine, illumque supplantandi Beneficio, quod in paritate vocum Jus eidem deferebat juxta considerata per Eminentissimum de Luca de fideicommissis, *disc. 8. num. 18.*

Quemadmodum enim tribuitur culpæ Patronorum, si Consanguineum non quærunt, qui Beneficio veniat præferendus, etiamsi ille post quadrimestre compareat, ut perbelle firmavit Rota *in una Melphicten. Cappellania 7. Junii 1700. §. Diximus, coram R. P. D. Ansaldo*, ibi = *Imputandum est spretui, & culpæ Patronorum, si per non antea comparaverat, cum enim illi scirent, vel scire deberent adesse Consanguineum præferendum, omnemque saltem adhibere diligentiam per Ædicta, ut si quis ex Consanguineis adesset, erumperet, semper idcirco contra Patronos locum sibi vindicabat propositio: quod culpa nusquam debet suffragari Culposo ad Textum in l. Itaque 12. ff. de furt. & in leg. 13. ff. de dol. mal.* Marc. Medices *dec. Senon. 100. n. 10.* Censal. *dec. Lucen. 81. n. 27.* Ita in nostro casu in quo jam innotuerat adesse Clericum de sanguine præsentandum, & de facto præsentatum in tempore habili, talis præventio ab Extraneo expiscata tribuenda est ejus culpæ, & propterea nequaquam eidem valet suffragari, & hoc est, quod innuere voluit Amayden *de Stylo Dataria lib. 1. cap. 15. §. 15. n. 37.* per illa verba = *Daretur huic per Datariam provisio cum derogatione, etiamsi alter præveniret.*

Sed quatenus etiam ignorantia verisimilis esset, adhuc non excusaret, cum satis sit, quod Papa in tali circumstantia verisimiliter non fuisset concessurus Gratiam derogationis, ita individualiter firmant Abb. *in c. Constitutus n. 1. de rescript.* ibi = *Nota secundo & tene semper menti; quia nescio alibi ita bonum Textum, quod subreptio vitiat gratiam ipso facto etiamsi consistat in tacendo factum alienum, quod Impetrans probabiliter ignoraret &c. ratio hujus dicti potest esse, quia in consideranda validitate gratiæ non advertimus ad culpam Impetrantis, sed potius ad intentionem Concedentis.* Felin. *in c. ad audientiam il 2. n. 12. eod. tit.* ibi = *Amplia tertio, etiamsi ignoranter, & per simplicitatem fuit commissa subreptio, satis est enim, quod Princeps non fuisset verisimiliter concessurus.* Fagn. *in eodem c. Ad audientiam il 2. n. 27.* ibi = *Rursus procedit communis conclusio, ut supra firmata, etiamsi ignoranter, & per simplicitatem fuerit subreptum, satis est enim, ut alias Princeps verisimiliter non fuisset concessurus.* Calderin. *inter Consil. divers. cons. 24. de rescriptis n. 3.* ibi = *Non obstat etiam, quod Impetrans illa ignoraverit verisimiliter, cum in Impetratione non excuset Ignorantia Impetrantis tacentis, quod est exprimendum, etiamsi illud esset de facto alterius, & hoc est propter intentionem Concedentis*, & Lambert. *de Jurepatronat. loco superius citato dict. fol. 865.* ibi = *Subreptitia est, & committitur subreptio etiam tacendo id, quod ignoratur, si verisimiliter illud tacitum potuisset movere Papam ad aliud faciendum, &c. In proposito ergo nostro, si Papa scivisset variationem, vel præsentationem esse factam, verisimiliter non concessisset Literas, vel saltem non sic de facili ipsi, a quo variatum est, igitur ipsæ Literæ non habent præjudicare Instituto, & ita est tenendum.*

Versamur tamen extra omnem difficultatem; quia in subjecta hypothesi Clericus de sanguine non solum Jus considerabile acquisivit ante præsentationem extranei, sed ante datum Literarum; Nam, cum tempus Datæ sit dies 22. Novembris, & dicta D. Portia usque & sub die 21. ejusdem stipulavit mandatum Procuræ, & declaravit animum suum circa præsentationem sui Nepotis, hæc æquipollent veræ præsentationi ad terminos *Decisionis 1165. n. 11. cor. Card. Seraphino, & decis. 443. n. 2. vers. Non obstat par. 2. recent.* Et quatenus etiam non sufficeret, cum sub

eadem die 21. Novembris Procurator constitutus non solum consignaverit Cancellario Curiæ Episcopalis dictum mandatum Procuræ, sed insimul instantiam pro Institutione dicti Clerici de sanguine ab ipso præsentati, non potest negari quin constet de vera, & effectiva præsentatione ante Datam Literarum, quamvis tunc præsens non esset instituere habens, individualiter Lap. *alleg.* 75. *n.* 3. *vers. sed prædictis*, & deinde *n.* 4. *& seqq.* itaut militent ea omnia, quæ doctissime, de more suo, ponderavit D. Advocatus Pitonus in suis *Disceptationibus Ecclesiasticis tom.* 1. *discept.* 4. *n.* 29. *& tom.* 2. *discept.* 38. *a n.* 1. *ad* 6. & firmavit etiam Rota *in alias citata Mediolanen. Jurispatronatus* 3. *Julii* 1684. *coram Paulutio*, *ac in Alestrina Jurispatronatus* 15. *Junii* 1705. *coram R. P. D. Scotto* §. *Cæterum*, *& seqq. & in ejus confirmatoria emanata sub die* 7. *Decembris ejusdem anni*, *coram eodem* §. *Ex his superfluum*, quod scilicet Beneficium debeatur illi de sanguine, & gratia derogatoria ab Extraneo reportata non suffragetur, tanquam subreptitie.

In nihilo obstente, quod præsentatio una cum illius acceptatione non fuerit registrata in actis Curiæ Episcopalis, nisi sub die 23. & ita post Datam Literarum; Quia registratio non est de substantia præsentationis, sed solum fit ad perpetuandam illius probationem, & demum negligentia Cancellarii non poterat præjudicare dict. Clerico de sanguine præsentato, & acceptatio non erat de necessitate facienda Judicialiter coram Executore, sive Episcopo, vel ejus Vicario, ut individualiter firmat Rota *coram Penia dec.* 1118. *n.* 6. *cum duobus seqq.* ibi = *Neque ad rem pertinebat, quod præsentatio non ostenditur judicialiter facta, coram habente potestatem instituendi; quia cum Savinus esset notus Episcopo, & ejus Vicario, valuit præsentatio de absente facta, præsertim cum actus acceptationis sit extrajudicialis, &c. Et acceptatio, coram Amicis, vel Notario, vel Vicario fieri possit* Gloss. *in Clement. unica V. Executorem de Concess. Præben. ubi* Zabarell. *quæst.* 12. *a.* 19. *qui affirmat, non requiri acceptationem in Judicio, vel coram Executore, sive Episcopo, & ratio est, quia acceptatio est quædam Voluntatis Declaratio, quæ ex quocunque actu Noto per Signa exteriora fieri potest.*

Et ita pro veritate censeo. Salvo semper &c.

Thomas Dalmatius.

Legionen. Parochialis.

ARGUMENTUM.

Deciditur gravis articulus, an nova forma Concursus inducta ex dispositione S. Concilii Tridentini *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* in provisionibus Parochialium de Jurepatronatus Ecclesiastico, locum habeat etiam in illis, quæ ab Immemorabilis solitæ fuerint absque concursu provideri.

SUMMARIUM.

1 *Concilium Tridentinum quoad formam Concursus in Jurepatronatus Ecclesiastico non derogat contraria legi fundationis vide n.* 14.

2 *Concursus non requiritur in Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiastico juxta decisiones S. Rotæ, de quibus in corpore.*

3 *Contrariam opinionem sustinet Auctor.*

4 *Immemorabilis contra Concursum, non potest dari ante Concilium, quod illum introduxit, & respondetur argumento in contrarium n.* 5.

6 *Minus illa dari potest post Concilium, & de ratione.*

7 *Exponuntur rationes dubitandi, & n.* 8. *illisque satisfit n.* 9. *& seqq.*

10 *Antiqua forma providendi Parochiales de Jurepatronatus juxta Sacros Canones erat ad præsentationem Patroni prævio tantum examine.*

11 *Fundator exprimendo quod inest de Jure communi, nihil disponit.*

12 *Concilium abrogando antiquam formam Juris communis dicitur abrogasse etiam observantiam Immemorabilem ejusdem formæ.*

13 *Fundatores se conformando cum Jure quod suo tempore viget, non censentur resistere novo Juri in locum veteris subrogato, & n.* 15.

16 *Decretum irritans impedit, ne oriatur contraria consuetudo etiam centenaria.*

17 *Lex non debet inæqualiter disponere, & universaliter non providere ad mensuram causæ finalis.*

19 *Etiam Ecclesiæ liberæ collationis habere possunt fundatorem, qui dederit legem aliquam citra reservationem Jurispatronatus.*

20 *Constitutiones Papæ non pendent ex acceptatione Subditorum.*

21 *Possunt executioni demandari non obstante desuetudine centum annorum, & ultra.*

22 *Obviandum est præjudicio Sedis Apostolicæ quoad suas Reservationes.*

23 *Registrantur Decisiones S. Rotæ in Novarien. Parochialis Loci Cisti, & n.* 24. *cum seqq.*

ALLEGATIO V.

DEfinivere Patres Sac. Concil. Trident. in *cap.* 18. *sess* 24. *de reformat.* quod Ecclesiæ Parochiales providerentur per Concursum, etiamsi essent de Jurepatronatus Ecclesiastico, dando novam formam usque tunc non servatam, expressa causa publicæ utilitatis in illis verbis proœmialibus = *Expedit maxime Animarum saluti a dignis, atque idoneis Parochis gubernari, id ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit Sancta Synodus, &c.* = adjecta in fine amplissima, 1 & speciali derogatione omnibus impedimentis in contrarium ibi = *non obstantibus huic Decreto Exemptionibus, Indultis, Privilegiis, Præventionibus, Affectionibus, novis Provisionibus, Indultis concessis quibuscunque Universitatibus etiam ad certam summam, & aliis impedimentis quibuscunque* = sub qua tamen derogatione non contineri legem Fundationis, ubi aliud cautum fuerit; seu data legatur forma providendi repugnans, aut diversa ab illa, quæ in Decreto Conciliari demandatur, censuit S. Congr. Concilii *apud* Garz. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 270. *&* 271. Barbos. *ad Concil. dicta sess.* 24. *cap.* 18. *n.* 147. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *c.* 3. *sub n.* 5. *vers. præmissa* Ventrigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 5. §. 2. *n.* 8. Ugolin. *de offic. & potest. Episcop. cap.* 30. §. 3. *n.* 3. *vers. tertio* Massobr. *in prax. haben. Concurs. requis.* 2. *dub.* 1. *n.* 23. *&* 24. Rot. *coram Seraphin. decis.* 1403. *n.* 4. Pea Jordan. *com.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 60.

Hinc quia tali sub derogatione Concilium non expressit, Immemorabilem, dubitatum alias fuit, an forma concursus servanda esset in Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiastico, quæ per immemorabilem 2 fuerunt semper provisæ absque concursu, & per istam rationem, quod Concilium in derogatione omnium Privilegiorum, & impedimentorum non expresserit, Immemorabilem, S. Rotæ *coram Ubag. dec.* 52. censuit formam Concursus non requiri in his Parochialibus absque illa provideri solitis ab immemorabili, hoc tamen firmando ad effectum concedendi remissoriam super probatione immemorabili, ubi juxta notam regulam examen boni juris exacte non discutitur, sed sufficit talis, qualis relevantia etiam dubia ex deductis per Rot. *coram Emerix jun. decis.* 139. *n.* 6. *& dec.* 219. *n.* 4. *& alibi passim.*

Rediit postea hic articulus formiter examinandus in eodem Tribunali in *Legionen. Parochialis*, ubi fuit pariter decisum, quod Parochiales de Jurepatronatus Ecclesiastico stante immemorabili in contrarium non essent providendæ per Concursum, ut ex prime *decisione edita sub die* 27. *Aprilis* 1703. *in fine coram bon. mem. Pio, & in aliis duabus editis sub die* 11. *Januarii &* 2. *Junii* 1706. *coram R. P. D. Kaunitz*, imo hæc eadem opinio retenta legitur Me scribente, & succumbente in *Novarien. Parochialis, seu Vicariæ Sancti Martini* 22. *Junii* 1705. §. *finali, coram Eminentiss. Dom. Cardin. Caprara, &*

c. Julii

2. *Iulii* 1706. §. *nihilominus*, *coram R. P. D. Ansaldo*.

Quia vero illa reservatio ultima in *d. Legion. Parochialis* emanavit omnibus Dominis suffragantibus non sine tamen gravi scissura votorum, idcirco Sacrum Auditorium successive dubitando de subsistentia hactenus relatæ opinionis, ordinavit, ut super hoc puncto scriberetur pro veritate a duobus Advocatis Romanæ Curiæ per Reverendiss. Decanum deputandis, prout Ego electus fui simul cum D. Prospero de Lambertinis Sacræ Consistorialis Aulæ præclarissimo, & magni ingenii Advocato, licet subinde Consulta pro veritate edita non fuerint ob superventam mortem unius ex Collitigantibus, qui erat Provisus Apostolicus, propter quod hæc causa Legionen. ulteriorem progressum non habuit, ut enarravit eadem Rot. *in Novarien. Parochialis Loci Cisti* 27. *Ianuarii* 1710. §. *hinc non minus*, *coram R. P. D. Priolo*, in qua ego scribebam, & ubi etiam animadvertitur, quod decisiones editæ in *Novarien. Parochialis*, *seu Vicariæ S. Martini*, *coram Eminentissimo Caprara*, & *R. P. D. Ansaldo* præcipuam rationem decidendi fundarunt in Unione Ecclesiæ desumpta ex immemorabili quasi possessione eligendi Vicarium Curatum, eumque instituendi absque ullo Concursu.

Cum igitur articulus iste non sit hodie pacificus sed potius relictum in suspenso per S. Rotæ Auditorium, opportunum censeo publicare meum pro veritate Votum, quod idem Rotæ placuit a me exquirere, idque in obsequium doctissimi Tribunalis, cujus maturiori judicio, omnia, quæ inferius exponam censuranda; & corrigenda submittere, gloria mihi est.

Dico igitur formam Concursus esse omnino servandam in Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiastico, tametsi illæ sine Concursu ab Immemorabili
3 consueverint provideri; cum enim Concilium Tridentinum in allegato Decreto processerit per viam novæ legis, tradendo novam formam provisioni Ecclesiarum Parochialium favore publico Curæ animarum, status antiquus dicitur immutatus, & alter de novo in posterum introductus, itaut nulla etiam Immemorabilis inobservantia suffragari possit ad tollendam hanc novam formam providendi propter decretum irritans adjectum in Dispositione Conciliari, & in Constitutione 33. Sanct. mem. D. Pii V. quod omnem destruit, seu prohibet Desuetudinem, & contraventionem, ut in his terminis Rot. *dec.* 192. *n.* 10. *p.* 18. *rec.* & *in d. Novarien. Parochialis Loci Cisti super manutentione* 27. *Ianuarii* 1710. §. *final. coram Reverend. P. D. Priolo*.

Neque ab hac opinione removet me ratio illa, quod Immemorabilis nunquam sublata censeatur, nisi per mentionem, & derogationem specialem, quam proinde si Concilium non expressit, dicitur præservasse exemplo aliorum Decretorum ipsius Concilii, quæ ubi voluerunt, Immemorabili specialiter derogarunt, signum evidens, quod in controverso Decreto, ubi de illa specialis mentio deficit, sublata non videatur, quo argumento utuntur *decisiones* 52. *coram Ubag.* & *Legionen. Parochialis*, *coram Rev. P. D. Kaunitz. ubi supra*.

Enim vero convincitur fallacia argumenti in ipsa suppositione Immemorabilis, quæ tamen in hoc articulo neutiquam dari, aut allegari valet. Et distinguendo tempora, aut volumus desumere Immemorabilem *a parte antea*, scilicet antequam superveniret Dispositio Concilii, & est impossibile, quia cum eo tempore nondum in Orbe Catholico introducta fuis-
4 set nova forma providendi per Concursum, quæ originem habuit ex ipso tantum Decreto Concilii; consequenter non percipio, quomodo nasci potuerit consuetudo, seu Præscriptio exclusiva formæ Concursus antequam nasceretur ipsa forma Concursus, quia quod natum non est, præscribi non valet, nec datur consuetudo contra subjectum in rerum natura non præexistens, alias contra quid allegabimus Immemorabilem, si deficit materia præscriptibilis? nunquam enim Immemorabilis allegari potest quoad ea, quæ superveniunt de novo, ut per Rot. *coram Puteo dec.* 150. *n.* 2. *vers. imo lib.* 1, *in correctis*, & *coram Bichio dec.* 386. *num.* 32. & ita in his terminis individualibus respondendo ad *decisiones Legionen.* solide animadvertit Sacrum Auditorium *in d. Novarien. Parochialis Loci Cisti super bono Iure* 27. *Ianuarii* 1710. §. *hinc non minus*, *coram R. P. D. Priolo* idque non impugnat ipsa etiam Decisio *Legionen.* 2. *Iulii* 1706. §. *quibus positis*, *coram R. P. D. Kaunitz*.

Ex quo patet responsio ad alia Decreta Conciliaria, in quibus fuit specialiter derogatum Immemorabili signanter *in sess.* 7. *cap.* 8. & *sess.* 25. *c.* 6. *de refor.* Quoniam in istis agebatur de Jurisdictione Episcopa- 5
li, quæ erat materia præexistens ante Concilium, & quam Prælati inferiores tunc temporis præscribere poterant, unde ad reintegrandos Episcopos de Jurisdictione jam præscripta, oportebat derogare Immemorabili, quod nihil commune habet cum casu isto, ubi Concilium processit dando novam formam antea non practicatam, & contra quam consequenter non poterat antea nasci, & non nata supponi aliqua consuetudo, aut præscriptio, cui esset derogandum. Ultra quod non semper verum est, quod Concilium ubi voluit derogare Immemorabili, id expresserit, quia plura sunt Decreta, in quibus Immemorabilem non expressit, & tamen juxta subjectam materiam ei censetur derogasse, ut *in sess.* 7. *cap.* 7. *de reform.* ibique explicat Barbos. *n.* 39. & in hoc ipsum habentur *in sess.* 22. *cap.* 9. & pariter *in sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* juxta resolutiones S. Congregationis relatas per Garz. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 197. 211. & 224. imo in terminis nostræ quæstionis, quod quia Concursus est jure novo per Concilium introductus, non fuerit opus derogare Immemorabili, notavit Card. Belarmin. *ad Conc. dict. sess.* 14. *cap.* 18. *de reform.* §. *Abbates*, & *Paris. de Resign. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 97. ibi = *nanque cum Concursus sit Iure novo per Concilium inductus, non est opus derogatione Immemorabili* = comprobat Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 7. *Nicol. in floscul. in verb. Concursus n.* 4. *vers. Edicta*.

Aut vero desumere volumus Immemorabilem *a parte postea* scilicet post ipsius Concilii Decretum, &
pariter est impossibile, quia dato initio non amplius 6
datur Immemorabilis, sed solum Centenaria, ista autem nec minus allegari valet, quia Decretum irritans, quo munitur Concilium Tridentinum, & Constitutio sanct. mem. S. Pii V. adeo irritat omnem contrarium actum, ut non permittat ullo tempore aliquam inchoari posse consuetudinem, vel præscriptionem etiam centenariam, ut communiter affirmarunt Card. de Luca *de Iurisdict. disc.* 95. *n.* 7. & 8. Pignatell. *consult.* 134. *n.* 16. *tom.* 1. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 179. & 180. & *p.* 9. *cap.* 2. *n.* 343. *in fin.* Rot. *dec.* 317. *num.* & *seqq. part.* 16. & *dec.* 32. *num.* 18. & *dec.* 192. *num.* 10. *part.* 18. *rec.* & *in dict. Novarien. Parochialis Loci Cisti super manutentione*, *ubi supra*, & *coram Carro*, *dec.* 572. *n.* 10. & *seqq.* ubi quod Decretum irritans destruit etiam Immemorabilem, propter malam fidem, ut scripsi *discept. Eccles.* 23. *num.* 16. quod procedit etiam in casu, quo dispositio aliqua præservaret consuetudines præteritas; nam non ideo censetur præservare futuras propter obstaculum decreti irritantis, de cujus natura est resistere consuetudinibus in posterum introducendis. Rot. *coram Clos. dec.* 200. *numer.* 6. & *coram Merlin. dec.* 814. *n.* 6. & *in recent. dec.* 217. *num.* 6. *part.* 7. & *in Hispalen. Iuris sedendi in Synodo* 21. *Iunii* 1697. §. *post Breve*, *coram b. m. Muto*.

Major difficultas hujus articuli apud me versatur in altero fundamento cui inhæret novissima decisio *Legionen.* quod nempe sicut Concilium non derogavit
contrariæ legi fundationis in Parochialibus de Jurepa- 7
tronatus Ecclesiastico *ex auctoritatibus supra relatis n.* 1. ita non censeatur derogasse Immemorabili, quæ præsumendo meliorem titulum de Mundo, præsumit per consequens ipsam quoque legem fundationis, hunc autem præsumptæ fundationis titulum memorata decisio supponit desumi posse inspecto utroque tempore, tam ante, quam post Concilium, & sane desumendo Immemorabilem ante Concilium, credit po-

fuisse tunc temporis dari legem fundationis, quæ esset
incompatibilis cum forma concursus postea introdu-
cendi, veluti quia appositum fuerit pactum confe-
rendi Parochialem ad præsentationem Archidiaconi
cum sola approbatione Ordinarii, sicut non repu-
gnat, quod lex fundationis præventive habeat tale
pactum, quod incompatibile sit cum forma novæ Le-
gis in futurum edendæ ex deductis in illa *Parmen.
beneficii, coram R. P. D. Scotto*, in quo Ego firmari
obtinui, quod licet voluntas Fundatoris non fera-
tur in incognitum, attamen poterat ejus lex taliter
esse concepta, ut ratione incompatibilitatis exclude-
ret reservationem Regul. 8. hodie 9. Cancellariæ, quam-
vis longe post editam, & superventam, ut videre
est *apud me discept. Eccles.* 15. *n.* 13. *& sub n.* 51. §.
quibus tamen, & supponere videtur resolutio S. Con-
gregationis relata apud Doctores super allegatos *sub
numero primo*, quæ firmando sub derogatione Con-
cilii non comprehendi contrariam legem fundatio-
nis, jam supponit ante Concilium dari posse funda-
tionem, cujus lex esset incompatibilis cum formæ
concursus noviter introducta, & sic nullatenus præ-
cognita per Fundatorem, ergo sicut ante Concilium
possibilis est titulus verus fundationis novæ formæ
contrarius, ita & possibilis est præsumptus ex im-
memorabili, quæ omnia possibilia præsumit, &
consequenter est dabilis etiamsi ante Concilium, &
novam formam ab eo introductam: quod etiam
comprobatur ex ipsa derogatione, quam facit Con-
cilium *exemptionibus, indultis, & Privilegiis, et-
iam concessis Universitatibus quibuscunque*; desumendo
autem Immemorabilem post Concilium in sola vir-
tute Centenariæ, præallegata decisio existimat ejus
vigore allegari posse privilegium seu constitutionem
Apostolicam emanatam post Concilium, qua inse-
quendo mentem Fundatoris fuerit permissa collatio
ad præsentationem Archidiaconi præmisso tantum
examine, dum etiam post Concilium supervenita
potuit Privilegium Apostolicum, potuit occurrere
necessitas redotationis, seu suppletionis dotis Paro-
chialis, qua occasione Redotans & supplens appo-
fuerit legem contrariam formæ concursus, ut per
Rot. *dec.* 218. *num.* 31. *& seqq. part.* 6. Trobat. *de ef-
fect. immen. q.* 15. *artic.* 5. *numer.* 162. *& in Jamen.
Abbatia 4. Julii* 1692. §. *neque turbat, coram b. m.
Manuel. R. P. D. Ansald. in annot. ad dec.* 38. *numer.*
15. *&* 16.

Eoque magis præallegata urgere videntur conjun-
gendo simul utrunque tempus ante, & post Con-
cilium, in quibus terminis quicquid fuit per Cen-
tenariam observatum, non obstante publicatione Con-
cilii, dicitur declarare, quod in tantum forma Con-
cilii non fuerit recepta in provisionibus Parochia-
lium de Jurepatronatus Ecclesiastico, in quantum
fuerit recognitum, quod lex fundationis erat In-
compatibilis cum illa, ut In simili advertit Card. de
8 Luc. *de jurepat. disc.* 8. *num.* 12. nam qualis est ob-
servantia, talis præsumitur fundatio jurispatronatus
ut scripsi *discept. Eccles* 28. *num.* 6. alias non est veri-
simile, quod vigilantissimi pro tempore Episcopi
adeo segnes fuerint, ut post Concilium toleraverint
Parochiales provideri sine concursu per spatium adeo
longum centenariæ, & ultra, si vere agnovissent il-
las non esse exemptas a forma conciliari, Rota *in
Pampilonen. præminentiarum 3. Februarii* 1700. § *&
hæc certiora, in fine, coram Illustrissimo dell'Olmo.*
Und hæc observantia centenaria post Concilium
non videtur cadere sub ejus decreto irritanti, quia
venit declarando titulum fundationis ante Conci-
lium præexistentis, quia titulus ab eodem Concilio
præservatum, cum nunquam decretum irritans sit ope-
rativum, nisi quando clare constat, quod casus com-
prehendatur sub lege sic irritante, secus autem si
exceptus fuerit, aut super hoc dubitari contingat
Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. *gloss.* 67. *num.* 39. Rot. *co-
ram Coccin. dec.* 2096. *n.* 10. *& coram Cerro dec.* 273.
n. 8. *& dec.* 376. *n.* 8. Card. de Luc. *de Regul. disc.* 3.
numer. 8.

Hæc omnia, fateor, meum torserunt ingenium,
ut inclinarem pro opinione in *decisionibus Legionen.*
resoluta, sed maturius reflectendo ad veritatem iis
non obstantibus contrarium resolvo. Moveor ex fun- 9
damentis super relatis quod nec ante Concilium al-
legari valet immemorabilis, quæ sive sit præscriptio,
sive consuetudo, nasci non potuit antequam pro-
diret in lucem forma providendi Parochiales per
concursum, nec post Concilium efformari valuit Cen-
tenaria ob decretum irritans adjectum in dispositio-
ne conciliari, & Constitutione Piana, & consequen-
ter inspecto utroque tempore, sicut cessat supposi-
tio immemorabilis, & Centenariæ, ita cessare de-
bet ejus effectus, qui consistit in præsumpto titulo
fundationis incompatibili cum nova forma concur-
sus, ubi enim deficit causa, deficit & causatum,
Cap. cum cessante de appellat. & in specie, Rot. *in
Illerden. distributionum 22. Januarii* 1703. §. *nec pro
Justitia, coram R. P. D. Priolo.*

Neque adversari puto, quod si ante Concilium
dari potuit titulus veræ fundationis incompatibilis
cum hac nova forma concursus, etiam dari potuit
titulus præsumptæ fundationis ex immemorabili pro-
ductus, ex regula quod idem operatur fictio in ca-
su ficto, ac veritas in casu vero, de qua Text. *in
cap. ad audientiam de Cleric. non resid.* cum aliis
recollecti per Barbos. *axiom.* 90. *num.* 1. etenim ob-
servo, quod ante Concilium omnes Parochiales tam
de jurepatronatus Ecclesiasticorum, & Clericorum,
quam etiam liberæ collationis providebantur præ-
vio tantum examine illius Personæ, quæ ab Ordina- 10
rio, vel Patrono respective fuisset electa, & ista e-
rat antiqua forma stabilita de Jure communi Sa-
crorum Canonum, *ut in cap. ad hæc vers. ut qui be-
neficiis de offic. Archidiac. cap. ad decorem de in-
stit. & cap. quoniam versic. si autem de jurepatr.* &
advertit, Rot. *in d. Legionen. Parochialis* 11. *Januarii*
1706. §. *multoque magis, coram R. P. D. Kaunitz.* Un-
de consuetudo immemorabilis ante Concilium pro-
videndi Parochiales de Jurepatronatus Ecclesiastico
ad Præsentationem Patroni per solum examen Præ-
sentati, referri non potest ad particularem legem
alicujus fundationis, sed ad solam dispositionem Ju-
ris communis hanc antiquam formam præscribentis
in omnibus, & quibuscunque Parochialibus, quæ
dispositio Juris tametsi ex præsumptione immemo-
rabilis habenda foret ac si fuisset per Fundatores ex-
pressa apposita in suorum beneficiorum institutioni-
bus, non tamen dicenda esset particularis lex fun- 11
dationis, dum quando Fundator exprimit, quod de
Jure tacite inest, nihil disponit supra illud, ejusque
expressio semper censetur Jus commune, & non spe-
ciale pactum Fundationis, ut per Scacc. *de Judic.
lib.* 1. *capit.* 64. *numer.* 6. *& libr.* 2. *cap* 2. *numer.* 557.
& me scribente, Rot. *in Monasterien. Decanatus
26. Aprilis* 1709. §. *nec hujusmodi, coram Reveren-
dissimo P. D. Caffarello nunc meritissimo Gubernatore
Urbis*. Quemadmodum præcise verificabatur in di-
cta causa Legionen. ubi per Testes probabatur con-
suetudo universalis Episcopatus Legionen. providendi
beneficia curata de jurepatronatus Ecclesiastico ad
præsentationem Patroni, & prævio tantum examine
Præsentati, & pariter ostendebatur consuetudo ita
providendi omnes Parochiales spectantes ad præsen-
tationem Archidiaconi Cathedralis, & sitas intra Li-
mites sui Archidiaconatus; signum evidens, quod
hæc praxis innitebatur antiquæ formæ traditæ per
Sacros Canones, non autem alicui particulari fun-
dationi unius, vel alterius jurispatronatus, quodque
erat mera inobservantia novæ formæ per S. Conci-
lium introductæ, retento tenaciter pristino usu abs-
que acceptatione novæ legis.

Cum igitur immemorabilis ante Concilium sit me-
ra observantia antiquæ formæ de Jure communi Sa-
crorum Canonum, quæ erat universalis quoad om-
nes, & cujuscunque generis Parochiales, non au-
tem particularis pro solis Beneficiis de jurepatrona-
tus, proinde allegari non potest aliquod speciale pa-
ctum fundationis præsumptum ex immemorabili,
dum ista non potest plus operari, quam titulus veræ
fun-

fundationis, quemadmodum igitur, si fundatio aliqua circa formam providendi exprimeret hoc idem quod de jure subintelligeretur, non esset pactum, sed jus commune ex supra deductis, ita & dicendum de immemorabili preseferente eandem formam providendi, quæ de jure communi tunc temporis præfinita reperiebatur quoad omnia beneficia curata juxta principium, de quo Text. *in l. 1. §. hoc Senatus consulto, ff. ad Trebell.* Gonzall. *ad reg. 8. gloss. 51. numer.* 28. Novar. *quæst. forens. libr. 1. quæst. 143. numer.* 13. & dixi *discept. Eccles.* 26. *num.* 8. *in fine*,

Ex quo principio descendit ut per introductionem novæ formæ, quam fecit Concilium Tridentinum, sicut abrogata fuit antiqua forma Sacrorum
12 Canonum, scilicet providendi ad præsentationem cum solo examine, ita sine necessitate particularis expressionis per necessariam consequentiam abrogata remanserit quævis antiquissima & immemorabilis consuetudo innixa antiquæ formæ, cum lex posterior tollat priorem quantumcunque diutissime observatam, alias lex nova inutilis remaneret si novam formam, novumque jus inducendo non intelligeretur abrogare antiquam ex eo duntaxat quod fuisset ab immemorabili per antea servatum, ut probat, Rot. *coram Seraphin. decis.* 1445. *num.* 7. ubi quod consuetudo inducta juxta antiquum statum non facit ad rem, quia mutato statu mutatur Jus, & ejus effectus, & *in recent. decis.* 313. *numer.* 5. *&* 6. *p.* 4. *tom.* 1. Gratian. *discept.* 458. *n.* 9. *& in Toletana Decimarum de Capilla super congrua* 12. *Martii* 1703. §. *nec obstat, coram R. P. D. Scotta*.

Alias, si lex antiqua observata ab immemorabili non intelligeretur sublata per posteriorem, quæ novam formam, novumque Jus induxit, sed necessaria foret derogatio immemorabilis, esset destruere prima principia omnium novarum legum, & statutorum, quia nova Capitula, quæ immutarent dispositionem antiquorum statutorum essent inutilia, si non intelligeretur derogatum immemorabili observantiæ antiquorum, in quo adduco exemplum Testamenti veteris, abrogati per Testamentum novum, ubi ridiculum, & absurdissimum foret dicere, quod hoc novum, nullatenus abrogasset consuetudinem immemorabilem Testamenti veteris, ex quo hujusmodi consuetudini non fuisset specialiter derogatum, quod est argumentum reducens ad nihilum omnes leges novas contra receptum principium, quod sublata prima causa, scilicet antiqua lege, cui accessorie inhæret observantia immemorabilis, tollitur per consequens ipsa quoque immemorabilis tanquam effectus, & sequela pristini Juris immutati, ut in puncto, *gloss. in cap.* 1. *in verbo facti de constit. in* 6. ubi quod omnis mutatio, & correctio legum esset inutilis, si non intelligeretur revocata etiam ipsa consuetudo, seu observantia antiqui Juris ibi = *Jam sequeretur, quod omnium Jurium correctio, vel mutatio esset inutilis, dicam enim quod licet revocatum sit Jus commune, tamen consuetudo præscripta, qua servatum fuit Jus commune revocata non sit, &c. & id esset absurdum* = Felin. *in cap. pr. de rescript. num.* 16. ibi = *licet illi de quibus in dictis Juribus vellent se tueri etiam consuetudine, non restat, quin sit sublata sublato Jure, alias nunquam prodesset Jura diu observata corrigere, si remaneret consuetudo* = Ludovicus Gomes. *in dicto cap.* 1. *de constit. in* 6. *num.* 310. ubi quod tunc nova constitutio non tollit consuetudinem, quando agitur de consuetudine, vel statuto præter, vel contra res, *secus in continentibus idem, quod Jus antiquum, quia tunc illo Jure antiquo sublato per posteriorem constitutionem, censentur sublata idem continentia* = idemque scripserunt ibi Geminianus, & Ancheranus ea ratione, quod immemorabilis ante Concilium non erat consuetudo de per se consistens, sed observantia antiquæ formæ providendi Parochiales quascunque de Jure communi Sacrorum Canonum inductæ per ea, quæ notant, Barbos. *in l.* 2. *num.* 310. *C. de præscript*, Fontanell. *decis.* 445. *num.* 24. *&* sic immutata hac forma antiqui Juris per Concilium, expiravit simul ex natura rei ipsa consuetudo, tanquam accessoria, seu observantia simplex antiqui Juris revocati, ut bene observant Canonistæ *in dicto cap.* 1. *de constit. in* 6. necnon Felin. *in dicto cap.* 1. *de rescript. num.* 17. qui etiam dicit hanc non vocari consuetudinem, etiamsi Populus per mille annos observasset formam antiqui Juris ibi = *Nota quod si Populus mille annis servaret legem, non inducitur consuetudo, quia non servat animo inducendi eam, sed servandi jus commune* = Marcus Anton. Marscotus de Calvis *in dict. capit. pr. de constit. in* 6. *sub num.* 109 inter Repetit. Canon. divers. Tom. 5. ibi = *licet sit jus commune revocatum, tamen consuetudo præscripta, qua jus commune servatum fuerat eadem ratione, qua de statuto dicimus, revocata non erit, & ideo sequitur, quod omnium Jurium correctio, vel immutatio inutilis erit, potest dici, quod etiamsi mille annis animo obtemperandi Legi servetur jus commune, consuetudo propter hoc non inducitur quia non fit animo illam inducendi* = & ego etiam tetigi, *discept. Eccles.* 16. 18. *versic. advertendo*.

Imo nec etiam ipsi Testatores seu Fundatores, qui conformant eorum dispositiones cum antiqua lege, quæ tunc temporis vigebat, intelliguntur nunquam per hoc derogare seu resistere velle legi futuræ ab ipsis non præcognitæ, sed potius se conformare cum lege subrogata, ut fuit decisum in 13
Barchinonen. *beneficii* 12. *Junii* 1686. §. *final. coram clar. mem. Card. Mattejo* quia subanditur illa conditio = *dummodo non superveniat novum jus a superiore potestatem habente* = ut ponderat, Rota me scribente *in dicta Monasterien. Decanatus* 13. *Junii* 1710. §. *eoque facilius, coram Rev. P. D. Caffarello*, & Lex nova abrogans antiquam, dicitur abrogare omnes etiam dispositiones, quæ antiquæ legi inhærent, *gloss. in dict. cap.* 1. *in verb. facti de constit. in* 6. *ibique Archidiacon. num.* 3. *vers. unde si Statutum*, Rot. *in d. Monasterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *nec subsistit, &* 13. *Junii* 1710. §. *nec hujusmodi, coram R. P. D. Caffarello, & in Terracinen., Census coram Reverendissimo D. Molines Decano* impress. apud Balduc. *ad Ramon. tom.* 4. *decis.* 20. *num.* 1.

Hoc etiam litteraliter expressit Sacrum Concilium, quod in allegato *cap.* 18. *sess.* 24. distinguendo juspatronatus Ecclesiasticum, & laicale ordinavit quoad Ecclesiasticum servari novam formam concursus, quo vero ad Laicale jussit servari antiquam formam providendi prævio tantum examine, nihil obstante derogatione ibi facta Indultis, & Privilegiis, quia hæc respicit Privilegia, aliasque conces- 14
siones, ex quibus provisio Parochialium pertinebat ad alios, quam Ordinarios, ut admittit, Rot. *in d. Legionen.* 2. *Julii* 1706. §. *nec relevat, coram R. P. D. Kaunitz*. Resolutio autem S. Congregationis, quod Concilium non abrogaverit legem fundationis contrariam, & repugnantem novæ formæ concursus, cum loquatur generaliter, vel intelligenda venit de Fundatione peracta post dispositionem Concilii, non autem ante, dum ante illam non poterunt Fundatores divinare novam formam concursus, vel saltem intelligi non potest de fundatione, quæ simpliciter expri- 15
mat, quicquid erat de Jure communi vigente de tempore fundationis, ut est casus præsentis quæstionis, ubi ante Concilium supponitur immemorabilis consuetudo providendi Parochiales ad præsentationem Patroni, & prævio tantum examine, quæ erat antiqua forma Juris communis, hoc enim casu consuetudo non præsumit nisi fundationem simpliciter continentem, quod disponebat jus commune, & sic intrant superius adductæ auctoritates, juxta quas dispositio continens idem, ac jus commune, non dicitur particularis dispositio, sed potius jus commune, idcirco subjectum revocationi, & mutationi faciendæ per novam legem juxta rationes proxime insinuatas, *num.* 12. *&* 13. eoque magis, quia nova forma erat Ecclesiæ, & saluti animarum favorabilis,

bilis,

bilis, & proficua, cum qua tacite Fundatores censentur se voluisse conformare, sicut se conformarunt cum dispositione antiqui Juris suo tempore vigentis; nam qui se se conformat cum Jure communi, quod suo tempore viget, censetur in futurum se conformare velle etiam cum Jure novo in locum veteris subrogato, Rot. *coram Duran. dec.* 228. *num.* 9. me scribente in *Volaterrana beneficii* 7. *Decembris* 1708. §. *juridica cum seqq. coram R. P. D. Crispo, & 7. Junii* 1709. §. *Regula, coram R. P. D. Ansaldo*.

Ex hoc sequitur, ut nec Centenaria post Concilium suffragari valeat, non quidem ad effectum coadjuvandi præsumptum titulum fundationis in statu præcedenti, ut hactenus demonstratum est, nec minus ad effectum inducendi de per se novum Titulum seu fundationis, seu Privilegii Apostolici, quia si
16 Concilium, necnon Constitutio S. Pii V. habent decretum irritans, consequenter irritarunt quamcunque consuetudinem futuram, seu impedimentum præstiterunt, quominus illa nasci potuerit per quemcunque temporis decursum, ut apud Card. de Luca *de Regul. disc.* 3. *num.* 8. *& ad Concilium disc.* 33. *num.* 9. & me scribente *in Hildesimen. fructuum Canonicalium* 19. *Januar.* 1703. §. *Moti in fine, coram R. P. D Kaunitz.* ita ut deficiente subsistentia Centenariæ, deficiat etiam Titulus, qui deducitur ex illa per viam præsumptionis.

In hac autem sententia me confirmant plures considerationes, quæ contrariam opinionem ostendunt insubsistentem, & periculosam. Et prima est, quod
17 Juspatronatus Ecclesiasticum dicitur, aut illud quod fundatur de bonis Ecclesiæ, aut quod instituitur de bonis Laicorum cum ejus reservatione, seu translatione in Personas Ecclesiasticas per Donationem, successionem, vel alios modos ad Text. *in cap. unico §. final. de jurepatr. in 6.* Rot. *decis.* 615. *numer.* 4. *&* 5. *part.* 1 *recent.* & me scribente *in Parmen. Beneficii* 1. *Martii* 1700. §. *Neque obstare, & in Aprutina Beneficii* 19. *Junii* 1705. §. *etiamsi, coram R. P. D. Scoto*, aut ergo agitur de fundato ex bonis Ecclesiæ, & super hoc allegari non meretur resistentia legis fundationis ante Concilium, quia quidquid Ecclesiæ est, subjacet legibus Ecclesiæ, & Ecclesia ipsa dat legem contra se ipsam, quia Papa, & Concilium habent absolutam potestatem super hujusmodi Jurepatronatus tanquam proprio, ubi utuntur Jure suo, & ubi non militat ratio, ne retrahantur Laici a fundationibus Ecclesiarum, quam allegat *ultima decisio Legionen.* aut vero agitur de fundatione facta per Laicos, & illi reservando, aut transferendo Juspatronatus in Ecclesiasticos præsumuntur se alligare legibus Ecclesiæ, ejusque dispositioni, nisi contraria voluntas apertissime ostendatur, ut per Rot. *in Aprutina beneficii* 19. *Junii* 1705. §. *Nam quamvis, coram R. P. D. Scoto*, quæ voluntas non ostenditur ex eo tantum, quod ante Concilium Parochiales ab immemorabili providerentur prævio tantum examine Ordinarii, dum hæc erat antiqua dispositio Juris communis sic observata, non autem lex particularis fundationis, ut dictum est supra ex Rota *in in dicta Barchinonen. Beneficii* 11. *Junii* 1686. §. *si quis, coram clar. mem. Card. Muttheja*, & probant punctuales auctoritates Canonistarum in *capit.* 1. *de Constit. in* 6.

Secunda consistit in absurdo, quod sequeretur ex opposita sententia; nam hoc modo Concilium Tridentinum haberet locum dumtaxat in illis Parochialibus ante ipsum de recenti fundatis, seu aliis, quæ adeo vetustæ non essent, ut allegare possent provisiones factas ab immemorabili juxta antiquam formam Juris communis, dum certum est, quod ante Concilium omnes Parochiales juxta hanc formam, & non alias providebantur, & sic excluderentur omnes aliæ Parochiales antiquiores, quæ ab immemorabili observaverant formam Juris communis, concludendo, quod lex nova revocatoria antiquæ eam revocasset in parte, & in parte non, nempe revocasset quoad Parochiales recentiores, quæ minori tempore observassent antiquam legem, & per contrarium præservasset quoad Parochiales, quæ majori tempore, seu ab immemorabili illam observassent, quod sane involveret ineptiam claram novæ le- 18
gis, quæ per talem modum inæqualiter disponeret, & universaliter non provideret ad mensuram causæ finalis boni publici Curæ animarum, imo eodem tempore, quo Concilium ponit novam legem quoad omnes Parochiales etiam de Jurepatronatus Ecclesiastico, sibi contradiceret non tollendo vestigia, & observantiam legis antiquæ contra Text. *in l. sed, & posteriores, ff. de legibus*, Rot. *in dict. Hildesimen. fructuum Canonicalium* 29. *Januarii* 1703. §. *Moti, coram R. P. D Kaunitz*.

Tertia gravior est, quod opinio contraria indistincte probaret regulam perniciosam nedum pro Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiastico, sed etiam pro omnibus aliis liberæ collationis, si enim in aliqua Diœcesi Parochiales, non observata nova forma concursus, semper retinuissent antiquam soli examinis, possent eodem modo allegare immemorabilem, & centenariam ante, & post Concilium respective, cum etiam Beneficia liberæ collationis habere possint legem fundationis, licet Fundatores sibi non reservaverint Juspatronatus, quia Ecclesiæ, & Beneficia non nascuntur per miraculum, sed etiam ipsæ
habent, seu habere valent suum Fundatorem, Con- 19
structorem, & Dotatorem juxta dictum Panormit. *in cap. Querelam n.* 9. *in fine vers. quia Ecclesia de electione*, Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 2. *artic.* 4. *num.* 14. Unde sequeretur, quod omnes Parochiales etiam liberæ collationis, quæ per abusum non servassent formam Concilii, haberent subterfugium evitandi concursum allegando immemorabilem, & centenariam, ante, & post Concilium, nam ante allegarent præsumptam legem fundationis, post Concilium vero allegarent Privilegium Apostolicum præsumptum ex centenaria, cum Sacrum Concilium Tridentinum omnia sua decreta submiserit Sedis Apostolicæ auctoritati, quod sane esset dare campum
largum subvertendi totam legem Concilii in omni- 20
bus Parochialibus, cujus observantia non posset amplius ad actum, & executionem deduci non obstante decreto irritanti apposito per Pium IV. in confirmatione Concilii, & per S. Pium V. in ejus Constitutione superius citata, ita & taliter quod lex Conciliaris fuisset data solum volentibus, & in eorum placito reposita, quando tamen Constitutiones edi-
tæ per Concilium, seu Summum Pontificem sunt 21
præceptivæ ratione Jurisdictionis sibi a Deo tributæ, nec pendent ex acceptatione Subditorum, & propter Decretum irritans, tollunt contrarium usum ante, & post, juxta firmata in *Decis* 460. *numer.* 15. *part.* 17. *recent. & in dicta Hildesimen. fructuum Canonicalium* 19. *Januarii* 1703. §. *Moti circa finem, coram R. P. D Kaunitz.* qua ratione Constitutiones Apostolicæ ad publicam utilitatem emanatæ debent executioni demandari non obstante desuetudine, & inobservantia centum annorum, & ultra, prout non semel practicavit Sacrum Auditorium, ut in *Colonien. Parochialis* 15. *Martii* 1697. *coram R. P. D. Lancetta*, & in *Gerunden. Beneficii* 10. *Decembris* 1696, *coram R. P. D. Ansaldo, & in Hispalen. Juris sedendi in Synodo* 21. *Junii* 1697. §. *si quidem, coram bon. mem. Muto*, & in fortioribus terminis de inobservantia Constitutionis Apostolicæ spatio 250. annorum, Rot. *coram Cavaler. decis.* 91. *per totam, & in recent. decis.* 160. *num.* 22. *part.* 17. ubi quod contrarius usus non facit abire in dessuetudinem spatio tanti temporis Constitutionem editam favore publico, nisi probetur expressus consensus Principis, qui Constitutionem fecit.

Quarta demum residet in præjudicio, quod sequeretur Sedi Apostolicæ quoad reservationem expressam in Constitutione Piana circa Parochiales provisas, non servata forma Concursus juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini, quæ reservatio fuit innovata in regula 1. Cancellariæ, & sic ultra læsionem publicæ utilitatis, sequeretur etiam ipsius

Sum-

22 Summi Pontificis jactura in Juribus suis, cui quantum fieri potest regulariter est obviandum per ea quæ ponderat Rot. *in Hispalen. divisionis, simultanea 4. Junii* 1700. §. *& demum, coram R. P. D. Priolo*, ex quibus omnibus tuta conscientia existimo formam Concursus esse omnino servandam in Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiastico non obstante contraria consuetudine immemorabili, & centenaria non servati Concursus juxta apertum sensum *Sacra Rota in decis. 92. numer. 10. part. 18. recent.*

Post hæc inveni in puncto Auctoritatem Pignatell. *consult.* 152. n. 20. *in fine tom.* 9. ubi dicit, quod cum forma examinis per Concursum sit nova forma introducta per Concilium, consideratur Immemorabilis præcedens.

R. P. D. PRIOLO.

Novarien. Parochialis Loci Cisti.

Lunæ 27. Januarii 1710.

EOdem tempore, iisdemque fundamentis, quibus Capitulum Sancti Gaudentii Civitatis Novariæ litem in nostro Tribunali instruxit pro vindicanda
23 libera provisione Vicariæ Ecclesiæ Sancti Martini absque concursu, quæ ejus favore determinata fuit, ut ex Decisionibus editis in *alia Novarien. Parochialis, seu Vicaria Sancti Martini 22. Junii* 1705. *coram Eminentissimo Cardinali Caprara*, 2. *Junii* 1706. & 16. *Decembris* 1707. *coram R. P. D. meo Ansaldo*, similem quoque excitavit controversiam quoad aliam Ecclesiam Sanctorum Quilici, & Julittæ, cujus vacatione secuta per assecutionem alterius incompatibilis factam a Joanne Baptista Boniperto ultimo illius Rectore, Reverendissimus Episcopus Concursum indixerat; Verum non eadem, sed diversa quoad istam emanavit resolutio, quæ licet dilata fuerit, & ordinatum ut coadjuvarentur probationes sub *die* 26. *Junii* 1705. *Ponente prædicto Eminentissimo Cardinali Caprara*, hodie tamen Mihi in ejus locum suffecto, Domini responderunt = *Constare de bono Iure Curia Episcopalis*.

Istius quoque intentio fundata non minus in clara dispositione *Sacri Concilii Tridentini sess.* 24. *de Reformat. cap.* 18. quam in litterali censura Constitutionis S. Pii V. in ordine *la* 73. præscribentium Concursum in provisione Parochialium ad ipsius Episcopi, sive Capituli, sive alterius cujuscumque collationem spectantium; Elidi utique quoad hanc Ecclesiam non valuit duplici illa exceptione unionis scilicet, & immemorabilis consuetudinis providendi absque Concursu, qua hujus necessitas exclusa remanserat respectu alterius prædictæ S. Martini, cum utraque in casu præsenti evanida, & insubsistens in Facto apparuerit.

Quamvis enim unio præcisive etiam a privilegio, vel Instrumento, quæ in præsenti desiderantur proba-
24 ri valeat per signa, & argumenta, ut dixit Rota *in recent. decis.* 102. *n.* 2. *part.* 1. *dec.* 153. *n.* 1. *part.* 2. *dec.* 99. *n.* 1. *p.* 3. *decis.* 6. *n.* 8. *part.* 8. *& decis.* 48. *n.* 5. *part.* 10. hæc tamen univoca, & concludentia esse debeant, ita ut in alium sensum retorqueri non possint, cum ipsa unio sit odiosa, & Juri repugnans, ideoque non nisi convincentissimis probationibus justificari possit juxta receptum *Consil.* 2. Felin. *n.* 2. *&* 32. late Garz. *de Benefic. p.* 12. *cap.* 2. *a n.* 224. Fagnan. *in cap. Exposuisti de Prabend. n.* 19. Rota *coram Bicchio dec.* 152. *n.* 30. *coram Rembold. dec.* 480. *n.* 2. *coram Dunozett. Iun. dec.* 911. *n. primo, & seqq. coram Cerro dec.* 759. *n.* 6. *dec.* 179. *n.* 1. *coram san. mem. Alexandro VIII. & dec.* 47. *n.* 13. *coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Hujus profecto generis non sunt illæ, quæ pro parte Capituli in medium proferuntur ad probandam prætensam unionem hujus Ecclesiæ, cum præcipue desumantur ex illius collationibus factis ab eodem Capitu-
25 lo, quæ tantum abest, ut concludant ejus intentum, quin potius illam penitus excludant per innatam unionis qualitatem adversativam collationibus, prout in his terminis consideravit Rota *dec.* 219. *n.* 23. *part.* 16. *decis.* 150. *num.* 11. *part.* 17. *dec.* 452. *& dec.* 453. *utrobique num.* 6. *part.* 18. *decis.* 434. *n.* 7. *part.* 19. *in Gerunden. Parochialis, seu Bellcrea de Vilobi* 3. *Iunii* 1697. §. *finali coram bona memoria Pio*, confirmata 21. *Decembris ejusdem Anni coram Eminentissimo Caprara*, & iterum 6. *Iunii* 1698. *coram R. P. D. meo Ansaldo*; Eoque magis introspecto tenore ipsarum collationum, & præsertim antecedentis secutæ de anno 1684. favore supradicti Joannis Baptistæ, in qua præsupposita vacatione istius Parochialis per ejus resignationem expresse legitur publicata fuisse Edicta pro faciendo concursu, nec non eundem Bonipertum ab Examinatoribus Synodalibus examinatum, ut in *Summario præterita positionis dato pro parte Curia Episcopalis num.* 6. *sub litter. C, & E*, ideo quemadmodum si ageretur de Beneficio unico non requireretur Edictorum affixio, minusque interventus Examinatorum Synodalium, prout aliis allegatis dixit Rota *dicta decis.* 179. *num.* 6. *coram sancta mem. Alexandro VIII.* ita pariter ex hujusmodi collatione facta talibus circumstantiis unioni adversantibus inductus fuit ultimus status, & quasi possessio faciendi concursum non elidibilis, nisi per concludentissimas probationes in contrarium ad celebrem Textum *in cap Consultationibus de Iurepatr.* cum aliis per Rotam *decis.* 469. *n.* 3. *coram Priolo*, & *in Aprutina Præpositura de Neretto* 28. *Ianuarii* 1695. §. *Status quidem, coram bo. me. Ursino.*

Et huic ultimo statui correspondent alii præcedentes tam antiqui, quam intermedii, nam usque de anno 1591. vacante hac Parochiali Loci Cisti per obitum Stephani de Gravocin, Curia Episcopalis induxit concursum, ut illam provideret ad formam Sacri Concilii
Tridentini, & quamvis se opposuerit capitulum eo sub 26
obtentu quod ad ipsum spectaret Jus præsentandi Curatum ejusdem Ecclesiæ, oppositio tamen resedit circa collationem, non circa concursum, nec Edicta pro eo faciendo jam affixa fuerunt revocata, sed solum attenta qualitate Loci Cisti, & redituum tenuitate, ordinatum fuit, Præsentatum examinari debere per Examinatores Synodale, ut nedum habetur in Decreto tunc emanato, sed etiam in ipsa collatione facta per capitulum, *dicto Summario Curia Episcopalis numer.* 3. ubi quoque exprimitur vacatio hujus Parochialis per obitum dicti Stephani extra Romanam Curiam, & ulterius favore provisi ordinatum legitur, *quibuscunque Massariis, Colonis Inquilinis, Partiariis, & Redituariis Bonorum dicta Parochialis Ecclesia, quatenus a modo in antea debeant, &c. de quibuscunque fictis, fructibus, reditibus, decimis, proventibus, & obventibus universis integre respondere, &c.* = qua stante omnium redituum assignatio, unio exclusa remanet, ut dixit Rot. *cor. Peutinger. dec.* 135. *n.* 3. *coram Ludovis. decis.* 113. *n.* 4 *coram Otthobono dicta decis.* 179. *n.* 9. *& in Burgi Sancti Sepulchri Parochialis* 5. *Iunii* 1690. §. *Resultabat, coram Eminentiss. Caprara.*

Idemque habetur in alia provisione anni 1617. *d. Summario num.* 3. ubi non solum exprimuntur concessi omnes, & quicunque fructus, decimæ, & emolumenta universa, sed etiam Rector a Capitulo provisus investitur *de dicta Ecclesia Parochiali, Iuribusque, & pertinentiis ejusdem Spiritualibus, & temporalibus ejusdem Ecclesia quomodolibet spectantibus* = quæ sane verba non minus, quam assignatio fructuum omnium, & redituum, sicuti præseferunt translatam fuisse in Rectorem totam, & integram Curam, tam scilicet actualem, quam habitualem, prout distinguendo casum, in quo detracta tantum congrua portione, reliqui fructus percipiuntur a Prælato, Capitulo, vel
alio prætendente unionem Ecclesiæ, ab altero casu, in 27
quo omnes assignantur Rectori, seu Vicario Curam exercenti firmant Abbas *in c. Extirpanda §. Qui vero, n.* 15. Pax Jordan. *Elucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 67. Barbos. *de Paroch. part. prima caput.* 2. *numer.* 19. *Morg. de benefic. quæst.* 2. *num.* 354. Rota *coram Seraphino, decis* 1304. *n.* 1. *coram Buratto, decis.* 214. *n.* 4. *coram Merlin. dec.* 115. *n.* 7. *coram Carillo, decis.* 42. *n.* 9. *decis.* 785. *num.* 3. *part.* 3. *rec. & decis.* 40. *num.* 9.

numer. 9. part. 18. Ita etiam importare videntur necessitatem faciendi concursum, qui ideo non requiritur in beneficiis unitis, quia penes eum, cui facta est unio, supponitur remanere Cura habitualis, sed quando ista quoque translata apparet in Rectorem, hujus quoque provisio fieri debet per concursum, cum tali casu Beneficium stet de per se, & censeatur vivum, non vero per unionem extinctam Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 6. n. 161. Rota *cor. Cerrino decis.* 761. *per totam*, *cor. Burrato decis.* 214. *n.* 2. *cor. Merlino dec.* 115. *n.* 3. *&* 4. *& dec.* 785. *n.* 2. *p.* 9. *rec.*

Nec diversimodè apparent conceptæ aliæ provisiones, & præsertim cæteris omissis, illæ secutæ annis 1653. & 1679. in quibus pariter ultra assignationem
28. tam omnium fructuum, & redituum, quam universorum Jurium Spiritualium, & temporalium expresse adnotata legitur præcedens affixio Edictorum cum subsecuto examine coram Examinatoribus Synodalibus, ac generaliter in omnibus Capitulum semper supposuit, & affirmavit Ecclesiam vacare, quam quidem vacationem certe non admisisset, si Beneficium sibi agnovisset unitum: Cum enim de natura unionis sit tollere essentiam, & titulum Ecclesiæ unitæ, illamque reddere membrum, & prædium alterius, cui facta fuit unio; idcirco sequitur, quod Beneficium ipsum, ubi vere est unitum vacare non potest, & vacatione posita, unio exclusa censetur; Garz. *de Benefic. lib.* 12. *c.* 1. *num.* 12. *& seqq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 9. §. 7. *num.* 7. Lotter. *de re benefic. lib. primo quæst.* 28. *num.* 104. Murga *de benefic. quæst.* 3. *dub. primo num* 96. Rota *decis.* 138. *numer.* 8. *&* 9. *coram Ubaldo*, *dec.* 47. *n.* 11. *cor. R. P. D. meo Ansaldo*, *in Burghiacnen. Parochialis prima Junii* 1696. §. *Præterea*, *coram bo. mem. Muto*, *& in Bisuntina*, *seu Brasilien. Parochialis* 4. *Martii* 1700. §. *Prædictaque*, *cor. Reverendissimo D. meo Molines Decano.*

Ad nihilum relevante, quod hoc vacationis nomen largo modo verificari possit etiam in Beneficio unito; id enim procedere posset si clare aliunde constaret Beneficium esse unitum, secus vero quando, ut in casu præsenti ex ipsis vacationibus, & collationibus desumi prætenditur unio, cui nil magis adversatur, quam status collativus, qui pro majori fundamento hic adducitur, cum de cætero nimis leves sint aliæ conjecturæ, quæ pro parte Capituli asseruntur, quod nempe plura ab eo possideantur Bona in Loco Cisti, quandoque Paramenta Sacra aliquando huic Eccle-
29 siæ subministraverit; Hæc enim nec relevant in qualitate probationis, cum nitantur simplicibus attestationibus lite pendente exaratis, neque concludunt in qualitate relevantiæ, cum possessio Bonorum in eodem Loco nihil commune habeat cum unione Ecclesiæ habentis suos reditus in Decimis, ejusque propriis Bonis consistentes, & modica Supellectilium subministratio referri valeat ad motivum pietatis, seu ad Juspatronatus, ut dictum fuit *in Placentina Parochialis* 20. *Junii* 1695. §. *Clarescit*, *coram R. P. D. meo Scotto.*

Ad quem quidem Jurispatronatus titulum potius quam ad illum Unionis referendas esse quoque collationes prædictas apprime resultat, nedum ex pluribus Visitationibus Episcoporum, quibus, ut in puncto notavit Rota *dec.* 219. *num.* 18. *part.* 16. valde deferendum venit; cum Ordinarii in actu Visitationis soleant diligenter inquirere, prout meretur, de statu, & qualitatibus Ecclesiarum propriæ Diœcesis; Verum etiam ex ipsis promissionibus, dum in illis, præsertim annorum 1653. 1666. & 1679. idem Capitulum asseruit sibi in hac Ecclesia competere Juspatronatus *Summario præcedentis positionis Curiæ Episcopalis n.* 4. *sub lit. B. & n.* 5. *sub lit. F.* Et quod revera magis concludenti probatione seclusa, tales Col-
30 lationes ad titulum Jurispatronatus, seu ad alterum Juris conferendi magis, quam ad Unionem referri debeant, firmavit Rota *coram Peutinger. decis.* 135. *num.* 4. *&* 5. *dicta decis.* 47. *num.* 9. *coram R. P. D. meo Ansaldo*, in *Aprutina Præpositura de Nerete* 9. *Decembris* 1695. §. *Sicut*, *coram bonæ memoriæ Ursino*, *& in Bisuntina*, *seu Brasilien. Parochialis.* 5. *Martii* 1700. §. *Est verum*, *coram R. P. D. meo Molines confirmata* 27. *Junii* 1701. §. *Absque eo quod*, *cor. Eodem.*

Nec urget, quod aliquæ ex prædictis Collationibus secutæ fuerint in mense reservato, & in duabus ultimis provisus denominetur Vicarius; Siquidem Vacationes, in quibus Beneficium collatum fuit a Capitulo non probantur evenisse in mensibus reserva-
tis, neque de illis notitiam habuisse Datariam, quinimo contrarium ostenditur, quod nempe hujusmodi Beneficium per binas vices provisum fuerit a Sede Apostolica, minime attento, quod id desumatur ex simplici enunciativa, quia cum hæc sit elicita scripturis productis ab ipso Capitulo, contra illud plene probant ea vulgatis; Quo vero ad denominationes Vicarii factæ in duabus Collationibus præcedentibus hæ colliduntur ex eo, quod in omnibus aliis Ecclesia semper appellata fuit Parochialis, & Parochus Rector, seu Curatus, ultra quod nomina ista Rector, Vicarius, & Parochus tanquam Sinonyma ad invicem confunduntur, & non raro unum pro alio usurpari solet, Rota *coram Ubaldo dec.* 138. *n.* 14. *& seqq. decis.* 37. *n.* 9. *p.* 4. *tom.* 1. *rec. dec.* 184. *n.* 5. *p.* 8. *rec.* 229. *n.* 28. *& dec.* 400. *n.* 14. *part.* 16. 31

Majorem meruisset animadversionem altera oppositio, quod collationes prædictæ factæ semper appareant absque formali concursu, nisi tamen in illis expressa legeretur Causa ob quam examen expletum non fuerit inter plures videlicet = *Attenta qualitate Loci*, *& raritate idoneorum Presbyterorum*, *maxime quod in executione dictorum Edictorum nullus alius comparuit* = ut habetur in Collatione anni 1571. *præsenti Summario Curiæ Episcopalis n.* 1. *sub lit. A* vel = *attenta qualitate loci Cisti*, *& redituum tenuitate* =
ut in altera anni 1591. *Summario præterito num.* 2. *lit.* 32
C, cum quibus concordat etiam alia anni 1633. ibi = *Cum diu lapsum sit tempus Edicti ob id relaxati*, *& durante nullus contradixerit* = *dicto præterito Summario n.* 4. *lit. A.* Non est igitur mirum, si solus præsentatus a Capitulo examinatus fuit ab Examinatoribus Synodalibus citra aliorum Concursum; nam ubi Parochiales sunt valde exigui reditus, aut nemo sit qui se examini quærat subjicere, Sacrum Concilium præscribens formalem Concursum dicta *sess.* 24. *de reformat. cap.* 18. *in fine*, remittit illum expleri, vel non arbitrio Ordinarii, & notant Garz. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 219. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 6. *num.* 139. Barbos. *ad dictum cap.* 18. *num.* 161. *Idem de potest. Episcop. allegat.* 60. *num.* 38. *& in Summa decis. Apostolic. collect.* 554. *n.* 49. Castropal. *tract.* 13. *disput.* 3. *punct.* 2. §. 5. *num.* 14. Pax Jordan. *elucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 77. *&* 78. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 5. §. 2. *num.* 15. Pignattell. *consultat.* 77. *num.* 39. *tom.* 9. Potissime dum hoc non obstante semper pro concursu faciendo affixa fuerunt Edicta, quæ gratis asseruntur publicata de mandato Capituli, dum id nullibi ab eo justificatur, prout probandum esset, & contrarium clarissime convincitur, tum ex oppositione ab ipso Capitulo facta in Vacatione anni 1591. tum ex lectura aliarum supra recensitarum Collationum, in quibus etiam exprimitur Edictum propositum fuisse ad formam Sac. Concilii.

Hinc non minus cessat alterum fundamentum suppositæ Immemorabilis consuetudinis providendi hanc Ecclesiam absque Concursu qua inapplicabiles redduntur præallegatæ Decisiones editæ in alia *Novarien. Parochialis*, *seu Vicaria S. Martini*; In istis 33
enim præcipua ratio decidendi stetit in ejusdem Ecclesiæ Unione plene comprobata non solum ab antiquissima, & immemorabili quasi possessione eligendi Vicarium, eumque instituendi absque ullo Concursu, verum quoque ex pluribus aliis convincentissimis probationibus, & signanter quia ibi agebatur de Vicaria Parochiali, quæ subrogata fuerat in locum antiquæ Portionis Curatæ jam existentis in ipsa Ecclesia Sancti Gaudentii, postmodum vero pro majori Populorum commodo translatæ ad dictam Ecclesiam Sancti Martini cum expressa declaratione, quod Cura ibi exercenda supposita esset Ecclesiæ prædictæ Sancti

Gauden.

Gaudentii, cujus Sacris functionibus ulterius assistere obligabatur Vicarius; qui etiam prius amovibiliter, & ad tempus nominari consueverat, nec non accedebant aliæ Conjecturæ præseferentes veram, & effectivam unionem dictæ Ecclesiæ, ejusque Curam habitualem non fuisse in Vicarium translatam, sed remansisse penes ipsum Capitulum; Quæ omnia cum deficiant in casu præsenti ex diversitate facti resultare quoque debet diversa Juris dispositio. Et hoc etiam attenta dispositione Juris, licet consuetudo immemorabilis facultatem præbeat allegandi omnem, & quemcunque meliorem titulum de mundo per ea, quæ in nostris terminis adducta fuerunt in prædictis Decisionibus Novarien. *coram Eminentissimo Caprara*, *& R. P. D. meo Ansaldo*, & in aliis duabus super consimili articulo emanarit in Legionen. *Parochialis* 11. *Januarii*, *&* 2. *Julii* 1706. *coram R. P. D. meo Kaunitz*, in quibus ultimis omnino excludebatur necessitas faciendi Concursum ex hoc solo motivo, quod nunquam ab immemorabili tempore fuerit inductus; Cum tamen postea Nostrum Tribunal de subsistentia hujus opinionis dubitaverit, ordinavit, ut super hoc puncto scriberetur pro veritate a duobus Advocatis nominatim a Reverendissimo Decano deputatis, & hujusmodi causa ob superventam mortem provisi ulteriorem non habuit progressum. Hic autem tollitur quælibet ambigendi nosa, dum ea suprarecensitis actibus, nedum non concluditur, sed imo prorsus excluditur prætensa immemorabilis, quæ sicuti dici nequit introducta ante Concilium, cujus sanctione duntaxat præscripta fuit forma providendi Parochiales per Concursum, ideoque provisiones antea factæ sine concursu allegari ad hunc effectum non merentur, ut in puncto notarunt Garz. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 394. *& prius part.* 5. *cap.* 4. *numer.* 180. Bellarmin. *declar. Sac. Congregat. sess.* 24. *cap.* 18. *de reform. observ. dict.* §. *Abbatum*, Rota *in Aprutina Præpositura de Nereto* 8. *Decembris* 1695. §. *Nec turbat*, *coram Ursino*, *& in Bisuntina*, *seu Brasilien. Parochialis* 5. *Martii* 1700. §. *Pariformiter*, *coram Reverendissimo Domino meo Molines*; Ita nec pariter allegari valet per provisiones postea subsecutas, dum istæ emanarunt prævia Edictorum affisione, & examine facto ab Examinatoribus Synodalibus deputatis ad formam Sacri Concilii Tridentini, adversus cujus pro-
34 inde Censuram perperam allegatur consuetudo immemorabilis, quam cessare facit etiam solus rumor in contrarium, nedum vera, & effectiva ipsorum actuum repugnantia, cum de essentia immemorabilis sit, quod nihil auditum, seu visum unquam fuerit in contrarium, Tondut. *resolut. Benefic. libr.* 1. *cap.* 104. *circa finem*, De Luca *de Jurisdict. discurs.* 3. *num.* 8. Sperell. *dec.* 69. *num.* 6. Rota *coram Gregor. dec.* 162. *n.* 9. *coram Zarat. decis.* 21. *num.* 12. *& dec.* 179. *a num.* 6. *cor. san. mem. Alex. VIII.*

Et ita post secundam Causæ propositionem resolutum fuit, utraque Parte informante.

R. P. D. PRIOLO.

Novarien. Parochialis Loci Cisti super Manutentione.

Lunæ 27. *Januarii* 1710.

UNa cum dubio super bono Jure proposui in hodierna Audientia etiam istud. = *An*, *& cui sit danda manutentio?* quorum utriusque dilata fuerat resolutio cor. Eminentiss. D. meo Caprara sub die 26. Junii 1705. & Domini dandam esse censuerunt Curiæ Episcopali, quia cum ex firmatis in alia mea Decisione contemporanea constet de ejus bono Jure, possessio, quæ isti famulatur, semper potior æstimanda est altera, quæ illo destituitur ex firmatis per Rotam *dec.* 449. *n.* 6. *coram Pamphil. decis.* 51. *n.* 4. *coram Arguelles*, *&c. in Salernitana Beneficiorum super manutentione* 6. *Februarii* 1708. §. *fin. coram me.*

Quod si eo, vel magis procedit dum assistentia Juris, quam habet Reverendissimus Episcopus pro indicendo concursu fundatur in dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess.* 24. *de reformat. cap.* 18. *& Consti-
tutionis* 33. *Sancti Pii V.* a quibus tanquam munitis 35
decreto irritanti, contraria, si quæ adesset possessio, infecta remaneret, per ea quæ in his terminis tradunt Garz. *de benefic part.* 9. *cap.* 2. *numer.* 345. Pignatell. *consult.* 32. *num.* 1. *&* 9. *tom.* 8. Rot. *decis.* 317. *num.* 12. *cum seqq part.* 16. *decis.* 31. *num.* 18. *& decis.* 192. *num.* 10. *part.* 18. Quanto fortius id dicendum venit, dum ex deductis in alia mea decisione non tam turbida, quam prorsus insubsistens convincitur prætensa unio, & allegata immemorabilis quasi possessio conferendi hanc Parochialem sine concursu; Et pro hac possessione astruenda frustra replicabatur, quod in provisione anni 1653. Curia Episcopalis decrevit = *Constare de bono Jure Canonicorum eligendi*, *nominandi*, *præsentandi*, *& instituendi Curatum ad dictam Parochialem Cisti* = cum nullum ex prædictis Juribus sit in controversiam, sed eadem Curia Episcopalis tantummodo instet, ut id fiat prævio concursu, qui indictus fuit etiam indicta provisione anni 1653. non secus, ac in aliis antecedentibus, & subsequentibus, unde potius constat de contraria quasi possessione,
quando sola assistentia Juris sufficeret ipsi Curiæ Epi- 36
scopali ad manutentionem assequendam per Textum *in cap cum persona in fine de privileg. in* 6. Marescott. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 1. *cum pluribus seqq.* Rota *decis.* 390. *numer.* 15. *part.* 13. *& decis.* 375. *numer.* 19. *part.* 18.

Et ita utraque, &c.

Aretina Beneficii.

ARGUMENTUM.

Præsentatus de sanguine unius Compatroni obtinet Gratiam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum in data anteriori, & per contrarium alter, qui est Compatronus obtinet Gratiam Apostolicam pro se ipso cum eadem derogatione in data posteriori; quæritur, quis ex istis Provisis sit præferendus coram Executore Litterarum Apostolicarum?

SUMMARIUM.

1 *UBi Juspatronatus est divisum in pluribus lineis diversis, an pars vocis unius lineæ, possit coalescere cum voce alterius?*

2 *Regula; Prior in tempore, est prior in Jure quo casu procedat?*

3 *Alienum est a voluntate Papæ exercere gratiam injuste.*

4 *Subreptio committitur etiam tacendo id, quod per supplicantem ignoratur.*

5 *Compatronus in paritate vocum habet prælationem de Jure ad Beneficium.*

Amplia ut n. 6. 9. 11. *&* 12.

6 *Est stylus Dataria conferre Beneficium Compatrono supplicanti pro se ipso, & n.* 16.

7 *Quod Præsentatus de sanguine Patronorum in paritate vocum, habeat prælationem, quomodo intelligatur.*

8 *Omnis Patronus præsumitur deduxisse originem ab ipso Fundatore.*

10 *Ecclesia præferendo Patronum, aut Consanguineum Fundatoris in paritate vocum, dicitur facere retributionem Fundatori.*

12 *Duæ qualitates magis prælationem merentur, quam una.*

13 *Habens qualitatem sanguinis, & Patronalem, cæteris paribus, anteponendus est habenti tantum qualitatem sanguinis.*

14 *Quare Patronus in paritate vocum præferatur extraneo?*

17 *Patronus in casu inopia habet Jus alimentorum.*

18 *Ha-*

18 *Habent majorem partem Jurispatronatus dicitur habere pinguius Jus ad effectum prælationis.*
19 *Supplicatio Compatroni per viam precum pro se ipso assimilatur præsentationi.*
21 *An qualitas Consanguinei simul, & Compatroni, reddat subreptitiam gratiam pro præsentato obtentam præventive a simplici Consanguineo? Vide n. 21. cum seqq.*

ALLEGATIO VI.

EX iis, quæ mihi proponuntur in facto Juspatronatus controversi beneficii spectat pro medietate ad D. D. de Rosellis, pro altera vero medietate olim spectante ad Thomam, & Bernardum de Caponsacchis, una pars pertinet ad D. D. Petrum Paulum, Josephum, & Petrum de Caponsacchis descendentes ex Thoma, alia vero pars pro duabus unciis, & denariis sex spectat ad D. D. de Albergottis, & pro denariis 18. ad D. D. de Ruscellis, omnes descendentes, & respective causam habentes ab antedicto Bernardo.

Unus de Caponsacchis filius unius ex Compatronis ejusdem familiæ habentis uncias tres, & præsentatus ab ejus Patre, necnon a D. D. de Albergottis habentibus uncias duas, & denarios sex, obtinuit Gratiam Apostolicam pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum.

Per contrarium D. Aurelius de Rosellis Compatronus, & habens medietatem Jurispatronatus, & simul præsentatus per D. D. de Ruscellis habentes 18. denarios, obtinuit gratiam Apostolicam posteriorem in Data, in qua Summus Pontifex illi contulit beneficium ex duplici capite; Primo scilicet tanquam compatrono per viam precum supplicanti pro seipso. Secundo tanquam habenti majorem partem vocum ob præsentationem Dominorum de Ruscellis, cui ipse adhæsit cum sua medietate Jurispatronatus.

Cum hodie pendeat causa coram Executore, super executione unius, vel alterius gratiæ Apostolicæ, interrogatus Ego in sensu veritatis an una, vel altera gratia sit exequenda, re diligenter excussa, inclinandum censeo pro executione gratiæ D. Aurelii de Rosellis Compatroni.

Fundamentum ita decidendi non quidem desumo ex capite majoris partis vocum, quas ad sui favorem habere supponit D. Aurelius; licet enim videatur hanc majorem partem consequi posse ob præsentationem D. D. de Ruscellis habentium 18. uncias; quibus uniendo medietatem vocum spectantium ad eundem Aurelium, ratione adhæsionis, videtur iste præsentatus per majorem partem, quæ ex illis 18. unciis efformatur, juxta doctrinam Lambertin. *de jurepat. lib. 2. p. 1. quæst. 8. art. 8. num. 3. & seqq. fol. mihi 612. & libr. 2. part. 3. quæst. 5. art. 7. n. 5. vers. quod si vox fol. mihi 947.*

Attamen existimarem, quod vox D. D. de Ruscellis non posset uniri cum medietate Jurispatronatus spectante ad Aurelium compatronum, ex quia ubi Jus-
1 patronatus est divisum in pluribus lineis diversis seu distinctis, pars vocis unius lineæ non potest coalescere cum voce alterius juxta doctrinam *Immola in Clement. Plures de jurepat. n. 7. quam refert*, & sequitur Rot. *in Lunen. Sarzanen. Cappellania 18. Aprilis 1687. §. ut Domini, coram R. P. D. Nervavult. nunc Reverendissimo Turonen.*

Et idem vox DD. de Ruscellis non potest uniri, nisi cum voce DD. de Albergottis, tanquam causam habentium ab eadem linea Bernardi de Caponsacchis, cujus lineæ, cum prædicti de Albergottis habeant majorem partem, ex Persona Franciscæ, Magdalenæ, & Alexandræ, vox DD. de Ruscellis ex persona Thomæ habentis quartam partem, seu uncias 18. remanet suffocata, & absorpta per majorem partem D. D. de Albergottis, Rot. coram *Merlin. decis. 394. n. 1. & seqq.* Coccin. *decis. 2197. num. 19. cum aliis, in dicta, Lucen. Serzanen. Cappellania ubi supra §. primo in fine*, ubi quod talis suffocatio datur tam in primis, quam ulterioribus hæredibus, habito semper respectu ad primum Stipitem; *& in Aprutina Parochialis 26. Junii 1702. §. nec dicatur, coram R. P. D. Priolo.*

Unde sequitur adhæsionem voci DD. de Ruscellis factam ab Aurelio non subsistere, tanquam cadentem super voce absorpta per majorem partem Vocis spectantis ad eosdem de Albergottis, ita, & taliter, quod istorum præsentatio repræsentet totum stipitem Bernardi, quo unito cum stipite Thomæ efformantur medietas totius Jurispatronatus in favorem Domini de Caponsacchis præsentati, & habentis gratiam Apostolicam cum derogatione alterius medietatis, ut bene firmat Rota *in dicta Aprutin. Parochialis 26. Junii 1702. §. & demum, & §. non obstante cum seqq. & §. final. coram R. P. D. Priolo.*

Sed licet hæc ostendant super hoc Capite majoris partis vocum, gratiam Aurelii non esse exequibilem, neque in hoc pro veritate insistere possim; attamen firmiter insisto in alio capite, gratiæ videlicet concessæ Aurelio, tanquam compatrono, qui pro se ipso supplicavit per viam precum, & beneficii collationem obtinuit cum derogatione Jurispatronatus, non obstante, quod similis gratia pro derogatione præventive concessa fuerit D. de Caponsacchis præsentato; Ea ratione quod licet inter duos Provisos Apostolicos, ille præferri debeat, qui habet gratiam anteriorem in Data, ex regula; prior in tempore, potior 2
in Jure; juxta Text. *in c. duobus de Rescript. in 6. & in cap. Eum, cui canonicatus de Præben. in 6.* Rot. *in Regien. Jurisp. 16. Januarii 1703. §. inchoando, coram R. P. D. Molines Decano.*

Nihilominus hæc regula procedit cæteris paribus, non autem quando favore illius, qui habet gratiam posteriorem militat aliqua circumstantia, ratio vel causa, quam si Papa scivisset, gratiam primo supplicanti non concessisset; ut in terminis Rot. *in Mediolanen. Jurispat. 3. Julii 1684. §. qua ratio coram Paulluccio*, impress. *apud me Discept. Eccles. 38. num. 8. & in Alatrina Jurispat. 15. Junii 1705. §. & hinc nullatenus, cor. R. P. D. Scotto.*

In præsenti autem si Papa scivisset, adesse concurrentiam D. Aurelii Compatroni pro medietate, qui non præsentaverat extraneum, aut alium de sanguine, sed concurrebat pro se ipso per viam precum, nullatenus gratiam concessisset consanguineo unius compatroni habentis tres uncias Jurispatronatus in concursu ipsius compatroni habentis medietatem, sive 6. uncias Jurispatronatus, ut inferius ad evidentiam probabo, & consequenter ex hoc capite gratia redditur subreptitia ex defectu intentionis Papæ concedentis, a cujus voluntate alienum est exercere gratiam in- 3
juste, & coram Æquitatem Sacrorum Canonum, ut arguit Rot. *in d. Mediolanen. Jurispat. 3. Julii 1684. ubi supra* impressa *Discept. Eccles. 38. n. 8. & in dicta Alatrina Jurispat. 15. Junii 1705. §. ubi supra, coram R. P. D. Scotto*; & dixi Ego *Discept. Eccles. 4. sub n. 29. in fin. vers. unde infertur.*

Quod absolute procedit, etiamsi præsentatus habens gratiam anteriorem ignorasset concurrentiam Aurelii compatroni ad hoc beneficium, ex recepta propositione, quod subreptio committitur etiam tacendo id, quod per supplicantem ignoratur, si verisimi- 4
liter illud potuisset movere Papam ad aliud faciendum, ut inquit Rocch. de Curt. *de Jurepat. in verb. honorificum n. 52.* ibi = *Quia subreptio etiam committitur tacendo id quod ignoratur, si verisimiliter illud tacitum potuisset movere Papam ad aliud faciendum* = Lambert. *eod. tract. lib. 2. p. 2. q. 9. art. 22. n. 2*, Vivian. *eod. tract. lib. 14. c. 1. n. 119.*

Quod autem Summus Pontifex in concurrentia Aurelii compatroni gratiam non concessisset D. de Caponsacchis compræsentato, est evidens, quia compatronus habet prælationem de Jure ad beneficium de suo jurepatronatus, data paritate vocum, seu in concursu præsentati per medietatem, ut tradunt, Lambertin. *de Jurepat. lib. 2. p. 3. q. 5. art. 7. per tot.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 72. num. 203.* Spad. *cons. 5. n. 26. lib. 1.* & dixi Ego *Discept. Eccl. 38. n. 5.* Rot. *in dicta Mediolanen. Jurispatr. coram Paulluccio ubi supra;*

supra, & in Placentina Parochialis 16. *Martii* 1708. §. *final. cor. R. P. D. Ansaldo.*

6 Idque locum habet etiamsi compatronus non fuerit præsentatus ab aliis compatronis, sed per viam precum supplicaverit pro se ipso, eo quia stylus Datariæ, & Summi Pontificis est concedere, seu conferre beneficium compatrono supplicanti pro se ipso cum derogatione alterius medietatis Jurispatronatus spectantis ad alterum compatronum, etiamsi iste alium præsentasset, ut testantur, Card. de Luc. *de jurepatr. disc.* 65. *num.* 36. Paris. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 4. *n.* 57. Tondut. *qu. benef. p.* 2. *cap.* 4 §. 9. *num.* 38. Vivian. *de jurepatr. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 22.

Hoc etiam suadente facto ipsiusmet Summi Pontificis, qui non obstante collatione beneficii facta D. de Caponsacchis præsentato, adhuc concessit illud D. Aurelio compatrono supplicanti pro se ipso per viam precum cum derogatione medietatis vocum, nec non clausula gratificationis, ex quo edocemur ipsum declarasse, quod beneficium in hac medietate debitum erat compatrono, non obstante gratia anteriori concessa præsentato tanquam ex defectu intentionis subreptitia, & nulla, ob ignoratam concurrentiam compatroni.

Quibus non obstat, quod præsentatus sit consanguineus compatroni, ideoque etiam ipsi de Jure competat prælatio in paritate vocum, *juxta Gloss. in can. Neminem, dist.* 70. *& plene firmatur apud me disceps. Eccles.* 38. *num.* 1. *& seq. & in dicta Alatrina jurispat. coram R. P. D. Scotto*; & consequenter instare videatur conclusio, quod in pari causa præfertur ille, qui habet prioritatem in Data.

7 Etenim fallacia argumenti est evidens; quia verum quidem est, quod præsentatus de Sanguine Patronorum de Jure præfertur in concursu extranei præsentati, nullatenus autem in concursu ipsius compatroni habentis medietatem Jurispatronatus, cum iste de æquitate SS. Canonum omnibus aliis necessario sit anteponendus, ut ex pluribus mihi indubitatum videtur.

8 Et primo urget consideratio, quod omnis Patronus, imo etiam existens in quasi possessione præsentandi præsumitur deduxisse originem ab ipso Fundatore. Lambertin. *de jurepat. lib.* 2. *p.* 3. *quæst.* 3. *art.* 3. *num.* 11. *in fin. Ventrigl. in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 3. *num.* 37. & simul habere causam ab illo, circa commodum, & honorem Jurispatronatus activi, itaut vocatus, dicatur ex Judicio, & electione ipsius Fundatoris, vel tanquam de ejus sanguine, vel tanquam subrogatus in locum, & favorem eorum de sanguine; Ut Ego scripsi *discept. Eccles.* 38. *num.* 1. *&* 2. *p.* 2. *& secuta est* Rota *in Alatrina jurispat.* 7. *Decembris* 1705. §. *final. cor. R. P. D. Scotto.*

9 Ex quo resultat Patronum, seu compatronum habere prælationem de Jure comparative ad omnes, & quoscunque alios non Compatronos; sicut enim ille dicitur prædilectus in vocatione, seu successione Jurispatronatus activi ex dispositione, & mente Fundatoris, si non expressa, quæ non ostenditur, saltem tacita, & præsumpta, ita & multo magis dicitur prædilectus in assecutione Beneficii, seu ejus commodo, & emolumento passivo; ut inquit Rot. *dec.* 49. *n.* 19. *&* 20. *& dec.* 84. *n.* 1. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

10. Et ratio a priori est, quia Ecclesiæ mediante hac prælatione dicitur facere retributionem sanguini Fundatoris, seu aliis ab eo prædilectis; & hanc esse propriam, & veram gratificationem, inquit Lambertin. *de jurepat. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *n.* 10. *vers. ut si gratus*
11 *Fundatori.* Unde in paritate vocum gratificatio exerceri debet juxta verisimilem mentem Fundatoris, præferendo scilicet illos, qui sunt magis prædilecti ex præsumpto Judicio Fundatoris, quales sunt Patroni honorati, & electi ad Juspatronatus activum, ut optime Rot. *in Auximana jurispat.* 27. *Junii* 1701. §. *& ob id; coram R. P. D. Ansaldo* ibi = *Omnis enim æqui bonique ratio expostulat, quod hi, qui fuerunt indubitanter in parte Juris honorifici præsentationis activæ prædilecti, tales etiam reputari debeant in materia commodi, & emolumenti passivi* =; *& in Hortana beneficii* 1. *Junii* 1708. §. *talisque intelligentia; coram R. P. D. Prioto* ibi = *Ex prædilectione in parte Juris honorifici activæ præsentationis infertur ad commodum prælationis passivæ* =

Secundo, quia duæ qualitates magis prælationem 12
merentur, quam una, cum duo vincula magis stringant, Lambertin. *de jurepat. lib.* 2. *p.* 3. *qu.* 5. *art.* 16. *n.* 6. *vers. tum in A. sint duo vincula, fol. mihi* 953. consanguineus autem Compatroni non habet nisi unam
qualitatem, scilicet illam sanguinis; Compatronus ve- 13
ro habet illam sanguinis, & simul aliam patronalem, seu participationem in Jurepatronatus activo, & sic anteponi pernecesse meretur, ut advertit Card. de Luc. *de jurepat. disc.* 49. *num.* 9. *vers. dum habeas juspatronatus*; ubi quod hujusmodi Juspatronatus activum, aliquod majus Jus dare dicitur, quam habeat alter de genere vocatus, qui nullam in Jure activo participationem habeat, Carol. Anton. de Luc. *de lin. leg. lib.* 1. *art.* 24. *num.* 33. §. *si autem in fine*; & non obscure insinuat Lambert. *de jurepat. dicto lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 7. *num.* 2. ibi = *Et cum sit Patronus tanto magis, &c. est præferendus compræsentato, quia non solum est de Genere fundatorum, & Patronorum, sed ipsemet est Patronus, & sic multomagis in eo habet locum* Gloss. *in can. neminem dist.* 70. = Et firmavi Ego *dicta discept. Eccles.* 38. *n.* 5. *vers. a fortiori; & optime R. P. D. Fatinel. respons.* 54. *n.* 8. Ubi quod consanguineus Fundatoris, & simul Patronus præfertur simpliciter consanguineo Fundatoris; quia pluribus insignitus prærogativis præfertur insignito paucioribus.

Tertio, cum in casu isto doceri non possit, quod moderni Patroni sint de sanguine Fundatoris, prælatio in paritate vocum conceditur de Jure præsentato de
sanguine Patronorum in concursu extranei; non alia 14
ratione, nisi quia Patroni semper dicuntur habere causam ab ipso Fundatore, etiamsi essent extranei, tanquam electi loco illorum de sanguine ipsius Fundatoris, propter quam electionem habere dicuntur eundem favorem, ac haberent Patroni de sanguine Fundatoris, ut explicat Rot. *in dict. Alatrina Jurispatr.* 7. *Decembris* 1705. §. *final. coram R. P. D. Scotto* ibi = *Cum ratio pro concedenda prælatione fundetur in quadam juridica æquitate exigente, quod cæteris paribus potius veniat instituendus ille, ex cujus bonis fundata est Ecclesia, & dicta Ratio æque militat in descendente a Fundatore, ac in hærede extraneo ejusdem, qui cum repræsentet personam Defuncti subrogatur in omnibus Juribus eidem Defuncto, seu Fundatori competentibus* = & ante hanc decisionem me scribente editam plenius Ego dixi *discept. Eccles.* 38. *num.* 1. *& seqq.*

Unde fit prælationem in beneficio, quæ datur e- 15
tiam consanguineo Compatroni competere illi propter conjunctionem cum Patrono, & sic ratione, intuitu, & contemplatione ipsius Compatroni, neque propterea hujusmodi prælationem amplius competere, si concurrat ipse Patronus, qui est causa, & Origo prælationis, nam tantum differunt inter se Compatronus, & consanguineus Compatroni, quantum differunt causa, & causatum, & pernecesse cessare debet prælatio consanguinei, quando ipse Patronus concurrit ex nota regula = *Propter quod unumquodque tale, & illud magis* = alias absurdum foret, quod Compatronus, qui communicat consanguineo hunc favorem prælationis, pro se ipso habere non posset ad exclusionem Consanguinei, quando prima, & ordinata charitas incipit a se ipso; quodque in favorem Patroni introductum est, non debet in ejus odium retorqueri, ut in similibus scripsi *Discept. Eccles.* 3. *num.* 9. Rom. *conf.* 364. *n.* 2. Mantic. *dec.* 10. *n.* 7. Rot. *dec.* 369. *n.* 40. *part.* 19. *& coram Coccin. dec.* 2048. *n.* 3.

Quarto confert praxis Datariæ, & Summi Pon- 16
tificis, comparente Compatrono, & supplicante pro se ipso per viam precum illi conferendi beneficium cum derogatione Jurispatronatus propter magnam Æquitatem, ut ait Card. de Luc. *de Jurepat. disc.* 65. *num.* 36. ubi ampliat, etiamsi Compatronus supplicans non haberet Jus omnino coæquale alteri Compatrono, qui fecisset suam præsentationem. Quæ

tamen

tamen ampliatio non procedit de stylo Datariæ, quæ Gratiam non concedit Compatrono supplicanti pro se ipso, nisi exprimatur se habere saltem medietatem Jurispatronatus. Hæc autem Praxis Datariæ comprobat privilegium Compatroni esse majus illo simplicis consanguinei, dum iste habet necessitatem præsentationis, qua mediante non obtinet nisi ordinariam gratiam pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum, quæ communiter obtinetur ab omnibus etiam extraneis. Provisio autem, quæ fit Compatrono, videtur extraordinaria, quæ nulli alii conceditur nisi ipsi ob magnam æquitatem, juncto alio casu, de quo infra *n. 27. in fin.*

17 Quinto, quia Compatronus, quando indiget, juxta conditionem propriæ status, habet Jus alimentorum ab Ecclesia, seu beneficio Patronali juxta Text. *in Can. quicunque 16. q. 9.* Ergo ille præfertur omnibus aliis, tale Jus non habentibus, cum propter allegatam rationem habere videatur beneficium, quodammodo sibi obligatum, & addictum.

Sexto, Præsentatus in casu isto est Filius Domini de Caponsacchis Compatroni habentis quartam partem Jurispatronatus; nec ullatenus conjuncti cum DD. de Albergotis habentibus aliam quartam propter suffocationem partis DD. de Ruscellis, per contrarium vero D. Aurelius est Compatronus habens medietatem Jurispatronatus, & sic prælationem de Jure sorti-
18 tur, quia habens majorem partem Jurispatronatus dicitur habere pinguius Jus ad effectum prælationis in beneficio, Lambertin. *de Jurepat. lib. 1. p. 1. q. 3. art. 8. num. 5. vers. sed quoad ejus fructus, & num. 9. fol. mihi 51. & lib. 1. p. 2. qu. 1. art. 24. num. 8. vers. dum dicis fol. 288. & lib. 2. p. 3. q. 5. art. 16. num. 3. vers. & ideo, & num. 5. in fin. fol. 913.*

Nihil obstante, quod Filius Compatroni habeat præsentationem medietatis vocum, hanc enim medietatem habet etiam Aurelius Compatronus, & in hac parte omnia sunt paria; quia supplicatio Compatroni per
19 viam precum pro se ipso, videtur assimilari præsentationi, seu ejus vim habere, cum sola differentia sit circa modum, qui per viam precum excludit ambitum petentis ad evitandam censuram, Text. *in c. Per vestras, de jurepatr.* quod probatur ex celata praxi Datariæ derogandi Juripatronatus, quando comparet Compatronus supplicans pro se ipso, non obstante, quod alter Compatronus habens medietatem jam præsentasset alium; sola ergo disparitas, versatur circa majus, vel minus Jus consanguinei, & ipsius Compatroni, consistens in majori, vel minori parte Jurispatronatus, sicut enim irrationabile esset præferre consanguineum Compatroni habentis minimam partem Jurispatronatus, in concursu consanguinei alterius Compatroni habentis majorem partem, ita, & multo magis in concursu ipsius Compatroni, qui habet hujusmodi majorem partem, & sic majus, & pinguius Jus, ut ipse, vel ejus sanguis præferatur.

20 Ex quibus concludo gratiam Aurelii Compatroni esse exequendam ob prælationem ei de Jure competentem in paritate vocum, quæ prælatio, seu gratificatio datur etiam Compatrono, qui non probat descendentiam ab ipso Fundatore, cum ad istum effectum sufficiat sola qualitas Compatroni descendentis ab existentibus in quasi possessione præsentandi; ut bene Rot. *in dicta Mediolanen. jurispatr. 3. Julii 1684. cor. Pauluccio impress. apud me discept. Ecclesf. 38. num. 12. part. 2.*

Cogitandum, an hoc Responsum patiatur difficultatem? Etenim qualitas Compatroni una cum illa con-
21 sanguinitatis cum Fundatore, bene suffragatur in Judicio Prælationis coram Ordinario, vel coram Executore Literarum Apostolicarum continentium paritatem Datæ, non tamen videtur reddere subreptitiam gratiam pro præsentato concessam, cum Data anteriori favore consanguinei Fundatoris, ea ratione, quod subreptionem Doctores nostri considerarunt in gratia anteriori concessa extraneo in concursu consanguinei, non autem in gratia concessa consanguineo in concursu consanguinei, & Compatroni; qualitas enim Compatroni est quædam major prærogativa, quæ tamen non legitur scripta in Jure, sicut illa consanguinei Fundatoris, ita ut videatur solum consideranda ad effectum Prælationis, ut supra, sicut consideratur major Doctrina, major ætas, major meritum, & similia, quæ 22
non suffragantur ad subreptionem gratiæ pro Præsentato. Quoniam siquis præsentatus per medietatem Patronorum sit minoris meriti & qualitatis, & obtineat gratiam pro præsentatu, hæc non annullatur, ex quo concurrat alter compræsentatus majoris litteraturæ, & meriti, falsum namque est illud assumptum, quod hujusmodi gratia resolvatur in gratificationem, veluti in locum Ordinarii assumptam ab ipso Papa tanquam Ordinario Ordinariorum, ut putavit Rot. *decis. 667. n. 19. part. 18. rec. & in Mediolanen. beneficii 1. Aprilis 1707. §. eoque robustius, & in Romana Cappellania S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Amaritudo, coram R. P. D. Ansaldo*, quasi quod Summus Pontifex præventive assumat cognitionem meritorum, ut motivavit minor pars Dominorum *in Barchinonen. beneficii 6. Decembris 1709. §. de reliquo, coram R. P. D. Ansaldo*, hæc enim cognitio meritorum fit in concurrentia, & oppositione alterius præsentati, & qui majoribus juvatur meritis, gratificatur, quæ dicitur gratificatio impropria competens Ordinario, ad differentiam alterius propriæ, quæ scilicet ei competit ad libitum, data paritate in omnibus, & per omnia, quoad præsentatos, ut ex Lotter. *de re benefic. libr. 3. quæst. 17. num. 183. & seqq.* & explicavi *Discept. Ecclesf. 4. num. 34.* quod neque per umbram applicatur ad gratiam pro præsentatu, ubi ea conceditur primo venienti cum appositione præsentatæ pro obtinenda prioritate in Data, nec pluribus præsentatis comparentibus in Dataria fit examen meritorum ad effectum dignoscendi, an illi sint æquales in omnibus, vel in aliquibus inæquales, sed unicuique conceditur gratia cum sua Data, quæ gratia est simplex reductio consensus Patronorum ad medietatem ratione derogationis, perinde ac si præsentatus per medietatem esset præsentatus ab omnibus Patronis, ut advertont 23
Paris. *de resign. lib. 2. qu. 4. num. 55.* Tondut. *quæst. benef. p. 2. cap. 4. §. 9. n. 37.* Vivian. *de jurepatr. lib. 14. cap. 2. num. 20.* Rosa *de execut. Litt. Apost. p. 1. cap. 5. num. 133.* Rota *coram Carillo decis. 103. num. 9.* Quodque gratia pro præsentato cum derogatione medietatis vocum sit differens ab ipsa gratificatione, probat nota praxis, juxta quam illi, qui volunt gratificationem, apponunt in supplicatione ultra derogationem, etiam clausulam gratificationis, signum evidens, quod aliud sit derogatio, & aliud gratificatio, & quod ista, nisi apponatur, non est de natura gratiæ, idque ostendit Amayden. *de stylo Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 41.* dicens, quod practici sollicitatores prævidentes, quod hæc gratia derogatoria obtineatur in pari Data ab utroque præsentato, solent ad partes ponere clausulam gratificationis, ut in paritate Datæ habens pro se clausulam gratificationis præferatur non gratificato, quod repetit Ros. *de Execut. Litter. Apostolic. part. 1. capit. 5. numer. 130.* & dixi Ego *discept. Ecclesf. 4. numer. 16.* & probat etiam stylus Datariæ concedendi contemporanee hanc gratiam derogatoriam pluribus Præsentatis; quando si illa resolveretur in gratificationem non concederetur nisi Uni. Et insuper ista gratificatio, quæ ponitur ad partes non fit ratione qualitatum, & meritorum, quæ ex supra animadversis dicitur gratificatio impropria; minusque fit ratione æqualitatis meritorum, nempe omnibus hinc inde paribus, juxta Text. *in cap. cum autem 24. de jurepat.* Sed est gratificatio propria residens in mero, ac libero arbitrio Summi Pontificis utentis amplissima potestate, qua pollet in beneficialibus, ita, & taliter, quod ubi deficiat hæc gratificatio ad partes, sola gratia pro Præsentato cum derogatione; illam non tribuat, sed attenta paritate Datæ in Gratia utriusque Præsentati, remittitur Judicio executoris unum, vel alterum Provisum anteferre, juxta præponderantiam qualitatum, & prærogativarum; ad justa *Regul. 17. Cancellar. de concurrentibus in Data*, Rosa *de Execut. ubi supra part. 1. cap. 5. num. 130.* & consequenter gratia pro Præsentato cum dici non possit gra-

tifica-

tificatio, sed consistat in removendo per derogationem medietatis vocum, perinde ac si Præsentatus ab altera medietate esset ab omnibus præsentatus; ea non potest de subreptione redargui, si concurrat præsentatus dignior, majoribus prærogativis antecellens, sed iste habetur, ac si præsentatus non fuisset ab altera medietate tanquam derogata, & de medio sublata; alias si Gratia pro Præsentato operaretur virtute illius gratificationis, quam facere potest Ordinarius, per Datariam non concederetur nisi Uni, causa cognita in concursu alterius; imo concessa uni absque concurrentia Alterius, passim annullaretur coram Executore, quia excepto casu, quo uterque Præsentatus esset æqualis in meritis, seu quoad omnia, qui casus in praxi difficilis, aut rarus est, Præsentatus dignior semper daret de subreptione contra gratiam obtentam ab altero Præsentato minus digno, ob non expressam concurrentiam dignioris, & majores prærogativas habentis, cui de Jure competit Prælatio in paritate Vocum juxte Text. *in can. si forte, dist.* 63. & quem Ordinarius arctatur instituere, alias interat appellatio, ut apud Panorm. *in capit. cum autem de jurepat.* n. 6. Lambertin. *de jurepat. lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 7. *art.* 26. n. 1. *& lib.* 2. *part.* 3. *qu.* 5. *art.* 1. *n.* 2. *&* 4. *fol.* 942. quod quidem esset manifestum absurdum, quia nulla, aut rara esset illa gratia; quæ non subjaceret subreptioni, seu non corruerer ob majores, vel minores qualitates, quæ semper reperiuntur in uno, vel altero ex præsentatis, quando tamen Papa a concessione hujusmodi gratiæ derogatoriæ non retrahitur, ex possibili existentia alterius compræsentati dignioris; sed utendo Jure suo derogat medietati in paritate vocum, neque per hanc derogationem tollit aliquod Jus quæsitum alteri compræsentato, quia

24 merita, & qualitates majores non dant Jus quæsitum in paritate vocum, sed potius Jus quærendum; quatenus nempe Præsentatus majoribus qualitatibus antecellens in Judicio prælationis, & gratificationis coram Ordinario petierit, & obtinuerit Institutionem; Unde si ante illam petitam, & obtentam Papa præveniat, derogando alteri medietati, nullum invenit jus quæsitum, cui præjudicetur, & hoc dicunt, seu dicere debuerunt Adden. ad Buratt. *decis.* 651. *n.* 11. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 8. *n.* 102. Rosa *de Execut. Litter. Apostolic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 130. Rot. *decis.* 240. *num.* 4. *part.* 16. *recent. & in Faventina beneficii* 10. *Junii* 1705. §. *minimeque, coram R. P. D. Kaunitz.* Ubi minus sufficiens allegatur ratio, quod in paritate vocum, Jus non dicatur alicui quæsitum propter libertatem, quam habet eo casu Ordinarius gratificandi alterum ex præsentatis, cum ista ratio procedat, quando cuncta sunt paria inter Præsentatos ad formam Text. *in dicto cap. cum autem, de jurepat.* nullatenus autem quando unus est dignior altero, ubi Ordinarius non habet libertatem gratificandi, quem velit, sed eum præferre tenetur, qui majoribus meritis juvatur ad censuram alterius, Text. *in can. si forte, dist.* 63. quem expendit Lotter. *d. lib.* 3. *qu.* 17. *n.* 783. Unde sufficiens ratio est, quod ubi o-

25 mnia sunt paria, Summ. Pont. nemini præjudicat, & pari modo nemini præjudicium infert, tametsi in paritate vocum, unus sit dignior altero, dummodo iste dignior non prævenerit Papam, mediante instantia facta coram Ordinario super prælatione, contestando litem contra competitorem una cum probatione majorum qualitatum propter quas immineret gratificatio ipsius Ordinarii, quæ instantia, seu status litis Summo Pontifici non expressus forte gratiam redderet subreptitiam ex deductis per Adden. ad Buratt. *dec.* 651. *n.* 14. *&* 15. Rot. *dec.* 74. *n.* 13. *part.* 16. *& dec.* 180. *n.* 13. *part.* 18. *recent. & satis dec.* 80. *n.* 9. *part.* 17. alias enim præscindendo ab hoc casu non videtur digniori inferri præjudicium super aliquo Jure quæsito; quod gratiam reddat subreptitiam, nullam; qui defectus Juris quæsiti comprobatur ex illa ratione, quod licet ante factum se opponente digniore, & in concursu ei sit danda Institutio in paritate vocum, tamen eo se non opponente, & sic concurrente valet Institutio concessa digno, non obstante præsentatione dignioris, & sic valet Gratia Apostolica concessa digno, licet existat præsentatio dignioris, ut per Dec. *cons.* 129. *n.* 1. Lambertin. *de jurepatr. p.* 3. *lib.* 2. *qu.* 5. *artic.* 2. *n.* 2. & ita in puncto sentire videtur Rot. *in Mediolanen. Cappellaniæ* 27. *Martii* 1608. *coram Cordub.* apud Garz. *de benef. p.* 4. *cap.* 3. *n.* 14. *vers. quod vero*, ubi ex hac ratione defectus præjudicii alicujus ex duobus præsentatis in paritate vocum, cum in Jurepatronatus mixto Patronus Laicus pro sua medietate præsentasset unum, & Ecclesiasticus alterum, & tertius impetrasset a Sede Apostolica beneficium, disputato dubio, an impetrationi obstaret Jus quæsitum Petro Milliaccio uni ex præsentatis pro medietate, resolutum fuit negative etiamsi hujusmodi præsentatus esset dignior, seu majorem habens idoneitatem, & posset institui per gratificationem, ex quo institutionem Episcopi per gratificationem præcessit gratia Apostolica, & major idoneitas poterat operari in concursu, *& hic non est casus noster*, ait ibi Rota, quam decisionem refert Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 51. *n.* 55.

Quemadmodum igitur ex prædictis gratia pro Præsentato non redditur subreptitia ob non expressam concurrentiam compræsentati dignioris, & majores prærogativas habentis, ita neque concessa consanguineo Fundatoris, vel Patroni, videbitur subreptitia ob non expressam concurrentiam compræsentati æque consanguinei, & simul Compatroni, dum qualitas Patronalis est solum major prærogativa, nec est eadem ratio inter gratiam concessam extraneo in concursu consanguinei, ac in concessa consanguineo in concursu patis consanguinei, & simul Compatroni, cum subreptio, & defectus intentionis in Papa sit considerabilis, ne sanguis Fundatoris, aut Patroni excludatur propter extraneum, ubi militat æquitas magna in Jure scripta, nec militare videatur in altero casu, ubi eadem non viget ratio magnæ æquitatis, cum idem sanguis sit in consanguineo simplici, ac 26
in consanguineo Compatrono, & aliquid plus, & minus eandem substantiam non immutat, *l. final. ff. de fundo Instruct. l. legato generaliter, ff. de legat. primo* cum aliis apud Barbos. *axiom.* 180. *n.* 1.

His non obstantibus verius mihi videtur, quod non expressa concurrentia consanguinei, & Compatroni, gratia pro Præsentato favore simplicis consanguinei ex capite subreptionis non sustineatur, dummodo tamen agatur de Compatrono habente medietatem Juspatronatus, seu præsentandi, & moveor ex Gloss. *in Can. neminem distinct.* 70. *in verb. Jure possessionis*, 27
in qua exponitur originaliter privilegium, quod Sacri Canones indulgent consanguineo Fundatoris, de cujus bonis fundata est Ecclesia, ut in paritate vocum sit præferendus, & instituendus, cujus privilegii ratio fundatur in eo, ut Ecclesia faciat retributionem sanguini benefactori, juxta Text. *in cap. cum in officiis, de Testament.* quem expendit Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 60. *n.* 101. quæ ratio magis procedit in consanguineo, simul & Compatrono, quam in simplici consanguineo, ut advertit, Lambertin. *de jurepatr. lib.* 2. *part.* 3. *qu.* 5. *artic.* 7. *n.* 1. cum aliis apud me relatis *Discept. Eccles.* 38. *n.* 5. Spada *cons.* 26. *n.* 1. *lib.* 2. quia qualitas Compatroni, & de sanguine non solum obligat Ecclesiam ad retributionem ex officio *simplicis Charitatis, & Æquitatis*, sed etiam obligat ratione *Charitatis ordinatæ*, juxta præsumptam mentem Fundationis, cui Ecclesia primo loco famulari, & obsecundare tenetur; Fundator enim relinquendo Juspatronatus activum certis Personis de sanguine, erga illas declarat, & habere præsumitur prædilectionem supra omnes alios ejusdem sanguinis non vocatos ad Juspatronatus activum, unde fit virtute hujus prædilectionis, prædilectum in Jurepatronatus activo censeri prædilectum in passivo, & beneficium, quod Fundator dandi aliis facultatem tribuit Compatrono, multo magis pro se ipso habendi tribuisse præsumitur *ex deductis supra n.* 9. *& seqq.* & propter hanc rationem Summus Pontifex, ubi Compatronus supplicat pro se ipso, movetur ad derogandum pro ea vice Juripatronatus, ut tradunt Paris. *de Resign. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 57. Tondut. *quæst. benef. part.*

2. *cap.* 4. §. 9. *n.* 38. Vivien. *de Jurepat. lib.* 14. *cap.* 2. *n.* 62. Card. de Luc. *de jurepatr. disc.* 65. *n.* 36. eademque derogatio fit, quando Beneficium resignatur Compatrono, teste Rot. *coram Puteo decis.* 106. *lib.* 3. *in correct.* & dicam infra *Alleg.* 8. *n.* 29.

Propterea licet quando concurrit compræsentatus extraneus, hoc privilegium prælationis competat alteri compræsentato, qui sit consanguineus simplex Fun-
28 datoris, attamen quando concurrit alter, qui sit consanguineus simul, & Compatronus, tunc hujusmodi privilegium applicatur dumtaxat Compatrono consanguineo, eoque in concurrentia denudatur consanguineus simplex, ne Ecclesia offendat ordinatam Charitatem, & præsumptam mentem Fundatoris, militante regulâ, quod *Luminare majus suffocatur per luminare minus*, neque est novum, ut privilegium, quod potest pluribus personis competere, intelligatur ordinative per prius, & posterius, seu competat uni tantum in concursu alterius, qui solum includatur subsidiarie, & in defectum primi, seu potioris, ut bene ponderavit Rot. *in Volaterrana Beneficii* 7. *Junii* 1709. §. *Neque cum seq. coram R. P. D. Ansaldo*. Unde si in concurrentia simplicis consanguinei, privilegium prælationis competit consanguineo Compatrono prælative, & ordinative, intrabit subreptio gratiæ pro præsentato obtentæ per simplicem consanguineum, non expressa concurrentia compræsentati Compatroni; & de sanguine, ut loquendo de Compatrono simul, & consanguineo. Rot. *in Mediolanen. Jurispatr. coram bo. me. Pauluccio*, impressa apud me *Discept. Eccles.* 38. *n.* 7. *&* 8.

Ex his corruunt motivata in contrarium; quia qualitas Compatroni non est consideranda tanquam simplex prærogativa, prout sunt major ætas, major litteratura, & majus meritum, & similia, quæ inserviunt in Judicio prælationis ad commovendum animum Superioris pro concessione gratificationis improprie, sed est qualitas privilegiata a Jure habens præsumptam mentem Fundatoris, & obligans Ecclesiam ratione æquitatis, & ordinatæ Charitatis conformatæ cum judicio Fundatoris, ne alias Laici retrahantur a benefaciendo Ecclesiis, & ita concludo. Ut autem Compatronus isto casu gaudere valeat suo privilegio, caveat, ut sit diligens, ut nempe statim secuta vacatione faciat Mandatum Procuræ ad comparendum coram Sanctissimo, & supplicandum pro se ipso per viam precum, ut mediante hoc Mandato præveniat Datam supplicationis porrigendæ per alterum compræsentatum, & verificetur, quod de tempore ejusdem Datæ, adsit concurrentia Compatroni consanguinei, ut dixi *Alleg.* 4. *num.* 25. vel denunciet, seu interpellet Compatronos, qualiter ipse intendit supplicare pro se ipso in Dataria per viam precum, vel alio modo si poterit, sibi provideat ad effectum evitandi ea, quæ scripsi in *dicta Alleg.* 4. *n.* 23. *& seqq.*

ANNOTATIO.

Ad hanc Allegationem sub n. 6. in fine §. Notandum tamen est.

QUibus tamen non obstantibus in Casu Jurispatronatus spectantis ad Cives, ad Municipes, ad Decuriones, seu Priores, ad Parochianos, vel alios hujusmodi tanquam Universos, & repræsentantes Collegium, seu Universitatem: Censeo, quod ipsis Civibus, & aliis, ut supra non competat Prælatio in paritate vocum, quando Universitas vocum ex eis præsentaret, alter vero Compatronus pro medietate præsentares extraneum, idque ex superius insinuata ratione, quod ipsi uti singuli non sunt Patroni, neque Compatroni, ideoque eis applicari non potest privilegium prælationis datum Compatronis in paritate, seu medietate vocum, ut quod tales uti singuli non sint Patroni, tenuit Rot. *dec.* 82. *n.* 4. *part.* 7. *rec. & in Majoricen. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. §. *Quod autem*, *coram R. P. D. Ansaldo*, *& in Bononien. Parochialis* 26. *Januarii* 1711. §. *Præmissaque*, *coram bo. me. Caffarella*.

Majoricen. Beneficii.

ARGUMENTUM.

Compatronus extraneus, & non qualificatus juxta legem fundationis in paritate vocum non est præferendus consanguineo Fundatoris. Et vocato uno de Parentela Fundatoris in genere. Patronus habet libertatem præsentandi, quemcunque voluerit, non attenta qualitate gradus proximioris, aut remotioris.

S U M M A R I U M.

1 *Consanguineus in paritate vocum est præferendus extraneo. Amplia ut n.* 6. *&* 7.
2 *An Vicarius possit confirmare donationes Jurispatronatus?*
3 *Superior non tenetur admittere preces Patroni supplicantis pro se ipso, si non est qualificatus ad formam fundationis.*
4 *Scriptura non authentica nihil probans. Amplia, ut n.* 5.
8 *Vocatis eis de parentela in genere, præsentatus a Patrono instituendus est non attenta qualitate proximioritatis.*
9 *Negligente præsentare uno ex Patronis; Jus præsentandi accrescitur alteri Compatrono.*
10 *Vocatis eis de parentela in genere; an Patronus habeat libertatem eligendi quemcunque voluerit, non attento gradu proximiori, aut remotiori?*
11 *Judex tenetur dare Institutionem præsentato per Patronum.*
12 *Ex facto Fundatoris an deducatur ejus voluntas?*
13 *Quo casu qualitas Sacerdotalis censetur volita a Fundatore de tempore vocationis? & n.* 14.
15 *Verba = Missam celebrantes = an requirant Presbyteros actuales?*
16 *Verbum = Et alii = cujus natura sit, ostenditur.*
17 *Non potest Judex dare Institutionem, quando non constat præsentatum esse qualificatum ad formam Legis fundationis.*
18 *In concursu duorum est præferendus ille, qui est certitudinaliter qualificatus.*
19 *Attestatio extrajudicialis lite pendente extorta, non est ullius roboris.*
20 *In adjudicatione Beneficii de Jurepatronatus, standum est præsentationi, & Judicio Patroni; sed limita ut ibi.*
21 *Beneficium est incompatibile non in assecutione, sed in retentione.*

ALLEGATIO VII.

INstituendum esse Julianum omnino respondendum 1
censeo, cum enim ipse fuerit intra legitima tempore præsentatus per Annam pro medietate Patronatus controversi Beneficii, & probet se esse de Parentela, & sanguine Fundatoris; utique etiamsi nullum adesset Juspatronatus passivum, in sola paritate vocum præferendus foret, seu gratificandus tanquam de Sanguine Fundatoris in concursu Adversarii omnino extranei, juxta notam Gloss. *in can. Neminem*, *dist.* 70. Lambertin. *de jurepat. lib.* 2. *part.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *per totum*, Rot. *coram Buratt. decis.* 627. *n.* 16. *cum aliis in Mediolanen. jurispat.* 3. *Julii* 1684. §. *observarunt*, *coram bo. me. Pauluccio*, *& in Alatrina jurispat.* 15. *Junii* 1705. §. *caeterum*, *coram R. P. D. Scotto*, *& in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *diximus*, *& in Placentina Parochialis* 16. *Martii* 1708. §. *Nomine*, *in fin. coram R. P. D. Ansaldo*.

Nihil obstante, quod Adversarius sit compatronus, cui supplicanti pro se ipso per viam precum debite sit institutio. Etenim donatio, ex qua desumit medietatem Jurispatronatus in se translatam, est nulla, tanquam destituta consensu, seu Auctoritate Episco-

Episcopi, nec ideo potuit illum efficere Patronum,
2 non attenta approbatione facta per Vicarium gene-
ralem, cum recepti Juris sit, Vicarium non habere
facultatem confirmandi hujusmodi donationes, absque
mandato speciali Episcopi; ut tradunt Torre *de pa-*
ctis futur. successfion. lib. 2. cap. 39. numer. 56. Card. de
Luc. *de jurepatr. dist. 28. num. 13.* Rot. *coram Duran.*
decis. 417. n. 8. Royal. *decis. 99. n. 10.* Bichin *dec. 277.*
n. 3. & seqq. & in Melevitana jurispat. 4. Julii 1696.
§. constito, coram R. P. D. Molines Decano, & in com-
postellana Parochialis 25. Julii ejusdem anni §. frustra,
coram R. P. D. Priolo: & in Melevitana jurispat. 16.
Maii 1704. §. haud subsistente, coram bon. mem. Mu-
to, & in Valentina Beneficii 22. 1703. §. talis, co-
ram R. P. D. Lancetta; & in Majoricen. jurispat. 26.
Maii 1704. §. haud subsistente, coram bon. me. Muto;
& dixi Ego *discept. Eccl. 4. sub n. 65. vers. recurrebam.*
Et quando etiam per erroneum suppositum hæc
donatio subsisteret, adhuc non relevaret, quia supe-
3 rior habens instituere non tenetur admittere preces Pa-
troni pro se ipso supplicantis, quando adest justa
causa incapacitatis, seu inhabilitatis, nempe si non
est qualificatus ad formam fundationis, Ciarlin. *con-*
trov. 59. n. 17. & 19. Rot. *decis. 430. n. 40. p. 9. to. 2.*
& decis. 12. n. 9. part. 14. Recen.
Ut accidit in præsenti; etenim in Adversario defi-
cit qualitas Parentelæ cum Fundatore, volito ab ip-
4 somet Fundatore; ista enim nullo modo justificatur ex
documentis ex adverso datis; quoniam Testamen-
tum, & aliæ scripturæ ab Adversario exhibitæ, non
sunt Authenticæ, & in forma probanti, ideoque in
eis non potest fieri ullum fundamentum, ut in his
præcisis terminis firmavit Rot. *in Recanaten. Benefi-*
cii 20. Martii 1702. §. denique, coram Eminentis-
simo D. Card. Caprara, & in Cremonen. Beneficii 11.
Maii 1705. §. minusque, coram R. P. D. Kaunitz.
5 Multoque magis, quia in ipsis scripturis sunt di-
screpantiæ, & diversitates, quæ æquivocant, & in-
subsistentem reddunt probationem Parentelæ Rot. *apud*
Vivian. de jurepat. decis. 74. num. 4. & coram Carill.
decis. 190. num. 15. & coram Manric. decis. 88. n. 3.
& coram Coccin. decis. 2342. num. 20. cum seqq. & in
Valentina Beneficii 7. Junii 1694. §. Verum, coram
R. P. D. Priolo.
Deficiente igitur in Adversario qualitate sanguinis
Fundatoris, tanquam non qualificatus arcendus ve-
6 nit ab institutione; cum ille de sanguine Fundato-
ris semper præferatur, non solum in concursu mi-
nus digni, sed etiam dignioris, Vivian. *de jurepatr.*
lib. 12. cap. 9. num. 11. & 15. Lambertin. *de jurepatr.*
lib. 2. p. 3. q. 5. art. 6. n. 1. & 2. & artic. 16. num. 5.
& 6.
7 Quod procedit etiam, si Adversarius sit compatro-
nus, quia cum sit extraneus, semper verum est, quod
non potest gratificari in concursu præsentati de san-
guine Fundatoris, cujus respectu qualitas compatro-
ni est inefficax, ut probat Ventrigl. *in prax. p. 2. an-*
not. 1. §. 3. annot. 57. & dixi Ego *discept. Eccles. 38.*
n. 6. prælatio enim, & gratificatio regulatur a majori
prærogativa, quæ assistit uni, & non alteri, sicut in-
ter duos Præsentatos, quorum unus est Agnatus de
Domo Fundatoris, præfertur alteri, qui est Cogna-
tus, seu descendit ex illa per medium fœminæ, Ma-
rant. *respons. 19. n. 27. part. 4.*
Et tamen ubi etiam per malissimam hypothesim
esset reputandus de Parentela Fundatoris, adhuc Prin-
cipalis noster in concursu instituendus venit, non ob-
stante, quod Adversarius prætendat se esse proximio-
rem in gradu, ex duplici inevitabili fundamento.
8 Alterum est, quod Juspatronatus passivum non fuit
adjectum favore proximiorum de Parentela; sed tan-
tum vocati fuerunt illi de Parentela in genere, re-
licto Jurepatronatus activo Michaeli, & Joanni Ser-
vera, eorumque hæredibus; in quibus terminis sem-
per præferri debet Principalis noster, tanquam habens
præsentationem Patroni in concursu Adversarii eam
non habentis, licet per possibile proximioris in gra-
du; ut in puncto Card. de Luc. *de jurepat. disc. 45. n. 3.*
ibi = *Dixi prorsus vanam esse dicti Joannis Antonii*
præsentationem, quamvis esset capax, & proximior;
quoniam ubi lex fundationis in jurepatr. passivo non vo-
cat gradum proximiorem, sed solum mandat præsen-
tari aliquem de Parentela, vel de certo genere, tunc
habens facultatem præsentandi, Fundationis legem re-
ctè implere dicitur, præsentando unum de genere, quam-
vis remotiorem, dum sufficit non egredi genus præfini-
tum, juxta dispositionem Text. *in l. unum ex familia*
ff. de Legat. 2. Carol. Anton. de Luc. *de lin. legal. lib. 1.*
art. 24. n. 24. vers. Ego pertranseo. Et bene distinguen-
do inter vocationem illorum de familia in genere,
& inter vocationem ordinatam, & graduatam tenuit
Rot *in Vicen. beneficii 25. Januarii 1704. § final. coram*
Eminentiss. Caprara ibi = *Non obstat quod Joseph Sors*
sit etiam ipse de dicta Parentela, & proximior, quia
cum Fundator nullam habuerit rationem de Proximio-
ritate, dum voluit simpliciter præsentari Presbyterum
descendentem de linea Raymundi de Prata, & Fran-
ciscus de dicta linea habeat præsentationem Patrono-
rum, ipse est præferendus = Et in Hortana benefi-
cii 1. Junii 1708. per totam, coram R. P. D. Priolo.
Quod autem Principalis noster habeat præsentatio- 9
nem Patroni, est evidens, dum Anna Servera, quæ
illum præsentavit, est indubitata Patrona pro medie-
tate, immo in hac vocatione habuit totum Jus præ-
sentandi, ob negligentiam compatroni in præsentan-
do, & qui præsentare debebat, non obstante donatio-
ne ex superius dictis omnino nulla, ex defectu con-
sensus Ordinarii, Card. de Luc. *de Jurepatr. disc. 56.*
n. 10. & in dicta Valentina beneficii 22. Junii 1703.
§. talis, coram R. P. D. Lancetta.
Hinc propterea si Patronus habens totum Jus præ-
sentandi, præsentavit principalem nostrum, quali-
ficatum, seu de sanguine Fundatoris, præsentatio
valida est, nec annullari potest, quamvis Adversa-
rius compareat in gradu proximior, quia cum Fun- 10
dator in Jurepatronatus passivo vocaverit illos de
Parentela in genere, censetur reliquisse Patronis li-
bertatem eligendi digniorem de Parentela, non au-
tem proximiorem, ut Amostaz. *de caus. piis lib. 3.*
capit. 7. numer. 37. versic. sed in terminis Cappella-
niarum, & numer. 38. cum plur. seqq. usque ad nu-
mer. 42.
Cum ergo in præsenti agatur de beneficio Sacerdo-
tali, & Principalis noster sit actualis Sacerdos, Ad-
versarius autem Clericus simplex, utique quando
etiam per erroneum suppositum, qualitas Sacerdo-
talis non esset requisita per legem Fundationis *in actu;*
sed tantum *in habitu*, semper tamen verum est, di-
gniorem esse Sacerdotem, quam Clericum, ideoque
Patronum bene præsentasse Sacerdotem actualem, ad
hoc ut ejus præsentatio sit admittenda, non obstan-
te concursu Adversarii simplicis Clerici, licet for-
tasse proximioris, ut probat Amostaz. *de causis piis,*
ubi supra, & lib. 3. cap. 9. num. 46. Vivian. *de Ju-*
repat. lib. 12. cap. 9. num. 3, Seraphin. *decis. 968. nu-*
mer. 1. Rot. *coram Zarat. decis. 18. num. 4. & co-*
ram Corr. decis. 458. num. 3. & coram Peutinger. de-
cis. 343. n. 4. & coram Emerix. Jun. decis. 911. n. 6.
Et consequenter Institutio concedenda venit præ-
sentato per Patronum de sanguine Fundatoris, tan-
quam inter qualificatos digniori, cui assistit Judicium
Patroni, cujus sane judicio commissa censetur electio
illorum de Parentela, habito respectu ad habilitatem,
& dignioritatem, absque restrictiva ad gradum pro-
ximiorem, & Judex semper tenetur dare Institutio- 11
nem præsentato per Patronum, neque ejus præsen-
tatio infringi potest, sed potius fieri interpretatio,
pro ejus substentatione, etiam quando tenetur præ-
sentare aliquem de certo genere passive vocato, ne
alias Juspatronatus activum illi remaneat inutile, ut
firmavit Rot. *in Valentina Beneficii 7. Junii 1694.*
§. addebatur, in fin. coram R. P. D. Priolo; & plene
Ego scripsi *discept. Eccles. 7. num. 14. & 30. versic.*
vel saltem, Card. de Luc. *de Jurepat. disc. 29. n. 8.*
in fin. & n. 9.
Alterum fundamentum est, quod cum juxta legem
Fundationis Beneficium sit Sacerdotale, Adversarius est
incapax illius, tam si lex fundationis requirat Sacer-
dotium in actu, quam si illud requirat in habitu,
ideoque frustra sese opponit tanquam qualifica-

tom, aut proximiorem, dum talis intelligitur ille de genere vocato, qui reperitur capax, & idoneus, neglecto alio, qui licet proximior, non habet tamen requifitum idoneitatis, ut in terminis noftris, Card. de Luc. *de Jurepat. difc.* 30. *n.* 6. *& difc.* 45. *n.* 6.

Et fane quod Sacerdotium requiratur in actu fundet primo declaratio, & factum ipfius Fundatoris, qui pro primo beneficiato nominavit Michaelem Galmes Presbyterum actualem, antequam vocaret illos
12 de Parentela, ex quo facto refultat voluntas Fundatoris, qui ficut in primo beneficiato prædilexit Sacerdotium actuale, ita etiam in aliis de Parentela fubftitutis, requirere voluiffe præfumendum eft, ut firmat Card. de Luc. *de Jurepat. difc.* 60. *num.* 15. *& difc.* 34. *num.* 7. Rot. *in Ilcinen. beneficii* 2. *Julii* 1706. *§. & quatenus, coram R. P. D. Kaunitz. & in Sutrina Canonicatus* 21. *Junii* 1707. *§. final. coram R. P. D. Priulo.*

13 Secundo, quia verba illa Fundationis, *quod celebretur, feu cantatur per Michalem Galmes de vita ejus, & poft mortem per illum Presbyterum natum de dicta Villa, de Parentela fi fuerit* important, quod verbum illud *Presbyterum* intelligatur de actuali de Tempore vacationis, per mortem Michaelis Galmes primi beneficiati, & propterea qualitas Presbyteratus dicitur requifita de tempore vacationis, & fic actualis, non autem in potentia juxta firmata per Fagnan. *in cap. ut Abbates n.* 55. *de ætat. & qualit.* Tondut. *quæft. benef. part.* 1. *cap.* 118. *n.* 27. Emerix Jun. *decif.* 168. *n.* 10. *& decif.* 240. *n.* 6. *& decif.* 248. *n.* 1. *& decif.* 263. *n.* 8. *& feqq.*

14 Quo cafu non applicatur regula, feu diftinctio inter aptitudinem requifitam in actu præfentationis, & inter requifitam, quoad beneficii defervituram; etenim cum totum faciat voluntas Fundatoris, utique eo ipfo, quod Fundator voluit, ut illi de fanguine effent Presbyteri de tempore vacationis beneficii per obitum primi beneficiati, certe Presbyterium etiam relatum quoad officii defervituram, femper tamen dicitur volitum de tempore vacationis per mortem primi beneficiati, ut in puncto Rot. *coram Buratt. decif.* 680. *numer.* 1. *& feqq.* ubi agebatur de fundatione vocante perfonas idoneas ad cantandum, & celebrandum, Rot. *coram Emerix Jun. decif.* 278. *n.* 1. *feqq.* ubi quod etiam confanguineus fundatoris, ifto cafu venit reiiciendus, *& in Recen. decif.* 403. *n.* 2. *part.* 12. cum aliis relatis in *Regien. Jurifpat. feu beneficii* 16. *Januarii* 1708. *per totum, coram Reveren. Decano.*

Tertio propter illam conditionem = *Presbyterum de Parentela, fi fueris* = quæ per viam conditionis vocat Presbyterum de parentela, fi fuerit talis, feu Presbyter actualis de tempore vacationis poft obitum Michaelis Galmes primi beneficiati, ut advertit Barbof. *vot. decif.* 132. *n.* 10. Rot. *coram Emerix Jun. decif.* 312. *numer.* 1. *& fequent. & decif.* 278. *numer.* 4. *&* 10.

Quarto, quia in defectum Presbyteri de Parentela dictum fuit *per alios Presbyteros de dicta Villa Miffam celebrantes*, quæ verba, *Miffam celebrantes*,
15 requiritur Presbyteros actuales, dum nifi Sacerdotium fit in actu, non poteft verificari, Sacerdos Miffam celebrans, Rot. *in dicta Regien. beneficii* 16. *Jan.* 1708. *§. quod autem, coram R. P. D. Molines Decano*; Buratt. *dicta decif.* 680. *per tot.* Amoftaz *de cauf. piis lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 17. *&* 19. Cortad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 238.

Quinto demum ftantibus aliis verbis = *Quod dictus Michael Galmes Presbyter, & alii, qui pro tempore poffidebunt dictum Sacerdotale beneficium* = Cum
16 enim poft nominatum Michaelem Galmes Presbyterum, fequatur verbum, *& alii*; natura hujus verbi eft repetere, & præferre alios Presbyteros fimiles eidem Galmes, & fic Presbyteros actuales, prout ipfe erat; Barbof. *diction.* 26. *numer.* 1. Rot. *in Forolivien. loci confilii* 5. *Maii* 1704. *§. tertio quia, coram R. P. D. Molines Decano; & in Ortonen. Beneficii* 23. *Martii* 1708. *§. non obftante, coram R. P. D. Scotto.*

Verum quatenus etiam fufficeret Sacerdotium in habitu, adhuc adverfarius eft incapax, dum eft illiteratus, & vix imbutus rudimentis grammaticalibus, & probatur ex ipfa fententia Delegati Apoftolici, qui agnofcendo inhabilitatem Adverfarii, modo valde irregulari conceffit illi Inftitutionem, & incontinenti dixit = *Jubemus illum coram præfentis Regni Ordinario examinari, &, fi infufficiens reperiatur, ut intra annum Sacerdotium recipere poffit; manuteneatur D. Julianus Mut Presbyter in poffeffione dicti beneficii* =

Cum igitur ipfemet Judex delegatus, non dederit abfolutam Inftitutionem Adverfario, fed conditionatam, & eam retractaverit, quatenus in examine Adverfarius non reperiretur habere fufficientem litteraturam ad fufcipiendum Sacerdotium, inde refultat, quod Adverfarius hic, & nunc, aut non eft capax, aut faltem dubium eft, an poffit effe capax, ex quo nondum fuit examinatus, ergo non poteft Judex interim dare Inftitutionem, quando certitudinaliter non 17
conftat, quod ille faltem in habitu, & potentia fit Sacerdos, & ante examen habilitas ifta non poteft certificari, juxta praxim, de qua Gregor. *decif.* 527. *n.* 2. *ibique Adden. num.* 4. Coccin. *decif.* 682. *num.* 3. *cum aliis in Siracufana Præpofitura* 26. *Junii* 1697. *§. moti, coram bon. mem. Muto.*

Alias effet ponere currum ante boves, fi daretur Inftitutio, antequam conftaret de habilitate inftituendi, & de qualitate Sacerdotali in potentia, & propterea Adverfarius femper interim reiiciendus venit tanquam non habens requifitum fundationis, certum, & clarum refpectu Sacerdotii, & ab ipfo etiam Judice delegato dubitatum, & pofitum in controverfia, & conditione, itaut fervanda veniat præfentatio Principalis noftri, qui eft qualificatus, & habilis certi- 18
tudinaliter, & fine ulla dubietate ex firmatis per Rot. *coram Emerix Jun. dicta decif.* 278. *n.* 1. *&* 2. *& aliis fupra allegatis.*

Hinc nihil facit afferta paupertas Adverfarii, qui dicitur hodie gerere vilem famulatum ob inopiam, quia de hoc nulla datur juftificatio, nifi per Atte- 19
ftationes extrajudiciales lite pendente extortas, quæ funt nullius confiderationis, ultra quod paupertas nihil fuffragatur, ubi in cæteris Adverfarius non eft qualificatus juxta formam fundationis, neque eft præfentatus per Patronum; & de Jure, non Paupertas, fed major Idoneitas tendens ad fervitium beneficii eft præferenda.

Quod Principalis poffideat aliud beneficium fub eodem tecto, non juftificatur, nifi ea fide extrajudiciali unius, lite pendente extorta, quæ nihil probat; ultra quod hæc circumftantia non facit ad rem, quia Adverfarius non habet præfentationem Patroni,
fed illam habet Principalis, & ftandum eft præfenta- 20
tioni, & Judicio Patroni, quidquid fecus ubi effemus in Judicio gratificationis inter duos æquales in cæteris ad formam fundationis, ut in fortioribus probat Card. de Luc. *de Jurepat. difc.* 31. *n.* 12. *& feqq. & difc.* 45. *n.* 9. *de Jurepat.* Carl. Anton. de Luc. *de linea leg. lib.* 1. *art.* 24. *fub n.* 33. *verfic. fi autem.*

Præfertim, quia Principalis nofter, nedum habet judicium, & præfentationem Patroni, fed etiam Judicium Ordinarii, qui illum inftituit Rot. *coram Cerro decif.* 438. *num.* 6. ultra quod Beneficium eft
incompatibile non in affecutione, fed folum in re- 21
tentione, quod non facit ad cafum, Seraph. *dec.* 784. *n.* 2. Merlin. *decif.* 6. *n.* 10.

Difputato articulo in S. Rot. obtinui refolutionem favorabilem pro Inftitutione Juliani *fub die* 1. *Februarii* 1709. *coram R. P. D. Falconerio* fublimis animi, & conftantis juftitiæ Viro, qui prægrandi ingenio, ac fumma rebus gerendis folertia, voce virtutis ad altiora properat gubernacula; advertendum eft tamen, quod fuperius adducta conclufio, ut vocatis illis de Parentela in genere habeat Patronus libertatem eligendi remotiorem in concurfu Proximioris, non eft indiftincte vera, fed explicanda cum diftinctione fuperius firmata *in allegat.* 1. *num.* 5. quod nempe procedat in vocatione mediata non autem in directa, unde in hac caufa dubitabam, quod ageretur de vocatione directa, & abfque medio præfentationis Patronorum, ubi iftis non liceret eligere remotiorem in concurfu Proximioris, fed quæftio hæc non fuit

affum.

assumpta, quia pars hujusmodi distinctionem non cogitavit. Prout etiam advertendum, quod Compatronus bene fuit exclusus in paritate vocum, ex quo ista qualitas compatroni non erat probata, sicuti nec etiam probata erat ejus Parentela cum Fundatore, & insuper ille non erat qualificatus, sed incapax juxta legem fundationis; nam alias si fuisset Compatronus, & de sanguine Fundatoris, & qualificatus in judicio gratificationis, debuisset præferri (eoque magis si erat proximior) in concursu alterius præsentati filii Compatronæ, & de sanguine ejusdem Fundatoris, ut dixi *in alleg. 5. n. 7. & seqq.*

R. P. D. FALCONERIO,

Majoricen. Beneficii,

Ven. primu Februarii 1709.

PER Sacrificium Justus commendatur, per misericordiam peccator redimitur, ita Divus Ambrosius in *Can. libenter de Pœnit. distinct. primn*, cujus documentum animo, & opere enixa complectens Antonius Garau demonstravit sua ultima dispositione exarata sub die 2. Octobris 1495. in qua post destinatos Manumissores, sive testamentarios Executores Michaelem, & Joannem Servera, Hæredes scripsit D. Nostrum Jesum Christum, & Gloriosissimam Virginam Mariam, & Animam suam, ut sibi parceret omnia peccata, ac dd. suis Manumissoribus injunxit, ut de omnibus bonis fundarent Beneficium Sacerdotale ad Altare B. Mariæ Virginis nuncupat. della Luminaria positum in Ecclesia Parochiali de Llucbmajor prius administrandum a Michaele Galmes, & deinde a Præsentandis per dd. suos Manumissores eorumque hæredes, his verbis, = *Quod faciant quoddam Beneficium Sacerdotale in altare B. Mariæ Virginis dictn Ecclesiæ, & quod canatur per dict. discretum Michaelem Galmes de vita ejus, & post mortem per illum Presbyterum natum de dictn Villa de Parentela, si fuerit, sin autem per alios Presbyteros de dicta Villa Missam celebrantes: Dans Juspatronatus dicti Beneficii Sacerdotalis dictis meis Manumissoribus, & Hæredibus ipsorum sub tali forma, quod dictus Michael Galmes Presbyter, & alii, qui pro tempore possidebunt dictum Sacerdotale Beneficium sint tenti, & obligati dicere pro qualibet Septimana tres Missas, &c.*

In vacatione hujusmodi Beneficii obventa sub die 31. Januarii 1699. per obitum Hieronymi Jaume. Institutionem efflagitantibus Juliano Mur uti præsentato ab Anna Servera pro medietate Patrona, ac Gabriele Boscana pro altera medietate asserto pariter Patrono ex donatione sibi facta de anno 1695. a Jo: Servera de Biuserri, qui preces Ordinario pro semetipso porrexerat; fuit per sententiam Julianus antepositus; a qua appellante Gabriele, & commissa causa per Breve Delegato Apostolico cum clausulæ = *apposito sequestro* = fuit prima sententia revocata; ea sub conditione, ut propter oppositam incapacitatem Gabrielis ex defectu litteraturæ examini coram Ordinario se subjiceret, & si insufficiens fuisset repertus manuteneretur dictus Julianus Mur in possessione ejusdem Beneficii; In tertia tandem Instantia devoluta Causa ad nostrum Sacr. Auditorium uti suffectus in locum Eminentissimi Capraræ, cui reperiebatur commissa, hodierno die quæsivi = *An, & quis sit instituendus?* & Responsum mihi dederunt PP. instituendum esse Julianum.

Illi enim debetur Institutio, ad cujus favorem concurrunt omnes qualitates a Fundatore Beneficii desideratæ, ut non minus indubia est conclusio, quam passim a Sacr. Rot. admissa, & signanter in *decis. 636. num. primo part. 19. tom. 2. recent.* Quamobrem nulla nunc versante controversia circa vacationem Beneficii, existentiam Patronatus, ac illius pertinentiam saltem pro medietate ad Annam Servera, quæ Julia-
22 num intra quadrimestra præsentaverat, & concurrentibus etiam ad ipsius favorem cæteris requisitis in fundatione præfinitis scilicet, quod sit Sacerdos naturalis de Villa Llucmajori, ac de parentela Fundatoris, merito ergo fuit a DD. prælectus juxta firmata per Rot. *coram Coccin. decis. 904. num. 6. & decis. 1289. n. primo, & in recent. decis. 37. n. 3. part. 15. & decis. 720. n. primo part. 18. tom. 2.*

Nullimode adversante, Gabrielem esse Compatronum, qui quamvis non valeret se ipsum præsentare, tamen erat sibi licitum preces Ordinario porrigere, ut tanquam Patronum, & pauperem semetipsum institueret vellet juxta theoricam Abb. *in cap. per vestras, in Text. vero per nostras 26. num. 2. vers. sed contra, & num. 4. de jurepatr.* ibique Gonzal. *num. 2.* Pirhing. *in jus can. lib. 3. tit. 38. Sect. 4. §. 2. sub n. 90. eod. tit.* Lambert. *de jurepat. part. prima lib. 2. qu. princ. 8. art. 3.* Adden. ad Burati. *decis. 316. n. 19.* Rota *coram Card. Celso decis. 20. n. 5. & in recent. decis. 599. n. 12. part. 4. tom. 3. & decis. 141. n. 5. part. 14.*

Nam quidquid sit de qualitate Compatroni, quam DD. in præsenti quæstione inquirere non curarunt, sicut certissimum est assumptum ita non minus indubitata est illius limitatio, ut tunc procedat, quando unicus adest Patronus, nec alios habet Compatro- 23
nos, quibus per gratificationem Episcopi præjudicium irrogetur, ut bene declarando observat Card. de Luc. *de jurepatr. disc. 31. num. 12. & 13.* Lambert. *ead. part. primn lib. 2. quæst. princ. 8. art. 4. sub n. 7. versic. ad unum, sequ. n* Sanch. *consil. moral. lib. 2. capit. 3. dub. 74. num. 6 in fin. & a* Rot. *in eod. decis. 141. n. 7. part. 14 recent.* Et ratio potissima niter, ex quo quando plures sunt Patroni, Episcopus unum gratificando, non potest Juri aliorum derogare, ideoque in his terminis praxis est, ut unus Patronus ab aliis præsentetur, & ipsa præsentationi de se factæ consentiat ad discrimen alterius casus, quando unicus est Patronus, qui non nisi per viam deprecationis, & supplicationis Ordinario faciendæ potest ab eo admitti, vel quod provideatur ab Episcopo, & ipse inhæreat, atque assentiat dictæ provisioni, Abb. *in eodem cap. per nostras, n. 2. & 3. de jurepatr.* ibique Barbos. *n. 5. &* Gonzal. *n. 2.* Corrad. *in prax. benefic. lib. 4. cap. 2. sub n. 21.*

Existentibus ergo in hoc Patronatus pluribus Patronis remaneret Gabriel, etiam si esset unus ex eis, & pauper omni medio destitutus pro obtinenda Institutione, cum in hoc casu ex firmatis admitti ne-
24 queat per viam precum, nec uti præsentatus; nam nullam exhibet præsentationem, inde est non posse institutionem exposcere, quia absque Patronorum præsentatione ea non conceditur, *Cap. illud de jurepatron. Can. Decernimus, Can. Monasterium 16. q. 7.*

Post ita complectum activi Patronatus examen, fructus Gabriel Præsidium expostulat a Patronatu passivo, uti de parentela Fundatoris, & Juliano proximior, qua ex re sibi competere debeat prælatio tanquam ab eodem Fundatore passive vocatus; Stante quod parentela per legitima, & indubitata documenta nequaquam in facto ostenditur; & quatenus in aperto poneretur, nec etiam relevaret, dum Fundator præposuit unum de parentela in genere, ideoque non venit consideranda prærogativa gradus sed sufficit, ut præsentatus sit de genere a Fundatore
25 præfinito, *l. unum ex Familia ff. de legat. 2. & in specie* Card. de Luc. *de jurepatron. disc. 45. n. 3. & dictum* Tantum *explicando* Garz. *de benefic. part. 7. capit. 15. num. ibi = Unde si fundator diceret, quod præsentetur unus de familia, seu aliquis Consanguineus, non debet necessario præsentari Proximior, quia electio data videtur =* Prout etiam alias omnes auctoritates conciliando novissime firmavit Rota *in Hortana Beneficii primn Junii 1708. §. Hinc inapplicabilis, coram R. P. D. meo Priolo.*

At vero cessat omnis amaritudo in hac specie ex qualitate hujus Beneficii Sacerdotium expostulantis, quod & si in actu non requireretur, sed sufficeret in potentia, & habitu; Adhoc cum Gabriel vix sit instructus primis grammaticæ rudimentis, & a Judice Delegato attentata Partis oppositione fuerit hæsitatum de sua capacitate, & proinde jusserit, ut coram Ordinario examini se subjiceret; hac itaque parte

non adimpleta semper remanet dubia ipsius capacitas, & hac de causa non constito prius de sufficientia non potest Institutionem obtinere juxta claram dispositionem Text. *in capit. si forte de elect. in 6.* ibi
26 = *Ut promovendus super defectu ipso ante omnia subjiciatur examini* = & considerat Glos. *in Ver. scientia*, quod litteratum est extrinseca qualitas, quæ non præsumitur, nisi probetur, Lambertin. *de jurepat. lib. 2. parte prima artic. 2. qu. princ. 10. n. 9. versic. tertio adduco*, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 91. numer. 17. & seqq.* Rot. *dec. 8. de probat. in nov.* Eoque fortius, quia Julianus, qui opponit defectum litteraturæ Gabrieli; est in Sacerdotio graduatus, & ideo concurrente Graduato, cum non Graduato, omnia præsumptio militat pro Graduato, qui in alterius non Graduati concursu venit præferendus, ut prosequitur Rot. *in eadem decis. 8. vers. quod crederem, & coram Seraphin. decis. 968. num. primo, coram Penting. decis. 343. n. 4. coram Zarat. decis. 18. n. 4. & coram Cerro decis. 458. n. 3.*

Et propterea cum Julianus sit dignior in concursu Gabrielis, potuit ab Anna Patrona præelegi tanquam unus de parentela, non obstante quod Gabriel esset in gradu proximior, dum vocatis in genere illis de sanguine, seu de parentela Patronus potest eligere
27 digniorem, & meliorem ex eis non servata gradus prærogativa, seu neglecto proximiore minus digno, ut ultra auctoritates supra allegatas in §. *Post*, ita bene probat Amost. *de Causis piis lib. 3. cap. n. 37. & seq. usque ad num. 42.*

Facilius in hanc sententiam inclinantibus Dominis, quia Julianus non solum habet pro se præsentationem Patroni, sed etiam præelectionem, & Judicium Ordinarii, qui eum in Institutione prætulit Gabrieli, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell.* Glos. 4. *n. 117. &* 132. Rota, *coram Cerre decis. 458. n. 6.*

Et ita utraque.

ANNOTATIO.

Deducta in præsenti Decisione sub *n. 27.* Ego restringo, quando Ordinarius habet justam Causam non admittendi preces Compatroni, ut superius dixi *n. 3.* nam alias Compatronum esse gratificandum rejectis contrariis, substinui *in alleg. 8. n. 6. & seqq.* ad quam relative me habeo.

ARGUMENTUM.

Quando ex duobus æqualiter Patronis unus præsentat extraneum, & alius per viam precum supplicat Ordinario pro se ipso, iste est gratificandus, & instituendus ab Ordinario, excluso Extraneo.

SUMMARIUM.

1 *Refertur sententia Rotæ in una Pistorien. super hoc casu.*
2 *Refertur opinio Card. de Luca, ejusque ratio refellitur, n. 24.*
3 *Explicatur opinio Lambertini, & n. 4. 5. & 20.*
6 *Ordinarius tenetur conferre beneficium Compatrono habenti medietatem vocum, & pro se ipso supplicanti per viam precum in concursu Extranei.*
7 *Compatronus est in paritate vocum præferendus.*
8 *Quæ regula militat etiam in casu Compatroni supplicantis per viam precum Ordinario pro se ipso.*
9 *Supplicatio per viam precum ex parte supplicantis non obligat ex Justitia, obligat tamen ex parte supplicati.*
10 *Episcopus, seu Ecclesia non debet committere ingratitudinem, erga consanguineum Fundatoris, & n. 11.*
12 *Preces ex parte supplicati habent vim necessitatis, ex impulsu Legali, seu æquitatis, & n. 13. & 23.*
14 *Ad quid introductus sit modus procedendi per viam precum?*
15 *Præsentans se ipsum incurrit in Ambitum.*
16 *Supplicatio per viam precum habet vim præsentationis.*
17 *Jus Canonicum tales preces admitti jubet, & n. 20. in fine.*
18 *In concursu extranei præferri debet consanguineus Fundatoris, vel Compatroni ab eo causam habeas, & n. 19.*
21 *Decisio Rotæ in dicta Pistorien. non habuit effectum.*
22 *Æquitas, qua concedenda est institutio Patrono supplicanti pro se ipso non est voluntaria, sed necessaria.*
25 *Gratia ab extraneo obtenta cum derogatione medietatis vocum, & gratificatione, absque expressione concursus Compatroni supplicantis per viam precum pro se ipso est nulla.*
26 *Comparentibus in Dataria Compatrono supplicante pro se ipso, & extraneo præsentato ab alio Compatrono; Gratia cum derogatione, & gratificatione, cui sit concedenda?*
27 *Consanguineus, & Patronus licet remotior præfertur simplici consanguineo proximiori.*
28 *Papa derogat Juripatronatus, ubi Compatronus supplicat pro se ipso, & quando fit resignatio in Patronum. Vide num. 29. & seqq.*

ALLEGATIO VIII.

DUO sunt Patroni habentes pro æquali Juspatronatus; Unus ex illis ad beneficium vacans præsentavit extraneum, Alter vero per viam precum supplicavit Ordinario pro se ipso; Quæritur an iste sit gratificandus ab Ordinario?

Negativam sententiam tenuit Rot. *in una Pistorien.* 1
impress. in decis. 141. num. 5. cum seqq. part. 14. rec. ea ratione quod tunc Patronus valet per viam precum supplicare pro se ipso, quando est unicus, secus autem, quando plures sunt Patroni, quia tali casu Ordinarii gratificatio quoad unum ex illis præjudicium alteri inferret, & ideo concurrentibus Patrono supplicante, nec non præsentato ab alio, vel aliis Compatronis, præferendus est præsentatus, quia illi de necessitate debetur Institutio, Compatrono autem solum ex quadam æquitate, quæ etiam denegari potest ab Ordinario.

Hoc ipsum firmat Card. de Luc. *dist. 31. num. 12.* 2
ubi scribens in eadem causa Pistorien. in qua prodiit relata decisio, allegat aliam rationem, quia nempe ubi Patronus est unicus, & supplicat pro se ipso, videtur pro ea vice cedere Juri suæ præsentationis, & constituere superiorem in libertate conferendi beneficium tanquam liberum, quod proinde si conferri potest cuicunque extraneo, justum, & rationabile est, ut conferri valeat eidem Patrono, qui isto casu habetur pro non Patrono, quæ ratio cessat, ubi adest Compatronus, qui alterum præsentet, cum ita adesse dicatur tertii præjudicium, & urgeat alia ratio superius considerata; quod scilicet Compatrono, qui supplicat pro se ipso tanquam non curanti præsentare, suoque Juri cedenti; totum Jus consolidatur in altero Compatrono, qui formaliter præsentat; & idem Card. de Luc. superaddit hanc in puncto Juris esse genuinam veritatem, & sequitur Modernus Monacellus *in formul. for. Eccles. part. 2. tit. 15. formul. 1. numer. 13.* Rot. *in Majoricen. Beneficii 1. Februarii 1709. §. Nam quicquid, coram R. P. D. Falconerio impress. in alleg. 7. n. 23.*

Quæ opinio originalis esse videtur Lambertini *de* 3
jurepatr. lib. 2. part. 1. qu. 8. artic. 4. n. 7. vers. ad unum tamen fol. mihi 610. cujus auctoritate mota fuit
Rot. *in dicta Pistorien. ubi supra;* Sed hujusmodi Au- 4
ctor id clare firmare non videtur, postquam enim dixit, quod Patronus potest preces porrigere pro se ipso, & quod potest Episcopus motu proprio conferre Beneficium Patrono sine præsentatione, declarando successive has duas conclusiones, addit quod illæ procedunt, quando Patronus est unicus, secus quando habet alios Compatronos; tunc enim quoad unam conclusionem tenet non posse Episcopum [illegible] solum,

solum, motu proprio beneficium conferre Patrono,
sine præsentatione, vel consensu Compatronorum,
5 quia Episcopus derogare non potest Juribus illorum
expressis *in cap. Decernimus 16. qu. 7. & cap. illud
de jurepatr.* Volentibus quod Beneficium de Jurepa-
tronatus nequeat libere conferri, seu spreto Patro-
no, qui sane non est casus præsens ubi non motu
proprio, sed ad preces Patroni, quæritur an illi sit
beneficium conferendum? & in hoc sensu loquitur
Sanchez *consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 74. n. 5.*
Quo vero ad aliam conclusionem, quod possit
Patronus porrigere preces pro se ipso, dicit, quod
si habeat Compatronos, sit procedendum cum iis,
quæ scribit in sequenti articulo ibi = *Sed si habe-
ret Compatronos, &c. erit dicendum, ut infra in pro-
ximo sequenti articulo dicetur* = qui articulus proxi-
me sequens est *in eadem part. 1. lib. 2. quæst. 8. artic. 5.*
quo loco aliud non firmat, nisi quod Compatronus
præsentari possit ab aliis Compatronis, ex quibus ver-
bis colligitur sensum Lambertini esse, quod si Patro-
nus est unicus, possit per viam precum supplicare pro
se ipso; si vero habeat Compatronos, possit præsenta-
ri ab illis, ut se explicat *dicta part. 1. l. 2. qu. 8. art. 13.
in Epilogo Articulorum versic. limita 6. fol. 617. ibi
= Limita sexto Conclusionem procedere, quando ipse
Patronus est unicus, & solus Patronus, qui non potest
se ipsum præsentare; sed si haberet Compatrono, pote-
rit ab illis præsentari, ut diximus in dicto quinto
articulo* = & nihilominus ex relatis verbis Lambertini
ni Doctores traxerunt conclusionem, quod, ubi con-
currant alii Compatroni, Ordinarius non potest ad-
mittere preces Compatroni supplicantis pro se ipso.
Quibus tamen non obstantibus contrariam Ego sen-
6 tentiam puto veriorem, & in casu isto censeo Ordi-
narium Compatrono habenti medietatem vocum, &
pro se ipso supplicanti per viam precum, teneri con-
ferre beneficium in concursu extranei præsentati per
7 Compatronum; Etenim Regula est, quod in con-
cursu extranei, Compatronus in paritate vocum est
de Jure præferendus, & gratificandus ab Ordinario,
Rot. *in Mediolanen. Jurispatronatus, coram Paulu-
cio impress. apud me Discept. Eccles. 38. n. 8. & in
Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. final. co-
ram R. P. D. Ansaldo.*
Et quamvis hæc regula procedat in Compatrono
præsentato per alios Compatronos, ubi ratione præ-
sentationis arctatur Ordinarius ex debito Justitiæ,
nec ideo videtur applicabilis ad Compatronum, qui
per viam precum supplicat Ordinario, ubi nulla con-
8 siderari videtur necessitas Justitiæ, attamen militat ea-
dem ratio, etiam in hoc casu præferendi Compatro-
9 num; quia supplicatio per viam precum est, quod
ex parte supplicantis non obliget ex Justitia, obli-
gat tamen ex parte supplicati, qui justas preces ad-
mittere tenetur de Æquitate Sacrorum Canonum,
quia justum est, ut præferatur ille, qui descendit a
sanguine Fundatoris, de cujus bonis fundata est Ec-
clesia, ut ista retribuat, & gratitudinem exerceat
erga sanguinem benemeritum, ut dixi *in alleg. 6.
10 n. 26.* Neque enim Episcopus, seu Ecclesia, quæ cul-
trix est Justitiæ, & æquitatis committere debet ingra-
titudinem, ut in concursu præferatur extraneus san-
guini fundatoris, & sic quoad istas preces Compatro-
11 ni applicantur illud Taciti. = *Preces erant, sed qui-
bus contradici non poterat* =
Nulla quippe incompatibilitas est, quod ex parte
12 Patroni, preces non cogant; ex parte tamen Episco-
pi habeant vim necessitatis ex impulsu Legis, seu
æquitatis, quia in tali casu non dicitur Episcopus
necessitari ab homine, sed a Jure, ut in exemplo
13 Fratrum Minorum de Observantia, quibus aliquid
annuum sit relictum per modum Eleemosynæ, qui
licet cogere non possint heredem, attamen hæres
cogitur per Superiorem, quia non exinde quod actio
deficit ex parte petentis, obligatio cessat respectu da-
re debentis impulsu Legis, quæ preces admitti jubet;
ut apud me *Discept. Eccles. 2. n. 28.*
14 Et ratio est quia hujusmodi modus procedendi per
viam precum, est mera formula introducta per Do-
ctores ad evitandum ambitum, in quem incurreret 15
præsentans se ipsum, ut est Text. *in cap. Per nostras,
de Jurepatr.* Unde operatur quidem ut ex parte sup-
plicantis non inducatur necessitas in Episcopo, in 16
substantia tamen istæ preces habent vim præsentatio-
nis ex parte Episcopi, qui, si non cogitur ex preci-
bus, cogitur semper ex Justitia, & æquitate Juris 17
Canonici, quod tales preces admitti jubet tanquam
fundatas in ratione æquitativa, & naturali, quod 18
prima charitas incipit a se ipso, & quod in con-
cursu extranei præferri debet, qui est de sanguine
Fundatoris, seu Compatronus ab eo causam habens;
& sicut iste præsentando extraneum digniorem altero 19
compræsentato efficere posset, ut ille esset instituen-
dus, ita & fortius in se ipso, hoc experiri fas est,
non curato dissensu Compatroni præsentantis extra-
neum tanquam irrationabili, & contra æquitatem
præferentis extraneum sanguini Fundatoris, seu Com-
patrono; Et hanc opinionem de æquitate tenendam
esse, & contrariam esse leguleicum rigorem substinet
Card. de Luc. *de jurepatr. dicto disc. 31. n. 13. versic.
quatenus, & disc. 45. n. 9. vers. verum quamvis*, Ca-
rol. Anton. de Luc. *de linea legal. lib. 1. art. 24. n. 33.
versic. ratio difficultatis, & lib. 2. art. 49. per totum
signanter, n. 5.* Quod procedit tam si agatur de Com-
patrono pro medietate, quam ultra medietatem, Ca-
rol. Anton. de Luc. *de linea legal. dicto artic. 49. n. 5.
in fin.* qui tamen hoc firmat, ubi Compatronus est
pauper: idemque concludit Corrad. *in prax. benefic.
lib. 4. cap. 2. sub n. 21. versic. ubi ait*, loquens in ca-
su Patroni supplicantis coram Ordinario, & limitans
quando ille supplicat Papæ pro se ipso, cui sit collatio,
licet non pauperi, & habenti alia beneficia Ecclesiastica.
Neque adversantur Auctoritates in contrarium,
quia Lambertinus per Rotam ubi supra adductus so- 20
lum dicit, Episcopum non posse motu proprio con-
ferre beneficium Compatrono absque præsentatione,
seu consensu Compatronorum, quod est diversum,
cum aliud sit motu proprio conferre non petenti,
seu non supplicanti, & aliud ad preces Patroni sup-
plicantis; nam primo casu concurrit mera voluntas
Episcopi, quæ præjudicare non debet Compatronis,
secus in secundo ubi Compatronus supplicat pro se
ipso, & ubi Sacri Canones hujusmodi preces ad-
mitti jubent propter æquitatem, & retributionem.
Decisio autem *in dicta Pistorien.* non habuit effe- 21
ctum, ea enim revocata ad examen, responsum
fuit, *Dilata*, & deinde causa sopita est per concor-
diam, & refert Card. de Luc. *dict. disc. 31. n. 1.* Un-
de omnes alii Doctores, & Decisiones, quæ inhæ-
rent huic Decisioni Pistorien. attendi non merentur.
Quodque dictum est de Compatrono descendente ex
sanguine Fundatoris procedit etiam in Compatrono
extraneo, qui habet causam ab eodem Fundatore ex
firmatis apud Me *Discept. Eccles. 38. n. 1. & seqq.
& Rot. in Alatrina Jurispatron. 7. Decembris 1705.
§. final. coram R. P. D. Scotto.*
Rationes in contrarium non subsistunt, quia non
fit præjudicium Compatronis, ubi sumus in paritate
vocum ex allegatis *in alleg. 3. n. 4. & alleg. 4. sub
num. 23.* pro ut licet ex quadam æquitate conceden- 22
da sit Institutio Patrono supplicanti pro se ipso; non
tamen hæc æquitas est voluntaria, sed necessaria, nec
potest ab Ordinario denegari, non obstantibus Doctri-
nis, quas Rota adduxit in *dicta Pistorien. decis. 141.
n. 9. part. 14.* Etenim Ciarlin. *contr. 69. n. 17.* dicens 23
non teneri Episcopum conferre Patrono Beneficium
ex debito, quando ille procedit modo deprecativo,
intelligi debet cum distinctione, quod non teneatur
ex debito respectu petentis, quia preces non poscunt
ex debito; secus autem respectu Legis, quæ hujus-
modi preces tanquam justas, & æquitati consonas
admitti jubet; Rota vero in *decis. 151. in fin. post
Vivian. de Jurepatr.* loquitur dubitative per verbum
Forsan, & male se fundat in doctrina Sanchez
conf. moral. l. 2. cap. 3. dub. 74. num. 5. ubi solum in-
quit, quod fundens preces non poscit ex debito; er-
go ex parte precantis non insurgit debitum; secus autem
ex parte Legis; Et hæc opinio tenenda est in prati;

32 *Quando sit locus divisioni simultanea inter Episcopum, & Capitulum.*
33 *Transactio non substinetur, concurrente fallacia, & dolo.*
34 *Quid requiratur pro facienda Bipartita inter Regulares, n.35. 36 38. & 42.*
37 *Definitorium non potest ea stabilire, qua sunt reservata Capitulo Generali.*
39 *An transigendum requiritur mandatum speciale, & n.43.*
40 *Consensus in prajudicialibus debet esse expressus, & n.59.*
41 *Capitulum generale non potest statuere Bipartitam, invitis parentibus.*
44 *Inaqualitas repugnat Justitia divisionis.*
45 *Bipartita inter Regulares fieri debent habito respectu ad numerum Monasteriorum.*
46 *Nationales praferuntur de Jure in Abbatiis sua Patria.*
47 *Corruente supposito, corruit dispositum.*
48 *Est contra naturam Transactionis dare, quicquid altera pars petebat in lite.*
49 *Tractatus consultorius non habetur in consideratione.*
50 *Enunciativa erronea, & contra Tenorem supplicationis non attenditur.*
51 *Subreptitio evertit omnem Pontificiam concessionem, n. 53. & 55.*
52 *Deficiente existentia confirmati, corruit confirmatio.*
54 *Bipartita aliquando potius fovent factiones, quam tollant.*
56 *Non dicitur declaratio, qua destruit dispositionem.*
57 *Injustitia non sanatur tractu temporis.*
58 *Quando taciturnitas in prajudicialibus non inducat acquiescentiam.*
60 *Dominium Dignitatum non debet restringi ad unicam Nationem.*
61 *Alternativa inter Regulares sunt rationabiles, & necessaria ad tollendam factionem, & n. 62. & 63.*
64 *Respondetur objectis, & n.65. usque ad 67.*
68 *Difficile est oppressis habere probationes contra factionem.*
69 *Quid sit factio inter Regulares?*
70 *Ubi Bipartita non sufficit ad extirpandam factionem, reformatur in Tirpartitam, vel Quatripartitam.*
71 *De materia Turnorum inter Canonicos Ecclesiarum late a numero 71. usque ad numero 129.*

ALLEGATIO IX.

CElebertima, & in Foro vulgata Dispositio Clementis V, quæ legitur in *Clem. Plures de Jurepatr.* ut obviaret naturalibus discordiis, quæ inter plures Patronos passim contingunt, occasione præsentandi, & causam præbent diutinæ vacationi Ecclesiarum, & Beneficiorum, concessit Patronis liberam facultatem dividendi inter ipsos Jus præsentandi, seu præsentationem per Turnum, & Alternativam ibi = *Et ut facilius provideatur Ecclesiis non inconveniens reputamus Patronos ipsos inter se posse libere convenire de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando* = Ad cujus Textus intelligentiam, & explicationem quæritur; An Turnus, seu Alternativa inter Compatronos possit coactive ordinari per Superiorem, ad instantiam aliquorum ex illis, cæteris dissentientibus, quando vigent discordiæ inter ipsos?

1 Pro affirmativa sententia conspirat Auctoritas *Felini* S. Rotæ olim meritissimi Auditoris, *in cap. quæ in Ecclesiarum num. 90. de constit. & in cap. Prudentiam n.5 circa finem de offic. delegat.* ubi tenet posse Patronos cogi a Superiore ad divisionem Juris præsentandi, non quidem quoad substantiam utpote indivisibilis, sed quoad exercitium per Turnum, & Alternativam ad evitandas discordias, & lites maxime contrarias celeri ordinationi Ecclesiæ vagantis ibi = *Si Patroni discordant, possunt compelli, ut præsentent alternis vicibus* = Et pro sua sententia in dicto *c. Prudentiam*, allegat magistralem Glossam primam *in fin. cap. primi de Jurepatr.* per hæc verba = *Pro quo facit Glossa prima in fine in cap. 1. de Jurepat. ubi Glossa docet, quod si Patroni discordant, possunt compelli, ut præsentent alternis vicibus* = Quam sententiam approbavit, Rot. *dec. 3. de sentent. & re judic. cor. Achill. de Grass.* & sequuntur, Gonzal. *in c. perlatum 3. de Jurepat. num. 4. lit. E. Cened. in Clem. plures de Jurepatr. collect. 7. num. 1. & 2.* ibi = *Ad evitandam discordiam inter eos deberent ad hoc compelli* = Card. de Luc. *de Feudis discur. 120. num. 14. in supplement. part. 1.*

Et quidem pro hac parte assistere videntur duæ fundamentales Regulæ Juris, quarum prima consistit in eo principio, quod, nemo invitus cogitur 2
stare in Communione, quodque unus ex sociis possit altero recusante ad divisionem provocare ad Text. *in l in re communi ff. de servit.* Urban. *præd. l. ultim. C. commun. dividun. Et in l. si non 26. §. si certum, ibique Gloss. in Verb. communionem ff. de condit. indebit.* Alex. *consil. 25. num. 6. lib. 3.* Gomez. *var. resol. tom. 2. cap. 3. num. 14. & cap. 5. num. 6. & Rot. dec. 96. num. 1. coram san. mem. Alexandr. VIII. & dec. 50. num. 1. coram Buratt. & in decis. 298. num. 9. part. 18. Recent.* Ea præcipua ratione, quia cum communio, ut plurimum, pariat discordias, ad Text. *in l. cum Pater §. dulcissimis ff. de legat. 2. & in l. in re communi ff. de servit. Urban.* nullum idcirco remedium ad eas sedandas, vel evitandas aptius est, quam divisio, ut inquit Jurisconsultus in dicta lege *cum Pater §. dulcissimis, & in cap. ex tenore 10. de sentent. excom.* & ex Testimonio Sacræ Scripturæ in Genesi *cap. 13.* erudite probat Gonzal. *in cap. si Episcopus n. 3. de Parochiis,* & Urcel. *consul. for. 72. n. 8. & 9.*

Altera autem est, quod in communione, & So- 3
cietate Juris præsentandi, Patroni reputantur veluti Usufructuarii, quia eorum Præsentatio vere, ac proprie venit appellatione fructus, dum in omni vacatione ea renascitur, juxta notabile dictum Baldi *in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 11.* ibi = *In omni vacatione renascitur, & omne quod renascitur fructuum nomine continetur* = Gloss. *in cap. cum olim, de major. & obedien.* Jason. *in l. Divortio §. si vir in fundo n. 8. ff. solut. matrim.* Tondut. *quæst. benef. tom. 1. cap. 3. num. 2.* Rot. *coram Duran. decis. 68. num. 5.*

Quoties autem Patroni discordant, & inter se contendunt juxta *Text. in cap. 1. & 2. de Jurepat.* tunc unus dicitur impedire alterum, quo minus ef- 4
fective, & libere gaudeat fructu sui Juris præsentandi. Sicut duo Usufructuarii, qui per discordiam ad invicem se impediunt in usufructu bonorum ipsis insolidum competenti, ut observat Gonzal. *ad Regul. 8. Gloss. 45. num. 58.* ibi = *Quia ad invicem se impediunt* = & Card. de Luc. *de benef. disc. 1. num. 30. versic. istum vero,* Rot. *in Roman. Capellan. 3. Febr. 1708. §. quia suffragatur, coram R.P.D. Scotto.* Et consequenter succedit, & applicatur recepta regula Juris, quod ibi duo Usufructuarii invicem se impediunt, quo minus libere usumfructum percipere valeant. Judex tenetur cogere eos ad divisionem alternis vicibus, & annis, cum sit iniquum alterum ex facto alterius in bonis communibus sentire incommodum, & privationem sui Juris, ut est Text. *in l. æquissimum 17. ff. de usufruct. & in l. 7. §. cum de usufructu ff. comm. divid.* ibi = *Judex officium suum ita diriget, ut, &c. eis uti frui permittat, &c. etiam sic poterit, ut inter se conveniant, caveantque per tempora, se usuros, fruituros, hoc est, ut apud singulos mutua vice, certo tempore sit usufructus* = *& l. via §. usus ff. de servitut.* cum aliis Juribus apud Tiraquell. *de primogenit. quæst. 15. opinion. 5. num. 1.* Urceol. *consultat. forens.*

forenf. 72. *num.* 19. & *feqq.* Gratian. *difceptat.* 552. *num.* 37.

Quibus non obftat individuitas Jurifpatronatus non admittens divifionem, quia per Turnum, feu
5 alternativam inter Patronos circa Jus præfentandi, non dividitur fubftantia Jurifpatronatus, quod remanet femper individuum, fed folum partitur exercitium Juris præfentandi, quod permittitur etiam in materia indivifibili, & poteft per Judicem Confocius arctari ad illud dividendum: ut quam plurima docent exempla tam Juris civilis, quam Canonici, de quibus infra.

Et primò in Feudo, quod licet fit de fui natura indivifibile, illud tamen fi a pluribus Fratribus communiter infolidum poffidetur, dividi poteft, imo debet, fi dicti Fratres fint difcordes, quoad exercitium, feu ufum illius juxta cognatum Communionis diffidium in Jurifdictionalibus de quo Statius *lib.* 1. Thebaid. ibi = *Sociifque difcordia Regnis* = hujufmodi autem divifio fit à Judice, non quidem quoad Jurifdictionem, & dignitatem; fed quoad commoditatem Adminiftrationis, & quoad exercitium ipfius Jurifdictionis, utendo fcilicet ea alternis temporibus, indivifo manente Feudo ad tradita per Abbatem *in capit. final. verf. fin. de re judic.* Bart. *in l. inter Tutores num.*6. *ff. de adminiftr. tutor.* Jafon. *in l. ftipulationes non dividuntur, num.* 13. *verf. tamen adminiftratio, ff. de verb. obligat.* Roland. *conf.* 9. *num.* 32. *lib.* 1. Parif. *conf.* 69. *num.* 13. *lib.* 2. Soccin. Jun. *conf.* 79. *num.* 6. & 7. *lib.* 1. Ramon. *conf.* 24. *num.* 19. & *feqq.* Alex. *conf.* 25. *per tot.* & *fignanter num.* 7. & 11. *lib.* 5. Ruin. *conf.* 19. *n.* 18. *lib.* 1. & Urceol. *confult. forenf.* 72. *num.* 23. Tiraquell. *de primogenit. quæft.* 17. *opin.* 5. *num.* 5. Curt. Jun. *de Feud. p.* 4. *q.* 3. *limit.* 9. & Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 105. *num.* 17. Pignatell. *confult.* 12. *n.* 62. 84. & *feqq. tom.* 5. & Boer. *decif.* 5. *num.* 2. Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 4. *gloff.* 7. *part.* 2. *n.* 18. ubi teftatur id pluries fuiffe judicatum in Senatu Cathaloniæ Gratian. *difceptat. forenf.* 552. *num.* 38. *difcept.* 675. *num.* 6. & *feqq.* Perez. de Lara *de anniverf.* & *Cappellan. lib.* 1. *cap.* 17. *numer.* 5. & 6. Rot. *coram Cæfar. de Graff. decif.* 2. *per tot. de re judic.*

6 Secundo. In Jure Tutelæ, quod licet fit indivifibile, ut habetur *in l. Tutor.* 3. *de adminift. Tutor.* illius tamen adminiftratio, & exercitium Judicis officio dividi debet, fi exoriantur difcordiæ, etiam nonnullis Tutorum invitis, juxta Theoricam Bartoli *in dicta l. inter Tutores in fin. ff. de adminift. tutor.* quam fequuntur Alex. *d. conf.* 25. *num.* 7. *lib.* 5. Rolan. *conf.* 80. *num.* 37. & *alii apud* Urceol. *confult.* 72. *n.* 24.

7 Tertio. In terminis Electorum, qui in Electione difcordant, & perfiftunt in paritate votorum, habemus punctualiffimam Gloffam *in can. abeuntibus, diftinct.* 63. *in verb. nunc ergo quæritur;* quæ firmat Judicem eos cogere debere ad concordiam; cujus doctrinam refert, & fequitur Tiraquell. *de Primog. q.* 17. *in princip. n.* 18.

8 Quarto. Si duo Parochi communiter poffidentes domum fitam in confinio duarum Parochiarum difcordant in fimultanea adminiftratione Sacramentorum, & aliorum Jurium Parochialium, exercitium horum jurium eft inter illos dividendum per Alternativam, ut fignanter docet ibi Franch. *num.* 4. *his verbis* = *Tale exercitium dividi alternis vicibus; puta, quod uno anno recipiat ab uno Sacramenta, & Divina audiat, & alio anno ab alio; &c. eodem modo dividi fepulturam familiæ alternis vicibus* = Ancharan. *num.* 3. & *latius*, Geminian. *num.* 3. *circa finem*, Anania *in cap.* 1. *de fepultur. num.* 14. *in fin.* & *iterum* Ancharan. *in cap. cum quis, num.* 3. *de fepult. in* 6. Barbof. *in dicto cap.* 1. *n.* 5. *de Parochiis*, Tiraquell. *de Jur. primogen. quæft.* 17. *opinion.* 5. *n.* 7. Pignatell. *confult. Canon.* 12. *num.* 63. *verficul.* & *huc idem vergit, tom.* 5. Card. de Luc. *de Paroch. difc.* 33. *num.* 4.

9 Quinto. Si una eademque Ecclefia fit communis duobus Epifcopis, & hi contendant inter fe fuper fimultanea exactione charitativi fubfidii ambobus fimultaneè competentis, debet Metropolitanus eos compellere, ut dictum fubfidium alternis vicibus exigant, Azor. *inftitut. moral. par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 14. *tit. C. verfic. quid dicendum* ibi = *Ambos Epifcopos concordare debere, ut alternis vicibus fubfidium exigant; quod fi convenire renuant, tunc jure poterit Archiepifcopus præcipere, ut conveniant* = Barbof. *de poteft. Epifcop. part.* 3. *allegat.* 87. *num.* 53. & *de Jur. Ecclef. univerf. lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 34. Bellincin. *de Charitativo fubfid. quæft.* 52. *per totam*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glofs.* 45. §. 1. *numer.* 29. & Ventrigliol. *in prax. part.* 2. *ad not.* 25. §. 1. *numer.* 29. & *de Jurifdiction. Archiepifc. capit.* 149. *numero* 6.

Sesto. In eodem cafu Ecclefiæ duobus Epifcopis communis, fi ifti non conveniunt in Perceptione reddituum dictæ Ecclefiæ, Superioris officio compelli debent, ut alternis annis redditus percipiant, juxta Doctrinam Gloff. *in cap.* 1. *de Paroch. in verb. deputetur* ibi = *Quod fi non conveniant inter fe, alternis annis redditus percipiant* = quam fequuntur ibi communiter *Hoftien. num* 5. *verfic. ut alternis*, Joann. Andr. *num.* 4. Butr. *num.* 8. Zabarell. *numer.* 4. *in fin.* & magis punctualiter *idem* Buttius *in cap. fuper eo, de Paroch. numer.* 4. ibi = *Ordinabit Archiepifcopus, quod Epifcopi convicini alternis vicibus ea utantur, percipiendo redditus alternis annis* = & comprobat Tiraquell. *de Primogen. quæft.* 17. *opinion.* 5. *n.* 4. 10

Septimo. Si Fundator Ecclefiæ juffit dari fibi tanquam Patrono quotannis Candelam in Fefto Purificationis B. Mariæ Virginis, & eo mortuo plures Filii illius hæredes inter fe contendant fuper habenda Candela, quæ ad omnes eorum pertinet tanquam Patronos in folidum, Judex debet ordinare, ut alternis annis per Turnum illam accipiant; ut fuit decifum in S. Regio Confilio Neapolitano, *apud* Franch. *decif.* 85. *num.* 1. & 4. *in fin. ibique* Amendol. *n.* 15. & Carol. Anton. de Luca *ad prædictum de* Franch. *dec.* 160. *n.* 5. *verf. excitata fuit quæftio*, Lara *de Anniverf. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 6. Gratian. *difcept.* 552. *n.* 32. & *difcept.* 675. *n.* 7. 11

Octavo denique in cafu, quo una Ecclefia fita fit in confinio duarum Diœcefum, & fit de collatione fimultanea duorum Epifcoporum; Si enim illi duo Epifcopi non conveniant in regimine, & collatione Ecclefiæ, Metropolitanus eos cogere debet, ut alternis vicibus de Ecclefia difponant: Hæc eft opinio Gloffæ non habentis contradictorem *in Can. Licet, in regulis* 16. *q* 3. ibi = *Si difcordant in Ecclefia difpofitione Superioris erit officium in hac parte, ut alternis annis difponant.* = 12

Cum opinione hujus Gloffæ tanquam fundata in evitandis difcordiis, & præjudicio confocii concordant omnes magni nominis fcribentes, & fignanter;

Innocentius *in cap. fuper eo de Paroch. n.* 2. ibi = *Superior ordinabit quod alternis annis, vel vicibus difponant.* =

Zabarell. ibidem *n.* 7. = *Ecclefia fit in medio limitis quid fiet? &c. Si Ecclefia non poteft dividi in duas, dicit Innocentius, quod Superior ordinabit, quod alternis annis, vel vicibus difponant.* =

Hoftien. *num.* 7. ibi = *Et fi Ecclefia fit in medio limitis erit in duas Ecclefias dividenda, nifi ipfi poffint inter fe aliter convenire, quod fi de illa Ecclefia non poffunt fieri duæ, Superior ordinabit, quod alternis annis, vel vicibus de ipfa difponant.* =

Joannes Andr. *n.* 2. ibi = *Si Ecclefia fit in medio limitis, erit in duas Ecclefias dividenda, nifi Epifcopi poffint inter fe aliter convenire, &c. Quod fi de illa Ecclefia non poffunt fieri duæ, Superior ordinabit, quod alternis annis, vel vicibus de ipfa difponant.* =

Panormit. *in cap. final. n.* 5. *de fent.* & *re judic.* ibi = *Superioris erit officium in hac parte, ut alternis annis difponant.* =

Jafon.

Jason. *in l. stipulationes non dividantur num. 13. in fin. ff. de Verbor. obligat.* ibi = *Si Ecclesia est subjecta duobus Episcopis, quia sit posita in limine utriusque Diœcesis, & tales Episcopi non conveniant in illam ordinando, Superior debet eos cogere, ut alternis annis disponant.* =

Cened. *in Collect. ad Jus Canon. in Clem. Plures de Jurepat. num.2.* Tiraquell. *de primogenit. quæst. 17. opin.5. num. 3.* Pignatell. *consult. 12. num. 62. versic. & hanc quoque tom. 5.* Roman. *singul. 766. numer. 1. in fin. ibique* Adden. *versic. Adde quod*, testatur dictam Glossam communiter ab omnibus commendari, prout eam recipiunt indistincte etiam in aliis materiis feudalibus, & profanis, Soccin. Sen. *consil. 278. num. 1. vers. secundo etiam dico libr. 2.* Jason. *consil.215. num. 14. lib. 2.* Curt. sen. *consil. 25. num. 3.*

Quæ exempla concludere videntur esse locum coactivæ divisioni, etiam in articulo Juris præsentandi; maxime in hac materia divisionis, ubi augmentum a simili passim admittitur, justa Bartol. *in l. inter Tutores in fin. ff. de Administr. Tutor.* Alex. *cons.25. ante medium lib.3.* & Roland. *d. consil.80. num. 36.*

Ultra dictas fundamentales Regulas Juris, & similitudines hujusmodi exemplorum, concurrunt pro sententia *Felini* plures circumstantiæ, & rationes, quæ etiam in materia ambigua, & arbitraria, Judicis animum movere debent ad ordinandam divisionem exercitii Juris præsentandi per Turnum, & Alternativam inter Patronos inter se contradicentes, & discordantes in exercitio præsentationis.

Prima est illa circumstantia obviandi fomento discordiarum, & inconvenientium, quæ considerat, Card. de Luc. *de benef. disc.1. sub num.3*, cum be-
13 neficia ex his discordiis patiantur diutinas vacationes in præjudicium Ecclesiæ; quando tamen facta divisione Juris præsentandi alternis vicibus inter Patronos facilius providetur beneficiis, & Ecclesiæ, ut bene ex hac ratione facilioris provisionis permisit divisionem Juris præsentandi alternis vicibus inter compatronos discordantes, Text. *in dict. Clement. Plures de Jurepat.* Panormit. *in cap.1. de Jurepat. n.6. in fin. & in cap. querimoniam n. 5. eod. tit.* Vivian. *de Jurepat. lib.4. cap.2. n.69.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg.71. n.30.* Card. de Luc. *de benef. disc.1. n.31.* Sanchez *cons. moral. lib.2. c.3. dub.72. num. 1. & 2.* & Rot. *coram Dunoz. Jun. dec.701. n. 1.*

14 Secunda est illa ratio, quod non solum ex divisione, de qua agitur, Patronus discordans, & contradicens, nullum reportat incommodum, & detrimentum, sed potius maximam utilitatem, dum in suo Turno poterit libere præsentare Personas sibi benevisas sine obstaculo alterius compatroni, & hoc modo habebit verum, & proprium fructum Juris præsentandi, quem sane non habet propter discordias, si remaneat in communione, ac proinde intrat regula; quod tibi non nocet, & alteri prodest, fieri debet; & Judex dissentientem sine causa potest compellere ad dividendum. *L. hujusmodi §. final. in final. ff. de leg. 1.* Boer. *dec. 5. n. 2.* Ruin. *cons. 19. n.18. lib. 1.* Pignatell. *consult.12. n.63.* Tiraquell. *de Primogenit. q 17. opin. 5. n.2.*

15 Verum his non obstantibus contrariam opinionem in hac quæstione tenuerunt Lambertin. *de Jurepat. libr. 1. part. 2. qu. 2. artic. 36. num. 9. fol. 335.* Et Rote. de Curt. *de Jurepat. verb. Jus num. 11. circa medium;* ubi quod Superior cogere non potest ad hanc divisionem Juris præsentandi cæteros Patronos dissentientes ad instantiam aliquorum; Quam opinionem cum supposito quod illam tenuerint etiam Vitalin. *in dicta Clement. Plures numer. 4. & seqq.* Bernus *in cap 1. num.77. de Jurepatr.* Spada *cons. 8. num 7. vers. nec obstat cum seqq. lib.1.* Marant. *respons.14. num.53. tom. 3. & respons. 29. num. 24. & seqq. tom.5.* me scribente secuta fuit novissime Rot. *in Hispalen. divisionis simultaneæ 11. Februarii 1697. coram Reverendiss. P. D. Muto, & 4. Junii 1700. coram Reverend. Patre Domino Priolo.*

Opinio hæc originalis, Lambertini & Rocchi de 16
Curte videtur valde dubitabilis, quia isti non aliud fundamentum habent, quam refellere sententiam Felini dicendo, quod *Gloss. in Can. licet 16. quæst.3.* per eum adducta, & mandans, ut de Ecclesia communi inter duos Episcopos alternis vicibus hi disponant, agat casum longe diversum a divisione Juris præsentandi, & diversitatis rationem desumunt ex eo, quod alternativum gubernium, seu regimen Ecclesiæ faciendum per Episcopos, & figuratum per *Glossam ubi supra* est certum, utpote certo eventurum quolibet anno, e contra autem, quod alternativa Præsentatio ad beneficium vacans sit incerta, dependens ab incerto eventu vacationis pro tempore contingibilis, & consequenter hujusmodi Glossa remaneat inapplicabilis, tanquam loquens de alternativo gubernio Ecclesiæ, & sic Jure certo, non autem de Jure incerto, ut est Jus præsentandi, & conferendi.

Quæ ratio est omnino insubsistens, quia appellatione dispositionis Ecclesiæ veniunt tam jura certa, quam incerta, ut est jus conferendi Ecclesiam, ejusque Beneficia in casu vacationis, & prout est etiam Jus præsentandi incertum, & eventuale in casu vacationis, sicut Collatio, & Institutio. Etenim licet *Glossa*, & omnes Canonistæ superius relati dicant, quod Superior cogere debet, ut Episcopi alternis annis, vel vicibus, *disponant* de Ecclesia communi, tamen sub illo, verbo *disponant*, intelligunt etiam de Jure conferendi, cum idem sit disponere de Ecclesia, ac conferre Ecclesiam, & nota est conclusio, quod collatio venit appellatione dispositionis juxta *Gloss. in Clem. unica in Verb. Dispositionem, de supplen. negligen. Prælat.* Geminian. *cons.65. post princip. versic. Verbum dispositionis*, Selva *de benef. part. 3. q.1. num. 36.* Rebuff. *in concordat. Rubric. de Collat. §. præfatique Ordinarii in verb. dispositionem lit. C.* ubi idem dicit de Verbo, *Ordinare*, Gonzal. *ad regul.8. Gloss.22. n. 1.*

Et quod idem sit ordinare Ecclesiam, ac illam 17
providere, & conferre in terminis Ecclesiæ Patronalis, probat Text. *in cap. quoniam 3. de Jurepat.* ibi = *Ordinet Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum viderit ordinandam* = ubi *Gloss. verb. ordinet*, ibique Doctores communiter, præsertim Bernus *num.7.* & Butr. *num.12. ad medium, & Gloss. cap. 1. verb. celebrent, eod. tit. de Jurepatr.* & Anchatan. *in Clem. plures num. 14. sub princip.* ibi = *Diœcesanus ponat ibi Oeconomum, non autem ordinet Ecclesiam* = & infra circa med. ibi = *Secundo casu, quando constat eos non esse Patronos libere, & statim potest ordinare Ecclesiam.* =

Vel saltem negari nequit quin sub Jurisdictione, & Ordinatione Ecclesiæ alternis annis demandata per *Gloss. in d. Can. licet*, comprehendantur non solum Jurisdictio, seu illius exercitium, sed etiam collatio ejusdem Ecclesiæ vacantis, quæ spectat ad
Jurisdictionem Episcopalem, seu ejus fructus reputa- 18
tur, juxta *Gloss. in cap. Dilectus in verb. de lege Jurisdictionis de offic. Ordinar. & in cap. transmissum in verb. de rebus de elect.* Lapus *allegat.89. n.12.* Et in his terminis Rot. *apud Bellamer. dec.69. n.5. sub princip. vers. Ratio*, Rot. *in Segobien. Canonicatus 9. Martii 1705. §. quæ quidem, cor. R.P.D. Scotto.* Neque idcirco repugnat, quod Jus præsentandi distribuatur in annos singulos per viam Alternativæ, sicuti distribuitur Jus conferendi, licet vacatio Ecclesiæ in omnibus annis non sequatur, quia sufficit, quod quolibet anno evenire possit Ecclesiæ vacatio, sicuti videmus distribui Jus conferendi inter Canonicos, etiam per hebdomadas, licet in quibuscunque hebdomadis non sequatur vacatio, ut patet de facto ex Jure conferendi sic distributo in Patriarchali Basilica S. Petri, & S. Mariæ Majoris, de quo Rot. *in decis.606. in princip. part.4. divers. & decis. 15. per totum part. 3. & decis. 14. part.12. recent. Et in Romana Clericatus Beneficiatus S. Petri 13. Maii 1695. coram R.P.D. Priolo.*

& in

& in Romana Beneficiatus S. Mariæ Majoris, *coram bon. mem. Albergato*, *impress. in recens. p.* 19. *la* 98. *sub princip.*

19 Quodque *Gloss. in dicto Can. licet*, appellatione dispositionis Ecclesiæ intelligat de Jure conferendi incerto, sicut est Jus præsentandi, patet ab exemplo claro in Regulis Cancellariæ, & Extravagantibus, & aliis reservationibus generalibus, & particularibus, in quibus Papa explicat Collationem sub termino *Dispositionis*, dicendo = *Dispositioni suæ reservavit*, *vel nullus de eo præter Romanum Pontificem disponere possit* = ut in *Extravag. ad Regimen. de praben. In Extravagan. Execrabilis*, *& in Regul. Cancell. prima ad fin. tertia vers. ita*, *quod septima*, *& octava in princip.* & fere in omnibus aliis, & quod vere hic fuerit sensus dictæ *Glossæ*, ut suo verbo dispositionis intellexerit de collatione Ecclesiæ, & sic jure incerto dependente ab eventuali vacatione, individualiter firmant sex insignis nominis Canonistæ, nimirum.

Bellencinus doctissimus olim S. Rotæ Auditor in suo *Tract. de Charitat. subsid.* q. 52. *num.* 4. ibi = *Et sic alternis vicibus ipsa Ecclesia conferatur*, *tenet Gloss. notabilis in dicto Can. licet*, *& hæc opinio mihi placet*.

Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 2. q. 4. *art.* 6. *num.* 2. *fol.* 782. ibi = *Posse Metropolitanum ordinare eos alternis vicibus*, *jura Episcopalia ab eo percipere*, *& sic alternis vicibus ipsam Ecclesiam vacantem conferre* =. *juncto n.* 4. ubi firmat, Superiorem, ne dum posse compellere, sed imo debere, sequendo mentem præallegatæ Glossæ ibi = *Posse compelli*, *imo debere compelli per Superiorem ad sic conveniendum* = Et ex Doctrina prædictæ Glossæ; nec non *Bellenc. ubi supra* latissime substinet Lambertinus duos Ordinarios habentes Institutionem simultaneam ad Beneficia de Jurepatronatus posse, & debere compelli per Superiorem ad instituendum per alternas vices idemque plene defendit etiam in sequenti *art.* 7. *num.* 1. *in fin. part.* 3. *lib.* 2. *quæst.* 4. ibi = *Posse convenire*, *quod alternis vicibus instituant*, *& etiam illis discordantibus*, *&c. posse per eorum Superiorem compelli*, *&c.* =

Concordat Ventriglia *de Jurisdiction. Archiepiscop. cap.* 149. *num.* 6. dicens ibi = *Magis recepta sententia est illa*, *quæ docet posse Archiepiscopum Metropolitanum cogere dictos suffraganeos*, *ut concordant*, *& mandare quod alternis vicibus*, *&c. Jura Episcopalia percipiant*, *ac etiam alternis vicibus conferant* = Et hoc ipsum confirmat *in prax. fori Eccles. part.* 2. *annot.* 25. *n.* 29. *versic. & Collatio in d. Ecclesia*. =

Magis clare autem prosequitur Antonell. *de jur*, *& oner. Cleric. lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 17. *numero* 6. ibi = *Archiepiscopus*, *&c. potest compenere*, *& mandare*, *ut alternis vicibus Episcopi confinantes*, *&c. Jura Episcopalia percipiant*, *ac Beneficia in eadem Ecclesia existentia alternis etiam vicibus conferant* = Ricc. *in prax. part.* 4. *resol.* 476. *num.* 4. *versic. taliter*.

Neque spernendus est Oliva *de for. Eccles. p.* 3. *quæst.* 19. *num.* 9. ubi agendo de eodem casu Ecclesiæ sitæ in confinio duarum Diœcesum, & duobus Episcopis subjectæ juxta sæpe citatam *Glossam in dicto Can. licet*, ab eo relatam *sub n.* 6. postea quærit *sub num.* 9. quid agendum, si Episcopi discordent in Jurisdictione, & provisione Beneficii, & ita discurrit = *In exercitio autem Jurisdictionis circa Curam Animarum*, *& provisionem beneficii*, dic, quod *ambo concurrere debent*, *si autem discordaverint*, *adeundus est Superior*, *ut asserit Glos. in dicto Can. licet*, *&c. Bono regimini magis conveniens est*, *ut ex concordia Episcoporum alternis vicibus provideat*, *sive beneficium sit perpetuum*, *sive temporale*, *&c. & sic audio observatum in illis Diœcesibus*, *ubi casus contingit*. =

Et denique magis individualiter Gonzalez. *ad Regul.* 8. *Cancell. glos.* 45. §. 1. *ex num.* 17. *& seqq.* ubi ex professo tractando quæstionem, an simultanea Collatio inter Episcopum, & Capitulum possit dividi? Affirmativam sententiam tuetur ex pluribus rationibus, & fundamentis, inter quæ uti principale allegat authoritatem dictæ *Glossæ in Can. licet*, *ut in n.* 62. & tamen cum hac distinctione concludit = *Pro resolutione quæstionis distinguendum arbitror*, *aut agitur de dividendis Collationibus*, *ut commodius fiant*, *& discordiarum evitetur occasio*, *& in hoc casu procul dubio tenenda est pars affirmativa ex juribus*, *ac fundamentis pro ea allegatis* = & pro ea deinde subdit = *Imo ad hoc compelli possunt*, *&c.* = ut legitur in Codicibus ultimæ impressionis, & hanc Doctrinam Gonzalez. sequitur, & refert etiam Lezana *in Turri Davidis. capit.* 5. *numer.* 398.

Non subsistente quod verba ultima hujus Auctoris opposita sint, referendo opinionem illorum Doctorum, qui in casu supra allegato charitativi subsidii tenent Episcopos super exactione litigantes compelli posse ad concordiam; Quia Regula est in contrarium, quod scilicet omnis Doctor intelligendus, vel explicandus est, secundum Doctrinas, quas allegat; Unde cum Gonzalez quo ad punctum coactivæ divisionis alleget *Glos. in Can. licet* q. 3. & Abb. *in cap. fin. num.* 5. *de sentent. & re judic.* & Glossa allegata ut supra loquatur de simultanea Collatione, non autem de charitativo subsidio, necessario dicendum *Gonzalez* sensisse de coactiva divisione quoad eandem simultaneam Collationem, de qua principaliter agebat, non autem de charitativo subsidio, quod adduxit tantum per modum exempli.

Firmato quod *Glossa* in memorato *Can. Licet*, 20
loquatur etiam in Jure certo, & dependenti ab eventu futuræ vacationis beneficii, seu Ecclesiæ, ut est collatio, remanet etiam insubsistens, quod coactiva divisio procedere non debeat in Juribus eventualibus, & incertis. Etenim vis Alternativæ non consistit in incertitudine, vel certitudine eventus, sed in certitudine exercitii Juris præsentandi, quæ controverti non potest, quando divisio ordinatur per alternas vices, ut eam disponit *Clemens. Plures de Jurepat.* dum certum est, quod in qualibet vacatione Beneficii ad unum ex Patronis spectabit præsentatio per Turnum, & incertitudo consistit solum in tempore, quæ non est considerabilis, dum ille, qui expectat vacationem est certus præsentandi, & obtinendi institutionem pro suo præsentato, quandocunque vacabit Ecclesia, ut admittit ipsemet Lambert. *dicto lib.* 1. *part.* 2. *art.* 36. *sub n.* 7. *vers. Ego circa hanc*. Melius enim est, & magis utile Patrono, quod expectando saltem præsentet aliqua vice libere, & cum effectu, quam quod præsentet in qualibet vacatione inutiliter ob discordiam Compatroni; ultra quod incertitudo vacationis cum sit communis utrique Patrono, nullam idcirco inæqualitatem continet, aut præjudicium ex parte unius, vel alterius, Rot. *dec.* 20. *n.* 2. *&* 5. *part.* 3. *& dec.* 150. *sub n.* 11, *&* 12. *part.* 11.

Quod revera hæc Incertitudo considerata a præcitatis Doctoribus nullius sit momenti, ostendit receptissimus usus divisionis juris præsentandi per Turnum frequentissime practicatus in tot Patronatibus, Si enim subsisteret talis ratio incertitudinis, & inæqualitatis inter Patronos, usus divisionis non esset adeo frequens, nec libere admitteretur a Compatronis, neque uti prudens, ac valde rationabilis laudaretur a Doctoribus, prout quam maxime commendatur a Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.*.... *n.* 64. & a Card. de Luc. *de benef. disc.* 1. *num.* 32. & pariter *ex decis.* 300. *coram Ruyas dec.* 952. *coram Cerro*, *& decis.* 174. *num.* 7. *part.* 5. *recent.* & alibi passim.

Prosequitur *Rot. de Curt. & Lambertin.* ad impugnandum *Felinum*, & opponunt, quod causa discordiarum non aperiat viam coactivæ divisioni ex eo, quod in casu earundem discordiarum inter Patronos, sit jam a Jure Canonico satis provisum *in cap.* 3. *& in cap. Cum autem de Jurepatr.* quæ ratio videtur insubsistens, quia tempore, quo edita fuit *Clem. plures de*

Jurep.

Jurepatr. provisio hæc juris Canonici jam præexistebat, & tamen ratio evitandi discordias, & uberius, seu facilius providendi Ecclesiis, seu Beneficiis vacantibus, movit ibi Summum Pontificem ad approbandam, & permittendam divisionem præsentationis per Turnum a Compatronis faciendam etiam sine Superioris Auctoritate, quæ quidem Clementina inepta, vel superflua esset juxta sensum præcitatorum Authorum, cum in casu discordiarum inter Patronos, alias esset a jure provisum. Unde quemadmodum non obstante provisione juris, ratio evitandarum discordiarum, & facilioris provisionis beneficiorum, dedit causam dispositioni ejusdem Clementinæ, ita, & eadem operatur in casu proposito, ut Patroni in casu discordiarum cogi possint Officio Superioris ad divisionem juris præsentandi per Turnum, non obstante, quod a jure Canonico, fuerit alio modo in casu discordiarum provisum.

Ulterius *Rocc. de Curte*, & *Lambertin.* pro eorum opinione allegant Regulam Juris 56. *ad reg. jur.*
22 *in 6.* quod scilicet = *In re communi potior sit conditio prohibentis* = Sed animadvertendum est, quod illa procedit secundum terminos, in quibus explicatur tam per dispositionem juris Canonici, quam juris Civilis *in l. Sabinus ff. commun. divid.* scilicet de prohibendo aliquod opus in re communi, durante Communione, quod opus insinat, & incidat in rem communem; itaut illa manere postea debeat apud Socios in Communi, etiam post innovationem resultantem ex dicto opere, ut explicat *Gloss. in l. si ædes verb. Aut interdicto sub princip.* ibi = *Sed quid est, quod dicitur prohibendi Jus esse socio, &c. solve illud esse verum, cum incidimus in Communionem* = & alia *Gloss. in l. Sabinus, verb. constat*, ubi post relatas plures fallentias dictæ Regulæ concludit ante finem ibi = *Restat ergo hæc Regula, quando incidunt in Communionem, ff. commun. divid.* = Ideoque nullo modo obstat, nec applicatur dicta Regula, quando agitur de facienda divisione Communionis, & per consequens de removendo illo fundamento, cui innititur, & ex quo resultat Jus prohibendi, in quibus terminis potius applicatur alia communis, & indubitata Juris Regula approbata, quod scilicet tam Jure Civili, quam Canonico, quilibet ex sociis rem communem habens cum alio, statim dicitur obligatus, ut consentire teneatur divisioni, quando hæc ab altero petatur, cum nemo invitus stria cogatur in communione, ut apud Urceol. *consult. forens.* 72. *num.* 8. & *seqq.* Tort. *de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 4. & Rot. *decis.* 96. *num.* 9. & *seqq. coram san. mem. Alex. VIII.* & *in Bononiens. Divisionis* 13. *Martii* 1699. §. *Neque ad suadendum, coram R. P. D. Scotto*, & *in Romana Divisionis* 11. *Januarii, coram R. P. D. dell'Olmo*; Immo nec valet pactum, aut dispositio per ultimam voluntatem de non dividendo in perpetuum *L. hoc* §. *si conveniat, ff. comm. divid.* Michalor. *de fratrib. p.* 2. *cap.* 37. *n.* 18. & *cap.* 43. *per tot.* Peregrin. *de fideic. art.* 11. *n.* 80.

Allegant etiam aliam rationem, quod scilicet Text. *in dicta Clement. Plures, de Jurepatr.* loquatur per verbum *Possint*, ibi = *Patronos ipsos inter se posse libere convenire de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando* = Indeque arguunt, quod dum Papa man-
23 davit divisionem libere fieri, excludere voluit necessitatem, & coactionem. Quæ ratio subsistere non videtur, quia dicta verba non fuerunt adjecta ad excludendam coactionem Patronorum, de qua non agitur in *dicta Clementina*; sed ad determinandam quæstionem, quæ inter Canonistas de tempore ejusdem Clementinæ vigebat super articulo; an Divisio Juris præsentandi per Turnum fieri possit per Compatronos? in quo tres erant opiniones diversæ, una scilicet *Bernardi* antiqui Canonistæ, quod ea fieri posset sine Superioris Auctoritate; Secunda, quod nullo modo liceret, & Tertia, quod posset duntaxat fieri accedente Auctoritate Superioris; quas duas tenebat *Innocentius*. Unde Clemens V. mediantibus supradictis verbis voluit quæstionem decidere juxta priorem opinionem *Bernardi*, rejectis aliis duabus *Innocentii*, adeoque usus est verbis, *possit*, & *libere* ad effectum determinandi, quod Patroni possent dividere Jus præsentandi etiam sine Superioris Auctoritate, & consensu, ut explicat ibidem *Gloss. in eadem Clem. Plures, in verb. libere*, & *in verb.* & *ut facilius ibique* Barbos. *n.* 8. Panormit. *in cap. Querimoniam, n.* 5. *de Jurepatr.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 53. *n.* 16. Tiraquell. *de primogen. q.* 17. *opin.* 5. *n.* 8. Pignarell. *consult.* 12. *n.* 62. *tom.* 5. Sanchez. *consf. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 72. *n.* 1. & Rot. *dec.* 702. *n.* 1. *cor. Dunoz. Jun.*

Æquivocavit igitur *Lambertin.* in hac ratione, & potius contrarium desumitur ex eadem Clementina, quæ in tantum non expressit Patronos cogi posse, in quantum tunc illa quæstio non erat apud Canonistas, sed si attendatur ratio, in qua fundatur Textus, evidenter assequimur Patronos cogi posse, dum pro ratione allegat ibi = *Ut facilius provideatur Ecclesiis* = Quæ ratio concludit etiam pro coactione Patronorum, & sentire videtur *Gloss. in dicta Clem. Plures*, ubi ad probandum, quod Jus præsentandi dividi possit, allegat Text. *in l.* 7. §. *cum de usufructu, ff. commun. dividun.* quæ lex loquitur de coactione ad dividendum, mediante Judicio communi dividundo.

Neque ex eo quod Clementina dedit Patronis liberam facultatem dividendi, argui valet, quod eos noluit posse cogi, siquidem novum non est in Jure, quod ex facultate alicui data aliquid libere faciendi sine Superioris auctoritate, non tollatur coactiva, si hæc alias competat, ut multis exemplis comprobari posset, & præcise in specifica materia divisionis bonorum, vel jurium communium, in qua certum est, quod Consocii, Condomini, Fratres, aliique in communione existentes habent a Lege facultatem dividendi inter se bona, vel jura communia sine aliquo Judicis Ministerio, & tamen incontrovertibile est, quod si aliquis eorum recusat dividere, compelli potest Judicis officio ad divisionem, ut habetur *in toto titulo ff.* & *C. commun. dividun.* & *famil. Erciscund.*

Reprobatis *Lambertin.* & *Rocca de Corte*; nec 24
etiam attendi merentur *Vitalin.* & alii adducti per Rotam in *Hispalen. Divisionis simultanea* §. *hinc resistente, in fin. coram R.P.D. Muto*, Quoniam Vitalin. *in dicta Clem. Plures n.* 4. & *seqq. de Jurepatr.* ex sola regula generali, quod in jure communi, melior sit conditio prohibentis, movetur ad affirmandum, quod divisio Juris præsentandi non possit fieri, nisi utroque consentiente; sed statim se declarat, ut hæc propositio intelligatur, quando nullæ adsunt, vel timentur discordiæ inter Compatronos, secus autem iis accedentibus ibi = *Non obstat lex communi dividundo.* §. *cum de Usufructu ff. communi divid. ubi fuit divisio etiam contra voluntatem alterius, vel amborum, quia ibi erant in discordia, secus quando non erant in tali discordia, ut hic*, & *sic vides, quod in casu isto unius contradictio sufficeret.* =

Berous *in cap.* 1. *num.* 77. *de Jurepatr.* lectus atque perlectus, nedum *in dicto n.* 77. sed per totam lecturam dicti capitis primi, tale quid non audet asserere, sed solum agit quæstionem, an Juspatronatus pluribus commune dividi possit quoad substantiam, vel quoad usum, seu exercitium præsentationum unde iste ponendus est ad partes.

Spada *consil.* 8. *num.* 7. *vers. nec obstat cum seqq. tom.* 3. in objecto refert tantum negativam opinionem *Lambertini*, eamque non examinat, nec approbat, sed objectum resolvit ex in applicabilitate facti, ex quo scilicet in casu suo non agebatur de divisione vocis communis inter plures: unde tanquam simplex relator contrariæ sententiæ nihil plus roboris adjicit, quam antea ei inerat.

Maranta autem *Respons.* 14. *numer.* 53. *tom.* 3. & *respons.* 29. *num.* 24. *tom.* 5. loquitur pariter in simplici casu, quo nullæ subortæ sunt discordiæ aut dissentiones inter Compatronos, in quo firmat regulam,

lam, quod unius diffenfus fufficit ad infringendam concordiam, & inter cæteros allegat auctoritatem *Vitalini*, ut fupra examinatam, unde ficuti ifte regulam limitat, & declarat in cafo, quo difcordiæ non procefferunt inter Compatronos, ita pariter intelligendus venit *Maranta*, fe fundans in dicta auctoritate, ut monet Rot. *dec.* 307. *n.* 45. *p.* 9. *dec.* 258. *num.* 7. *part.* 16. *decif.* 317. *num.* 23. *part.* 17. *decif.* 136. *numer.* 9. & *decif.* 603. *numer.* 3. *part.* 18. *recent.*

Ex his patet veriorem videri fententiam *Felini* circa cogendos Patronos etiam diffentientes ad Alternativam Juris præfentandi, quam noviffime amplectitur *R. P. D. Anfaldus in annot. ad decif.* 18. *num.* 13. & *feqq.* ubi egregie more fuo utraque opinione adducta fequitur affirmativam pro coactione Patronorum, quando adeft jufta caufa æquitatis neceffariam quodammodo reddentis divifionem.

Verum omnibus hucufque deductis non obftantibus
25 contrarium, judicavit Rot. in allegatis decifionibus *Hifpalen. divifionis fimultanea*, de quibus fupra *n.* 22. in quibus ego fcripfi, & fuccubui, nunc autem ad melius examinandam veritatem diftinguo plures cafus. Primus eft ubi agitur de Jurepatronatus laicorum, & in ifto difcordiæ Patronorum duplici modo confiderari valent, aut enim confiftunt in folita fciffura, juxta quam plures Patroni, quorum unufquifque parem vocem habet, præfentant diverfos, itaut femper contingat paritas vocum; & ifto cafu teneo cum decifionibus Rotæ, quod Patroni non poffint, aut debeant cogi ad divifionem Juris præfentandi, hodie enim in hac difcordia paffim obtinentur gratiæ pro Præfentato cum derogatione medietatis vocum in Dataria Apoftolica, & fic ceffat ratio præjudicii Ecclefiæ ob diutinam vacationem, & fubintrat favor, & intereffe Sedis Apoftolicæ, cui derogandum non eft. Immo nec Patroni patiuntur præjudicium, cum unufquifque ex eorum Præfentatis in difcordia, feu paritate vocum poffit prævenire in Dataria obtinendo gratiam derogatoriam, ut fupra, immo in paritate ifta eft locus gratificationi etiam coram Ordinario ad formam Text. *in cap. cum autem de Jurepat.* quod confiderarunt *Lambertin.* & *Rocchus de Curte locis citatis*, dicendo, quod fatis eft provifum a Jure *in dicto cap. cum autem*, maxime quia præfentari folent Confanguinei Fundatoris, vel Patronorum habentes de Jure prælationem in paritate vocum, & ulterius Patroni fupplicant quandoque pro fe ipfis, ubi Papa derogare folet Juripatronatus ex deductis fupra in *allegat.* 4. 5. & 8.

Aut vero difcordiæ confiftunt in contentionibus, fimultatibus, & fcandalis, ex quibus oriatur præjudicium Ecclefiæ, aut Patronis juxta cafum Lambertin. *de Jurepat. lib.* 2. *par.* 2. *q.* 1. *art.* 31. *num.* 6. & alios cafus fimiles, & tunc Sacri Canones *in cap.* 1. & 2. *de Jurepatr.* decreverunt, quod interdicatur Ecclefia, feu claudatur oftia, extrahantur reliquiæ, & nullo modo ibi Miffarum folemnia celebrentur, *donec illi ad concordiam redeant*, quæ concordia explicatur per DD. etiam de Alternativa præfentandi *ex allegatis fupra*, *n.* 30. addit infuper Lambertin. ubi proxime *dicto art.* 31. quod fi remedia hæc interdicendi Ecclefiam, & extrahendi reliquias non fufficiant, poteft Epifcopus recurrere ad brachium fæculare, ad Summum Pontificem, & ultimo loco ad Deum. Hinc infertur, quod Sacri Canones non coegerunt Patronos laicos ad concordiam directe, fed indirecte mediantibus fupradictis remediis, ex quo illi directe compelli non valeant, ut notat Lambertin. *lib.* 2. *p. quæft.* 4. *art.* 6. *num.* 4. *in fine fol.* 783. fed quicquid ipfe dixerit, ego non percipio, quomodo laici altercantes, & fcandala committentes ratione Jurifpatronatus, quod eft materia Ecclefiaftica, & fpirituali annexa, nequeant directe cogi ad concordiam, & alternativam Juris præfentandi, ubi hæc agnofcatur remedium fedandis contentionibus aptum juxta contingentiam facti, abfque neceffitate procedendi per tot diverticula, nempe per Interdictum Ecclefiæ, per extractionem Reliquiarum, per Brachium fæculare, & per recurfum ad Papam, neque Text. *in dicto cap.* 1. *de Jurepatr.* contradicit, fed immo ftatuendo prædicta remedia per viam pœnæ, dicitur hoc modo cogere laicos ad concordiam, licet non præcife, & directe ad hanc, vel illam fpeciem concordiæ per viam diftrictionis perfonalis, fed remedia hæc non dicuntur ftare taxativa, eo ipfo, quod juxta Lambertin. poteft recurri ad Brachium fæculare, & ad Papam; in fpecie quod vigore allegati Textus poffint Patroni compelli per Superiorem ad concordandum per Alternativam præfentationum, tenet Felin. *in dicto cap. prudentiam*, *n.* 5. *circa finem*, *de offic. delegat.* & fuperius legi poteft *numer.* 3. & probat Gonzal. *in dicto cap.* 1. *de Jurepatr. fub num.* 4. & ita refolvo quatenus tamen Alternativa juxta circunftantias Cafuum, fit remedium magis proficuum fedandis contentionibus, & fcandalis; nam alias Superioris arbitrium non erit reftrictum, quominus poffit aliis remediis aptioribus providere.

Alter cafus eft, ubi agitur de Jurepatronatus Ecclefiafticorum, & tunc indiftincte loquendo de omni genere difcordiarum cenfuit Lambertin. Ecclefiafticos Patronos cogi poffe tanquam Superiori Ecclefiaftico fubjectos tam in fpiritualibus, quam in temporalibus ad faciendam divifionem Juris præfentandi per Turnum, & Alternativam mediantibus cenfuris, feu alia perfonali diftrictione, ut legere eft *lib.* 2. *part.* 2. *qu.* 4. *art.* 6. *fol.* 782. & *feqq.* & præ cœteris *num.* 4. ibi = *dicta Clementina*, *Plures*, *cum fuis remediis loquitur folum in difcordiis Patronorum laicorum*, *quibus etiam eft provifum*, *quando nollent uti remediis dicta Clementina*, *ut recurratur ad remedia juris in cap.* 1. 2. & 3. *hujus tituli*, & *demum ut fiat devolutio ad Superiorem*, *ac fi non præfentaffent*, *ut in cap.* 2. *de fupplen. neglig. Prælator. conclufimus dicta remedia effe neceffaria in difcordiis Patronorum laicorum*; *non autem in difcordiis Patronorum Ecclefiafticorum*, *quia illi complentur per Superiorem*, &c. *In cafu noftro*: *idea in* §. & *ut facilius*, *dicta Clementina*, *Plures*, *remittitur hæc concordia in poffe Patronorum laicorum*, *qua illi directe compelli non poffunt*, *prout poffunt compelli Ecclefiaftici* = 26

Idemque repetit Lambertin. in aliis duobus locis, nempe *in lib.* 2. *part.* 2. *q.* 1. *art.* 30. *num.* 2. *in fin. fol.* 723. ubi quod non eft opus ponere Oeconomum in Ecclefia patronata propter difcordias, & lites Patronorum, fi ifti funt Ecclefiaftici, ea ratione ibi = *Quia Epifcopus poteft eos compellere*, *ut fe concordent* = & infra ibi = *Quia poteft Epifcopus eos compellere ad concordiam*; & *non requireretur conftitutio Oeconomi* = *Et eodem lib. part.* 2. *q.* 1. *art.* 31. *num.* 8. *in fin.* & *num.* 9. *fol.* 726. ibi = *Adverte ad unum iftas difcordias*, & *fcandala poffe habere locum in Patronis laicis*, & *ita videntur loqui dicta jura*, *fcilicet cap.* 1. 2. & 3. *hoc tit. quia præfupponunt hæreditates*, & *alia*, *quæ non cadunt in Patronis Ecclefiafticis*, & *fic ratione Ecclefiæ*, &c. & *ratio*, *quia poteft eos Epifcopus per cenfuras compellere*, *quæ magis timentur per ipfos*, *quam per Laicos* =

Quibus non obftat; quod vel Lambertin. talem diftinctionem inter Patronos laicos, & Ecclefiafticos non firmet, vel in omnem cafum eam faciat ad alium effectum, fcilicet ad concordiam, pro illa tantum vice difcordiarum; quodque eadem diftinctio habeat refiftentiam facti, dum paffim Patroni etiam Ecclefiaftici voluntarie dividunt inter fe exercitium Juris præfentandi prout fuadent innumera exempla plurium Cathedralium Hifpaniæ, ac Patriarchalium hic in Urbe, & fic illi quoque ficuti Laici habeant remedia *Clementina*, *Plures*, *de Jurepat.* Etenim quod Lambertin. dictam diftinctionem inter Laicos, & Ecclefiafticos non faciat, fola illius lectura convincit contrarium. Quodque eam firmet ad alium effectum, quam divifionis ufus, feu exercitii Juris præfentandi, pariter erroneum dețegitur ex verbis fuperius relatis, & magis clare *in part.* 2. *lib.* 2. *q.* 4. *art.* 6. *num.* 4. & *per tot. in eadem quæft.* 4. *feq. art.* 7. *in fin.* & fic loquitur quoad omnes effectus, &

fignan-

signanter divisionis, utque alternis vicibus Patroni præsentent.

Et demum, quod talis distinctio habeat existentiam facti, nullo modo subsistit, quia idem Lambertinus, & alii Auctores hujus distinctionis affirmant quidem remedium facultativæ divisionis Juris præsentandi, datum esse a *Clementina Plures* pro discordiis Patronorum Laicorum, qui alias a Superiore Ecclesiastico directe compelli non possunt ad concordiam, sed non negant hoc idem remedium competere Patronis Ecclesiasticis, quinimmo hoc etiam admittunt, ut patet ex superius relatis verbis Lambertini directis in Patronos Ecclesiasticos.

Ratio differentiæ inter Laicos, & Ecclesiasticos Patronos, ut superius dictum est, consistitur in eo, quod illi non possunt compelli ad concordiam per Superiorem Ecclesiasticum, nisi indirecte, & ideo illis aliter provisum fuit, vel scilicet mediante facultativa, & libera divisione præsentationum per Turnos, aut per annos, de qua *in dicta Clementina Plures, de Jurep.* vel quatenus nollent uti dicto remedio Clementinæ possent indirecte compelli per interdictum Ecclesiæ, ablationem Reliquiarum Ecclesiæ, & alia, de quibus agitur *in cap. 1. & 2. de Jurepat.* & demum ut fiat devolutio beneficii ad Superiorem perinde ac si illi non præsentassent, ut *in cap. 2. de supplen. neglig. Prælat.* ut bene advertit ipsemet Lambertin. Auctor contrariæ opinionis *in lib. 2. part. 2. q. 1. art. 31. & ultim. num. 9. vers. sic adverte ad unum, & q. 4. art. 6. fol. mihi 783. n. 4.* & Piringh. *in Decretal. lib. 3. tit. 38. sect. 3. n. 52. & 51.* Patroni vero Ecclesiastici utpote Superiori Ecclesiastico subjecti possunt per eum directe compelli ad concordiam, ut bene se explicat idem Lambertin. *in dicto lib. 2. par. 2. q. 4. art. 6. num. 4.* ibi = *Conclusimus dicta remedia esse necessaria in discordiis Patronorum Laicorum, non autem in discordiis Patronorum Ecclesiasticorum, quia hi compelluntur per Superiorem = Et tamen quod ipsi sicut Laici habeant, & pariter exerceant hoc remedium extraordinarium, non inducit resistentiam facti quoad distinctionem inter ipsos, & Laicos consistentem in coactione, quæ datur in Ecclesiasticis ad differentiam Laicorum; nam quidquid sponte fieri solet de facto ab Ecclesiasticis, non excludit, quin etiam coacte fieri possit in casu dissensus ex probatis supra n. 23. in fine.*

Minusque adversatur interesse Superioris, seu Datariæ Apostolicæ, quæ scissis in discordia votis Patronorum in partes æquales, potest conferre mediante
27 gratia, de qua dicetur infra *num. 29.* vel si propter discordias in termino facta non fuerit valida præsentatio, potest jure devoluto providere. Etenim verum tunc interesse Datariæ Apostolicæ attenditur, quando directe, & primario actus tendit in ejus præjudicium; secus autem quando Divisio Præsentationis principaliter, & primario tendit ad parandam, & introducendam Pacem, necnon ad evitandas discordias inter compatronos, nullamque infert pactionem directe illativam præjudicii Sedis Apostolicæ; hoc enim casu licet ex hac divisione præsentationis per Turnum sequatur aliquod secundario eventuale præjudicium Datariæ, non attenditur de Jure, nec impedit, quin divisio alias facienda non fiat, ut in omni materia docet Gloss. magistralis *in cap. Quamvis de pact. in 6.* & ibi Geminian. & Peregrin. *de Fideic. articul. 37. numer. 25.* & Salgad. *de Reg. Protect. part. 4. capit. 14. a numer. 15. cum pluribus seqq.* Et in nostris terminis admisit S. Rot. *in decis. 179. sub num. 3. §. non obstat, quod hoc præjudicium, coram Millino.*

28 Tum quia Sanctissimæ menti Summorum Pontificum non convenit exageratum præjudicium eventuale, & bursale Datariæ, sed magis congruit publica utilitas, ac publicum bonum communis quietis, ac pacis, adeout sine ullo dubio illum super hoc interrogatum idem responsum esse daturum credimus, quod more piorum Principum dedit Imperator Justinianus *in l. final. C. de caducis tollen.* dicens = *Quod communiter omnibus prodest, hoc privatæ nostræ utilitati præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum imperialiter existimantes* = Et de simili responso Alphonsi Hispaniarum Regis testatus Salgad. *de supplicat. ad Sanctissimum p. 1. c. 5. n. 15. fol. mihi 87.*

Idque pium, ac laudabile propositum in omnibus Antecessoribus Pontificibus constans, ac perpetuum fuisse demonstrat, nedum Pontificia Constitutio in legem redacta, & in corpore Juris inclusa, nimirum supradicta *Clement. Plures de Jurep.* in qua fa. me. Clemens V. nulla habita ratione ejusdem interesse, seu commodi, quod resultare posset Sedi Apostolicæ ob continuas, & fere semper contingibiles discordias plurium Compatronorum, pie, ac provide consulens Ecclesiarum, ac Beneficiorum provisionibus, decrevit Patronos ipsos inter se posse libere convenire de Rectore, ab eis alternis vicibus præsentando, ut ibidem habetur, sed etiam clarius id comprobant innumera fere exempla Alternativarum, & Turnorum inter Compatronos, quæ fieri non potuissent ab illis etiam libere, & sponte sua, si fuissent actus præjudiciales Sedi Apostolicæ; quibus non contrariatur *Decisio 179. coram Millino*, quia disputat casum a præsenti omnino extraneum; An scilicet concordia inter Episcopum, & Capitulum præjudicet reservationibus Apostolicis, quando a Papa non est confirmata pure, ac simpliciter, sed cum præservatione dictarum Reservationum, enorrarium dicendo, si fuisset pure, & simpliciter confirmata, & admittendo præjudicium non esse attendendum, ubi venit in consequentiam, ut legere est *sub n. 3.*

Ego autem quoad Patronos Ecclesiasticos eodem modo judicandum puto, ac quoad Laicos, aut enim agitur de discordia paritatis vocum, & hæc causam non præbet coactivæ divisioni Juris præsentandi, quia nullatenus præjudicat Patronis, dum præsentati possint coram Ordinario obtinere gratificationem, aut 29
Papa, qui non solet in Jurepatronatus Ecclesiastico dare gratiam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, potest attenta discordia etiam durante termino gratificare unum ex præsentatis, seu illi conferre per viam concursus, licet possit etiam conferre tertio, cum in hujusmodi Jurepatronatus provideat Jure suo independenter a Patronis, & sine necessitate derogationis; ut firmavi *Discept. Eccles. 4. num. 40. & Discept. 3. num. 7. & sub num. 8. in fin.* Rebuff. *in prax. Benef. part. 3. signat. in verb. nec non Jurispatronatus num. 6.* Immo in terminis Jurispatronatus mixti Clericorum, & Laicorum, stante præsentatione de duobus æqualiter facta per Patronos in discordia, dari posse in favorem Tertii provisionem Apostolicam cum derogatione Jurispatronatus, firmavit Rot. *in Mediolanen. Cappellaniæ, coram Corduba, apud Garz. de benef. part. 4. cap. 3. n. 14.* ubi censuit non obstare, quod præsentatus a medietate Patronorum possit institui ab Episcopo per gratificationem, & sequitur Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 51. num. 55.* Aut agitur de discordiis alterius generis, nempe scandalis, violentiis, & contentionibus, de quibus supra *sub n. 25. vers. aut vero*; & sicut quoad Patronos Laicos, ita & multo magis quo ad Ecclesiasticos, Superior poterit, ac debebit ordinare provisionem Jurispræsentandi juxta Text. *in l. Æquissimum, ff. de usufruct.* ibi = *Cur enim ad pugnam procedere patiatur Prætor, quos potest Jurisdictione sua componere* = Licet enim ad officium Judicis tantum spectet concordiam inter partes suadere, non autem imperrare, *cap. final. de transact.* tamen potest etiam cogere, quando consulitur bono publico quietis, & ne Respublica litibus turbetur punctualissime Gloss. *in dicta l. Æquissimum in verb. Jurisdictione sua* hæc ait = *Potestas, & Judex possunt cogere litigatores ad pacem, & transactionem faciendam, causa dirimendarum litium* = Quæ conclusio maxime procedit in Ecclesiasticis, ut *in Can. discordantes, dist. 9.* ibi = *Discordantes Clericos, Episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat* = *Et in Can. studendum, dist. 90. gloss. in Can. placuit, eadem dist. 90.* ibi = *Judex cogat eos ad concordiam, &c.* = *& in cap. inter dile-*

ctum

Ilum 16. *de elect.* ibi = *Ad componendum cepit invicem* = Menoch. *de arbitr. cas.* 442. *num.* 2. *lib.* 2. *centur.* 5. Borell. *de compromiss.* §. 2. *gloss.* 5. *num.* 3. Felin. *in rubr. de tregua, & pace numer.* 5. 6. & 7. Molin. *de Primogen. Hispan. lib.* 4. *capit.* 9. *num.* 30. Barbos. *de Potest. Episcop. allegat.* 79. *num.* 8. & 9. Valeron. *de transact. in proœm. num.* 29. & Urceol. *eodem tract. quæst.* 64. *num.* 6. Penia *decis.* 72. *num.* 2. Merlin. *decis.* 678. *num.* 8. & *in Majoricen. Pensionis* 28. *Martii* 1689. §. 1. *coram bon. me. Emerix.* Ideoque tengo in omnibus, & per omnia prout superius dictum, & distinctum est etiam in Jurepatronatus mixto Clericorum, & Laicorum, in quo tamen difficilius inclinabitur ad divisionem per Turnum propter consequentiam præjudicialem Patrono Ecclesiastico, juxta illam opinionem, quod diviso exercitio Juris præsentandi, si Beneficium vacat in mense reservato, quando Turnus spectat ad Ecclesiasticum, collatio vigore regulæ reservatoriæ pertinet ad Papam, quæ cæteroquin ad ipsum non pertineret non facta divisione per Turnum, ut per Rot. *coram R. P. D. Ansald. dec.* 9. *n.* 29. & 30. *in Aprutina beneficii* 19. *Junii* 1705. §. *verum*; *coram R. P. D. Scotto.*

Prosequendo materiam quæro an Patroni etiam inviti possint compelli ad Alternativam; exempli gra-
30 tia, quando Juspatronatus pro medietate spectaret ad Familiam, & pro alia medietate ad homines, seu Parochianos Rectoriæ patronalis; ubi stante recursu ad Sedem Apostolicam ad effectum reportandi gratiam pro præsentato cum derogatione alterius medietatis vocum, succedit, quod hæc gratia semper cadat favore præsentati per familiam, cujus Patroni statim præsentare possunt, præveniendo præsentationem Populi, seu Parochianorum, quæ statim fieri non potest, sed requirit tempus; quia omnes homines debent collegialiter uniri, prævia licentia Principis; breviter dico, quod hæc causa non subsistit, nec ullum considerari valet præjudicium Communitati Hominum, quia ad effectum reportandi gratiam pro præsentato, non requiritur, quod procedat præsentatio, sed potest statim impetrari gratia, & satis est, quod præsentatio postea quandocunque superveniat intra quadrimestre, ut apud me *Discept. Eccles.* 22. *n.* 45. & in hoc *tract. alleg.* 14. *n.* 23. & pari modo non subsisteret assertum præjudicium, si unus ex patronis degeret in loco beneficii, qui semper præveniret in obtinenda gratia pro præsentato ad exclusionem Compatroni degentis in partibus remotis, & tardam scientiam habentis de vacatione beneficii, iste enim potest sibi præcavere tenendo Procuratorem in loco Beneficii cum Mandato generali ad præsentandum in genere in casu vacationis, & obtinendam gratiam pro præsentato.

31 Ulterius dubitari potest, quod opinio Lambertin. pro ineunda Alternativa voluntaria requirentis consensum omnium Patronorum, procedat in casu plurium hæredum, secus ubi Juspatronatus pertinet ad universam familiam, ubi, videtur sufficere consensus majoris partis, eo quia tale Juspatronatus regulatur ad instar Collegii, & Capituli, ubi major pars absorbet minorem, eoque magis quando ut hic tractatur de actu utili. Hæc prima ratio quod in pertinentibus ad familiam per modum Collegii sufficiat major pars, non procedit ubi tractatur de Actibus voluntariis *decis.* 224. *num.* 24. *part.* 16. *recent.* Fagnan. *in capit. Cum dilectus, num.* 48. *de consuetud.* Secunda ratio Actus utilis procedit respectu Ecclesiæ, cui facilius providetur juxta *Clement. Plures* §. *& ut facilius, de Jurepatr.* Sed respectu ipsorum Patronorum actus dicendus est nec utilis, nec inutilis sed tantum prudentialis, & non damnosus, præscindendo enim a casibus diuturnæ litis præexistentis inter Compatronos super pertinentia, ubi postea se concordarent per viam Alternativæ, seu Turni, necnon alterius justæ causæ, quæ actum redderet utilem, eo restringendo discursum ad actum mere voluntarium nec utilitas, nec inutilitas considerari valet in Turno, quia licet ex una parte Patronus se utum reddat præsentandi cum effectu in suo Turno, de quo incertus est manendo in communione, ex altera tamen parte prolongat sibi vacationes perdendo semper unam ex illis in Turno assignatam alteri Compatrono, quando tamen stando in communione exercitii Jurispræsentandi, habendo medietatem vocum potest consequi majorem utilitatem in pluribus casibus. Etenim præsentando in omni vacatione, potest obtinere beneficium pro suo præsentato, veluti si Compatronus aut præsentare negligat, aut præsentet incapacem, aut si illum præveniat in Dataria Apostolica obtinendo solitam gratiam pro præsentato, vel si præsentet consanguineum, vel digniorem cui debetur gratificatio in paritate vocum coram Ordinario. Sed quia hæc omnia sunt eventualia, & communia tam pro uno, quam altero Patrono, & unicuique illorum possunt prodesse, & obesse respective, prudens consilium est ad evitandas has vicissitudines, assecutare sibi Jus præsentandi per Turnum; & propterea actus erit prudens, & non damnosus, non tamen proprie dici poterit utilis, quia nemo ex Patronis meliorat conditionem suam, Turricell. *de union. c.* 16. *n.* 10. Card. de Luc. *de alien. disc.* 1. *n.* 45. Rot. *dec.* 319. *n.* 11. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Proinde non recedas ab opinione, quod requiratur omnium Patronorum consensus juxta Lambertinum, & Rotam *in dicta Hispalen. divisionis simultanea coram bo. mem. Muto, & R. P. D. Priolo*; quia non applicatur primum suppositum, quod Juspatronatus familiare reputetur ad instar Collegii; hoc enim procedit ad effectum præsentandi in capita, & computandi voces tam remotiorum, quam proximiorum, non autem ad alios effectus, scilicet quod pertineat ad Universitatem, dum pertinet ad singulos jure proprio, nec tenentur præsentare collegialiter, signum evidens, quod non sit collegiale. Ut enim inferet conclusio, necesse est, quod actus pertineat ad Universos, non ad singulos, quemadmodum firmavit Rot. *in Florentina Jurispatronatus de Riccasolis* 10. *Martii* 1603. *coram Card. Lancelotto apud* Vivian. *de Jurepat. lib.* 4. *cap.* 1. *post n.* 71. §. *non obstat quod cum in istis* Gratian. *discept.* 521. *n.* 45. & *seqq.* ut in puncto, quod non attendatur actus utilis, sed requiratur necessarius in pertinentibus ad singulos Cerr. *decis.* 517. *num.* 5. Quodque ea, quæ pertinent ad privatum interesse singulorum, requirat consensum omnium, & singulorum, nemine excepto, ait Rot. *in Castellana validitatis concordiæ, seu Bipartita* 12. *Januarii* 1701. §. *sicut etiam, coram Reverendiss. Molines D. Decano*; & in specie Bicchius *decision.* 273. *numero* 19.

Hinc in Jurepatronatus familiari major pars dicitur comparative ad minorem, ut ex decem vocibus, si tres præsentent unum, tres alium, habens quatuor voces, dicitur habere majorem partem, secus in Collegialibus, & Universitatibus, ubi major pars dicitur respective ad totum Collegium, ut distinguit Panormit. *in cap. Ecclesia vestra* 48. *de elect. num* 4. *cum duob. seqq.* Lambertin. *lib.* 1. *par.* 3. *q.* 4. *art.* 2. *num.* 2. *fol.* 935. Rot. *in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. §. *sane cum seqq. coram Reverendiss. Molines Decano.* Hinc Juspatronatus spectans ad Collegium aliquibus extinctis, accrescit ipsi Collegio, spectans autem ad familiam potest pro parte remanere in familia, & pro parte fieri hæreditarium, si in una linea, aut remo generatio defecerit, ut apud me *Discept. Eccles.* 33. *num.* 2. Rot. *in Imol. Jurispat.* 27. *Januar.* 1710. §. *final. coram R. P. D. Lancetta*; alias differentias omitto tanquam in re clara; Occurrit etiam quæstio, an spectantia Jurepatronatus duabus, seu tribus distinctis Familiis unicuique pro sua rata, seu uni familiæ, & Confraternitati, seu Ecclesiæ, aut alteri Loco Pio, possit una familia inter se devenire ad Alternativam, seu Turnum absque consensu alterius aut familiæ, aut loci pii, vel potius omnium consensus requiratur, in quo articulo Spada *cons.* 8. *tom.* 3. censuit vali-

validam fuisse alternativam inter Patronos unius familiæ habentis medietatem Jurispatronatus absque consensu Confraternitatis Patronæ pro alia medietate, pro qua opinione facit ratio, quod non videtur amplius agi de re communi propter divisionem Jurispatronatus in duobus distinctis corporibus, quod operatur, ac si essent duo distincti. Patronatus, ut ait Rota *coram Benincas. decis.* 90. *n.* 16. Royas *dec.* 446. *num.* 10. *&* *in rec. dec.* 667. *num.* 14. *part.* 18. Ego de hac opinione graviter dubito, quia licet exercitium Jurispatronatus sit divisum, ejus tamen substantia, seu proprietas est indivisa, & manet insolidum penes omnes, ut me scribente dixit Rot. *in Landen. Canonicatus 3. Martii* 1697. *§. individuitas, coram Eminentissimo Tremoille*, ob quam rationem omnes Patroni in exercitio Jurispræsentandi semper concurrunt veluti Consocii in re communi, itaut propter hoc præsentatio unius conservet jus, & possessionem alterius aliquando non præsentantis, ut bene me scribente decisum fuit *in Sorana Jurispatronatus* 22. *Januar.* 1712. *ita dictante coram R. P. D. Falconerio*, ubi erat casus de Jurepatronatus diviso in plures lineas, Rot. *dec.* 174. *num.* 10. *part.* 5. *recent.* ubi de Jurepatronatus spectante ad possessores octo Villarum, *& in Firmana beneficiorum* 19. *Januar.* 1711. *§. in nihilo, cor. R. P. D. Lancetta*, & datur etiam Jus accrescendi inter Compatronos, seu non decrescendi, si aliquis aut nullo modo, aut nulliter præsentat, ut in Leodien. *Beneficii* 25. *Februar.* 1707. *§. & nihilominus, cor. R. P. D. Ansaldo.* & sic militat ratio, quod in re communi omnium consensus requiritur Gloss. *in Clem. plures*, *§. & ut facilius in verb. Patronos*, ibique Zabarell. *n.* 1. *de jurepatr.* Lambertin. *dicto artic.* 36. *n.* 12.

Aggredior nunc quæstionem agitatam in Rota me scribente pro Archiepiscopo Hispalen. *coram bo. mem.*
32 *Muto*, *& R. P. D. Priolo ubi supra*, quod divisionem Collationis simultaneæ, an scilicet quando viget justa causa dissensionum inter Episcopum, & Capitulum, propter quas semper discordant in conferendo, sit locus divisioni hujus simultaneæ, & pro affirmativa opinione concludunt omnia superius deducta *num.* 4. *cum seqq.* quibus addo punctualem Doctrinam Lambertin. *de jurepatr. part.* 2. *lib.* 2. *qu.* 4. *artic* 6. *n.* 4. *& seqq. & art.* 7. *numer.* 2. *in fin. fol.* 783. *&* 784. ultra tot alias individuales Doctrinas allegatas supra *sub n.* 28. quas repetere superfluum est; & licet S. Rotæ placuerit contrariam sententiam amplecti, attamen quando revera vigent dissensiones, & discordiæ inter Capitulum, & Prælatum, quibus stantibus in omni collatione discordiam, & ad invicem se impediunt, itaut provisiones semper devolvantur ad Superiorem; Ego pro coactiva divisione inclinandum censeo, dum non solum assistunt in hoc puncto Doctrinæ speciales, & contradictorem non habentes; contradictores enim loquuntur in alio articulo divisionis Jurispræsentandi, non autem collationis simultaneæ; sed etiam major ratio militat pro divisione simultaneæ, quam Jurispræsentandi, reflectendo, quod illa est grande frænum Episcoporum in materia Justitiæ, qui ut plurimum desiderando conferre beneficia personis sibi placitis, coguntur dependere ad eorum Capitulis ad effectum reportandi eorum consensum in Collatione beneficiorum, quo fine Prælati (utinam non succederet) ut conservent Capitula sibi grata, relaxant habenas in materia Justitiæ, & conniventibus oculis multos abusus Capituli, & Canonicorum, & multa præjudicia Ecclesiæ, tollerare coguntur, ut possint conferre beneficia propriis consanguineis, aliisque bene visis, ut consideravi *Discept. Eccles.* 4. *sub n.* 41. nam donec Episcopi claudunt oculos corruptelis, & abusibus Capituli, & Canonicorum, seu aliorum ab eis dependentium, ab eodem Capitulo exigunt cum summa pace consensum in collatione simultanea, ubi vero incipiunt contradicere malefactis, & inconvenientibus, aut Jura Dignitatis Episcopalis defendere volunt contra Capitulum, & desuper introducuntur, & pendent lites, jam sperare non valent in ulla collatione consensum Capituli; Unde in hoc themate sequi non possum opinionem Rotæ *in dicta Hispalen. Divisionis simultaneæ, de qua supra*; quia saltem non perpetuo, sed durantibus tantum litibus, & dissentionibus inter Episcopum, & Capitulum, & sic ad tempus ordinari deberet divisio simultaneæ.

Iterum redeundo ad materiam Turnorum inter Patronos dico, quod sicut Turnus fieri potest Bipartitus inter duos, ut una vice unus, & altera alter præsentet, ita etiam potest fieri inter tres, & quatuor tripartitus, & quadripartitus. Hic autem Turnus non dicitur consumptus si in aliqua vacatione ubi Juspræsentandi spectaret ad unum, concurrerent ad præsentandum etiam alii, quibus illa vice non spectaret Juspræsentandi juxta legem Turni, qui propterea illa vice remaneret suspensus, ut ego scripsi *Discept. Eccl.* 53. *num.* 20. ut enim actus dicatur factus vigore Turni, necesse est, ut secundum illius naturam, & formam fuerit factus, non autem præter, vel contra Rot. *decis.* 262. *num.* 1. *part.* 2. *divers. & dec.* 29. *n.* 59. *part.* 7. *recent.* non valeret autem Turnus factus inter duos, vel tres veluti unicos Patronos, si adesset alter, qui fuisset præteritus, & relamaret ipse, vel ejus successores ob falsum præsuppositum, & ex defectu consensus illius præteriti. Habui casum cujusdam Turni, ubi conventum fuerat, quod in illa vice, qua spectabat Turnus ad unum, iste teneretur præsentare Compatronum, qui non habebat Turnum, & sic vicissim quando Turnus spectabat ad alium, quod pactum non valere respondi absque Beneplacito Apostolico, juxta firmata *in dec.* 56. *coram Duran.* & idem procedit in pacto, quod Turnarius teneatur præsentare Clericum sibi benevisum sub reservatione Pensionis favore alterius Compatroni, quia illa vice non habet Turnum, & sic vicissim in perpetuum.

Affinis huic materiæ est illa divisionum inter Regulares, quæ practicantur per Alternativas Bipartitas, tripartitas, & quadripartitas ex justa causa tollendi factiones in Religionibus, ad quem effectum subjicio quæstionem agitatam *in Castellane validitatis concordiæ, seu bipartitæ* per diversa Urbis Tribunalia, signanter in S. Congregatione Episcoporum; deinde cum Voto Rotæ, & demum in Congregatione particulari trium Eminentissimorum Cardinalium, Acciajoli, Spinolæ, & Panciatici, cumque disputaretur in Rota super dubio = *An transactio, seu Bibartita sustineatur, itaut Brevia Apostolica sint exequenda* = Pro negativa resolutione; quam obtinui, ita scribebam.

Quoad primam partem Dubii respondendum spectante Transactionem, seu Bipartitam non substineri; Cum enim hujusmodi Transactio nullam habeat formam, aut substantiam contractus; sed imo omnibus ejus partibus intrinsece examinantis convincatur laborare multiplici vitio, scilicet Nullitate, injusti- 33
tia, læsione, fallacia, & dolo; consequens est, ut ea substineri non possit, ut generaliter Text. *in l.* 1. *§. si quis ita ff. de verb. oblig. & leg. prim. §. cum qui, ff. de constit. pecun.* & in his terminis transactionis Text. *in leg. qui cum Tutoribus, §. qui per fallaciam, ff. de transact. & in l. transactio cod. eodem.* Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 1. *num.* 27. Rot. *decis.* 12. *n.* 3. *& decis.* 331. *n.* 16. *part.* 17. *rec.*

Incipiendo a nullitate, hæc esse non potest eviden- 34
tior, quippe cum statuere Bipartitam in Religionibus sit actus nedum jurisdictionalis, sed etiam præjudicialis, tanquam concernens interesse, & præjudicium commune omnium Nationum Regularium, dum juxta illam Dignitates, & Officia Religionis omnibus indifferenter communia, scisso Corpore Societatis Regularis, dividuntur, & distribuuntur inter certas nationes hinc inde, & consequenter est actus gravis tangens interessa omnium, & tendens contra dispositionem Juris, ut communiter asserunt Petrus de Baisio *in director. part.* 3. *cap.* 35. *numer.* 4. Castellin. *de Elect. cap.* 1. *num.* 36. Passerin. *eodem tract. capit.* 2. *num.* 60. Rot. *dec.* 65. *numer.* 4. *part.* 1. *recent.* Murga *in Constit. Apostolic. dec.* 19. *n.* 5. *& seqq. & decis.* 29. *n.* 11.

Idcirco communis Theorica Scribentium est, ut pro validitate hujusmodi Bipartitæ, & divisionis Dignitatum, & Officiorum inter Nationes, quatuor requisita copulative concurrere debeant, nempe *Justa*

Causa; prout est illa tollendi factiones pro bono pacis; *Auctoritas Capituli Generalis*; cujus est Jurisdictio statuendi Leges, quæ concernunt gubernium Religionis; *Consensus omnium Nationum*; quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari; *Beneplacitum denique Sedis Apostolicæ*; quia lædit Jus commune; ut relatis omnibus his requisitis firmat Passerin. *de elect. cap. 2. n. 60. & 61.* & Sanct. Ubald. *in quodlibet Regular. quodlibet 12. dub. 10. numer. 1267. versic. quia tamen*, Reggius *de Regim. Regular. dub. 26. conclus. 2.* Capon. *discept. 49. num. 1. tom. 1.* Brunn Neusser. *in Polyanth. Theolog. Canonic. disput. 120. qu. 1. §. altrib. num. 4.* Card. de Luc. *de Regular. decis. 3. num. 10. in fine*, A Spiritu Sancto *in director. Regular. tract. 5. disput. 2. sect. 5. numer. 95.* & firmat decisio hujus causæ *super aperitione Oris 19. Novembris 1703. §. incipiendo, circa finem, coram Reverendiss. Domino Decano*.

In præsenti excepto primo, vel ultimo requisito, scilicet justa caosa, & Beneplacito Sedis Apostolicæ, quæ materialiter tamen, non formaliter intervenerunt, ut inferius dicetur; alia duo requisita totaliter deficiunt, & quidem deficit Auctoritas Capituli Generalis, dum Bipartita fuit sponte, & affectate cooordata per septem Patres Definitorii ad alium effectum coadunari solitii, & celebrari anno 1699. lite jam pendente in Curia super modo distribuendi Officia, & Dignitates inter Nationes Castellæ Veteris, & Novæ invicem altercantes coram Sac. Congregatione particulari, ideoque nullitas hujus Bipartitæ est 36 evidens tanquam non facta ab habente legitimam Auctoritatem, prout talem Auctoritatem residere penes solum Capitulum Generale, dicunt Fagnan. *in c. cum dilectus n. 37. de consuet.* Donat. *in prax. Regul. tom. 2. tit. de elect. q. 32. n. 3.* A S. Ubald. *dicto quodlibet 12. dub. 10. n. 1867. vers. cum apud nos*, Passerin. *de elect. dicto. c. 2. n. 60. & 61.*

Eo fortius carebat Definitorium hujusmodi Auctoritate, quando usque de anno 1662. tractata fuerat hujusmodi Bipartita per Generalem una cum viginti Religiosis ad hunc effectum specialiter convocatis, & propter discordiam fuerat remissa ad Capitulum generale ejusdem anni 1662. indeque ob negotium in dicto Capitulo non tractatum lis fuerat introducta in S. Congregatione particulari de anno 1668. quæ hanc Bipartitam de dicto anno 1662. promotam remisit examinandam a Capitulo generali directis Litteris ad Episcopum Vallisolletanum, ut assisteret Capitulo, & cognosceret una cum cæteris Capitularibus super Justitia, vel injustitia Bipartitæ; & adhuc ea concludi non potuit ob discrepantiam vocalium utriusque Nationis tam Castellæ Veteris, & Novæ, ibi = *Quia Capitulares prædicti in Votis fuerunt descrepantes, &c. nihil tamen ad effectum deduci potuit, quia neutra partium suis prætensionibus cedere volebat* = ut legitur in Brevi san. me. Clementis IX.

Hoc enim casu innegabile est, quod Definitorium ex septem Patribus compositum, & ad alium effectum convocatum, nullatenus habuerit auctoritatem decernendi hanc eandem Bipartitam, quæ concludi non valuit in Congressu extraordinario anni 1662. ad hunc effectum congregato, & quæ specialiter remissa fuerat ad Capitulum Generale; & quam idem Capitulum Generale concordare, & acceptare nolucrat ob discrepantiam votorum, cum nequeat Definitorium stabilire ea, quæ fuerant Capitulo generali 37 reservata, eoque minus, quæ ab eodem fuerunt rejecta, aut non conclusa ob scissuram votorum, ut in puncto considerat a Sancto Ubald. *quodlibet 12. dub. 21. numer. 356.* Bordon. *resolut. 57. num. 81. & approbat Decisio hujus causa super aperitione oris 19. Novembris 1703. §. incipiendo, coram Reverendiss. Molines Decano.*

38 Deficit etiam aliud magis essentiale Requisitum consensus omnium Religiosorum Nationalium interesse habentium; sine quo non potest in Religionibus statui Bipartita etiam per Capitulum Generale, ut probant superius citati, signanter Passerin. *de Elect. cap. 2. numer 60. 61. & 63. in fin.* Et iste consensus non debet esse tantum majoris Partis, sed omnium, & singulorum Nationalium, Provinciarum, & Regnorum, ea ratione, quod cum talis divisio sit actus, qui respicit privatum interesse partium, omnesque tangit uti singulos nationales; Passerin. *de Elect. cap. 30. n. 150 vers. verum*; proinde necessarius est consensus omnium, nemine discrepante, alias contradictio unius satis est ad impediendam hujusmodi Bipartitam, ut in puncto A Spiritu Sancto *director. Regul. tract. 5. disp. 2. sect. 5. n. 95.* ibi = *Si omnes Nationes annuant ad bonum Pacis* = Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 3. c. 26. n. 96. & generaliter firmant* Glos. *in c. cum omnes in verb. constitutum de constit. ubi* Innocent. *n. 3.* Bald. *num. 16.* Abb. *num. 5.* Bellamer. *n. 5. &* 8 Alex. de Nevo *n. 31.* Felin. *sub n. 18.* Bero *n. 9.* Barbos. *n. 5.* Fagnan. *n. 8. & 9.* Paris. *cons. 90. n. 18. lib. 4.* Antonell. *de Regim. Eccles. lib. 4. cap. ult. §. 1. sub n. 9.* Rota *dec. 307. n. 3. coram Cerrin. & decis. 450. numer. 13. coram Cerro, & decis. 139. num. 5. part. 14. & decis. 224. num. 25. & seq. part. 16. & in Romana Immissionis 26. Martii 1696. §. ut etiam cum seqq. coram R. P. D. Tremoille.*

In casu isto nequaquam probatur, quod omnes Religiosi Nationales hinc inde consenserint in Definitorium, ad effectum concordandi talem Bipartitam, cum hujusmodi consensus resultare debeat ex mandatis procuræ, ut agnovit congressus extraordinarius Patrum anni 1662. qui volendo decernere Bipartitam, scripserunt literam circularem ad omnes Nationes, ut darent mandata procuræ, licet hæc postea transmissa non fuerint, ut patet ex ipsa lectura concordiæ Definitorii anni 1699. ubi non legitur, nec enunciatur Nationes dedisse illi mandatum speciale ad transigendum, ideoque istud præsumi non potest tanquam quid facti, & eo ipso, 39 quod non ostenditur, præsumitur non intervenisse ad Text. *in l. Transactiones cod. de Transaction. leg. mandato generali, ff. de Procuratoribus*, Bero *cons. 76. num. 17. lib. 1.* Roland. *cons. 25. num. 11. lib. 2.* Soccin. Jun. *cons. 39. num. 8. lib. 1.* Rot. *decis. 414. num. 2. part. 2. & decis. 529. num. 1. part. 4. Recent.* Buratt. *decis. 54. num. 4. & in Colonien. Canonicatus 21. Junii 1704. § nam tritum est, coram Reverendiss. Molines Decano.*

Neque cæteroquin excogitari potest mandatum præ- 40 sumptum, tum quia in præjudicialibus, prout est actus Bipartitæ consensos, debet intervenire expressus, nec sufficit tacitus, maxime ubi agitur de Nationibus, & Universitatibus, ut docet Gloss. *in cap. concentationum in verb. sciverit de appellat. in 6.* Rocc. *disput. jur. cap. 80. n. 31.* Adden. ad Buratt. *decis. 285. num. 4. litt. A.* tum etiam quia cum lis esset contra factionem Toletanorum, seu Nationalium Castellæ novæ, qui occupaverant omnia officia, & dignitates Religionis, inverisimile prorsus est, quod Nationales Castellæ veteris consentire voluissent in Definitorium pro majori parte compositum ex ipsis Toletanis, & factionariis, quod idem fuisset, ac negotium remittere in manibus Adversariorum, eosque Judices, & arbitratores eligere, contra regulas Juris, Praxis, & Experientiæ, de quibus *in l. unica, ne quis in sua causa judicet*, ibi = *In re enim propria iniquum admodum est alicui licentiam tribuere sententiæ* = *& in l. 1. §. in propria ff. quando appellat.*

Sed tollitur omnis præsumptio consensus ex facto, ubi per contrarium probamus apertissimum dissensum, quia usque de anno 1662. tractata fuerit hujusmodi Bipartita inter Castellam veterem, & novam, & requisitis mandatis Procuræ non constat, quod ea fuerint transmissa, sed certi Religiosi tunc coadunati, & pro majori parte Toletani hanc Bipartitam concludere non potuerunt ob diversas sententias, quarum prima fuit, quod facienda esset Tripartita, non autem Bipartita; ita, & taliter quod negotium remissum fuit ad Capitulum Generale absque ulla conclusione. Cumque in Capitulo Generali tunc præsentis anni 1662. res non fuerit examinata, S. Congregatio particularis, ad quam factus fuerat recursus, Justitiam, vel Injustitiam Bipartitæ remisit cognoscendam a Capitulo Generali anno 1668. cum assistentia, & voto Episcopi Vallisoletani, & tamen hujusmodi,

Bipar-

Bipartita ibi non fuit recepta ob discrepantiam votorum; ecce igitur quod adest clarus dissensus Capituli Generalis, & sic illorum Nationalium utriusque Partis, qui ibi intervenerant = *Quia neutra partium suis prætensionibus cedere volebat* = Ergo stante hoc dissensu non potuit Definitorium ex septem Patribus compositum statuere hanc Bipartitam, quæ nunquam
41 invitis partibus decerni potest, ut inquit Passerin. *de Elect. cap.* 2. *n.* 60. ibi = *ideo non potest invitis partibus statui a quocunque Capitulo generali* = *&* *n.* 63. ibi = *Non possunt fieri hujusmodi coarctationes, nisi de partium consensu* = & S. Rota hujusmodi actum etiam per Sedem Apostolicam confirmatum annullavit in ista Congregatione S. Benedicti tanquam factum absque consensu partium ut legere est in *dec.* 65. *num.* 3. *& seq. part.* 1. *Recen.* sicuti eam explicant, & declarant Passerin. *ubi proxime num.* 60. a Sanct. Ubald. *dicto quodlibet* 2. *dub.* 10. *num.* 1267. ibi = *Locuta est ibi* Rota *de Alternativa sine partium consensu introducta* = Fagnan. *in c. cum dilectus n.* 55. *de consuetud.* Capon. *discept.* 49. *n.* 1. *tom.* 1. Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 96.

Fortius, quia in Capitulo generali non intervenerant omnes Partes interessatæ, sed tantum vocales, & Abbates Monasteriorum, qui erant pro majori parte Toletani Adversarii ob eorum factionem provisi de Abbatiis Castellæ veteris; unde si Bipartita non fuit concordata in Capitulo generali, ubi non intervenerant omnes Nationales, multo magis dicendum est, istorum consensum deesse, imo dissensum interventu-
42 rum, si requisiti fuissent, neque enim in hac materia sufficit consensus Capituli generalis, sed requiritur copulative consensus Nationum, ad quas pertinet interesse, ut firmat a Spirit. Sancto *ubi supra* ibi = *Si omnes Nationes annuant* = & explicant Passerin. *dicto cap.* 2. *num.* 6. *&* 61. ubi non requirit tantum placitum Capituli generalis, sed etiam Nationalium ibi = *Consentientibus partibus hac Alternativa statui potest a Capitulo Generali, &c. ideo si partes habeatus interesse conveniant. Capitulum generale potest hujusmodi Alternativas statuere* = A Sanct. Ubald. *dicto quodlibet* 12. *dub.* 10. *n.* 1267. ibi = *Introducta fuerit per Capitulum generale, & ex Provinciarum consensu, quo casu bene potuit statui* =

Neque advertatur, quod hanc Bipartitam usque de anno 1662. tractatam P. Mantilla assertus Procurator Nationalium Castellæ veteris petierit confirmari per Sedem Apostolicam, quia Mantilla tale quid non petiit, sed solum institit apud S. Congregationem, ut cognosceretur = *de Justitia, vel injustitia constitutionis excludentis oriundos, &c. & resolutionis factæ in Conventu habito Matriti anno* 1662. *circa divisionem dignitatum, & officiorum* = prout S. Congregatio commisit Episcopo Vallisoletano, ut præsideret in Capitulo Generali, & cognosceret *de Justitia, vel injustitia* supradictæ divisionis; & propterea dici non potest, quod Mantilla petierit confirmari simpliciter Bipartitam anni 1662. a non legitimis Partibus tractatam, minusque conclusam, sed prout de Jure cognosci.

Et in omnem casum cum Capitulum generale anni 1662. eam rejecerit, non potuisset Mantilla acceptare resolutionem Definitorii anni 1669. dum non ha-
43 bebat mandatum Procuræ speciale, prout requiritur ad acceptandam concordiam sine partium consensu statutam juxta Text. *in l. Transactiones cod. de Transact.* eoque magis quia in Breve san. me. Clement. IX. enarratur ipsum non habuisse mandatum ibi = *Procuratores utriusque partis sufficienti ad concordandum mandato destituti* = Etenim quando etiam fuisset Procurator ad litem, non tamen poterat acceptare concordiam sine mandato speciali *l. Mandato generali, ff. de Procurator,* Rota *decis.* 529. *num.* 1. *p.* 4. *tom.* 1. *Recent.*

Multo magis autem quando Mantilla non acceptavit, neque tractatum anni 1662. ut dixi, neque Concordiam Definitorii anni 1669. dum ista fuit confirmata per Papam ad solam instantiam Patris Albengozar Procuratoris Nationalium Castellæ novæ adversariorum, & cæteroquin nec minus constat, quod Mantilla habuerit mandatum ad litem, cum sponte sua, & ex suo privato interesse venerit ad Urbem, & hac occasione supplicaverit Papæ, & S. Congregationi pro remedio tollendi factiones in Religione adultas, cum etiam mandatum Procuræ ad lites non præsumatur, nisi probetur Afflict. *decis.* 345. *num.* 6. Rot. *dec.* 64. *num.* 14. *&* 15. *part.* 12. *& dec.* 362. *part.* 17. *recent. & dec.* 134. *num.* 11. *part.* 18. ubi quod nec sufficit enunciativa facta per Judicem.

Probata nullitate Bipartitæ, maxime ex defectu consensus; qui omnem concordiam destruit, accedit etiam injustitia, læsio, fallacia, & dolus, ut ex inferius dicendis dilucide patet.

Et sane injustitia, & læsio resultat, primo ex inæqualitate partium, inter quas facta fuit divisio, habito respectu ad materialem numerum Provinciarum, & Regnorum: etenim pars Castellæ veteris, de qua sunt Nationales nostri continet non solum decem inter Regna, & Provincias; Sed etiam insigne Regnum Legionis habens tres Provincias, & ulterius insignem Provinciam Guipusquæ, quod Regnum, & Provincia studiose fuerunt reticita in concordia, de qua agitur; per contrarium vero pars Castellæ novæ, in qua resident Adversarii, non continet nisi septem inter Regna, & Provincias; licet in eadem concordia inter Provincias addita fuerit Manca, & Alcaria distinctim a Regno Toletano, quando tamen istæ non sunt Provinciæ, sed simplices Regiones, & partes integrantes ipsum Regnum Toletanum, ut liquet ex Geographis, quos refert allegata *Decisio* 19. *Novembris* 1703. §. *& sic sensim in fin, coram Reverendissimo Decano.* Si igitur Concordia voluit decernere Bipartitam per Provincias, & Regna materialia; utique divisio fieri non poterat cum adeo monstruosa inæqualitate, ponendo ex una parte septem Regna, & Provincias, quot habet Castella nova; & ex alia quatuordecim, quot sunt Provinciæ,
& Regna Castellæ veteris, cum nihil magis repu- 44
gnet Justitiæ divisionis, quam inæqualitas rei dividendæ R. P. D. Zaulus *ad Statutum Faventinum rubr.* 26. *lib.* 7. *n.* 26. Rot. post Torr. *de pact. futur. success. decis.* 171. *n.* 18. *& in Bononien. Divisionis* 10. *Maii* 1697. §. *absque eo quod, coram R. P. D. Muto, & in Romana Divisionis* 11. *Januarii* 1700. §. *quin eo, post medium, cor. Magno Mediolani Cancellario,* ut observat *dicta Decisio* 19. *Novembris* 1703. §. *& sic sensim.*

Secundo crescit injustitia, & læsio, ex quo ultra inæqualitatem materialium Provinciarum, & Regnorum, concurrit etiam inæqualitas formalis habito respectu ad Monasteria, quæ in una, ac in altera parte continebantur: contraposita enim, & æquilibrata fuit pars Castellæ novæ habens sex tantum exigua, & miserabilia Monasteria, alteri parti Castellæ veteris habentis ingentem numerum triginta sex pinguium Monasteriorum, qua inæqualitas sine dubio annullat prætensam concordiam ob enormissimam læsionem,
cum de jure hujusmodi Bipartitæ inter Regulares 45
quando urgent factiones Nationales, fieri debeant, habito respectu ad Monasteria earundem Nationum, seu ad eorum numerum, cum illa sint propria Regna, & Dominia Religiosorum, sicut inter Parochos divisio fieri solet per Domos, & familias. ad Text. *in cap.* 1. *de Parochiis,* Card. de Luc. *de Jurisdict. disc.* 19. *n.* 10. Rota *decis.* 313. *num.* 1. *part.* 13. *recent.* Et in specie probat Bulla Sanct. Memor. Pauli V. edita pro Bipartita inter Monachos Cassinenses; nec non Breve san. mem. Innocentii X. editum pro Augustinianis, quod refert præadducta *Decisio* 19. *Novembris* 1703. §. *absque eo, quod Reverendiss. Decani.*

Tertio demum resultat læsio, seu injustitia ob falsitatem Causæ finalis, pro qua divisio facta fuit; si quidem præsupposito in facto, quod usque de anno 1650. insurrexit factio, & prædominium Nationalium Manchæ, & Alcariæ, qui sunt Toletani, & qui cum tota parte Castellæ novæ non habent, nisi sex Monasteria, quæ factio, & prædominium consistebat in eo, quod ipsi occupaverant Generalatum, & omnes Abbatias, & Officia Religionis, excreto eorum numero ad tantam quantitatem, ut cum sex Monasteriis adæquarent numerum Nationalium nostrorum,

Castellæ veteris habentium triginta sex Monasteria, super quo facto nulla hodie cadit difficultas, tanquam probato ex confessione Adversariorum in congressu extraordinario anni 1662. nec non ex recursibus Mantillæ, ac restrictu R. P. D. Fagnani exadverso productis, & ex ipso Brevi san. me. Clementis IX.

Definitorium Anni 1669. falso asseruit, quod Bipartita inter Castellam veterem, & novam esset remedium tollendi factiones, & pacem stabiliendi inter Nationes, quando erat Petra scandali, & potius conservatio, quam destructio factionis. Toletani enim Adversarii habentes sex Monasteria, per Bipartitam assequendo viginti, & unam Abbatias, usurparunt sibi quindecim spectantes ad Nationales nostros Castellæ veteris, & per consequens non fuit remedium extinctivum litis inter Nationes, dum hoc modo occupabant ut prius quasi medietatem Monasteriorum Castellæ veteris, & sic dabant causam eisdem contro-
46 versiæ, quæ erant, ut nostri Castellani veteres essent præferendi in suis Abbatiis, nec excludi deberent per Adversarios alienigenas, prout de Jure communi dispositum reperitur ex traditis in puncto apud Sanct. Ubald. *quodlib. regular.* 12. *dub.* 10. *n.* 1269. Murga *in Constit. Apostolic. Constit.* 6. *n.* 352. & 359. Girag. *de Regim. Regular. p.* 3. *dub.* 2. *num.* 20. & *seqq.* Sanchez *cons. moral. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 8. *n.* 2. Barbos. *vot. decis.* 33. *conclus.* 1. *lib.* 2. & *probat. allegata decis.* 19. *Novembris* 1703. § *sed non sistit*.

Quid enim aliud erat factio, & prædominium Adversariorum, quam excrescentia numeri vocalium, cujus ratione occupabant Monasteria nostræ Castellæ veteris, excludendo ejus Nationales? Igitur pro remedio non debebat iste numerus excessivus, & per factionem excretus æquilibrari numero nostrorum Nationalium ad consequendas Abbatias, dum hoc modo ille remanebat fixatus per viam Legis scriptæ, quando tamen melius fuisset status ante Bipartitam, quia Adversarii potuissent decrescere ob insurgentiam factionis alterius novæ Nationis, quæ priorem factionem destruxisset juxta tertio humanarum vicissitudines, & fortunæ instabilis rotam, per quam omnis noster status sub perpetuo motu consistit ad Text. *in* §. *quid vero hactenus, Authent. de nupt.* & *in* §. *ut autem lex, Authent. de non alien. reb. Eccles.* & §. *Primo, Authent. Ut omnes obed. Judicib.* & *optime* Hostien. *in cap. tua nos de Consanguin.* & *Affin.*

Dupliciter ergo Bipartita peccavit, tum ex quo fovebat litem Nationalitatis, concedendo Adversariis alienigenis quindecim Abbatias privative ad nostros Nationales, in quorum Terris illæ existebant, & sic conservabat ut prius eosdem rancores, & odia inter Nationes; tum etiam quia tali medio numerus Adversariorum per factionem adauctus remanebat in suo systemate excessivo, quando debebat reperiri modus eum extenuandi, & ad suos legitimos limites reducendi, Text. *in l. comperimus C. de proxim. Sacr. Scrinior. lib.* 12. quæ omnia fuerunt contraria expressioni causæ factæ per Definitorium, quod artificiose supposuit per hanc Bipartitam eradicari factionem, & cessare litem Nationalitatis, pacemque inter Religiosos perpetuam stabiliri; quando enim actus fit ex sup-
47 posito alicujus causæ finalis, eo per falsitatem corruente, corruit & dispositio, tanquam dolosa, & fraudulenta ad Text. *in l. qui cum tutoribus*, §. *qui per fallaciam, ff. de transact.* Rot. *dec.* 32. *n.* 11. *part.* 6. *dec.* 261. *num.* 9. *part.* 7. *dec.* 412. *num.* 2. & 6. *part.* 12. *recent.* & *cor. Buratt. dec.* 310. *n.* 7. & *in Fanen. Jurisdictionis* 21. *Januarii* 1704. §. *nec relevat, coram R. P. D. Scotto*.

Quod evidentius dignoscitur ex Tractatis in Congressu extraordinario anni 1662. ubi prima sententia pro remedio tollendi factionem fuit *Tripartita*, quæ realiter erat unicum remedium ad hunc finem assequendum; & licet alia opinio fuerit pro *Bipartita*, hæc tamen fuit reputata injusta, & taliter quod hujusmodi Bipartita non fuit conclusa; qui actus licet ineffectuatus, probat tamen injustitiam Bipartitæ tanquam continens confessionem Toletanorum Adversariorum, qui in eodem congressu convenerunt, & hanc Bipartitam cognoverunt non esse remedium tollendi factiones, Cyriac. *controvers.* 263. *n.* 46. *tom.* 2. De Angel. *de Confession. lib.* 2. *qu.* 1. *n.* 4. & *lib.* 3. *qu.* 12. *num.* 2. Conciol. *allegat.* 55. *n.* 49. Bicch. *dec.* 296. *n.* 3. & *decis.* 382. *n.* 25. & *in recent. decis.* 305. *num.* 6. *part.* 13.

Dignoscitur etiam, quam falsa fuerit assertio Definitorii, quod hæc Bipartita esset apta ad occurrendum malo factionis, dum in quinto capite assertæ concordiæ decrevit, quod in Capitulo Generali, unaquæque ex partibus posset excedere alteram in quatuor vocibus, qui excessus cadebat præcise in favorem Toletanorum, quorum major erat numerus circa Abbates, & Officiales, prout etiam in eorum favorem resultabat determinatio ibidem statuta, decernens officia vacata per obitum Officialium Capituli generalis durante triennio defunctorum, provideri posse in Personam Monachorum cujuscunque Nationis, & sic connumerando has voces simul cum aliis omnium Prædicatorum juxta Decretum ejusdem Definitorii, qui tunc temporis erant factionis Toletanæ, manifeste assequimur, quod hujusmodi concordia non fuit facta ad tollendum, sed ad conservandum prædominium, & factionem Monachorum Castellæ novæ, qui-
bus concedebatur totum id, super quo vertebant lites, 48
& jurgia inter Nationes contra naturam Transactionis, de qua *in l. Transactio cod. de Transact.* & contra causam finalem, propter quam concordia emanavit, Cæsar. de Grass. *decis.* 1. *de Transact.* Dec. *cons.* 350. *num.* 3. & 4. Gabriel. *cons.* 62. *n.* 3. & *seqq. lib.* 2. Barbos. *axiom.* 40. *n.* 18. Rot. *coram Buratt. decis.* 282. *n.* 8.

Hinc convincitur etiam fallacia, & dolus hujusmodi enormis concordiæ repetendo in facto, quod usque de anno 1662. hæc eadem Bipartita fuerat pertractata in Congressu extraordinario pro majori parte composito ex Toletanis adversariis, ibique fuit reputata injusta, & remissa ad Capitulum generale; inde introducta lite in S. Congregatione particulari fuit examinata de ejus ordine in Capitulo Generali anni 1668. & adhuc non fuit acceptata, quia neutra partium suis prætensionibus cedere volebat; unde Definitorium postea decernendo hanc ipsissimam Bipartitam, tanquam remedium novum, & nunquam hactenus excogitatum, & pacem allaturum in Religione, unusquisque agnoscit, quod per fallaciam decipere voluit S. Congregationem, & Summum Pontificem, si enim anno 1662. hæc Bipartita fuerat tractata, quomodo Definitorium asseruit, quod esset temperamentum novum? & si eadem Bipartita examinata in Capitulo generali non fuit acceptata ob discrepantiam votorum, quomodo Definitorium supposuit illam esse remedium extinctivum litium, & factionum, & Pacis productivum? Sicut dixit ibi = *His mediis mala ex factionibus prædictis orta cessabunt* = & ibi = *Media, quæ pro obtinenda Congregationis prædicta pace, efficacia existimamus repræsentare* = & ibi = *Nostram applicuimus intentionem, quibus Congregatio prædicta paci pristinæ restitueretur* = & ibi *nullum aliud pro his malis efficacius remedium invenire potuimus* =

Intrat ergo conclusio, quod ubi hanc Bipartitam inter Castellam veterem, & novam Capitulum generale recusavit, quod habebat voces utriusque Nationis, non potuit citra vitium enormis fallaciæ Definitorium compositum ex solis factionariis, excepto unico Campesino, eandem Bipartitam renovare, ponendo eam pro novo remedio ante oculos S. Congregationis, & Summi Pontificis, ut in puncto dixit Rot. *decis.* 130. *num.* 7. *part.* 12. *Recent.* Cæphal. *consil.* 118. *sub num.* 12. Afflict. *decis.* 280. *n.* 1. & 3. Capycius *decis.* 215. *num.* 4.

Non obstat, quod Bipartita anno 1662. tractata, eatenus effectum non habuerit, quatenus non placuit Manchis, & Alcariis, seu Toletanis, non autem Nationalibus nostris Castellæ veteris, ex quorum parte potius constet fuisse supplicatum Papæ pro Confirmatione ejusdem Bipartitæ.

Quippe ex actis Capitularibus anni 1662. licet appareat Bipartitam non placuisse aliquibus factionariis, qui in eo Congressu intervenerant, non tamen constat, quod idcirco placuerit Religiosis Castellæ veteris,

qui

qui non dederant Mandatum Procuræ ad concordandum super hac Bipartita; sed immo pauci Religiosi ibi coadunati tractarunt hujusmodi divisionem non expectatis mandatis procuræ ab ipsis petitis; Cum ergo
49 fuerit tractata Bipartita absque consensu Nationum, quidquid pauci Religiosi, uti singuli Consultores tractarunt in dicto Congressu, non potest dici, quod placuerit nostris Nationalibus, qui in illo non consenserant, Rot. *decis.* 116. *numer.* 19. *part.* 17. *recent.* sed resolvitur in merum tractatum Consultorium, qui in nulla consideratione habetur, Rota *decis.* 26. *num.* 32. *part.* 3. & *decis.* 267. *num.* 2. & *decis.* 260. *numer.* 12. *part.* 18. & *decis.* 25. *num.* 13. & *decis.* 127. *num.* 8. *part.* 5. & *decis.* 146. *num.* 19. & 20. *part.* 18. *tom.* 1. *recent.*

Idque ad evidentiam colligitur dum in Capitulo generali anni 1668. proposito Decreto Bipartitæ anni 1662. nihil fuit conclusum, ex quo neutri parti placuit ibi = *Quia neutra partium suis prætensionibus cedere volebat* = ergo non potest dici, quod Bipartita placuerit potius nostris Nationalibus, quam adversariis, sed immo hæc verba, quæ monstrant dissensum utriusque partis, præsumont, quod Bipartita fuerit solum impugnata ex parte Monachorum Castellæ veteris, quibus erat præjudicialis, non autem Adversariis Toletanis, in quorum favorem resultabat, Gloss. *in l.* 1. *in verb. liberalitatem ff. de donat.* Rot. *decis.* 274. *n.* 4. & 5. *part.* 6. & *decis.* 27. *n.* 1. & *seqq. part.* 7. & *decis.* 513. *n.* 10. & 11. *part.* 14. & *decis.* 51. *n.* 4. *part.* 16. *recent.*

Mansilla autem non petiit confirmari Bipartitam anni 1662. dum non habebat tale mandatum; cum enim illa fuerit tractata absque consensu partium, non præsumitur, quod habuisset mandatum earundem partium ad petendam illius Confirmationem, Rot. *decis.* 64. *n.* 22. *cum seqq. part.* 17. *recent.* sed simpliciter supplicavit pro remedio factionis, petendo committi Episcopo Vallisoletano, ut cognosceret in Capitulo generali de Justitia resolutionis anni 1662. & in hanc formam prodiit resolutio S. Congregationis; per quam instantiam non dicitur approbata, nec reprobata Bipartita, Rot. *decis.* 604. *n.* 20. *coram Dunozet. Jun.* & *decis.* 64. *n.* 20. & *dec.* 304. *n.* 24. *p.* 17. *recent.*

Non relevante, quod in restrictu R. P. D. Fagnani supponatur, quod Mansilla supplicaverit pro approbatione Divisionis; quia cum clare pateat Mansil-
50 lam contrarium exposuisse in Supplicatione, seu petitione; enunciativa emissa in restrictu R. P. D. Fagnani remanet erronea, nec attenditur, tanquam contra tenorem Supplicationis, *l. ut fundum ff. commun. divid. l. cum quidem* 17. *C. de fideic. libertat.* Rot. *cor. Gregor. decis.* 1. *num.* 4. *ibique Addit. n.* 7. & *in recent. dec.* 33. *n.* 11. *part.* 16.

Hinc consecutive oritur resolutio ad secundam partem dubii, *nempe Brevia Apostolica non esse exe-*
51 *quenda*, quia constat manifeste de notum subreptione, & obreptione, quæ omnem Pontificiam Concessionem evertit juxta Text. *in cap. super litteris, cap. si proponente, & in cap. si proponatis de Rescriptis*, Castrens. *consil.* 369. *n.* 3. *lib.* 2. Card. de Luc. *de Regal. disc.* 4. *n.* 11. & *de praemin. disc.* 9. *num.* 10. Rot. *cor. Ottobon. dec.* 115. *n.* 3. & *dec.* 239. *n.* 5.

Prima enim subreptio oritur ex eo, quod suppositum fuit Summo Pontifici factam fuisse concordiam per Capitulum intermedium, nemine discrepante, supplicante pro Confirmatione Patre Alpergonzat, uti Procuratore Generali Religionis, ex qua narrativa Summus Pontifex intellexit confirmare actum valide factum per Capitulum intermedium tanquam pollens auctoritate legitima faciendi similes concordias, & tanquam de consensu omnium Nationum Religionis,
52 unde cum hujusmodi suppositum corruat, etiam corruit confirmatio, quæ supponit validitatem, & legitimam præexistentiam rei confirmatæ, *Cap.* 1. *de confirmat. util. vel inutil.* Pignatell. *consult.* 71. *n.* 2. & 3. *tom.* 5. Card. de Luc. *de Regal. disc.* 172. *sub n.* 8. Gregor. *decis.* 267. & *dec.* 511. *utrobique n.* 1. & *in recent. decis.* 172. *n.* 7. & 8. *p.* 5.

Dum ergo deficit suppositum Concordiæ, quæ talis dici non potest, quando non habet legitimum consensum utriusque partis, nec auctoritatem ejus, qui concordiam facere debuit, *l.* 1. *ff. de pact.* Rot. *decis.* 391. *n.* 15. *part.* 15. & *dec.* 116. *n.* 18. *part.* 17. *recent.* per consequens deficit intentio Papæ confirmantis, qui non præsumitur voluisse confirmare Concordiam, quæ talis non erat, Bald. *in l. si falsus Cod. de furt.* Fagnan. *in cap. super litteris n.* 38. *de rescript.* Rota *coram Merlin. decis.* 18. *n.* 3. & *in Recent. decis.* 205. *num.* 5. & 6. *part.* 13. & *in Firmana Jurisdictionis* 17. *Martii* 1703. §. *Parvique refert*, *cor. Reverendissimo Decano.*

Secunda subreptio oritur, ex quo suppositum fuit divisionem fuisse æqualem per Regna, & Provincias, occultando ex parte Castellæ veteris tres Provincias in Regno Legionis existentes; nec non in aliam Provinciam Guipuscuæ, & per contrarium augendo ex parte Castellæ novæ duas Provincias nempe Manceam, & Mcariam, ponendo eas distinctas a Regno
Toletano, quando sunt partes illud integrantes, 53
quam inæqualitatem, si Papa scivisset, nequaquam concordiam confirmasset tanquam injustam, ut firmat Rot. *decis.* 53. *n.* 12. *part.* 19. & *decis.* 239. *numer.* 23. & 24. *part.* 17. *recent.* & tradit supradicta *Decisio* 19. *Novembris* 1703. §. *ut proinde Reverendiss. Decani.*

Tertia subreptio consistit in artificiosa reticentia, & occultatione Monasteriorum, quæ in una, ac altera parte existebant, cum adeo monstruosa inæqualitate. Si enim scivisset Pontifex in una parte sex, in alia vero 36. Monasteria extitisse, utique confirmationem non concessisset divisionis adeo inæqualis, ut probat dicta *Decisio* 19. *Novembris* 1703. §. *ut proinde cum seqq.* Ottobon. *dec.* 115. *n.* 3. & *dec.* 239. *n.* 5. & *in rec. decis.* 41. *n.* 6. *part.* 18. *to.* 1.

Quarta subreptio fuit expressio falsæ causæ supponendo, quod hujusmodi Bipartita esset extinctiva litium, & productiva pacis inter Nationales, quando tamen fuit petra scandali, & potius conservatio prædominii, & factionis Toletanorum, quam remedium,
ut superius probatum est, ad quod inspici principa- 54
liter debet in statuendis Bipartitis, quæ ut hic successit, aliquando potius fovent factiones, quam bonum commune promoveant, ut inquit Passerin. *de Elect. cap.* 30. *n.* 150. ibi = *Verum cum per se loquendo hujusmodi remedia faveant privato interesse partium, quæ in malis factionibus ex amore privato, & ex superbia, & ambitione dissentiunt, videndum ne potius hujusmodi Alternativæ, & divisiones faveant factionibus, quam bonum commune promoveant* = Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 102. a S. Ubald. *quodlibet reg.* 12. *dub.* 10. *n.* 1274. Cumque Papa fuerit circumventus sub hac falsa imagine pacis, concessio confirmatoria remanet nulla, tanquam ex defectu causæ principalis ad Text. *in l.* 2. & 5. *C. si contra jus, vel utilit. publ.* Rot. *decis.* 1284. *n.* 8. *coram Emerix jun.* & *in dicta decis.* 19. *Novembris* 1703. §. *praecedenter.*

Quinta subreptio fuit exponere Papæ, quod illa divisio erat temperamentum, & remedium novum, hactenus non repertum; quando erat illamet divisio tractata de anno 1662. ibi controversa, remissa ad Capitulum generale, ibique impugnata ex dissensu utriusque partis; & propterea si Papa scivisset quod concordia aliud non erat, quam discordia, nempe illa divisio, quæ erat in lite, & recusata in Capitulo generali, eam penitus rejecisset tanquam litigiosa, & impugnata, non autem pacis productiva, deceptio enim
Principis in expositionibus, & allegationibus falsis 55
necat gratiam, & ob nimiam mentientis improbitatem non dicitur gratia, sed rapina, ut ait Text. *in l.* & *si legibus Cod. si contra jus, vel util. publ.* De Ponte *de Auctor. Prorex tit.* 7 §. 9. *n.* 7 Franc. *decis.* 302. *n.* 11. Rot. *dec.* 660. *n.* 8. *cor. Bicch.* & *dec.* 186. *n.* 1. *part.* 16. *Recens.*

Denique Brevia fuisse extorta cum falsis, & artificiosis suppositis probatur ex eo (& hæc sit sexta subreptio) quod cum san. mem. Clemens IX. denegasset quod una pars posset excedere alteram in quatuor vocibus, studiose Adversarii tenuerunt in manica

ejus Breve donec a Successore Pontifice Clemente X, sub specie declarationis Brevis antecedentis obtinuerunt æqualitatem vocum restringi ad eas resultantes ex Officiis Capitularibus, non autem quoad vota perpetua, quæ competunt Magistris de numero, Prædicatoribus generalibus, & aliis, quorum voces de tempore concordiæ erant in majori numero penes adversarios, cum qua fallacia obtinuerunt majorem partem vocum, stabiliendo, non autem resecando, eorum dominium; cumque hic fuerit manifestus dolus, exinde corruit Breve Clementis X. artificiose extor-
56 tum, cum non sit declaratio illa, quæ destruit dispositionem antecedentem, Rota *decis. 84. num. 21. part. 10. & decis. 41. n. 16. p. 16. & decis. 315. num. 3. part. 17. Recent. & observat. dicta decis. 19. Novembris 1703. §. Neque obstat.*

Et omnia ista demum concluduntur ab effectu subsecuto, dum experientia teste hujusmodi Bipartita fuit scandalosa, & productiva sævitiarum, gravaminum, & oppressionum contra nostros Nationales, quæ probatio operatur, ut lex tractu temporis demonstrata iniqua & injusta, sustineri amplius non debeat tanquam redacta ad casum, a quo inchoari non debuisset ad Text. *in cap. suggestum de Decimis, & l. cum quidem ff. de Usur. & probat. D. Thomas in 1. 2. qu. 97. artic. 2. cum aliis in sæpe dicta decis. 19. Novembris 1703. §. Cæterum,*

Quibus omnibus non obstat prætensa acquiescentia nostrorum Nationalium per spatium 28. annorum ab anno 1671. usque ad motam litem de anno 1698.
57 quia urget dilemma inevitabile, quod aut Bipartita fuit ab initio injusta, & læsiva, & non potest opponi longæva illius executio, & acquiescentia, etiam concurrente Juramento, quod esse non debet vinculum iniquitatis; cum injustitia nullo tractu temporis convalescere, & sanari possit juxta Theoricam Bart. *in l. 1. num. 6. ff. de transact.* Natt. *cons. 162. n. 30. versic. propterea,* Surd. *cons. 49. numer. 32. & seqq.* Buratt. *decis. 410. n. 11.* Andreol. *controv. 284. n. 21.* Cels. *decis. 335. num. 1.* Rot. *decis. 412. num. 31. p. 16. rec.*

Aut vero divisio detecta est iniqua ex post facto, & non potest obstare observantia, quæ semper est necessaria ad dignoscendum, an lex fuerit bene facta ab initio, & produxerit effectum, ad quem emanavit juxta Text. *in c. Suggestum, de decim. & l. cum quidam ff. de Usur.* Rot. *dec. 260. n. 14. p. 19. Recen.*

Quamvis male allegetur acquiescentia, cum sit potius taciturnitas coacta ob prædominium, & præpo-
58 tentiam factionis dominantis, quæ ubi probatur, actus taciturnitatis in præjudicialibus non refertur ad consensum, sed ad terrorem, & metum, Speræll. *dec. 5. n. 85. vers. eandemque,* Rot. *cor. Seraphin. decis. 863. n. 5. & 6. & post secundum volum. consil.* Farinac. *decis. 263. num. 3.* id comprobante etiam politica animadversione, dum in promovendis rebus novis, & ingentibus Ausis contra Factionem Dominantem, nemo vult esse primus ad ostendendam frontem, & unusquisque expectat audaciam alterius, & hæc causa est negligendi, & longius pro tempore cunctandi juxta Tacit. *libr. 1. Histor.* ibi = *Multa cunctatione, & raris primorum Ordinum vocibus, cæteri silentio proximi cujusque audaciam expectantes, insita Mortalibus natura propere sequi, quæ piget inchoare* =

Ultra quod nullus datur actus approbationis nostrorum Nationalium quia solum decantatur, quod in Capitulis Generalibus vocales Castellæ veteris non reclamaverint, & tamen ista lis respicit interesse omnium Religiosorum Nationalium, qui etiam sunt extra Capitulum, & quorum consensus non adest, sed sola taciturnitas, quæ in præjudicialibus consen-
59 sum non inducit; sed requiritur consensus expressus, ut præter allegatos in dicta *dec. 19. Novembris 1703. §. non relevante,* tradunt Gratian. *discept. forens. 725. n. 11.* Cyriac. *contr. 278. num. 62.* Rocca *disput. Jur. cap. 127. num. 21.* Ubald. *dec. 360. n. 13.* Bich. *decis. 500. n. 47.* Royas *decis. 82. n. 10.* Seraphin. *dec. 991. num. 2.* Ex his obtinui victoriam in Rota pro nullitate Bipartitæ *sub die 12. Januar. 1705. coram Reverendiss. Molines Decano,* & licet postea in Congregatione particulari trium Cardinalium in diversam sententiam itum fuerit, tamen ultimo loco Sanctissimus in Signatura Gratiæ, causam avocavit ad se mediante rescripto = *Pro Avocatione causæ ad Sanctissimum, & dabitur resolutio in Camera* = Et habitis contradictoriis coram R.P.D. Corradino Auditore Sanctissimi, & olim in nostra Curia doctissimo, & celeberrimo Advocato, hujus vere constans Justitia effecit, ut Sanctissimus per Breve anno 1710. reformaverit Bipartitam, aggregando Asturianos, Rivogianos, & Montanenses Castellanis novis Adversariis, ut omnes isti gauderent medietate Abbatiarum, & Officiorum, relicta altera medietate solis Gallæcis, & Campesinis, qui erant oppressi. Causa fuit gravis & per 12. annos agitata acriter per plures Urbis Tribunalia, & habuit contradictionem magnam, ita, & taliter, quod pro simplici apertione oris oportuit obtinere in plena Signatura Gratiæ rescriptum = *pro apertione oris arbitrio S. Congregationis Episcoporum, & Regularium* = quæ congregatio licet prima vice respondisset *esse locum arbitrio;* attamen postea recessit a decisis, hinc adita iterum Signatura prædicta, hæc remisit cognitionem hanc S. Rotæ pro Voto, quæ omnibus suffragantibus resolvit = *intrare arbitrium pro apertione oris* = sed Sacra Congregatio Votum Rotale secuta non fuit, prout in aliis etiam causis practicavit, & signanter me scribente *in Cabilonen. seu Ordinis Cistercien. Jurisdictionis 23. Septembris 1707. ad relationem Eminent. D. Cardin. Casoni* id referente eadem Rota *in dicta Causa 3. Junii 1709. §. verum, coram Reverendiss. Molines Decano.* Donec eadem Signatura gratiæ prævia apertione oris remisit causam ad Rotam pro voto super meritis, quæ resolvit, ut supra *Bipartitam non sustineri.*

Non dissimilis respectu hujus materiæ est ille casus, quem habui in causa *Provinciæ Romanæ Congregationis Somaschæ Alternativæ dignitatum, & officiorum,* vertente inter Nationes ejusdem Provinciæ Romanæ scilicet inter Patres Januenses ex una parte, qui pro se ipsis occupare dicebantur omnes dignitates, & officia dictæ Provinciæ, & Patres Romanos, & Neapolitanos ex altera, qui gravati a contraria factione Januensium coacti fuerunt recurrere ad Sacram Congregationem Episcoporum Regularium, supplicando pro opportunis remediis necessariis ad extirpationem hujus factionis, componendam perpetuam Pacem, & stabiliendam Justitiam distributivam in Electionibus Dignitatum, & officiorum. In qua causa defendebam eis concedendam esse pro uno ex dictis Remediis Alternativam Electionem, seu distributionem Dignitatum, & Officiorum, scilicet Procuratoris, Generalis Provincialis, & Vocalis, motus ex sequentibus fundamentis.

Et primo quidem ex dispositione Juris communis; cum enim Officia, & Prælaturæ Regulares cadunt sub
Justitia distributiva tanquam præmia virtutum ex D. 60
Thoma 2. 2. q. 186. *art. 7. & opusc. 19. cap. 2.* & fit grande Monopolium pacis destructivum, quando Dominium Dignitatum commune pluribus restringatur ad unicam tantum Nationem, in eoque quasi jure hæreditario perpetuetur, contra ea, quæ ex Aristotele loquendo de modo conservandi pacem, tradit D. Thom. 1. 2. *qu. 105. art. 1.* ibi = *Bona ordinatio Principum est, ut omnes aliquam partem habeant in Principatu, per hoc enim conservatur pax Populi, & omnes talem Ordinationem amant, & custodiunt* = & concordat Text. *in Can. singula Ecclesiastici, dist. 89. & facit Text. in l. 1. & toto titul. Cod. de muner. & honor. non continuand. lib. 10.* ubi Amaya *latissime n. 5. & 15.* & P. Eustach. a S. Ubald. *quodlibet 12. dub. 10. n. 1208.* Et huc pertinet illud Galbæ in Oration. ad Pison. apud Tacit. *lib. 1. histor.* ibi = *Sub Tiberio, Cajo, & Claudio unius familiæ, quasi hæreditas fuimus.* =

Inde sequitur, ut si in Electionibus dictarum Dignitatum, & Officiorum Regularium concurrant factiones, & inæqualitates inter Nationes, ita ut præpotentia unius gentis impediat Justitiam distributivam inter omnes, tali casu intrat juridicum temperamentum Alternativæ distributionis Officiorum, & Dignitatum per singulas Nationes ad extirpanda odia, & conservandam pacem, quæ aliis, sine æquali

distri-

61 distributione Dignitatum in Religionibus conservari non potest, ut in hac materia est celebre, & communiter receptum Navarri *consil. 5. alias 7. de constit. lib. 1.* ubi Alternativas Officiorum Regularium existimat rationabiles ea ratione ibi = *Ne aliis detur causa superbiendi, aliis murmurandi, aliis tribuendi nimium suæ genti* = imo esse necessarias in Religionibus hujusmodi Alternativas dixit Lezzan. *oper. moral. to. 1. cap. 15. num. 21. vers. non est tamen*; & consonat Ledesma *tract. 7. concl. 7. difficult. 14.* ubi eas vocat juste institutas pro pace, & quiete; Passerin *de elect. cap. 30. num. 150. vers. hujusmodi leges*; Bruno Neusser. *in Poliamb. Theolog. Canon. disput. 120. quæst. 1. numer. 4. §. ultim.* Donat. *quæst. Regular. tom. 2. tract. 1. qu. 32. num. 1. & seqq.* Capon. *discept. 49. n. 2 tom. 1.* & latissime a S. Ubald. *dict. quodlibet 12. dub. 10. n. 1207. in fine.*

Et præcipue Castellin. *de Elect. cap. 5. n. 36.* tales Alternativas summopere extollit, & laudat dicendo ibi = *Alternativa non est contra, neque præter dispositionem Juris Canonici, & ideo passim conceditur. & inde optimos percipiunt fructus Provinciæ* = Ideoque cum in casu, de quo agitur concurrat inæqualitas, & injustitia adeo manifesta in distributione Dignitatum, & Officiorum, dum a die divisionis Provinciarum, usque in præsens per spatium 36. annorum Dignitates Generalis, Provincialis, & Procuratoris generalis semper occupatæ fuerunt a Patribus Januensibus, utique sine dubio radicitus extirpanda est talis factio, & o-
62 mnis reducenda sunt ad æqualitatem, & Justitiam distributivam, mediante temperamento Alternativæ, ut præter allegatos firmant in his terminis punctualibus Giragus *de Regimin. Regul. part. 1. dub. 25. n. 13. & part. 3. dub. 2. n. 22.* A Spirit. Sanct. *in direct. Reg. tract. 5. disp. 2. sect. 5. n. 84. & 97.* Jacob. Raggius Capuccinus *dub. 26. conclus. 2.* Passerin. *de elect. c. 30. n. 150. vers. ubi autem.*

Ultra dispositionem Juris, eandem Alternativam suadent verba, & mens Bullæ Alexandri VII. super divisione Provinciarum Congregationis Somaschæ: Quoniam Summus Pontifex motus fuit ad illas dividendas in Romanam, & Venetiarum, & Lombardiæ, & determinandam Alternativam Generalis, & Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis ex causa finali ibi = *Ut pax, & religiosa Unitas conservetur, & Dignitates, atque Officia pro meritis Personarum æqualiter distribuantur*, quæ quidem Ratio distribuendi Officia æqualiter, & conservandi pacem; si movit Papam ad concedendam Alternativam Generalatus inter Provincias, ea etiam militat, & suffragatur in casu præsenti ad effectum concedendi Alternativam inter Nationes unius Provinciæ, cui propterea videtur locus etiam secundum mentem Bullæ Alexandrinæ; nam sicut quoad totum Corpus Religionis Alternativa per Provincias existimata fuit utilis ad conservandam pacem, & Justitiam distributivam Officiorum; ita & dicendum est quoad partem hujus Corporis, ut nempe quoad singulas Provincias Alternativa per Nationes sit necessaria, ut tollantur inæqualitates, & pax conservetur inter Januenses, Romanos, & Neapolitanos ad Text. *in l. Quod de rei. C. de rei vindic.*

Rursus ad concessionem hujus Alternativæ maxime confert Decretum Capituli Generalis Congregationis Somaschæ confirmatum per Breve san. mem. Urbani VIII. ubi fuit determinatum, quod non posset eligi Generalis ex eadem Natione, ex qua fuit Antecessor; quod Decretum, & Confirmationem refert Fagnan. *in cap. cum dilectus, de consuetud. num. 9. & 66. in fin.* & repetit Nicol. *in Floscul. in verb. Alternativa num. 1. in fin.* Unde si Generalis non potest eligi ex eadem Natione, ex qua fuit Antecessor, certe nec minus eligi potest Provincialis, & Procurator Generalis semper ex eadem Natione Januensi, cum in omnibus his Dignitatibus tanquam habentibus Dominium eadem Ratio procedat, *Leg. illud ff. ad leg. Aquil. leg. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Jul. de Adulter.* Passerin. *de Elect. cap. 5. num. 20.* Rot. *decis. 386. num. 12. part. 7. recentior. & in terminis nostris* Amaya *in leg. 2. C. de muner. & honor. non continuand. lib. 10. n. 16. vers. hoc tamen.*

Accedunt prædictis quam plurima exempla omnium fere Religionum, in quibus ad obviandum 63
factionibus, & scandalis, ac servandam pacem. Electiones tam Generalium, quam Provincialium fiunt per Alternativam; ut observatur in Ordine Minorum de Observantia; apud Fratres Tertii Ordinis S. Francisci; apud Augustinianos, & apud alios, quos referunt a Sanct. Ubald. *quodlibet 12. dict. dub. 10. n. 1267.* & Passerin. *de Elect. c. 1. n. 36. & c. 11. n. 41.* Donat. *tom. 2. q. 32. n. 4. & seqq.*

Et denique concurrit punctualissimum exemplum, seu res judicata S. Congregationis novissime edita in causa *Ordinis Carmelitarum primi Instituti Provinciæ Montis Sancti Alternativa Officiorum*; Ubi cum ista Provincia contineret tres Nationes, nempe Patres Romanos, Neapolitanos, & Siculos, & in Electione Provincialis, & aliorum Officiorum prævalerent Patres Siculi, ita ut Romani, excepto tantum uno nunquam fuissent Provinciales; Supplicantibus Patribus Romanis, seu Status Ecclesiastici pro Concessione Alternativæ Provincialatus, & aliorum Officiorum; S. Congregatio respondit, *Esse locum Alternativæ sub die 13. Januarii 1696.* quæ resolutio fuit confirmata *sub die 13. Aprilis ejusdem anni.* Unde cum casus, de quo agitur, sit idem, & habeat easdem circumstantias, quæ concurrebant in dicta Causa Ordinis Carmelitarum primi Instituti, videtur eodem modo decidendus, cum prædicta resolutio faciat statum, quoad omnes casus similes, quibus eadem ratio applicari potest, ad Text. *in cap. in Causis, junct. gloss. in verb. similibus de sent. & re judic.* ubi Barbos. *nu. 3.* Monald. *cons. 13. num. 5.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsump. 1. num. 27. & cons. 59. a n. 10. & consil 80. n. 30. & consil. 671. n. 21. & consil. 676. n. 2.* Raudon. *respons. 47. num. 17. lib. 1.* Surd. *cons. 310. n. 17. & cons. 403. n. 81.* Gamma *decis. Lusitan. 174. num. 10.* Afflict. *decis. 169. n. 9.* Joseph. Ludovic. *dec. Perus. 90. n. 2. p. 2.* de Franch. *dec. 238. n. 3.*

Nec obstat objectum; quod si admitteretur hujus-
modi Alternativa Electionis Dignitatum, & Officio- 64
rum inter Nationes, cum possit contingere, quod in Natione, ad quam spectet Alternativa, non sint subjecti habiles, & idonei, daretur occasio eligendi indignos. Quia falsum est, quod in una Natione Patrum Religiosorum, non possit reperiri neque unus, qui sit idoneus, & habilis ad exercenda Officia, & Dignitates Religionis; dum hoc quasi impossibile reputavit Passerin. *de Elect. c. 2. n. 55.* ibi = *Dicitur tertio vix posse dari Casum, in quo intra genus, vel nationem nullus sit dignus* = Quod si unus reperiatur idoneus in ea Natione, hoc sufficit ad effectum, ut allegari non possit defectus eligibilium, Mirand. *in manual. to. 2. q. 12. art. 1. concl. 1. §. si vero,* A Sanct. Ubald. *dict. Quodlibet 12. dub. 10. num. 1273. versic. ita declaratur videtur,* Donat. *tom. 2. tract. 1. qu. 10. num. 13. & 14.* Lavor. *de Elect. tit. 4. cap. 21. n. 11. & 16.* Samuel. *de Elect. tract. 2. disp. 1. controvers. 4.* Quæ conclusio procedit etiamsi ex alia Natione concurrerent Religiosi digniores, adhuc enim debent eligi illi de ea Natione, ad quam spectat Alternativa, dummodo habiles, & digni; cum melius sit præficere gubernio dignos ex una Natione, quam digniores ex alia, in qua prævalent factiones, & sæpius continuatum fuit gubernium, ut considerat Passerin. *de Elect. dict. cap. 30. n. 150. vers. relictis aliis melioribus*; Jacob. Raggius Capuccin. *dub. 26. concl. 2.*

Ultra quod talis objectio, quod hodie vix inveniatur in Natione Romana, & Neapolitana unus habilis ad Officia Religionis, attendi non meretur juxta præsentem Statum, qui talis est non quidem ex natura rei, sed per accidens propter contrariam factionem, & præpotentiam alterius Nationis tendentis ad destructionem illius, mediante privatione Domus Probationis, Commoditatis studiorum; & aliis gravaminibus, & violentiis, quibus applicari potest illud perpetuo menti tenendum, quod in proposito considerat, & exclamat Peyrin. *ad Const. Minim. to. 1. tit. de Offic. subditi Regul. qu. 1. cap. 31. §. 5. vers. limitatur* ibi = *Peccatum tamen maximæ malignitatis est impossibilitare naturales per subtractionem studiorum,*

& aliorum commoditatum ad studendum requisitarum,
ne habiles fiant ad Prælaturas, & hoc modo se in pos-
sessione Prælaturæ conservare, & nihilo secius malum
est nolle ad habitum natulares recipere, & si quosdam
non nisi Amusos, ne eos jure Dominii, cum in nume-
rum, & auctoritatem creverint privare attentent, nec
scio, quomodo Generales has res supportantes possint ex-
cusari a mala administratione sui Officii, & gravissi-
ma culpa, &c. = Et propterea si defectus eligibilium
ortus est ex incongruis artificiis alterius Nationis, non
debet hoc retorqueri in damnum illius Nationis, ad
quam spectat Alternativa, cum Jura abhorreant ex do-
lo alterius, alteri præjudicium generari. *Leg. elegan-*
ter in princ. ff. de dolo, l. nec ex dolo ff. eodem, l. 3.
ff. de transact. c. audivimus de Collus. deteg.

65 Falsum quoque est, quod datetur occasio eligendi
indignos, quia Alternativa non obligat, nec servari
debet, nisi quando concurrunt digni, & habiles in
illa Natione, cui tangit Turnus electionis passive,
hæc enim conditio semper tacite intelligitur, dum-
modo ibi reperiantur idonei, ut post Teat. *in Can.*
Nullus dist. 65. Can. Satrorum, dist. 63. & Can. in
Nomine Domini, dist. 23. in specie respondet Navar.
cons. 5. num. 2. Fagnao. *in cap. Cum dilectus n. 51. &*
Mirand. *de Elect. qu. 10. art. 22. concl. 2. &* Passerin.
de Election. cap. 2. n. 48.

Minusque obstat, quod si admitteretur hujusmodi
Alternativa inter Nationes, restringeretur Libertas Ele-
ctorum, quia Libertas non restringitur, quando Ele-
ctio fieri debet de certo genere Personarum, sicut
non restringitur Electio Summi Pontificis, quæ fit
de solo cœtu Cardinalium: ut inquit a Sanct. Ubald.
quodlibet 12. dub. 10. num. 1272. Et libertas Electio-
nis potest valide coarctari ad certum genus Persona-
66 rum, justa communem opinionem, de qua per Text.
in cap. cum dilectus, de consuetud. Panorm. in cap. li-
cet, num. 12. & in cap. cum terra, num. 4. de Elect.
Samuel. *de Elect. tract. 2. conclus. 8. controv. 4. n. 31.*
Emanuel. Rodriquez *qu. regular. tom. 2. q. 51. artic.*
11. & Hieronymus Rodriquez *resolut. 58. n. 10.* Por-
tell. *in dub. Regular. in verbo Electio nu. 4.* A Spirit.
Sanct. *in direct. Regular. tract. 5. disput. 2. sect. 5. n. 83.*
Peyrin. *tom. 1. qu. 10. cap. 31. §. 8. vers. probatur.*
Donatus *tom. 2. q. 10. n. 1. & seqq. & q. 32. n. 7.*
Lavor. *de Elect. cap. 20. num. 14.* Castellin. *eodem*
tract. cap. 3. n. 13.

Nec denique adversatur, quod Alternativa non
possit concedi, quando Natio est valde restricta ex
Card. de Luc. *de Regul. disc. 3. n. 10.* quia hoc obje-
ctum tollitur in facto, & in Jure.

In Facto, quia non potest vocari restricta una Na-
tio, dum non una, sed plures Nationes simul petunt
ex una parte Alternativam, scilicet Romani uniti
cum Neapolitanis, & omnibus Nationibus Status
67 Ecclesiastici, qui constituunt in præsenti 40. Religio-
sos, qui numerus sufficit, cum in eo existant tot Sa-
cerdotes, & digni muneribus, & officiis Provincia-
lis, Procuratoris Generalis, & Vocalis; & S. Congre-
gatio similem numerum existimavit sufficientem in di-
cta causa Provinciæ Montis Sancti, & facit Passerin.
de Elect. cap. 2. num. 55. ubi solum limitat, ubi aga-
tur de Natione restrictissima, & quando Prælatura est
altissima, ut est Generalatus a S. Ubald. *d. dub. 10. n.*
1274. *in fin.* Altissima enim, & suprema Dignitas
justum est, ut provideatur per Electionem illimitatam
ex toto Corpore Reipublicæ Regularis, cum toti cor-
pori sit imperatura, & sic requirat aptitudinem ma-
gnam plus reperibilem apud omnes, quam apud pau-
cos: hinc Galba in oratione ad Pison. apud *Tacit. lib.*
1. Histor. bene dicebat, quod ipse adoptando Piso-
nem, cum eligebat ad Imperium ex tota Republica,
Antecessor autem Imperator Augustus Tiberium restri-
ctive elegerat ex domo sua ibi = *Sed Augustinus*
in domo successorem quæsivit Ego in Republica =

In Jure, quia Card. de Luca intelligitur de una
Natione restricta *regulariter*, non autem de restricta
per accidens, veluti quia in casu præsenti non abun-
dat copia Religiosorum ex aliquo accidenti causato
ex culpa P. P. Jannensium, qui semper persequuti sunt
Novitios Romanos, ut hodie ante oculos notorium
extat absurdum Novitiatus suppressi in Urbe ex incu-
ria P. Procuratoris, hoc enim casu non obstat restri-
ctio accidentalis, nec ad effectum concedendi alter-
nativam, considerandus est magnus numerus præsen-
tanens, sed solum, an sint tales Nationes, quæ regu-
lariter, & ex natura extirpatis factionibus possint, &
soleant habere numerum abundantem.

Hæc erant, quæ ad defensam R. P. Romanorum,
& Neapolitanorum in S. Congregatione deducebam;
verum infœlix causæ exitus fuit, dum S. Congregatio
hujusmodi Alternativam non admisit sub die 15. No- 68
vembris 1697. respondendo ad relationem Eminentissi-
mi D. Card. Ferrarii = *Nihil* =, & solum commit-
tendo Eminentissimo D. Card. Coloredo Visitatori,
quod curaret perfici claustrum Novitiatus in Eccle-
sia S. Nicolai ad Cæsarinas, & solum quatuor Emi-
nentissimi Votantes fuerunt pro Alternativa, vel sal-
tem pro concessione vocalium Nationalibus, qui se
dicebant oppressos, sed plene oppressionem probare
non potuerunt, quia difficile est oppressis habere pro-
bationes contra Factionem dominantem, hinc bene
advertit a Spirit. Sancto *in Decretor. tract. 5. disput.*
2. sect. 8. nu. 249. quod impossibile moraliter sit pro-
bare delictum factionum esse notorium propter infi-
nitas tergiversationes, quæ pro ejus velamine addu-
ci possunt. Quale autem, & quantum sit malum Fa-
ctionum late describunt Peyrin. *tom. 1. de offic. Præ-*
lat. Regul. qu. 2. cap. 3. §. 3. num. 19. a Spirit. Sancto
ubi proxime n. 129. & seqq. ubi quod est procuratio
inordinata proprii commodi, & propriæ utilitatis, 69
quod commune est, sibi usurpando ad exclusionem
Aliorum, & hoc detestabile monstrum habet tres
Comites; nam primo habet *Injustitiam* quia Factio-
narii solum viros suæ Factionis etiam maleficos, &
indignissimos reputant Dignitatum, & Officiorum di-
gnissimos, & quamvis omnia vitia, & scelera com-
mittant, eos semper Innocentes proclamant, & de-
fendunt; Competitores vero etiam Innocentes, & di-
gnos reputant sceleratos, & omni officio, & digni-
tate indignos. Secundo habet *Perfidiam*, quia Fa-
ctionarii adeo firmi, & stabiles sunt in suis Factio-
nibus, quod dici possit eos potius fidem negaturos,
quam partem illam, quam sequuntur, & cui addi-
cti, & fere consecrati sunt. Tertio habet *Malevo-*
lentiam, quæ continua est in mentibus talium ho-
minum; nam odia contra Competitores quasi versa
in naturam Factionariorum cordibus nutriuntur, &
exinde oriuntur invidiæ, murmurationes, ambitio-
nes, Personarum acceptiones, Religionis turbatio,
disciplinæ regularis eversio, & cætera mala, itaut
a Spirit. Sancto *ubi supra*, hunc appellat Statum ple-
num vitiis, discordiis, ac invidiis, in quo Provin-
cia aliqua castros dicitur vivere in umbra mortis
æternæ propter scelera, quæ ab ipsa factione oriun-
tur, & totum procedit ab aviditate usurpandi Di-
gnitates, & Officia Religionis, & habendi præde-
minium in illa consolendo ambitioni, & privato
commodo unius Nationis, ad oppressionem aliarum,
& sic violando bonum publicum, seu justitiam di-
stributivam, & commutativam, nec ideo absque fun-
damento in hac materia exclamat practicus Peyrin.
ubi supra dicendo ibi = *Oh Factionum Capita! oh*
incarnati Dæmones! oh Antichristi! Veh vobis, qui
peccare facitis Populum Dei = Quando autem ad 70
extirpandum hoc malum Statuta fuisset in Religio-
nibus Bipartita, quæ experientia teste, sufficiens non
fuisset ad tollendam radicem factionum, tunc habi-
to respectu ad circumstantias potest demandari Tri-
partita, & Quadripartita, quæ etiam ab initio sta-
tui possunt, & solent pro primo remedio, ut in
exemplis relatis apud Passerin. *de elect. cap. 36. num.*
32. Capon. *discept. 49. num. 14. & 15. tom. 1.* & in
Religione Camaldulensium adest Quadripartita inter
Romanos, Thuscos, Venetos, & Urbinatenses, ea
ratione, quod istæ nihil aliud sunt, quam Divisiones
inter Regulares, quæ subjectæ sunt mutationi, & Re-
formationi, prout uno, vel altero modo dignoscun-
tur proficuæ ad extirpandas Factiones, & stabilien-
dum, ne una Natio insurgat contra aliam, aut inæ-
qualiter tractetur in Officiis, & Dignitatibus secundum

Justi-

Justitiam distributivam ad Text. *in leg. majoribus*; *C. commun. utriusque Judic. versic. quod inæqualiter*, Rot. *decis.* 286. *n.* 3. *&* 9. *coram Celso*, *& in recent. decis.* 313. *n.* 12. *p.* 13.

71 Remaneret tractandum de Turnis inter Canonicos in iis Ecclesiis ubi jus conferendi est divisum per hebdomadas inter eosdem Canonicos, habui enim plures casus, in quibus scripsi, & quos fortasse in hoc opere collocabo; Breviter tantum adnotare placet in dubium venire, an prælatio in Turno debeatur ad formam Text. *in Cap. statuimus de major. & obedien.* scilicet Præsbytero supra Diaconum, & Diacono supra Canonicum Subdiaconum, & inter pares Ordine primo ordinato. Quod prioris Textus dispositio locum habeat etiam in Jure conferendi, & nominandi docuit, Innoc. *in Capit.* 1. *de major. & obed. n.* 1. 6. 9. Panorm. *n.* 2. *& idem in Cap statuimus n.* 1. contrarium vero, quod procedat in his, quæ ratione Ordinis, & Dignitatis competunt Rot. *decis.* 308. *n.* 2. *p.* 17. *rec.* Jus autem nominandi inter Canonicos non competit ratione Ordinis, *ut in decis.* 15. *n.* 1. *p.* 3. *rec.* & ita vidi judicatum per Congregationem particularem *sub die* 11. *Februarii* 1713. *in Romana Beneficiatus S. Mariæ Majoris*, me scribente pro nominato per D. Canonicum Chierichellum contra nominatum per R. P. D. Masserium, cujus nominatio prævaluit, licet per posterius ordinati, non obstante, quod Text. *in d. c. statuimus*, emanasset pro Ecclesia S. Mariæ Majoris, ex quo idem Masserius erat Canonicus prius receptus, seu antiquior. Sed hæc quæstio decidenda est ex consuetudine Ecclesiarum. Ubi autem in Ecclesiis Turnus esset ita graduatus, ut primo Canonici Episcopi, secundo Præsbyteri, tertio Diaconi, & quarto Subdiaconi haberent jus nominandi, dubitari potest, an elapso Turno Episcoporum, & currente illo Presbyterorum, si quis ex Presbyteris fieret Episcopus, deberet præcedere in nominando alios Presbyteros intersecando eorum currentem Turnum, in qua quæstione negative resolvit Rot. *in dec.* 603. *n.* 4. *p.* 4. *divers.* loquens de Basilica Vaticana, quia nempe Turnus non potest interrompi, & retrotrahi ad illos de linea superioris, quando ingressus est lineam inferiorem, ne detur confusio, & turbetur ejus ordo, idemque procedit si elapso Turno Presbyterorum, & currente illo Diaconorum, aliquis Diaconus ex ultimis fieret Presbyter, quia Turnus est Circulus quidam continuus, & descensivus, qui ad instar fluminis descendit, ac defluit de Superioribus ad inferiora absque interruptione, seu retrogradatione, neque applicatur Text. *in d. cap. Statuimus*, nam sicut factus Episcopus, seu Presbyter, statim accipit Sedem in Ordine, & linea Episcoporum, & respective Presbyterorum, ita Turnum accipere debet in eadem linea expectando, quod recurrat Turnus Episcoporum, & Presbyterorum, non autem Episcopus habendo Sedem inter Episcopos potest habere Turnum inter Presbyteros, & sic Presbyter habendo Sedem inter Presbyteros potest Turnare inter Diaconos, esset enim habere Sedem in uno loco Superiori, & Turnum in alio inferiori contra *Cap. Statuimus*.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Castellana Aperitionis Oris.

Veneris 19. *Novembris* 1703.

CONgregatio S. Bernardi Ordinis Cisterciensis sub anno 1531. Regnis Hispaniarum introducta, fidelium pietate, & summa Regum munificentia duo supra quadraginta Monasteria fundari obtinuit in Re-
72 gno, nempe Toleti sex, in Provincia Rivogiæ duo, in Montaneis Burgos unum, in Principatu Asturiæ tria, in Regno Galitiæ tresdecim, & in Provincia Camporum decem, & septem, quorum prima sex Regni Toleti existant in Castella nova ultra Montes, seu ut vulgo Hispanice dicitur *de puertos alla*, unumquemque inter illa recensetur Collegium, tresque numerantur Domus matrices destinatæ pro receptione, & approbatione Novitiorum, omnesque isti Conventus, vel modicis, seu admodum mediocribus fruuntur redditibus. Reliqua vero triginta sex Monasteria posita sunt in Castella veteri citra Montes volgo nuncupata *de puertas a ca*, inter quæ adsunt decem, & octo Domus matrices, & quatuor Collegia pinguioribus ditata proventibus, ac nobilioribus ornata ædificiis, ut expositum legitur in quadam relatione Reverendissimi Nuncii Hispaniarum Sanctissimi D. Nostri Auditori transmissa.

Ob majorem hunc suorum Monasteriorum numerum, Castella vetus majorem producebat quantitatem Monachorum, & per consequens Abbatum, & Officialium ex illa oriundorum pro gubernio totius Ordinis, quam præstabat Castella nova, longe inferiorem Monasteriorum continens numerum: quam inæqualitatem tametsi justam, & rationabilem, & ex natura rei venientem ob dictum majorem numerum Monasteriorum Castellæ veteris, ægreferentes Patres Castellæ novæ, ad eam penitus evellendam traxere ad eorum partem Monachos vocales Provinciarum Rivogiæ, & Burgos cum qua unione obtinuerunt, ut anno 1650. electio Generalis Reformatoris totius Congregationis caderet in Monachum Toletanum, per quem omni adhibito conatu, ut Abbates, aliique Officiales eligerentur Nationales Toletani, vel oriundi ex dictis duabus Provinciis adhærentibus, totum fere Capitulum Generale, ad quod pertinet jus eligendi Generalem Reformatorem ex Toletanis compositum evasit, adeout immediate sequens Generalis Reformator rursus electus fuerit Toletanus, servatoque imposterum eodem studio anteferendi Connationales ad Officia Capitularia in aliis septem successivis electionibus Generalatus Dignitas semper obtigit Toletanis, qui habito in consequentiam per longum temporis spatium fere absoluto Congregationis regimine, Castellanos novos in receptionibus præferebant, ab eisdem major Abbatiarum Castellæ veteris pars obtinebatur, &, quod plus est, Monasteria Camporum, & Galleciæ ditiora totius Congregationis coacta fuerunt subire onus non exiguæ suorum redituum contributionis pro substentandis Monasteriis pauperibus Regni Toleti.

Gravissimas in Congregatione produxere dissentiones prædominium istud Monachorum Castellæ novæ, & extrema Monachorum Castellæ veteris depressio, ad quam reparandam Frater Dionysius Mantilla a Natione Camporum Procurator electus habuit recursum ad san. mem. Clementem IX. obtinuitque contentionem delegari particulari plurium S. R. E. Cardin. Congr. qui audito etiam Fratre Hiacyntho Albengozar Procuratore Generali Congregationis injunxerunt Reverendissimo Episcopo Vallisoletano, ut ipsemet in imminenti Capitulo Generali præsideret, Partesque ad concordiam adigere studeret, cum tamen nullus ex propositis Concordiæ modis Collitigantibus placuerit, Delegatus Arbiter re infecta e Capitulo discessit; Timentesque interim Monaci Castelle novæ, ne alio adhibito remedio semel eorum factio ad terminos Juris redigeretur, statuerunt cunctas hasce differentias componere in Capitulo, quod nuncupant intermedium, constitutum ex ipsomet Generali, & sex Definitoribus, & quia tunc temporis Generalis, & quatuor ex Definitoribus erant Toletani, quintus Definitor ex Provincia Rivogiæ cum ipsis Toletanis Collegatæ, unusque tantum aderat ex Provincia Camporum, & nullus ex Provincia Galleciæ, inde factum est, quod celebrato anno 1669. dicto Capitulo intermedio, postposita reflexione potissime ante oculos habenda, quod sex tantum Monasteria existebant in Castella nova, & triginta sex in veteri, afformatus fuit certus transigendi modus a Summo Pontifice approbandus continens bipartitam, ex octo distinctis capitibus conflatam, quorum præcipua ad rem facientia sunt mox registranda.

Primum, quod Religio divideretur in duas partes, ultra, & citra Montes ponendo in parte ultramontana Provincias nuncupatas Mancham, Alcarriam, Regna Toletanum, Hispalense, Giennense, Granatense, Murciæ, & omnes Vandaliæ cum Terris his omni-

omnibus vicinis, & Estremaduræ. In altera vero Parte citramontana, Provincias vulgo nuncupatas de Rioja, Navarræ, Aragoniæ, Cataloniæ, Campos, Valentiæ, Biscajæ, Burgensium Montanearum, Asturiæ, Galitiæque, & omnes Terras, quæ citra Montes dividentes Castellam veterem, & novam continentur. Secundum quod in singulis Capitulis Generalibus ex sex Definitoribus, qui de more eliguntur, juxta Congregationis Constitutiones, tres debeant esse oriundi ex Provinciis, & Regnis, quæ ultra Montes duplicem Castellam dividentes sitæ sunt: Alii tres oriundi ex Terris, & Provinciis positis citra Montes prædictos. Tertium, quod Generalis Reformator alternis vicibus ex dictis Provinciis eligi debeat, itaut uno triennio Generalis Reformator oriundus sit ex Terris, & Provinciis citra sæpe dictos Montes sitis, alio triennio ex Provinciis, & Regnis ultra illos constitutis. Quartum quod ex decem Officiis Capitularibus, quæ singulis quoque trienniis in Capitulis generalibus eliguntur, quinque distribuantur inter Oriundos Provinciarum citra Montes, & alia quinque inter Oriundos ex Provinciis ultra eosdem Montes. Quintum quod eveniente casu, quod Generalis Reformator, & tres Definitores sint oriundi ex Provinciis citra Montes nullatenus crescere, & augeri valeat numerus Personarum habentium suffragium, & vocum in Generali Capitulo, ex oriundis earundem provinciarum citra Montes, ultra numerum quatuor suffragiorum Capitularium, idemque servetur, quando e contra casus ferret, Reformatorem, & tres Definitores esse oriundos ex Provinciis ultra Montes. Addito, quod in casu vacationis alicujus ex Officiis Capitularibus intra cursum dicti triennii secuturæ, eligi valeant Monaci cujuscunque Nationis; missisque aliis conditionibus respicientibus assertæ Concordiæ executionem editum desuper fuit in eodem Capitulo intermedio decretum statuens, ut omnes Patres Prædicatores nominati a P. Generali, quique acquisiverint cursum in gradibus obtinere debeant vocem in Capitulo generali ad instar Magistrorum jubilatorum.

Assertam hanc Concordiam, decretumque recitatum tenorem continentia Fr. Hiacynthus Albengozar, qui motam in Urbe trahebat sub figura Procuratoris totius Ordinis, sed simul, & semel promovebat Partes Toletanorum, exhibuit san. mem. Clementi IX. ut illam Apostolicæ Confirmationis robore communire dignaretur, litesque omnes super hac re inter Monachos pendentes extingueret, cumque in hisce extrajudicialibus instantiis nec auditus, nec imo vocatus fuerit P. Mantilla, sive alter Procurator Oriundorum Castellæ veteris, variis suggestis suppositionibus, facilis fuit dicto P. Albengozar præfatæ Apostolicæ confirmationis impetratio. Agnito nihilominus per Pontificem, quod quintum Capitulum Concordiæ permittens inæqualitatem utriusque Partis respective in quatuor vocibus Capitularibus esset injustum, illud approbare noluit, præcepto expresse injuncto, ut omnes Dignitates Abbatiales, & omnia Officia tam intra, quam extra Capitulum Generale a Reformatore Generali dictæ Congregationis conferri solita distribuantur in æquali qualitate, & quantitate Religiosis ex utraque parte oriundis; itaut si sint Vocales in numero pari tot sint ex una parte, quot ex alia: Irritato etiam decreto dicti Capituli Intermedii concedente omnibus PP. Prædicatoribus vocem in Capitulis Generalibus, ut latius patet ex Brevi Apostolico transcripto in *Summario utriusque Partis*.

Non placuit Monacis Castellæ novæ antedicta Concordiæ reformatio, utpote quæ in parte adimebat illam omnimodam superioritatem, quam inhiabant super Monacis Castellæ veteris, idcirco tenuerunt in manica Breve usque ad obitum san. mem. Clementis IX. electoque in successorem san. mem. Clemente X. ab eodem impetrarunt alteras literas Apostolicas declarantes æqualitatem vocum præscriptam in primo Brevi Clementis IX. intelligi debere quod voces officiorum, quæ conferebantur a Capitulis Generalibus, & non etiam quoad voces Magistrorum Generalium, & Prædicatorum, qui a Generali Reformatore eligi consueverant,

Hac reportata declaratione, ea tunque Breve publicatum fuit in Capitulo Generali anni 1671. quorum vigore, ubi prius Monaci Castellæ novæ prævalebant super Oriundos ex Castella veteri mediante præpotentia modo supra exposito acquisita, continuarunt deinde in eodem prædominio in vim legis scriptæ, & auctoritate Pontificia roboratæ; nam stante dicta divisione facta per Provincias, & Regna temporalia materialiter, & non formaliter per Provincias, & Loca, in quibus existebant Congregationis Monasteria, pars Castellæ novæ, illiusque nationales seu tantum habentes Monasteria posita in Regno Toletano, adepti fuerunt quindecim ex triginta sex sitis in Castella veteri, & consequenter obtinuerunt medietatem Vocum Capitularium spectantium ad Abbates, quibus junctis aliis vocibus Magistrorum Generalium, & Prædicatorum jubilatorum, qui tunc in majori parte erant pariter Toletani, dum eorum respectu, juxta declarationem Clementis X. sublata fuerat æqualitas inter Partes, de necesse secutum est, ut totum fere gubernium, & moderatio Congregationis penes solos Monachos Castellæ novæ residerer, non obstante speciosa bipartita ad sedandas controversias adinventa.

Quam necessariam servitutem agnoverunt tractu temporis Monaci Veteris Castellæ, sed varias ob causas, & respectus aliquo temporis spatio non sine gemitu illam substinuerunt, veruntamen cum in dies jugum istud evaderet intolerabile ob fere totalem illorum depressionem, speciales constituerunt Procuratores P. P. Freyria, & Ximenes, ut ad Sanctam Sedem pro opportuno remedio supplices recurrerent, expositisque per eosdem enarratis omnibus gravaminibus San. Mem. Innocentio XII. impetrarunt Causam remitti ad S. Congregationem Episcoporum, & Regularium, quæ bis requisita pro congrua provisione, nempe sub die 24. Julii 1700. & 22. Aprilis 1701. utraque vice, stante obice dictorum Brevium Apostolicorum, rescripsit, ut recurratur ad Sanctissimum pro apertione oris: Cumque Signatura Gratiæ ad hunc effectum adita rescripserit *Pro aperitione oris arbitrio S. Congregationis*, causa in eadem proposita sub die 15. Martii proximi præteriti prodiit rescriptum *esse locum arbitrio*, a quo tamen decreto recessit sub die 15. Junii sequentis, qua stante variatione rescriptorum placuit Sanctissimo Domino Nostro, ut dicta Sacra Congregatio procederet cum Voto hujus Sacri Tribunalis. Idcirco hodie consului *DD. An intret Arbitrium pro aperitione oris*, & affirmativum habui responsum.

Enim vero cum in præsenti non agatur de infringenda, vel moderanda gratia contenta in Literis Apostolicis, sed de concedenda facultate, & licentia opponendi adversus illarum tenorem de defectu intentionis Papæ concedentis, aliisque consuetis vitiis 73 obreptionis, & subreptionis, utique in hoc casu oris aperitio adversus obstaculum Clausulæ sublatæ, & Decreti irritantis conceditur, prævia verificatione solius simplicis fumi obreptionis, & subreptionis, absque eo quod necessaria sit plenaria illarum probatio, quæ reservatur in formali examine postea sub congruo dubio facienda, ea discriminis ratione, quia in hoc secundo casu non agitur de tollendo Jure a tertio quæsito prout evenit in primo, sed de simplici habilitatione ad dicendum de nullitate gratiæ, salva semper interim illæsa illius existentia, ut distinguendo tradit Card. de Luca *de Jurisd. disc. 8. n. 3. & sæpe respondit* Rot. *signanter in decis. 523. n. primo, & decis. 727. n. primo, & 2. & decis. 753. n. 3. coram bon. mem. Emerix Jun. in Januen. aperitionis oris 16. Maii 1689. Inspecta, & 9. Primum, coram Reverendiss. Hervault Archiepiscopo Turonen. & in Romana aperitionis oris 16. Januarii 1693. coram bon. mem. Benincasa*, ubi quod satis est delibare merita Causæ absque necessitate illorum discussionis, quia per aperitionem oris nullum infertur Parti præjudicium, sed aditus tantum aperitur ad obtinendam justitiam, & sequitur *in Romana, seu Januen. aperitionis oris 9. Maii 1695. §. Licet enim, cor. Mo, & in Cordub. Jurispatronatus super aperitione oris 19. Aprilis 1697.*

1697. §. Cum enim, & §. final. coram R. P. D. meo Priolo.

Illudque admodum simile, imo identificum cautum in Jure, & praxi habemus in terminis Commissionum restitutionis in integrum adversus rem judicatam, hæc enim tametsi faciat de albo nigrum, claudatque formaliter os Parti, & Judici ad instar Clausulæ sublatæ, & Decreti irritantis, nihilominus ad effectum obtinendi audientiam, & introductionem Causæ in Judicio restitutionis, sufficit semiplena probatio, & solus fumus injustitiæ sententiarum ad differentiam, ubi introducto eodem judicio discutiendæ veniunt Causæ restitutionis ad retractandas Senten-
74 tias, totalemque victoriam reportandam, quo casu plena, & concludens earundem Sententiarum Injustitiæ requiritur probatio, ut distinguendo tradunt Vestr. *in prax. lib. 8. c. 3. n. 9.* Surd. *cons. 95. n. 15. & 16.* Gratian. *discep. for. c. 439. n. 45. & 46.* Odd. *de restit. in integr. p. 1. q. 36. n. 46.* Galles. *eod. tract. c. 1. n. 117. cum seqq.* Rot. *coram Buratt. dec. 323. n. 4. & bene* Adden. *ad dec. 459. S. M. Greg. XV. n. 11.*

Hinc non refragatur, quod Sac. Tribunal juxta ejus antiquiores resolutiones concedere non solebat hujusmodi oris apertiones, nisi magna concurrente Causa, quando potissimum, prout in casu, actum fuerat de illa danda adversus confirmationem Apostolicam Concordiæ, & Transactionis, quo casu non semel dixerit opus esse, ut constet de evidenti Jure Petentis, & signanter *in dec. 461. n. 5. p. & dec. 297. n. 2. ac dec. 485. eod. n. p. 4. t. 2. rec. & dec. 818. cor. Ubald. n. 8. & dec. 29. n. 1. coram Ubald.* sufficeret quippe ea simplex responsio Rotam recessisse a rigore, cum quo objicitur illam antiquitus processisse, & quidem jure merito ex rationibus antea ponderatis, quæ sunt efficacissimæ, itaut standum veniat huic ultimæ ejus opinioni, & non antecedenti eliminatæ, ut agendum esse monet *in dec. 300. n. 18. p. 7. & dec. 260. n. 24. p. 19. rec.* & in specie dixit Rot. *in allegata*, Cordub. *ubi sup.* Cessat tamen omnis difficultas, quia Decisionea in objecto relatæ firmant solum, quod ad effectum concedendi oris apertionem necessaria sit Causa rationabilis & probabilis fundata in defectu intentionis Pontificis, vel in læsione, quando sermo est de Brevi confirmatorio transactionis, sed nulla descendit ad quoque firmandum, quod in hoc judicio præliminari simplicis habilitationis ad opponendum contra gratiam Apostolicam verificari debeat per plenas, & concludentes probationes; Unde cum habeamus alias Rotæ decisiones tenentes sufficere ad hunc effectum semiplenam probationem, & ejus fumum, procedendum est cum hisce posterioribus resolutionibus distinguentibus, & non cum antecedentibus generaliter loquentibus ex traditis per Riminald. *Jun. cons. 301. n. 9.* Surd. *dec. 126. n. 12.* Mans. *consult. 676. n. 61. & 62.* Card. de Luc. *de feud. disc. 7. n. 8. & de emphyt. disc. 28. n. 4.* Rot. *dec. 721. n. 5. p. 2. rec. & in* Parmen. *Beneficii 28. Januarii 1708. §. quoniam, coram R. P. D. meo Scotto.*

Nec sane Rota in eisdem oppositis Decisionibus facit distinctionem inter literas Apostolicas gratiose concessas, & alias, quæ emanare solent pro confir-
75 matione Concordiæ; Unde neque nos distinguere debemus, nulla cæteroquin concurrente ratione talem distinctionem comprobante, dum clausula sublata, & Decretum irritans eandem operationem constituunt, quando sunt apposita in literis gratiose concessis, ac ubi sunt adjectæ in Brevibus confirmatoriis amicabilium transactionum inter Partes initarum; Unde citra ullam differentiam in utrisque sufficere debet fumus probationis ad obtinendas oris apertiones, & de facto cum tali simplici fumo concessa dignoscitur in præcitata *Januen. coram bon. mem. Benincasa, & in decis. 753. coram bon. mem. Emerix*, tametsi ageretur de confirmatione amicabilis Concordiæ. Addito pro omnimoda objecti eliminatione, quod deliberationi dicti Capituli intermedii perperam, & undique gratis nomen Concordiæ tribuitur, quia revera meretur denominationem *Voti consultivi, & Temperamenti* capti a Personis illegitimis absque consensu utriusque Partis, ut ex infra dicendis luce clarius patebit, sine qua voluntate concordi Litigantium non est verificabilis transactio, ad Text. *in l. si diversa 14. C. de transact.* cum aliis lato calamo relatis per Urceol. *de transact. q. 8. n. 1. cum seqq. & signanter n. 8.* propterea que ex defectu applicationis irrelevans detegitur prædicta excogitata distinctio.

Procedentes itaque Domini cum propositione hactenus late comprobata quod pro obtinenda oris aper- 76
titione sufficiat fumus probationis, clarum, & evidens esse dignoverunt in casu, de quo agitur, concurrere non solum levem, imo vehementem fumum, sed etiam probationem obreptionis, & subreptionis dd. brevium ex eorum simplici lectura resultante; Ex ea namque deprehensum fuit Sa. Me. Clementem IX. cum duplici suppositione sibi, vel expresse, vel tacite sub involucro verborum suggesta processisse ad præfatam Concordiæ, seu verius Temperamenti confirmationem, quarum prima fuit, quod idem Temperamentum stabilitum fuisset a Personis legitima auctoritate suffultis, vel saltem, quod tota Congregatio illud approbaverit, institeritque pro eadem Apostolica confirmatione Altera suppositio consistebat in eo, quod hoc ipsum Temperamentum esset justum & æquum, litiumque omnium inter Monachos Castellæ ortæ, & veteris vertentium, extinctivum, & eradicativum, pacemque per consequens, & concordiam foret in Congregatione allaturum, sed cum vero excusso neutrum ex dictis suppositis ullam a parte rei habebat subsistentiam, utique omnino deficere dicitur voluntas, & intentio Papæ confirmantis, quæ semper cessat cessante Causa motiva concessionis, per ea, quæ docuit Glos. *in l. municip. C. de serv. fugit.* Dec. *cons. 251. n. 6.* Bece. *cons. 62. n. 5. vers. 4.* Altograd. *cons. 95. n. 66. l. 1.* Rot. *coram bon. mem. Emerix*, Decan. *dec. 1284. n. 8.*

Incipiendo a primo supposito, dubium non est, illud fuisse suggestum Pontifici; Exponitur siquidem in parte narrativa Brevis san. mem. Clement. IX. fuisse injunctum Episcopo Vallisoletano, ut ad Capitulum generale Congregationis se transferret, ibique recognosceret justitiam circa divisionem Dignitatum, & Officiorum ipsius Congregationis, & quoniam Capitulares in votis fuerunt disceptantes, nec potuit inveniri modus extinguendi partialitates, & discordias, fuerit in Urbe tractatum de ineunda Concordia, quæ tamen ad effectum perduci non potuit, quæ neutra Pars suis prætensionibus cedere volebat, sed Procuratores utriusque Partis sufficienti ad concordandum mandato destituti scripserunt super ea suorum Superioribus in Hispaniam, ubi in Capitulo intermedio fuit stabilita Concordia Bipartitæ, de qua agitur; Ex quibus verbis clare Colligitur suppositum fuisse Papæ, licet per artificiosas, & mysteriosas formulas, quod Capitulum intermedium habuerit potestatem vel ordinariam, vel a Partibus colitigantibus datam ad similes Concordias stabiliendas, quod suppositum in neutra ejus parte subsistit, Non quidem in prima, 77
quia ut præfertur, Capitulum hoc compositum est ex Generali, & Sex Definitoribus tantum; Definitorium autem caret facultate concordandi contentiones hasce gravissimas, omnes Ordinis Religiosos tangentes, cum hujusmodi potestas resideat penes Capitulum generale ex traditis per S. Ubald. *quodlibet reg. 12. rubr. 21. n. 1356.* certius in casu nostro, quia Capitulum ipsum Generale apposuerat manus pro eisdem controversiis componendis, una cum interventu dignissimi Præsulis Vallisoletani a S. Congregatione specialiter in hanc Causam delegati, & nihil ob dissidentiam suffragiorum statuere potuit; valde autem incongruum est dicere, quod Definitorium ex septem Vocalibus tantum constatum definire potuisset, quod agere non potuit Capitulum Generale totius Congregationis, ut ad rem prosequitur S. Ubald. *loco mox citat. n. 1356.* Bordon. *tom. 2. ref. 57. n. 81.* Imo juxta gravium Doctorum sensum, neque Capitulum Generale habet in facultatibus similes Bipartitas, seu divisiones determinare, nisi accedente omnium Nationum consensu, & beneplacito Apostolico ex relatis per Passerin. *de elect. c. 2. n. 60. & 61.* a Spiritu Sanct. *in Direct. Regular. tract. 3. disput. 2. sect. 5. n. 95.* & S.

Ubald.

Ubald. quodlibet regular. quodlibet 12. *dub.* 10. *n.* 1267. *vers. quia tamen*, Regg. *de regim. Regul. dub.* 26. *conclus.* 2. Capon. *discept.* 49. *n.* 1. *tom.* 1. Card. de Luc. *de Regul. disc.* 3. *n.* 10. *in fin.*

Minusque verificatur dictum suppositum in altera parte, quod nempe P. P. Collitigantes tribuerint Capitulo intermedio potestatem concordandi, dum si adfuisset tale mandatum, utique in lucem prodiisset, Concordia ipsa enunciasset, & in ipso Brevi Pontificio memoratum esset, sufficitque ad hunc effectum excipere, quod cum agatur de re consistente in facto, non præsumitur, nisi ab Allegante probetur,
78 ut in terminis mandati Procuræ ad transigendum, Rot. *dec.* 434. *n.* 2. *decis.* 2. *& dec.* 529. *n.* 1. *p.* 4. *rec. & in dec.* 54. *n.* 4. *coram Burat.* omnisque præsumptionis umbra arcetur eis ex ea speciali facti circumstantia, quod ex iis, qui intervenire debebant in dicto Capitulo Intermedio, quinque ut enarravimus, erant Toletani, videlicet Generalis, & quatuor Definitores, sextus erat Rivogianus, & sic de illorum Adhærentibus, septimus vero, adeoque unicus duntaxat erat Campesinus, nullus autem Galleciæ; imperceptibile autem redditur, quod Monaci Castellæ veteris in altissima jacenta depressione, opera, & studio Toletanorum voluerint, imo cogitaverint graves has eorum prætentiones committere in manibus Definitorii, seu Capituli intermedii compositi ex ipsis Toletanis eorum Adversariis, & Depressoribus, quod idem fuisset, ac eligere Judicem Arbitrum, & Arbitratorem ipsam Partem adversam contra omnes Juris, praxis, & experientiæ regulas, de quibus, *leg. omnibus* C. *de* Test. *leg. nullus*, *ff. eod. titul. l.* 1. §. *In propria*, *ff. quando appellat. cap. si Testes* 4. *quæst.* 3.

Parum vel nihil suffragante præsentia unius Definitoris Campesini; clamores enim unius Vocis non poterant contraponi, & resistere sex oppositarum Vocum sonitui, multo magis, quia non leves probationes exhibitæ sunt verificantes illius os occlusum
79 fuisse cum promissione sibi a Toletanis facta illum eligendi Generalem Reformatorem, & licet super hac re Domini suspenderint eorum formale judicium, non obstante, quod viderint illum effectum fuisse Generalem, contra monitum, Test. *in cap. officii ubi glos. in verb. Incontinenti de elect.* ponderarunt tamen innegabile esse illum vel nequaquam, vel admodum frigida se gessisse, si enim aut se opposuisset, aut reclamasset, utique certiores fecisset Conventionales de studiosa hac Concordia, ut sese opponerent in actu illius confirmationis, & non recepisset secretum sicut cæteri de omnibus eo, quod in Capitulo intermedio actum fuerat.

Sed ubi ex hypothesi non verificaretur Papam processisse cum supposito, quod Capitulum intermedium habuisset facultatem vel ordinariam, vel a mutuo Partium consensu datam ad statuendum dictum Temperamentum, innegabile semper redditur supposuisse, illud postea approbatum fuisse a tota Congregatione, tum quia pro illius confirmatione instabat P. Albengozaa sub figura, & denominatione Procuratoris Generalis totius Congregationis, ut expositum legitur in principio ejusdem Brevis ibi = *Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Hiacynthus Albengozar Procurator Generalis Congregationis S. Bernardi Hispaniæ Monachorum Ordinis Cisterciensis* = unde quisque inductus fuisset ad credendum, quod temperamentum prædictum concernens interesse totius Congregationis, & Papæ exhibitum pro confirmatione ab illius Procuratore Generali, fuerit a tota Congregatione acceptatum ad ejusque instantiam supplicatum pro confirmatione Apostolica; Tum quia ipse Pontifex idem temperamentum postea confirmavit sub nomine Concordiæ ibi = *Nos igitur ipsius Hiacynthi Procuratoris Generalis votis, &c. consulere volentes, ipsumque Hiacynthum a quibusvis excommunicationis, &c. absolventes, &c. ac litium quarumcumque hujusmodi supplicationibus inclinati, &c. Concordiam præinsertam auctoritate, & tenore prædictis approba-*
80 *mus, & confirmamus* = Ergo credidit illam vel fuisse usque ab initio initam de communi Partium consensu, vel ab illis successive confirmatam, & approbatam, quia alterum ex præcipuis constitutivis Concordiæ consistit in mutua ambarum Partium voluntate, & consensu, ut ultra supra deductos firmant Gloss. *in l. si diversa in verb. agi in fin. C. de transact.* Roncheg. *in l.* 3. *sub n.* 36. *ff. de duob. Reis*, Rota *decis.* 368. *n.* 34. *&* 35. *part.* 9. *tom.* 2. *& decis.* 391. *n.* 13. *p.* 15. *& decis.* 199. *n.* 12. *part.* 18. *tom.* 1. *& decis.* 84. *n.* 7. *part.* 19. *recent.*

Et tamen revera dicta deliberatio non fuit Concordia a Partibus acceptata, sed simplex Temperamentum excogitatum, & compactum a Capitulo intermedio conflato in majori parte ex Toletanis cum solo interventu Definitoris Campesini nequaquam suspicionibus vacui; Nec minus P. Albengozar poterat supplicare pro Confirmatione Apostolica ejusdem temperamenti nomine totius Congregationis, quia, ut repetere semper oportet, illud factum fuit a Capitulo intermedio, & non a Capitulo Generali, neque fuit acceptatum a Congregatione Generali, minusque constat illam dedisse mandatum, ut a dicto Patre Procuratore Generali illius nomine pro eodem Apostolico beneplacito ageretur, ac proinde dicta Instantia facta sub nomine Procuratoris Generalis detegitur palliata, & captiosa, ut induceret Papam ad credendum totam Religionem, seu
Congregationem dictam assertam Concordiam approbasse, & ratificasse, & sic ad obtinendum cum majori facilitate ejusdem Confirmationem, quæ proinde remanet obreptitia, & subreptitia, cum hujusmodi vitium oriatur etiam ex artificiosa, & studiosa narratione, ex qua Papa circumventus potius quam informatus apparet, ut ad hunc præcisum affectum aperitionis oris ponderavit Rota *in Roman. Pecuniaria* 19. *Junii* 1683. §. *Hinc* Bucciotus *coram R. P. D. meo Priolo*. 81

His ita se habentibus certum efficitur, quod si Pontifex sicuti erat optime conscius, quod gravissimæ exarserant controversiæ in Religione super prædominio, & præpotentia PP. Castellæ novæ pendentes in Congregatione particulari plurium Cardinalium, quæque componi non potuerant per amicabilem Transactionem, nec in Capitulo Generali, neque in Urbe, ita informatus fuisset claris notis, & sine involucro verborum, quod temperamentum illi pro confirmatione exhibitum, factum fuerat a Capitulo intermedio si-
ne facultate ordinaria, & absque consensu utriusque 82
Partis Collegiantis, utique illud non approbasset non vocato prius Patre Mantilla Procuratore PP. Castellæ veteris pro omni suo jure, & interesse, cum Pontifices non soleant confirmare similes Concordias super controversiis in judicio deductis, nisi auditis Partibus Collitigantibus hinc inde, ut ait Card. de Luca *de Regul. disc.* 3. *n.* 10. *in fin.* & literæ, quæ sine citatione alterius Partis essent expeditæ, nullius sunt roboris, & efficaciæ Panormit. *in cap.* 1. *de confirm. util. n.* 12. *vers. Sed vetus Juris gentium*, Dec. *ibidem vers. Et quod dictum est*, Mandos. *in reg.* 22. Cancellar. *quæst.* 10. *n.* 13. Lancellott. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 52. *n.* 44. 49. 61. *cum seqq.*

Et profecto quatenus vocatus fuisset P. Mantilla, vel quicumque alius, ut informaret post Monachis Castellæ veteris, utique certiorem fecisset Pontificem, dictum Tamperamentum processisse eis inscius, nec ab eisdem unquam fuisse acceptatum, ac rursus non fuisset illi desuper insinuatum omnia in eo contenta esse justitiæ, & æquitatis plena, ac litium extinctiva, prout de facto in subsistenter insinuatum extitit.

Et sic sensim fit transitus ad examen alterius suppositi, cum quo Papa suum concessit beneplacitum; Indubitatum siquidem est illi fuisse quoque suggestum, quod sæpe dictum temperamentum erat pacem, & concordiam pariturum, & ex hac alia suppositione motum fuisse ad illud potissime concedendum, cum talis circumstantia literis admodum claris expressa legatur in eodem Brevi, ut deprehenditur ex illis verbis, ibi = *Eaque Pacis, atque Religiosæ tranquillitatis reparandæ, atque conservandæ studio provide excogitata, & concordata esse noscuntur, libenter constabilimus* = Nec minus clarum est, dictam expositionem minus veram extitisse, dum dictum Temperamentum in omnibus ejus Capitibus apparuit læsivum Patrum Castellæ veteris, ac non extinctivum, sed potius anteactas lites confovens, & novarum productivum; omnia quippe Jurgia, & Controversiæ inter utriusque Castellæ Re-

læ Religiosos, ut late proposuimus in serie facti, ex
83 eo suam recognoscebant originem, quod illi Castel-
læ veteris, quamvis in eorum Provinciis haberent
majorem numerum Monasteriorum, & nihilominus
Abbatiæ, Voces, & Officia Capitularia per longum
temporis spatium obtinebantur, & fruebantur a Ca-
stellanis novis, sex tantum miserabilia habentibus
Monasteria, propter quod affectus Monachorum er-
ga proprias Terras, e quibus erant oriundi perturba-
batur, ut legitur in ipso Brevi, ibi = *Dolentesque*
pluribus ab hinc annis S. Bernardi Congregationem in
plures nationales factiones divisam, pace, & tranquil-
litate privari, & spoliari, quia affectus Monachorum
erga proprias Terras, a quibus sunt oriundi pertur-
batur = Modus autem, quo fuit facta asserta Con-
cordia non solum, non substulit hujusmodi incon-
veniens, sed imo illud stabilivit, cum eo discrimi-
ne, ut ubi prius oppressio procedebat ex præpoten-
tia factionis, quæ tractu temporis cessare, ac perimi
poterat, re deducta in Concordiam, vim legis ob-
tinuisset absque spe cessationis, prout accidit, dum
Bipartita assecuravit, & fixavit in perpetuum nume-
rum factionis excessivum, & per eam excretum,
una cum Vocibus perpetuis infra recensendis, quas
refert Reverendissimus Nuncius Hispaniarum in sua
relatione *Summario PP. Camporum, & Gallecia Num.*
prima lit. R. S. & T. Nam in primo Capitulo divisa
fuit Religio in duas partes Castellæ veteris, & no-
væ, ponendo in singula parte novem Provincias su-
pra dinumeratas, supponendo cum hac divisione
materiali Regnorum, & Provinciarum rem deduce-
re ad æqualitatem, vel saltem in apparentia osten-
tare; Verum neque ista materialis divisio processit
servata debita æqualitate, quoniam cum Castella no-
va non habeat nisi septem inter Regna, & Pro-
vincias, adauctus fuit numerus ad novem, ponen-
do pro distinctis Provinciis Mancham, & Alcar-
riam, quando hæ Regiones nunquam apud Cosmo-
graphos, aut Geographos habitæ fuerunt pro distin-
ctis Provinciis, sed pro partibus integrantibus Re-
gnum Toletanum, ut colligitur ex Baudran. *verbo*
Castella nova, & patet ex *Mappa Geographica*; &
distinctius *in Theatro Orbis Terrarum, sive Atlan-*
ti novo Guilielmi, & Joannis Blaeu tit. de Castella
nova, & veteri, uti etiam *in Theatro, sive Athlan-*
ti Hollandi sub eodem titulo, §. Dividitur, fol. mihi
118. E contra vero ex parte Castellæ veteris inter
ejus Provincias, & Regna omissum fuit insigne, &
distinctum Regnum Legionis, habens tres Provin-
cias, necnon reiicita fuit Provincia Guipusquæ, qua-
propter si attendenda esset materialis divisio Religio-
nis per Regna, Castella vetus fuit graviter læsa,
quia fuerunt ei minutæ plures Provinciæ, & Ca-
stella nova aucta cum partibus unam tantum inte-
grantibus, ut patet ad sensum.

Sed non sistit hic major læsio, quia maxima illa
est, quæ resultat ex eo, quod divisio facta fuit per
materialem Regnorum, & Provinciarum separatio-
nem, quando dissentiones, quæ inter utrosque Ca-
84 stellanos vertebant, exposcebant divisionem per Mo-
nasteria, & non per Provincias: Juxta enim divi-
sionem ita materialiter factam per Regna, Monachi
Castellæ veteris ex triginta sex Monasteriis privari
manserunt quindecim eorum Abbatiis, & per conse-
quens totidem Vocibus Capitularibus, quæ fuerunt
adjectæ novæ sex tantum habenti Monasteria; Unde
ex hac ratione vel clara, & evidens est injustitia Bi-
partitæ, vel ea saltem nullo modo dici poterat ex-
tinctiva litium, dum Castellani veteris prætendebant
assequi Abbatias in eorum Terris existentibus, & præ-
ferri Religiosis alienigenis suffulti dispositione Juris,
de qua iate apud Peyrin. *de Offic. subdit. Regul. q. 1.*
c. 31. §. 5. per tot. & in terminis alternativæ inter Re-
gulares a S. Ubaldo *in quodlibet. regul. quodlibet.* 12.
dub. 20. *n.* 1269. Barbos. *vot. dec.* 33. *ex n.* 2. *ad seqq.* Gi-
rag. *de regimen. Regul. p.* 3. *dub.* 2. *n.* 12. *&* 13. & pari-
ter in specie dixit Rot. *in Perusina, seu Fulginaten. Ab-*
batia 14. *Januaris*, & 14. *Junii* 1701. *cor. R. P. D.*
Scotto, & 12. *Maii* 1702. *cor. R. P. D. meo Priolo.*

Ejusdemque Ponderis est læsio consurgens ex Quin-
to Capite dicti Temperamenti, dum in eo stabili-
tum fuit, quod in Capitulo Generali unaquæque ex
partibus posset excedere alteram in quatuor Vocibus,
licet enim hujusmodi excessus permissus fuerit hinc
inde, tamen quia Factio Castellæ novæ prævalebat,
& major erat numerus Abbatum, & Officialium
Castellæ novæ, utique dictæ quatuor Voces semper
illius factioni adauctæ fuissent. Prout eidem quoque
accessissent Voces Officialium Capituli Generalis du-
rante triennio Defunctorum; nam cum idem Capi-
tulum Quintum ulterius determinaverit hujusmodi
Officia sic vacata provideri posse in personam Mo-
nachorum cujuscunque Nationis, obvium, & natura-
le est, prævalente Toletana factione, ut provisiones
faciendæ non essent, nisi favore Toletanorum, vel
Adhærentium; Quibus Vocibus superadditis aliis o-
mnium Prædicatorum, juxta decretum factum in eo-
dem Capitulo intermedio, dum tunc temporis cun-
cti Prædicatores erant factionis quoque Toletanæ,
fit evidens, quod junctis omnibus hisce dispositioni-
bus, Capitulum Generale de necesse componi debe-
bat ex Castellanis novis, ut proinde dilucide etiam
ostensum remaneat, Bipartitam factam non fuisse ad
extinguendas lites, & partialitates, sed ad stabilien-
dam præpotentiam Monachorum Castellæ novæ,
dum in substantia illi conceditur totum id, quod 85
erat in lite, contra naturam Concordiæ, & transa-
ctionis, de qua Text. *in l. Transactio C. de Transact.*
Rota *coram Cerro dec.* 164. *n.* 11. *& in rec. dec.* 165.
n. 5. *p.* 15. *& dec.* 277. *n.* 10. *p.* 18. *& in Romana Legati*
30. *Decemb.* 1694. *§. Neque, cor. R. P. D. meo Scotto.*

Neque obstat, quod San. mem. Clemens IX. refor-
mato Capitulo Quinto dictæ assertæ Concordiæ, ir-
titatoque decreto concedente vocem omnibus PP.
Prædicatoribus ordinasset servandam esse æqualitatem
Vocum hinc inde; Tum quia semper saltem rema-
neret innegabiliter probatum, quod Capitulum inter-
medium quantum fuit ex se non curavit mediante
ejus asserto temperamento sedare controversias, &
avellere partialitates, sed studuit stabilire præpoten-
tiam PP. Castellæ Novæ; Tum etiam quia totum
id, quod providerat Breve Clementis IX. substulit
sequens San. Mem. Clementis X. dum in eo, sub præ-
textu illius declarationis, restricta fuit dicta æquali-
tas Vocum ad illas resultantes ab Officiis Capitula-
ribus, quorum Electiones celebrantur quolibet trien-
nio, cum qua restrictiva sublata fuit æqualitas quo-
ad voces nuncupatas Vota perpetua, quæ competunt
Magistris de numero, Prædicatoribus generalibus,
Ex generalibus Prædicatoribus jubilatis, & Magistris
graduatis in Universitate Salmanticæ, & Compluti,
quorum voce mediante præpotentia reperiebantur de
tempore Concordiæ, & hodie reperiuntur in majori
numero apud Castellanos novos, ut patet ex Articu-
lis Concordatis coram Reverendissimo Nuncio Apo-
stolico Hispaniarum, *Summario PP. Camporum, &*
Gallecia Num. Primo lit. R. & S. adeout stante hac
declaratione semper gravissima remaneat læsio PP.
Castellæ veteris.

Ut proinde evidenter detegatur, quam necessaria
erat vocatio P. Mantillæ, vel alterius Procuratoris
PP. Castellæ veteris, quando hic in Urbe actum fue-
rat de concedenda confirmatione dictæ assertæ Con-
cordiæ, & quam profuit Castellanis novis illius ab- 86
sentia; Nam si Papæ fideliter narratum fuisset, quod
lites, & controversiæ concordandæ in eo potissime
consistebant, quod PP. Castellæ novæ habentes sex
tantum Monasteria usurpaverant fere 36. Castellano-
rum veterum, utique non admisisse tanquam verum
remedium litium extinctivum temperamentum Bi-
partitæ continentis enormem inæqualitatem tam cir-
ca ipsam materialem partitionem Regnorum, & Pro-
vinciarum, quam etiam circa formalem respectu Mo-
nasteriorum, ut in casu simili ponderatur *in dec.* 53.
n. 12. *p.* 19. *rec.* Et sicuti idem Pontifex ad servan-
dam æqualitatem inter PP. utriusque Nationis, non
admisit, quod una pars posset alteram excedere quo-
ad quatuor voces, ita, & multo magis non permi-
sisset hanc alteram speciem inæqualitatis, quod Ca-
stellani novi non habentes in eorum Regnis, &
Provin-

Provinciis lisi sex tantum Monasteria modicorum reddituum, esse deberent quidem conditionis, ac Castellani veteres possidentes 36. Conventus inter Domus Matrices & Monasteria ditatos majoribus proventibus, & nobilioribus ædificiis, habita reflexione, quod agebatur de approbando temperamento pro litibus, & controversiis omnibus extinguendis.

Absque eo quod ad declinandam dictam inæqualitatem juvet excipere, quod omnia Monasteria sunt indifferenter subjecta Congregationi citra distinctionem Nationum, & Regnorum, quodque ideo pro facienda illorum æquali divisione nulla haberi debuerat ratio de præponderantia, & inæqualitate unius, vel alterius Nationis, & de majori, vel minori numero Monasteriorum in utraque ex eis fundatorum. Etenim hoc objectum, in quo potissime residebat Defensio Patrum Castellæ novæ, ea removebatur clara responsione, quod quidquid sit loquendo in abstracto, an Monasteria Religionis ita commercia sint omnibus Religiosis indifferenter communicanda absque distinctione Nationum; illud tamen certum esse visum fuit, quod quando in hisce Ordinibus Regularibus prævalent, ac dominantur factiones nationales, quarum alia aliarum opprimat, & lites inextricabiles desuper insurgere contingat, ut practice fuit circumstantiæ casus nostri, tunc ad removendas dissensiones, & jurgia inter Religiosos, divisio facienda est per Bipartitam, vel Tripartitam, habita semper ratione præponderantiæ numeri Monasteriorum Nationalium; alias rixæ, & quæstiones non evitantur, ut practicatum fuit in simili Concordia edita pro Monachis Cassinensibus transcripta in Summario PP. Procuratorum Camporum, & Galliciæ Num. 14. Non obstante exemplo divisionis relatæ per
87 Barbos. not. 100. n. 14. inter Fratres Augustinianos factæ cum æquali distributione Officiorum inter duas Provincias, quarum una habebat quatuor, vel quinque Conventus, alia autem 34. Tum quia illi quatuor, vel quinque Conventus, erant siti in Metropoli Hispalensi majori capacitate, & numero Religiosorum adæquare poterant alios Conventus minores in Provincia existentes; Tum etiam quia ibi statuta fuerat divisio tantum pro Officio Provincialatus, non autem prout in præsenti, pro omnibus Officiis, & Dignitatibus Religionis, quod majorem fervorem, & læsionem inducit, adeoque cum circumstantiæ variant casus, exempla attendi non debent, l. Sed licet, ff. de Offic. Præsid. l. Nemo, C. de Sentent. & interlocut. cap. primo de postulat. Prælat. Barbos. axiom. 86. num. 3. Tum demum quia eadem exemplum nunquam visum fuit, ex quo supervenit Breve fel. record. Innocentii X. datum in Summario responsionis facti Patrum Camporum, & Galliciæ Num. 2. ubi illi Nationi, quæ habebat numerum majorem Monasteriorum assignatæ fuerunt duæ ex tribus partibus omnium Officiorum Capitularium.

Minusque refert, quod de tempore Brevis Clem. X. Monachi utriusque Nationis Castellæ veteris, & novæ essent æqualis numeri, ac proinde conveniret æqualis divisio Provinciæ, & Monasteriorum; quoniam talis æqualitas non procedebat ab æquali præponderantia utriusque Nationis Religiosæ, dum in Castella veteri adessent 36. Monasteria pinguissima, &
88 numerosi sistere, & in Castella nova sex tantum atque in redditibus, ac in Religiosis exigua, sed veritas processerat ex præpotentia, qua a pluribus retro annis Castellani novi, modo supra relato, usurpaverant quinque; adeo atque Præsidentes in Domibus Matricibus Castellæ veteris, impediebant vestitionem Nationalium, & recipiebant omnes Commensales; ac proinde si æqualis numerus Religiosorum utriusque Nationis oriebatur ex factione, & præpotentia PP. Castellæ novæ, non debebat ille numerus conservari in suo esse per Bipartitam stabilitam pro remedio resecandi factionem, alias non tantum remedium, sed majus fomentum ejusdem factionis contra finem principalem, ob quem divisio petebatur, & facta fuerat contra Text. in l. locat. venal. ff. de leg. primo Rot. dec. 79. n. 5. coram Pucteo. & in Rec. 234. num. 18. p. 18. tom. 1. Recent.

Cæterum pro remotione omnium objectorum, ad etiam pro magis fundanda justitia aperitionis oris, fuit desuper a DD. ponderatum, quod ubi etiam a principio Bipartita fuisset legitime facta, dum tamen ex post detecta fuit læsiva, & inæqualis, erant audiendæ Partes, ut res possit ad æqualitatem reduci mediis suo tempore deducendis, ut fuit practicatum cum PP. S. Augustini, qui licet stabiliverint alternativam in Electionibus Ministrorum, idque fuerit a
sa. mem. Urbano VIII. confirmatum, tamen ex post opus fuit illam ampliare, & sic ampliatam fel. mem. 89
Innoc. X. confirmavit, quæ mutationes, & legum correctiones fieri debent, *quando lex confertur manifestam continet iniquitatem, aut ejus observantia maxime nociva videtur*, sunt verba D. Thom. in prima 2. q. 97. art. 2. & in specie est Text. in cap. Suggestum de decim. cap. quid per novale de verb. signif. cap. quarto, de Const. Can. erit autem lex, dist. 4. l. ex facto 43 ff. de vulg. quant. & alios. & hæc exornat Suarez de leg. lib. 8. cap. 30. num. 6. & 7.

Non relevante, quod hujusmodi Bipartita fuerit diu observata, & jurata in pluribus Capitulis generalibus; Etenim, ultra quod non probatur acquiescentia hinc Bipartitæ omnium Nationum, interesse habentium, dum fuerit Bipartita statui nequit a Capitulo generali, accedente consensu omnium Nationum, ex supra allegatis §. incipiendo in fin. ita nec potest induci acquiescentia, & observantia nisi per confessum, & ratificationem expressam earundem Nationum Rocc. disp. Jur. cap. 86. n. 31. Add. ad Bottr. dec. 285. n. 4. lit. A. Rot. in Tirasonen. Decimarum prima Julii 1697. §. in Nihilum. coram R. P. D. Caprara, Omissis aliis responsionibus apud D. D. urgebat dilemma; nam vel Bipartita, & Breve illam confirmationem fuerunt injusta, & læsiva usque ab initio, & non potest opponi illius longæva executio, & acquiescentia, nec juramentum, quod non debet esse vinculum iniquitatis, Bart. in l. 1. n. 6. ff. de transf. Roman. cons. 517. sub n. 24. vers. Sed certe respondet Andreol. controv. 146. n. 17. Alberic. apud eandem controv. 288. n. 2. vers. neque locum. Rot. dec. 412. n. 32. & 33. p. 16. Rec. aut detecta fuit injusta ex post facto, & tunc erat necessaria observantia, ut ex ea detegerentur gravamina, & læsio quidem, Deveniri enim nequit ad reformationem & correctionem legis, nisi cum usus tractu temporis demonstraverit iniquam, & nocivam juxta Text. in dicto cap. Suggestum, de Decim. & in l. Cum quærem ff. de usur.

Nec demum refert obiicere, quod etiam hodie dicta Concordia recipiatur, & observetur a tota Congregatione, solemque inveniatur ab aliquibus Religiosis agentibus sine mandato procuræ; Quia exhibita fuerunt mandata Procuræ 200. Monachorum Castellæ veteris, nonnullo aliquorum Monasteriorum,
& plura Civitatum ejusdem Nationis, & cum agatur de detentione Juris tota Nationi competentis, dicitur actio popularis, & quilibet de populo est legitimus contradictor, ut docent Bart. in l. ubi pactum n. 11. C. de transact. Felin. in c. Dilectis de major. & obed. Escobar. de ratiocin. cap. 7. n. 62. & 63. Cabell. ad Barbos. regul. cap. 36. n. 11. & 19. Et alias terminis servatum fuit in dicta Perusina, seu Fulginaten. Abbatiæ, in qua pro defensione Monachorum Fulginaten. contra totam Religionem comparebat unicus Monachus Fulginaten. & Civitas ipsa Fulgineti, ut in prima decisione sub die 24. Januarii 1701. coram R. P. D. Scotto. 90

Cum itaque ex præmissis omnibus Rota confessa fuerit actionem pro aperitione oris, immo, & superfluum esse credidit edere rationem super altero dubio concilii pente per P.P. Regni Galliciæ, & Provinciæ Camporum, cum tantum adducta fuissent, non super abundare via terminat ad decidendum dubium principale = *An sit casu dictum ordinationi pro aperitione oris*, = satis quo D.D. ex Commissione speciali Sanctissimi Domini nostri Papæ fuit, unus tantum consigit.

Et ita utraque, &c.

R.P.D.

R.P.D. MOLINES DECANO

Castellana Validitatis Concordiæ, seu Bipartitæ.

Lunæ 12. Januarii 1705.

CUm plures Monaci Ordinis S. Bernardi Congregationis Cisterciensis ex Provinciis Campos Legionis, & Galleciæ nullam, & injustam esse prætenderent quandam assertam Concordiam, seu Bipartitam usque de Anno 1669. a Capitulo intermedio ejusdem Ordinis stabilitam, & successive per san. mem. Clement. IX. & Clementem X. duplici separato Brevi confirmatam, prævia speciali commissione Signaturæ Gratiæ adierunt Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium pro necessaria oris apertione, & postea Sanctissimus Dominus Noster Clemens XI. mandavit, ut dicta S. Congregatio procederet cum Voto hujus Sacri Auditorii, qua de se sub die 19. Novembris 1703. consului Dominos: *An intraret arbitrium pro apertione oris*, & affirmativum prodiit responsum ex momentis, & rationibus in evulgata decisione lata calamo recensitis, ad cujus tenorem subinde Votum Tribunalis publicavi, quod prædicti Monaci eidem Sacræ Congregationi exhibuerunt, & quia in illius executione aliquæ ortæ sunt difficultates, novum recursum habuerunt ad Signaturam Gratiæ, in qua placuit eidem Sanctissimo Domino Nostro rescribere, ut prævia apertione oris, juxta sensum Rotæ, Sacra Congregatio procederet ad definitionem Causæ principalis cum Voto ejusdem Rotæ. Hinc propterea in hodierna Audientia discetandum proposui Dubium = *An Transactio; seu Bipartita substineatur, itaut Brevia sint exequenda* = quod fuit in omnibus *negative* resolutum.

Præsupposita nanque facti serie abunde relata in alia mea Decisione super oris apertione, ratio decidendi subnixa fuit Nullitati, Injustitiæ, ac læsioni dictæ Bipartitæ; quæ vitia sunt talis naturæ, & operationis, ut illam destruant, ac de medio tollant, etiamsi processisset per modum legitimæ, & rigorosæ Transactionis (quæ alias ex infra deducendis nequaquam adest). Transactiones nanque laborantes potenti nullitate, enormemque alterius ex Partibus læsionem involventes, ab omni Jure inefficaces, irritæ, & invalidæ declarantur, ad Text. *in l. qui cum Tutoribus, §. Qui fallaciam, ff. de Transact. & in l. Transactio, C. eodem*, Cagnol. *in l. 1. num. 78. vers. pro contraria, & seqq. C. de rescind. vendit.* Dec. *in l. cum se 5. num. 1. C. de transact.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 23. & seqq.* Rot. *decis. 24. num. 19. post* Salgad. *in Labyr. Credit. & decis. 55. num. 1. apud* Urceol. *de transact. & in Rec. decis. 12. num. 5. & decis. 331. num. 16. part. 17.*

Evidens quidem apparuit nullitas Bipartitæ; ad ejus enim validitatem quatuor requisita copulative concurrere debent, nempe justa causa, consensus omnium Nationum, Authoritas Capituli Generalis, & Beneplacitum Sedis Apostolicæ, ut conveniunt omnes super materia scribentes, inter quos P. Passerin. *de elect. cap. 2. n. 60. & 61.* Sanct. Ubald. *in quodlibet. Regular. quodlibet. 12. dub. 10. num. 1267. vers.*
92 *quia tamen*, Raggius *de regim. Regular. dub. 26. conclus. a.* Cappon. *disceptr. 49. num. 1. tom. 1.* Brun. Neusser. *in Poliamb. Theolog. Canon. disput. 120. quæst. 1. §. ult. num. 10.* Card. de Luca *de Regul. disc. 3. n. 10. in fine*, a Spiritu Sancto *in director. Regular. tract. 5. disput. 2. sect. 5. n. 95.*

In præsenti autem themate utique non deficiebat primum substantialissimum requisitum justæ causæ, dum revera Religiosi aliquorum Monasteriorum ex Alcarria, & Mancha oriundi facta confederatione soli omnia fere Monasteria occupaverant, eaque inter ipsos dividebant, admittendo ad habitum Religionis Oriundos ex dictis Terris solummodo, aliaque hujusmodi agebant totale dominium supra cæteros præferentia, quæ late enarrantur in alia decisione super apertione oris, §. *Ob majorem cum frequen.* itaut ad hasce partialitates, & controversias extinguendas Religiosi utriusque Veteris, & Novæ Castellæ necessarium simpliciter esse crediderint aliquod æquum, justum, & rationabile temperamentum pro bono pacis, & regularis quietis universæ Religionis, ut recognitum fuit in congressibus Annorum
1662. 1669. & 1671. quæ sane causa est altera ex 93
illis, quæ a Scriptoribus Regularibus justissima reputatur ad dividendas Dignitates, & Officia Religionum, ut concludunt Authores prælaudati in §. 3. Ab eaque plures Summi Pontifices moti fuerunt ad istas divisiones Auctoritate Apostolica confirmandas, derogando Juris dispositioni, quæ alias tales Societatum Regularium scissiones non admittit ex traditis per Petrum de Bassio *in director. part. 2. cap. 35. num. 4.* Castellin. *de elect. cap. 1. num. 36.* Passerin. *eod. tract. cap. 2. num. 60.* Murg. *in Constit. Apostol. dec. 19. num. 5. & seqq. & decis. 20. num. 11.* Rot. *decis. 65. numer. 10. part. 3. Rec.*

Prout non deficiebat Beneplacitum Apostolicum; sed cum istud fuerit obreptitie, & subreptitie extortum, ut infra agendo de executione Brevium in hoc negotio emanatorum habebitur sermo, perinde est ac si re vera non concurreret. Penitus tamen, penitusque desiderantur alia duo requisita; Exulat quippe Auctoritas Capituli Generalis, dum Bipartita stabilita fuit Anno 1669. in Capitulo intermedio composito ex Generali, & sex Definitoribus ad alium effectum coadunatis, ut refertur *in alia decisione super oris apertione, §. Gravissimas*; illius proinde nul-
litas efficitur insanabilis, cum Definitorium careat 94
potestate stabiliendi ejusmodi Religionum divisiones, talique facultate fruatur Capitulum Generale universam Religionem repræsentans, ut ajunt Fagnan. *in Cap. Cum dilectus numer. 33. de consuetud.* Donat. *in prax. Regular. tom. 2. tit. de elect. quæst. 32. num. 3.* A Sanct. Ubald. *quodlibet. 12. dub. 10. num. 1267. vers. cum apud nos*, Passerin. *de elect. dicto cap. 2. n. 60. & 61.* & fuit dictum *in decisione super apertione oris, §. Incipiendo.*

Eoque magis quia facultates Definitorii ex Constitutionibus Congregationis sunt restrictæ ad certa negotia inferiora, *Summaria Patrum Castella Veteris Num. 9.* ac etiam quia hujusmodi Bipartitam concordare noluit Capitulum Generale Anni 1668. ut
inferius dicetur, nec proinde valuit Definitorium ex 95
paucis Religiosis compositum ea statuere, quæ in dicto Capitulo fuerant præcedenter impugnata, & acerrime contradicta *ad regul.* Text. *in Cap. Cum inferior, de majorit. & obed.* & in specie a Sanct. Ubald. *quodlibet. regular. 12. n. 1356.* & observat præallegata decisio super apertione oris *super eodem, §. Incipiendo.*

Sicut etiam non probatur datum fuisse consensum ab omnibus Religiosis Nationalibus interesse habentibus, sine quo nec per ipsum Capitulum Generale statui potest in Religionibus Bipartita, seu alia divisio, ut probat Passerio. *de elect. cap. 2. n. 60. 61. &*
63. *in fin.* ex ea efficaci ratione, quia cum similes 96
divisiones sint actus respicientes privatum singulorum interesse, necessarius est ad illarum validitatem, & subsistentiam omnium Nationalium consensus, ut notat in specie Solorzan. *de Jur. Indiar. libr. 3. cap. 26. n. 96.* a Spiritu Sanct. *in director. regul. tract. 5. disp. 2. sect. 5. n. 95.* & generaliter est de regula, quod actus, qui omnes tangit ab omnibus, & singulis, nemine discrepante, approbari debeat; ut docuit Gloss. *in cap. Cum omnes in verbo constitutum de Constitut. ubi* Innoc. *n. 3.* Bald. *n. 16.* Abbas *n. 5.* Bellamer. *n. 5. & 8.* Bero. *n. 9.* Fagnan. *num. 8. & 9.* Barbos. *num. 5.* Paris. *cons. 90. n. 18. lib. 4.* Antonell. *de Regim. Eccles. libr. 4. cap. ult. §. 1. sub num. 9.* Rot. *decis. 307. numer. 3. coram Coccin. & dec. 450. numer. 13. coram Cerro, & decis. 139. numer. 5. part. 14. & decis. 224. num. 25. & seqq. part. 16. & in Romana Immissionis 26. Martii 1696. §. Ut etiam coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Nullitatibus hactenus expositis clarior, & lucidior est injustitia Bipartitæ; per eam quippe divisa fuit Religio in duas partes, scilicet Castellæ Veteris, & Novæ,

Novæ, ponendo in earum qualibet Provincias, & Regna ibidem fpecificata, fupponendo cum hac divifione materiali Regnorum, & Provinciarum tem deducere ad æqualitatem, vel faltem iftam in apparentia oftentare: fed ultra quod impugnabatur per Patres Caftellæ veteris, quod ejufmodi materialis divifio proceflerit fervata debita æqualitate ex deductis in alia decifione fuper apertione oris, §. *Et fic fenfim*, Injuftitia, & enormiffima læfio Bipartitæ oritur ex hoc ipfo, quod divifio facta fuit per materialem Regnorum, & Provinciarum divifionem, & feparationem; Jurgia nanque contentiones, & controverfiæ inter Caftellanos novos, & veteres exortæ fuerant, ex quo illi quantumvis in eorum Terris non haberent nifi fex tantum Monafteria nihilominus occupaverant, mediantibus factionibus, & confederationibus, fere omnia triginta fex Monafteria pofita
97 in locis, Caftellæ Veteris, *propter quod affectus Monachorum erga proprias Terras, e quibus erant oriundi perturbabatur*. Quapropter ad extinguendas hujufmodi partialitates non erat congrua, & conveniens feparatio per Provincias, & loca materialia, in quibus non aderant Monafteria; fed divifio facienda erat habito tantum refpectu ad loca, in quibus illa exiftebant. Hoc quippe modo extinguebantur partialitates, & factiones. Confidera autem hac dividendi ratione per Monafteria, quæ erat unice attendenda, patentiffima confurgit illius læfio; nam Caftellani novi habentes fex tantum Monafteria in eorum Terris, adepti funt per Bipartitam materialiter, ut fupra dialmus per Regna, & Provincias factam, quindecim Monafteria Caftellæ Veteris, contra omnes regulas juftæ, & æqualis divifionis, quæ non patitur, ut una pars non folum nihil recipiat ab altera, fed infuper, quod eidem majorem fuorum Jurium contribuat portionem per ea, quæ tradunt Boer. *dec. 6. n. 1. cum feqq.* Michalor. de Fratrib. *p. 3. cap. 1. n. 29.* Calvin. *de æquit. lib. 1. c. 4. n. 5. & in Romana Concordia 15. Junii 1696. §. Ex quibus, cor. Me*. Etiam fi divifio fieret per viam Concordiæ, & Tranfactionis, dum etiam in hoc contractu debet hinc inde aliquid dari, & remitti, fine qua mutua datione, & ceffione, ille tanquam nullus, & enormiter læfivus ab omni Jure reprobatur, *ad vulg.* Text. *in l. Tranf. C. de tranfact.*

Augetur injuftitia Bipartitæ, quia alia Caufa, ob quam deventum fuit, & neceffarium erat devenire ad præfatam divifionem, extitit factionum, & confederationum extinctio, quæ per divifionem antedicto modo per Regna, & Provincias factam nedum fublatæ non fuerunt, fed potius confirmatæ, & altius radicatæ; nam Caftellani novi acquirendo quindecim Abbatias fixarunt una cum aliis fex propriarum Terrarum 21. voces activas in eorum Factione, quibus adjunctis vocibus Prædicatorum, qui de illo tempore erant de eadem confederatione juxta decretum factum in eodem Capitulo intermedio, Capitulum Generale pro majori parte remanebat compofitum ex
98 eifdem Caftellanis novis, prout erat antea, imo pejori modo, ac longe magis præjudiciali, dum per Bipartitam factio conftabilita remanfit in vim legis fcriptæ fine fpe reciffionis, ubi e contra ante Bipartitam poffibilis, & fperabilis erat Factionis decrefcentia, & reductio Religionis ad priftinum ftatum libertatis, & Indifferentia Nationalium, juxta rerum humanarum viciffitudines, quibus ftatus humanus fubjacet, ut ait Text *in § Quia vero hactenus Auth de nupt. & in § Ut autem Lex Auth. de non alienan. reb. Ecclef. & §. Primo Auth. ut omnes obed Judicib.* & optime *Hoftien. in cap. tua Nos, de confanguin. & affinit.*

Nihil igitur injuftius remanet ea divifione, feu tranfactione, per quam alteri ex partibus tribuitur totum id, quod erat in controverfia, fine affecutione potiffimi finis, propter quem inita, & ftabilita fuerat, nimirum fedandi Factiones, & controverfias, ac reddendi Ordini Clauftrali pacem, & perpetuam tranquillitatem, ut latius obfervat Decifio fuper apertione Oris, §. *Ejufdem ponderis*.

Nec expenfa nullitatis, & injuftitiæ vitia recte oppugnabantur ex fundamentis hodie noviter deductis; non quidem ex eo principaliffimo, quod controverfa Bipartita ftabilita fuerat de anno 1699. per Capitulum intermedium in executionem alterius Bipartitæ conclufæ de anno 1662. in quodam congreffu habito Matriti in Regio Monafterio Sanctæ Annæ per decem Magiftros, & Cathedraticos fuffultos legitimo mandato Procuræ omnium Monafteriorum, ut prætendebatur conftare ex actis ejufdem congreffus tranfcriptis *in Summario Patrum Caftella Nova Num.* 5.

Enim vero hujufmodi objecto duplex æque folida occurrebat refponfio; Quarum altera ftabat in eo, 99
quod acta præfati congreffus non fuerint exhibita in forma probanti, dum tranfcripta *in dicto Summario Patrum Caftella Nova fub Numero* 5. funt quædam afferta illorum particulæ excerptæ ex Summario cujufdam recurfus facti de anno 1668. per P. Dionyfium Mantillam Congregationi particulari fuper negotiis Monachorum Ciftercienfium deputatæ, unde ex illis nulla legitima oritur probatio *cap. 1. de fide Inftrum.* cum aliis relatis per Rotam *in decif.* 187. *n. 1. part. 5. recent. & dec. 51. n. 4. & 5. part. 9.*

Nihil fuffragante, quod dictum Summarium repertum fuerit inter Codices dictæ Congregationis particularis, cujus a Secretis tunc temporis erat R. P. D. Fagnanus clar. mem. Quoniam nil repugnat, quod Litigantes exhibeant in eorum Summariis fcripturas informes, & documenta debita legalitate carentia, quem defectum non fupplent publica Archi- 100
via, in quibus illa affervari contingit, cum & in iftis paffim exiftant, & reponantur informes, & illegales fcripturæ, ut in propofito dixit Rota *decif. 41 per tot. p. 1. coram Veral. & dec. 167. n. 7. & feqq. coram Cavino, & dec. 285. n. 2. & dec. 1296. n. 25. coram bon. mem. Emerix Decano.*

Nec porro circa Caufam dubitatum fuit de legalitate dictorum actuum; nam in illis fupponitur Congreffum præfatum habuiffe legitimum mandatum omnium Monafteriorum ibi = *Avendo preceduto il dare i Monafterii i loro poteri per tutto quello in effa fi rifolveffe:* = quæ enunciativa non fuit verificata imo ex pluribus Argumentis infubfiftens oftendebatur, quorum alterum petitum fuit ex quadam relatione totius fucceffus in dicto congreffu facta a Fr. Joanne de Saracho Promotore Fifcali Religionis, & ab eodem pofita in actis Notarii Francifci Ximenez, a quo fuit extracta copia tranfcripta in hodierno Caftellanorum veterum *Summario fub Numero* 5. ex qua fane relatione licet habeatur, quod poft captam refolutionem deveniendi ad aliquod juftum, & rationabile temperamentum, fuerit fcripta Epiftola circularis omnibus Monafteriis, ad hoc ut tranfmitterent mandatum Procuræ in perfonam fex Monachorum, ibidemque referatur minuta mandati; Revera tamen inibi non dicitur, quod dicta mandata fuerint effective tranfmiffa, imo potius conftat de oppofito, dum afferitur, quod *nel interim, che fi afpettava la rifpofta de Monafteri* fuerunt convocati Religiofi, qui debebant intervenire in congreffu, habitique fuerint difcurfus circa modum removendi plures abufus, & ftatuendi divifionem Religionis per Bipartitam, vel Tripartitam, conclufaque fuerit per majorem numerum fuffragiorum Bipartita, vel latius patet ex dicta Relatione.

Secundum argumentum defumptum fuit ex ea facti circumftantia, quod litera circularis requirens dicta mandata Procuræ Monafteriorum fuit data fub die 8. Februarii 1662. ut refert Promotor Fifcalis in dicta fua relatione, & in actis controverfis afferitur, quod fub die 13. Martii Patres intervenientes in Congreffu habuerunt in manibus eadem mandata. Inverifimile autem apparuit, quod fpatio unius menfis, & quinque dierum potuerint infimul tranfmitti ex utraque Caftella Veteri, & Nova tot mandata ad Matritum.

Tertium argumentum, & quidem efficax præftabat ponderatio, quod fi revera adfuiffent controverfa mandata, utique adhuc exifterent in præfato Regio Monafterio Matriti, ubi habitus fuit Congreffus, & fumma facilitate Patres Caftellæ Novæ habentes in
manibus omnia Archivia Religionis potuiffent illa 101
extrahere, & exhibere vel originaliter, vel in tran-

fumptis

sumptis in forma probanti, & tamen nunquam in decursu litis adeo diuturnæ fuerunt producta; unde præsumptio est, quod vere non adsint Rotæ *dec.* 111. *num.* 5. *part.* 6. *recent.* & *in Melevitana successionis super articulis* 27. *Junii* 1701. §. *Cæterum*, *cor. mem.*

Ex quibus itaque omnibus nullum fieri potest fundamentum super Bipartita stabilita de anno 1662. quia non constat clare, & evidenter eam fuisse stabilitam cum consensu totius Religionis, & omnium Nationalium, non docto de præfatis mandatis Procuræ. Sed quatenus de illis doctum fuisset, adhuc ex illa nullum suscipi valet præsidium ex alia urgentiori responsione, quod scilicet tametsi fuisset stabilita a majori parte suffragiorum, tamen cum non convenissent suffragantes circa modum ipsius executionis, congressus fuit dissolutus sine ulla determinatione, & conclusione, remisso negotio ad proximum Capitulum generale, in quo de mense Maii convocato, licet Castellani Veteres instantissime egissent, ut caperetur provisio circa præfatam divisionem, de qua actum fuerat in antecedenti Congressu, semper illorum Instantiæ fuerunt rejectæ, ut refert Promotor Fiscalis in dicta sua Relatione; unde super dicto a-
102 ctu anni 1662. ineffectuato nullum statui potest fundamentum Rota *coram Celso decis.* 7. *num.* 9. & *dec.* 381. *num.* 17. *part.* 19. *recent.* & *in Firmana Jurisdictionis* 15. *Aprilis* 1701. §. 15. *coram mem.*

Apertius constat de effectuatione dictæ Bipartitæ ex recursibus factis de anno 1668. per Patrem Mantillam unum ex veteribus Castellanis prius S. M. Clementi IX. & postea Sacri Congregationi particulari deputatæ super negotiis Cisterciensium. Cum enim illis exposuisset confederationes, & partialitates in Religione vigere, & ad eas dirimendas conclusam fuisse de anno 1662. Bipartitam executioni non demandatam. Sacra Congregatio commisit Episcopo Vallisoletano, ut se conferret ad proximum Capitulum Generale, & cognosceret de justitia, vel injustitia dictæ resolutionis anni 1662. sed nihil profuit illius interventus, dum partes fuerunt inter se discrepantes, & non solum non approbarunt deliberationes Congressus anni 1662. sed neque ullum alium invenire potuerunt medium proportionatum ad dirimendas partialitates, *quia neutra partium suis prætensionibus cedere volebat*, & licet de hac eadem tractum esset in Urbe inter Procuratores, nihil tamen ad effectum deductum fuit, quia erant *Procuratores utriusque Partis sufficienti ad concordandum mandato destituti*, ut de facto constat ex narrativa Brevis Clementis IX. Ex quo manifestissime resultant duæ certæ consequentiæ. Altera, quod Patres Castellani Veteres non fecerant occasione congressus anni 1662. mandatum Procuræ ad acceptandas deliberationes a dicto Congressu Monachorum capiendas, alias coacti fuissent ad acceptandam Bipartitam tunc stabilitam. Altera,
103 quod revera illa non habuerat suum effectum, sed fuerat tractatus mere consultivus, qui in nulla consideratione haberi solet Rot. *decis.* 26. *n.* 12. *part.* 18. & *decis.* 26. *num.* 13. *decis.* 121. *n.* 8. *part.* 5. & *decis.* 146. *n.* 19. & 20. *part.* 18. *tom.* 2. *recent.*

Quod etiam evidentissime colligitur, ex quo ipsum Capitulum intermedium habitum de anno 1669. non fecit Bipartitam consecutiva ad antecedentem, ut asseritur conventam de anno 1662. cum de ista nullam habuerit mentionem, sed immo asseruit excogitasse, & reperisse eandem Bipartitam tanquam remedium novum nunquam antea stabilitum, & vere unicum, quod sufficeret pro removendis partialitatibus, & factionibus, ut denotant ea verba = *nullum aliud pro his malis efficacius remedium invenire potuimus* = Si enim tunc de anno 1669. Capitulum Intermedium adinvenit hanc Bipartitam; ergo illa conventa de anno 1662. dicendum necessario est, quod non fuisset perfecte stabilita prævio man-
104 dato Nationalium, nec etiam effectuata, §. *penult. in proæmio Instit.* & §. *final. Instit. de donat. l.* 2. §. *Juris Civilis*, *ff. de origin. Jur.* cum aliis apud Rebuff. in *l. si calumnietur*, §. *Telum*, *versic. notandum est*, *ff. de verborum signific.*

Nec dicatur, quod dicta Bipartita tractata de anno 1662. eatenus non habuerit effectum, quatenus non placuerit Manchis, & Alcatris, seu Castellanis novis, non vero Castellanis veteribus, cum ex istorum parte potius constet fuisse supplicatum Papæ pro illius confirmatione mediantibus Instantiis factis per P. Dionysium Mantillam,

Quoniam verius est oppositum, quod scilicet non placuisset Castellanis veteribus; Tum quia ex præfata relatione Promotoris Fiscalis colligitur, quod dicta deliberatio anni 1662. capta fuit sine mandatis Procuræ, & eo interim quo illa expectabantur, non constat, quod unquam transmissa fuisset, igitur dissensus in Bipartitam referri debet ad Castellanos veteres, de quorum mandatis non constat eam fuisse conventam, neque enim actus signanter præjudicialis placuisse præsumitur iis, quorum consensus non fuit habitus.

Tum quia ex eadem relatione habetur, quod magna fuit contentio inter Monachos componentes dictum congressum, an divisio facienda esset per Bipartitam, vel Tripartitam, remissaque controversia ad decisionem suffragiorum, vota fuerunt æqualia; medietas enim fuit pro Bipartita, & altera pro Tripartita, judicantibus illis, qui votarunt pro divisione in tres partes *essere ingiusta in solo due, una di Castiglia nova, è l'altro di tutte le Nazioni, quando in Castiglia nova sola sono fondati sei Monasterii, & uno di questi il Collegio di Alcalà, che si alimenta con quello, che gl'altri li contribuiscono, & anche quello di Madrid la maggior parte, e nell'altre Terre stanno fondati trentasei Monasterj, tredeci in Galizia, quattro nella Rioxa, e Montagne di Burgos, tre in Asturia, e sedeci nell'altre di Castiglia vecchia* = subinde vero unus ex tribus, qui votarunt pro Tripartita, ne controversia remaneret æterna, ac indecisa, ad evitandum majus malum satius duxit approbare Bipartitam, ut subdit eadem relatio, ibi = *Uno delli tre Deputati, che votarono se si doveva dividere in tre parti le nazioni, vedendo, che la materia restava indecisa, disse, che stimava tanto il male delle parzialità suddette, che acciò s'evitasse un danno sì nocivo, e pregiudiciale, riduceva in suo parere, e si conformava con quello si facesse la divisione nelle due parti solamente.*

Si igitur inter ipsos sex Deputatos, quorum pars major erat Castellæ novæ, adfuit paritas votorum circa divisionem in Bipartitam, vel Tripartitam, & vicit pars stans pro Bipartita ex accessu unius ex contrariis ducti zelo evitandi majus malum; quomodo unquam dici potest Castellanos veteres approbasse Bipartitam? Certius si reflectatur, quod juxta relata per Promotorem Fiscalem, dicta deliberatio fuit suspensa, & remissa ad imminens Capitulum generale ex consilio, & suggestione unius ex Castellanis veteribus, ibi = *In altra sessione, che fu l'ultima, uno di quelli della parte di Castiglia Vecchia visto, che non si conformavano in mezzo alcuno delli proposti, disse, che per questo gli pareva si rimettesse al Capitolo Generale prossimo futuro, con che si disfece la radunanza.* Et evidentius, quia in eodem Capitulo generali Castellani veteres plures eidem porrexerunt supplices libellos, sed in eorum nullo facta fuit mentio Bipartitæ, solumque expositum legitur tractatum fuisse in congressu prædicto de stabilienda pace, & concordia Religionis, evitandi causa partialitates, & nihil conclusum fuisse, ac proinde supplicabant Capitulo, ut ageretur de materia, pro qua facti fuerant dicti congressus, ut legere est ex ipsis instantiis transcriptis per dictum Promotorem Fiscalem in præfata ejus relatione.

Ultra quod cum Bipartita in dicto congressu anni 1662. tractata legatur per nonnullos Patres singulares pro majori parte Castellanos novos, ut dictum est,
proinde nil refert, quod ea ibi placuerit Castellanis ve- 105
teribus, aut novis, cum placitum dependeat semper ex consensu Nationum in universum, non autem singularium Religiosorum, Surd. *cons.* 28. *nu.* 105. Adden. ad Buratt. *dec.* 275. *alias.* *A.* Rocc. *disput. Jur. cap.* 86. *num.* 3. Rot. *in Tirason. Decimarum* 1. *Julii* 1697. §. *In nihilum*, *cor. R. P. D. Caprara.*

Nihil officiente Instantia facta per Patrem Mantillam

in prænominatis suis recursibus factis Romæ quia dictus Monachus non habebat mandatum Procuræ suorum Conationalium Castellæ veteris, & ad Urbem accesserat potius pro suis negotiis particularibus, quam communibus Nationis, & pro illis porrexit
106 preces tanquam persona singularis sine ullo mandato, quod cæteroquin nec exhibuit, nec asseruit, nec de Jure præsumitur, etiamsi asseratur Afflict. *dec.* 345. *n.* 6. Rot. *decis.* 64. *num.* 15. *&* 15. *p.* 12. *& dec.* 162. *p.* 17. *& dec.* 134. *numer.* 11. *p.* 18. *rec.* Ulterius nec revera in suis recursibus institit pro confirmatione Bipartitæ, sed simpliciter tanquam unus de populo supplicavit pro remedio factionis, petendo committi Episcopo Vallisoletano, ut cognosceret in Capitulo Generali de justitia, vel injustitia resolutionis anni 1662. in quam formam prodiit resolutio Sacræ Congregationis, per quam instantiam, etiamsi esset facta cum mandato Procuræ generali, non dicitur approbata, nec reprobata Bipartita, Rot. *dec.* 604. *numer.* 20. *coram Dunoz. jun. & decis.* 64. *numer.* 26. *& decis.* 304. *num.* 34. *p.* 17. *recent.*

Quod ad evidentiam confirmatur, ex quo in Capitulo generali, in quo intervenit dictus Episcopatus uti Apostolicus Delegatus proposito decreto Bipartitæ anni 1662. nihil fuit conclusum, ex quo neutri placuit parti, ut dicitur in narrativa Brevis Clementis IX. ibi = *Quia neutra partium suis prætensionibus cedere volebat*, Ergo non potest dici, quod Bipartita placuerit potius Nationalibus Castellæ veteris, quam illis Castellæ novæ; imo præsumptio est, quod displicuerit Veteribus, & placuerit novis, quia isti non habebant, nisi sex Monasteria, & per Bipartitam acquirebant quin-
107 decim ex Monasteriis alterius partis, & docuit ipse eventus, dum in Capitulo intermedio composito ex novis Castelianis stabilierunt isti eandem Bipartitam per ea quæ, notat Gloss. *in l.* 1. *in verbo liberalitatem, ff. de donat.* Rot. *decis.* 274. *num.* 4. *&* 5. *p.* 6. *& decis.* 27. *numer.* 1. *p.* 7. *& decis.* 513. *numer.* 10. *&* 12. *p.* 14. *& dec.* 51. *n.* 4. *p.* 16.

Neque ad præsumendum consensum Patrum Castellæ veteris, & evitandam injustitiam Bipartitæ profuit ponderatio, quod illi ex ea non modicum beneficium acquisiverunt, dum ubi prius stante factione, & confederatione Patrum Castellæ novæ vix tres, vel quatuor Abbatias obtinere poterant, stante Bipartita sibi assecuraverant medietatem Abbatiarum totius Religionis. Quandoquidem justitia temperamenti litium extinctiva non est desumenda ex statu, in quo reperiebatur Religio irregularibus, & injustissimis abusibus referto, dum contra omnes Juris, rationis, & æquitatis leges aliqui Religiosi non habentes in eorum Terris, nisi duo parva Monasteria, insimul confederati totale dominium Religionis usurpaverant, ut exposuit P. Mantilla in suis recursibus: sed justitia metienda est ab intrinseco, & habet solum respectum ad causas, unde oriebantur partialitates, dissensiones ad effectum illas eradicandi, & extirpandi, ideoque ut ajebant illi, qui in congressu anni 1662. votarunt pro Bipartita, non erat habendus respectus ad occupationem omnium Abbatiarum factam per Castellanos novos, sed ad numerum Monasteriorum, quæ in Terris utriusque partis existebant, etiam si procederetur per viam Concordiæ, ut enim ea recte stabiliatur in hac materia, semper in pristinum statum omnia prius redigi debent, & quidquid illicite occupatum est per factionem, & prædominium computari non debeat in favorem usurpatoris, sed tantum illud considerari, quod prius suum erat, alias sequeretur absurdum, quod quis
108 usurparet aliena in dolum, ut medio transactionis, saltem eorum partem licite consequi posset contra regulas Juris, de quibus Teat. *in l. Auctoritate, Cod. unde vi.*

Nec minus salvari potest Injustitia Bipartitæ ex alio fundamento, quod fortius inculcabant Defensores Patrum Castellæ novæ, quod scilicet omnia Monasteria sint indifferenter subjecta Congregationi citra distinctionem Nationum, & Regnorum, omnesque Abbatias fuisse fundatas a munificentia Serenissimorum Hispaniæ Regum, & non Personis particularibus Locorum, quodque unum sit Regnum Castellæ, licet verbo tenus dividatur in duas veterem, & novam; adeout de ambarum beneficiis, aliisque bonis Ecclesiasticis promiscue fruantur novi, & veteres Castellani, quodque in Monasteriis Castellæ veteris recipiantur oriundi ex nova, & viceversa; Ac demum, quod de tempore Birpartitæ fuerit, & hodie sit æqualis numerus Religiosorum utriusque Regni; Unde inferebatur, quod in facienda divisione nulla haberi debuerit ratio de præponderantia, & inæqualitate unius, vel alterius Nationis, nec de majori, vel minori numero Monasteriorum in utraque ex eis fundatorum.

Quoniam Domini his omnibus stricte responderunt, quod ista unitas adeo inculcata convincit injustam fuisse divisionem Religionis, & Monasteriorum etiam per Bipartitam; Si enim una est Congregatio, una Reli-
gio, una Corona Castellæ, æqualis numerus Mona- 109
chorum, immeritò igitur deventum fuit ad Bipartitam, & perperam ista defenditur tanquam justa a Monachis Castellæ novæ, sed illorum instantiæ esse deberent, quod Religio reducatur in pristinum statum indifferentiæ, id tamen nec petierunt, nec petunt, imo Religio tam in Congressibus anni 1662. 1669. 1671. sciens prædictam unitatem Congregationis, Religionis, & Coronæ Castellæ cum omnibus circumstantiis supra in objecto ponderatis, agnovit esse necessariam divisionem ad extirpandas partialitates, & odiosas confederationes. Punctus igitur stat in perscrutando, non jam utrum sit facienda divisio, seu Bipartita in genere quoad Religionem, sed solum in concreto an Bipartita, & divisio, quæ facta fuit, sit justa, & careat læsione, tam quoad Monasteria, quam circa finem, ad quem directa fuit, scilicet ad tollendas confederationes, & partialitates, cui fini cum fuerit contraria Bipartita, tam in suo primo esse, quam expost, illius injustitia non potest esse magis patens; quia non est justus, & congruus modus sedandi controversias inter habentes sex Monasteria, & obtinentes triginta sex omnia in cumulum ponere, eaque inter Colligantes pro æquali portione dividere, & cum læsio, & injustitia Bipartitæ verificetur in inæquali divisione Monasteriorum, ac etiam in ordine ad finem, seu causam, propter quam facta fuerat, hoc sufficit ad ejus rescissionem, remissa ad aliud tempus congruum discussione super statu Religionis examinando pro capiendo novo remedio adaptabili tot discordiarum, & partialitatum malo confessato per Religiosos utriusque Castellæ in Congressibus annorum 1662. 1669. 1671.

Posito ex hactenus deductis, quod Bipartita utpote nulla, injusta, & læsiva sustineri nequeat, consequens est Brevia in illius confirmationem emanata, exequenda non esse, dum constat de illorum obreptione, & subreptione, quæ vitia Pontificias concessiones evertunt. Suppositum quippe fuit Papæ dictam Bipartitam fuisse factam per viam Concordiæ per Capitulum intermedium anni 1669. habens hujusmodi potestatem, eamque esse magis æqualem, & unicum medium ad extinguendas omnes partialitates, & controversias inter Monachos dictæ Congregationis diu vigentes: quæ omnia non subsistebant; nam Bipartita non fuit composita per viam Concordiæ, & Transactionis; quæ justa regulas Juris nunquam adfuit, cum Nationes non dederint eorum consensum, ut supra probatum fuit, sine quo non datur Concordia, *Leg. prima, ff. de pact.* Rota *decis.* 891. *num.* 15. *part.* 15. *& decis.* 116. *num.* 18. *part.* 17. Nec Capitulum intermedium pollet potestate legitima statuendi similes concordias, illa residente penes Capitulum Generale, quod totam repræsentat Religionem, ex supra relatis, & dictum fuit *in decisione super aperitione oris, §. Incipienda.*

Quemadmodum nec subsistebat narrata æquali- 110
tas Bipartitæ, dum manifestissima detegitur ejus inæqualitas ex supra ponderatis, signanter notando, quod Papæ absolute reticita fuit illa substantialis, & essentialis circumstantia, quod Castellani Novi, non habebant, nisi sex Monasteria in illorum Terris, & quod Veteres obtinebant triginta sex; Si enim Summus Pontifex hanc inæqualitatem scivisset, per quam magis

fove-

fovebantur discordiæ, & partialitates tot annis vigentes in Religione, non confirmasset Bipartitam, sed alium congruum modum excogitasset ad rem deducendam ad debitam æqualitatem, sicuti non permisit illam inæqualitatem, quod una Natio posset aliam excedere in quatuor vocibus, ut ponderatur *in decisione super aperitione oris*, §. *Ut proinde*.

Et hæc subreptionum capita nedum annullant con-
111 firmationem Concordiæ factam per Summum Pontificem, sed etiam ejus approbationem reportatam in Sacra Congregatione Particolari de ordine Sanctissimi tunc instituta, ad hunc effectum. Quippe læsio, & fallacia, quibus Transactio inficitur, eam reddunt insubsistentem quantumcunque per Judicem & Congregationem emologatam, quia semper urget fundamentum supradictorum vitiorum, quæ non sanantur per solemnitates desuper adhibitas, Rota *coram Merlin. decis.* 702. *num.* 74. *& seqq.* Serafin. *decis.* 308. *num.* 2. Gregor. *dec.* 113. *n.* 8. Adden. *n.* 11. Duran. *dec.* 25. *n.* 15. Cavaler. *dec.* 288. *nu.* 6. Coccin. *dec.* 391. *num.* 3. *& dec.* 445. *n.* 2. *& in recent. dec.* 186. *numer.* 2. *part.* 6. *& decis.* 336. *numero* 25. *par.* 10. & tritum est decretum Judicis, eiusque cognitionem nihil operari, ubi constat de læsione, & injustitia, plene Jovius *de Solemnitat. in contr. Minor gloss.* 20. §. 2. *nu.* 86. *& seqq. &* §. 3. *num.* 11. *cum seqq. & gloss.* 16. §. *num.* 261. Pic. *ad Stat. Urb. gloss.* 8. *num.* 35. *vers. limitatur tertio*, Utceol. *consult.* 63. *n.* 13. Rota *dec.* 348. *numer.* 9. *part.* 14. *rec.*

Nec obstat, quod Castellani Veteres acquieverint dictæ Bipartitæ, eamque approbaverint per spatium vigintiocto annorum. Tum quia si dicta approbatio desumatur, ex quo publicatis Brevibus in Capitulo Generali anni 1671. Castellani Veteres inibi existentes non reclamaverint, nihil officit, quia cum hujusmodi interesse respiceret omnes Religionis Nationales, ac per consequens etiam illius, qui non ade-
112 rant in Capitulo, utique non potest allegari universalis omnium consensus, neque sufficit istorum taciturnitas, cum hæc in præjudicialibus non inducat consensum, sed requiratur consensus expressus, Gratian. *discept.* 725. *numer.* 13. Cyriac. *controv.* 238. *numer.* 62. Rocca *disput. Jur. cap.* 127. *num.* 21. Rota *coram Ubald. dec.* 360. *num.* 13. Bich. *dec.* 500. *n.* 47. Royas *dec.* 82. *n.* 10. & prius *cor. Seraph. dec.* 991. *n* 2.

Sive quia revera observantia dictæ Bipartitæ post annum 1671. non fuit pacifica, & semper quantum potuerunt Religiosi Veteris Castellæ in sua libertate po-
113 siti illam impugnarunt, imo ex relatione Reverendissimi Nuncii Hispaniarum constat nec fuisse in totum observatam, ut ex *Summ. Monachorum Castella Veteris Num.* 1. *lit. D.D.*

Sive demum quia, quatenus etiam fuisset semel approbata Bipartita, cum tamen ex post detecta fuerit, læsiva, & inæqualis, ac jurgiorum, & partialitatum non extinctiva, adhuc reformari debet, dum lex, quæ tractu temporis experitur injusta, & iniqua sustineri non debet, veluti redacta ad casum, a quo inchoari non debuisset, ut ex *Div. Thom.* & aliis Juribus probat *mea præterita decisio*, §. *Caeterum*.

Ex quibus proinde in omni casu urget inevitabile dilemma, cum quo processit *decisio super aperitione oris*, §. *Non relevante*: Quod aut Bipartita fuit ab initio, injusta, & læsiva, & non potest opponi lon-
114 gæva illius executio, & acquiescentia, etiam concurrente juramento, quod esse non debet vinculum iniquitatis, nec injustitia a tractu temporis convalescere, & sanari potest, juxta *theor.* Bart. *in leg. prima nu.* 6. *ff. de Transact.* Natt. *cons.* 162. *numer.* 30. *vers. propterea*, Surd. *cons.* 49. *numer.* 32. *& seqq.* Andreol. *consil.* 284. *num.* 21. Rota *coram Buratt. dec.* 410. *num.* 11. Cels. *decis.* 335. *num. primo*, *& decis.* 412. *numer.* 31. *p.* 16. Aut vero Bipartita detecta fuit iniqua expost facto, & cum etiam in hoc casu deveniendum esset ad remedium, obstare non potest observantia, imo ista est semper necessaria ad dignoscendum, an lex fuerit bene facta, & produxerit effectum, ad quem emanavit ad Text. *in capit. Suggestum*, *ff. de decim. & l. cum quidam*, *ff. de Usur.* Rota *dec.* 260. *num.* 14. *part.* 16.

Et ita utraque, &c.

Sacra Rota est in voto Transactionem, seu Bipartitam non substineri, & Brevia non esse exequenda, ex rationibus deductis in tribus Decisionibus hujus Causæ cor. Me editis sub diebus 19. Novembr. 1703. 12. Ianuarii 1705. & 4. Februarii ejusdem anni.

R.P.D. MOLINES DECANO.

Castellana Validitatis Concordiæ, seu Bipartitæ.

Super Remissoria, & Compulsoria.

Mercurii 4. Februarii 1705.

Commissa per Signaturam Gratiæ controversia vertente inter Monacos Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cistercienfium Reformatorum utriusque Castellæ, novæ scilicet, & veteris super validitate, seu invaliditate Bipartitæ constabilitæ Anno 1669. per Capitulum intermedium dicti Ordinis, aliisque, de quibus in commissione, Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium cum Voto hujus Sacri Tribunalis; Castellani novi exhibuerunt in Actis plures articulos, & notulam quorundam Jurium compulsandorum; quocirca eodem tempore, quo insistebant pro subscriptione Dubiorum super negotio principali, expostularunt Dubium super Remissoria, & Compulsoria, quo de more admisso, & sub die 12. Januarii præteriti una cum altero super meritis Causæ disputato, dilata fuit illius resolutio usque ad hodiernam Audientiam, mihi desuper demandantibus Dominis, ut insinuarem Defensoribus Castellanorum Veterum, quod dum ipsi in suis Informationibus, & Responsionibus nonnullos ex præfatis articulis admittebant pro probatis, ideo in actis declararent quos, qualesve illorum non impugnabant, & pro probatis recipiebant, ut sine ulterioribus disputationibus restringeretur cognitio relevantiæ, vel irrelevantiæ circa contenta in illis tantum articulis, qui non admittebantur; Istoque ordine taliter qualiter executo, hodie renovata disputatione Dubii conclusum fuit: *Non esse concedendam Remissoriam, neque Compulsoriam specialem.*

Ratio decidendi, quoad Remissoriam, stetit in eo, quod omnes articuli singillatim expensi continent materiam, vel inter Partes non controversam vel confessatam, vel irrelevantem, & impertinentem, vel quæ demum probari potest ex aliis scripturis, & documentis sine ope diuturni, & longissimi Testium examinis, ut de hisce omnibus constitit ex particulari eorundem articulorum examine. Primus enim articulus complectens tres partes admittitur quo-
ad primam quæ respicit numerum triginta novem 115
Monasteriorum Abbatialium Ordinis, prout non controvertitur quoad secundam partem, quod nempe in Monasteriis Prioralibus adsint duo, vel tres Monaci; Tertia verò pars respiciens fundationem Monasteriorum factam per Serenissimos Hispaniarum Reges non est probabilis per Testes, cum impossibile sit supervivere nunc, qui antiquissimas fundationes videre potuerint, ut observavit Rot. *decis.* 271. *num.* 5. *part.* 5. *& decis.* 8. *numer.* 11. *part.* 6. *recent. & decis.* 501. *numer.* 5. *part.* 14. *& decis.* 96. *numer.* 14. *coram Royas*.

Cunque præterea ex confessis per Castellanos novos adsint Instrumenta talium fundationum, illa recte extrahi poterunt vigore Compulsoriæ generalis; fortius quia de ilis etiam constare potest ex Historicis,
& signantur ex Mantiquez; unde superflua est Re- 116
missoria, quæ de jure concedi non debet ad probandum id, quod ex Instrumentis, & Historicis justificari valet, Rota *coram Carillo dec.* 270. *n.* 5. *& in rec. dec.* 216. *n.* 4. *p.* 9. *& dec.* 175. *n.* 3. *p.* 15. *& coram Bich. dec.* 14. *n.* 9. *& coram Cels. decis.* 38. *n.* 2. *&* 3. Absque eo quod opus sit, ut Castellani veteres declarent, in Actis

vellet stare assertionibus Historicorum, quia Jus præ-
cipit illis standum esse, quando sunt probatæ fidei, &
ab omnibus Eruditis recipiuntur, & quoties formi-
ter, & non cursim per simplices enunciationes de ali-
quo controverso facto testantur, habentque sermonem,
ut notavit doctissimus Melchior Canus *lib.* 11. *de locis*
Theolog. cap. 3. & ex nostris per Text. *in leg.* 1. *ff. de of-*
fic. Præfect. Prætor. tradunt Patex *de univers. instrum.*
edit. tit. 1. *resol.* 3. §. 5. *num.* 56. Trobat. *de effect. imme-*
morab. quæst. 4. *n.* 12. Rot. *coram Merlin. decis.* 83. *nu.*
3. *& decis.* 17. *numer.* 20. *coram Arguell. cum aliis in*
Terracinen. Cathedralitatis 23. *Junii* 1700. §. 11. *co-*
ram me.

Secundus articulus continet situationem Monaste-
riorum, quod scilicet ex supradictis trigintaunum,
decem sint posita in Provincia Galleciæ, septem in Pro-
vincia Campos, duo in Provincia Riosæ, tria in Astu-
riis, unum in Montaneis de Burgos, & sex in Castel-
la nova, & reliqua decem in Terris his omnibus vicinis,
& quæ citra Montes dividentes Castellam in Veterem,
& Novam continentur. Hujusmodi tamen materia cum
117 fuerit probata de communi Partium consensu coram
Reverendissimo Nuncio Hispaniarum, & de eadem
constet ex plena relatione per illum transmissa Audi-
tori Sanctiss. Domini Nostri, ulteriori non indiget
probatione per ea, quæ tradit Rot. *coram Bich. dec.*
142. *numer.* 5. *& decis.* 196. *numer.* 6. *part.* 1. *& decis.*
18. *n.* 6. *p.* 6. *& dec.* 195. *n.* 5. *&* 10. *p.* 15. *& decis.* 84.
n. 1. *cor. Caval.*

Contenta in tertio articulo, quod nempe omnia
prædicta Monasteria Galleciæ, & Campos sint jurisdi-
ctionalia, taliter quod Gallæci, & Campesini in illis
nati sunt Subditi, & Vasalli, seu respective Coloni,
& Emphyteutæ Monasteriorum, sunt penitus irrelevan-
tia, nec per umbram pertinent ad decisionem validita-
118 tis, vel invaliditatis Bipartitæ; Unde nullo modo con-
cedi debet Remissoria ad illorum probationem, *l.*
Matrem, C. de probat. Rot. *cor. Gregor. decis.* 356. *nu.*
2. *& decis.* 807. *num.* 1. *coram Merlin, & decis.* 157. *n.*
3. *p.* 16.

Eandem irrelevantiam præseferunt posita in quarto,
quinto, & sexto articulo, quæ in substantia reducun-
tur in eo, quod Monaci Gallæci, & Campesini uni-
ti cum Personis Laicis Terrarum sustentant hanc li-
tem ad effectum usurpandi bona, & redditus Mona-
steriorum. Nam hæc omnia nil conferunt ad Cau-
119 sam, quæ principaliter agitatur, & evidenter dete-
guntur objectiva, & criminosa, quapropter de hoc
solo capite tales articuli veniunt resecandi, juxta fa-
migerata Sacræ Rotæ responsa, & signanter in *dec.*
60. *num.* 3. *coram Verall. & decis.* 62. *part.* 3. *& decis.*
146. *num.* 2. *& decis.* 302. *num.* 15. *part.* 5. *& decis.* 14.
n. 1. *&* 2. *cor. Bich. & dec.* 17. *num.* 13. *cor. R. P. D. meo*
Ansaldo.

Absque eo quod censeri debeat relevans id, quod
continetur in quinto articulo circa Mandata Procuræ
data a Sæcularibus, ac circa subministrationem expen-
sarum per illos factam pro hac lite, ad effectum, ut
Castellani Veteres suo die rejiciantur ab instantia, qua-
tenus expostulent earundem expensarum refectionem;
Quandoquidem ultra, quod modo res non est super
expensis litis, de Mandatis Procuræ Secularium, con-
stat ex publicis Instrumentis unde superfluum est de
120 illis docere per Testes; Prout ex publicis Instrumen-
tis constat, quod Sæculares non subministrent omnes
expensas litis, sed de ordine Regii Magistratus se-
mel fecerunt collectam pro adjutorio talium sumptuum,
Id, quod ergo justificari potest per scripturas, opus
non est comprobare per Testes, ut millies firma-
vit Rota, & signanter *in decis.* 18. *numer.* 5. *& dec.*
111. *num.* 10. *part.* 6. *recent. & in Melevitana Succes-*
sionis 20. *Junii* 1701. *super Articulis*, §. *Quod enim, co-*
ram me.

Posita in septimo articulo, quod Castella nova,
& vetus sint unica Corona ad distinctionem Regno-
rum Aragoniæ, & Valentiæ, quodque Castellani no-
vi, veteresque non habeant leges, aut privilegia di-
121 stincta, fuerunt in Actis confessata, unde ulteriori non
indiget probatione, Rot. *cor. Cerr. dec.* 198. *n.* 2. *& de-*
cis. 486. *n.* 1. *Cels. & dec.* 123. *n.* 1. *p.* 19. *rec.*

Rejectus pariter fuit octavus articulus continens,
quod in parte novæ Castellæ adsint Provinciæ Man-
chæ, & Alcarriæ distinctæ à Regno Toleti, nulla-
que adsit in veteri Castella Provincia distincta ab illis,
quæ leguntur nominatæ in brevibus Apostolicis Bipar-
titam confirmantibus, quodque demum nova Ca-
stella excedat incompatabiliter veterem tam in vasti-
tate, & magnitudine Territorii, quam in populatio-
ne, & Animarum numero; Quoniam hæc omnia ni-
hil conducunt ad Causam, & principale motivum, in
quo fundata fuit nullitas, & injustitia Bipartitæ. Et 122
quod omnem aufert amaritudinem illud est, quod
hujusmodi materia colligi, & probari potest, & qui-
dem magis tute ex revolutione Geographorum, & Hi-
storicorum, unde superflua est probatio per Testes,
ut concludunt Mascard. *de probat. conclus.* 287. *numer.*
1. Gratian. *discept.* 893. *n.* 7. Rot. *cor. Merlin. dec.* 807.
n. 3. *& cor. Priol. dec.* 28. *n.* 37. Card. de Luca *de Præ-*
minent. disc. 29. *n.* 5.

Articulata in nono, quod ex consuetudine immemo-
rabilis Oriundi Castellæ veteris, & novæ indistinctè
admittantur tam ad officia Secularia, quam ad Re-
gularia coincidunt cum expressis in septimo, propter-
rea tanquam res confessata ulteriori non indiget proba-
tione. Ejusdemque naturæ est decimus articulus, quod
in Castella nova adsint plura Monasteria aliarum Re-
ligionum, in quibus admittuntur indistinctè Castellani
veteres, & novi, nam totum hoc fuit in Actis admis-
sum, & confessatum per Castellanos veteres.

Quemadmodum etiam admissus fuit articulus un-
decimus continens, quod ante Bipartitam nullus
Monachus habebat Jus privativum ad Dignitates,
& Abbatias ex Legibus, & Constitutionibus Reli- 123
gionis. Non obstante, quod in illius admissione ad-
jecta fuerit clausula *nisi secundum dispositionem Ju-*
ris communis; nam talis præservativa non alterat
materiam concessam, cum stare simul possint hæc
duo, quod nempe Monaci non habeant Jus priva-
tivum ab Abbatias, & quòd per contrarium ex di-
spositione Juris communis ad illa Jus prælationis ob-
tineant ex traditis per Fagnan. *in cap. Cum dilectus*
n. 53. *de consuetud. de offic. subditi regul. q.* 1. *c.* 31. §. 5.
per tot.

Quatenus vero subditur in fine hujusmet Articuli,
quod ante annum 1671. quo facta fuit Bipartita om-
nes Dignitates Religionis conferebatur Castellanis no-
vis, & veteribus, habita tantum consideratione ad
singulorum merita, hujusmodi factum repugnare vi-
sum fuit omnibus expositis per Patrem Mantillam in
suis recursibus habitis ad hanc Sanctam Sedem, oppo-
niturque etiam ipso actui Bipartitæ, & omnibus con-
gressibus habitis de annis 1662. 1669. 1671. ex qui-
bus omnibus habetur, quod aliqui paucarum Terra-
rum Monaci occupaverant fere omnia Monasteria Re-
ligionis, quodque proinde ortæ fuerant partialitates,
& controversiæ inter Nationes opportuno remedio
resecandæ, & terminandæ, qua de re non potest 124
concedi Remissoria ad probandum contrarium ejus,
quod liquet ex documentis, & scripturis per novos
Castellanos productis, & admissis, Rot. *coram Bi-*
chio dec. 447. *n.* 3. *& decis.* 67. *n.* 1. *part.* 16. *rec. & co-*
ram Priol decis. 1. *n.* 1. *& cor. Cerr. decis.* 474. *n.* 4. *&*
in Oscen. Beneficii super Remissorio 21. *Junii* 1694. §.
Addito, cor. R. P. D. meo Scotto.

Duodecimus Articulus continens, quod Bipartita
fuerit grata, & acceptata ab omnibus Monacis utriuf-
que Castellæ in Capitulo celebrato anno 1671. & fuerit
executa cum omni pace, & quiete usque ad diem
motæ litis, ultra quod habet contra se Testimonium
omni exceptione majus Reverendiss. Nuncii Hispa-
niarum attestantis Castellanos veteres, quorum eis
concessum fuerat, d. divisionem, & Bipartitam im-
pugnasse, ac insuper referentis illam non fuisse in om-
nibus ejus partibus executam ex notatis in alia Deci-
sione super alio dubio §. 34. Ex eo potissime fuit re- 125
jectus, ex quo etiam si probaretur d. acceptatio Bi-
partitæ, non ideo cessat illius invaliditas, & inju-
stitia, ut prosequitur præfata Decisio super alio Du-
bio §. 35. Quare non debet admitti Articulus, qui pro-
batus ad Decisionem Causæ minime relevaret. Rota

decis.

decis. 56. num. 8. p. 15. & decis. 653. num. 7. part. 8. recent.

Exposita demum in decimotertio, & decimoquarto Articulo circa malam administrationem bonorum Ordinis, & de applicatione eleemosynarum pro Missis in hac line factarum per Castellanos veteres, utpote præseferentia materiam manifeste objectivam, atque ad resolutionem Causæ nihil concludentem non merebantur articulari, nec articulata admitti possunt ex allegatis supra §. 6.

Quo vero spectat ad Compulsoriam specialem, ratio illius denegationis subnixa fuit primo loco in eo, quod illa concedi solet pro compulsandis Juribus existentibus in posse Tertii, seu in alienis Archiviis;
226 nam tunc docto de existentia scripturæ, exhibita ejus copia judicialiter extracta datur compulsoria specialis, ut tradunt Ubert. *de citat. cap. 13. num. 205.* Rota *coram Bich. decis. 475. num. 1. & decis. 555. eodem num. coram Burat. & decis. 497. per tot. coram Pea.* Secus autem quando Jura sunt compulsanda ex Archiviis, publicis & libris Religionis existentibus penes illos qui petunt compulsoriam, prout est in casu, dum Castellani novi comparentes in causa nomine totius Religionis liberum obtinent aditum ad omnia illius Archivia, in hisce namque circumstantiis non est necessaria compulsoria specialis, sed superabundat generalis, quæ processum non retardat, ut punctualiter observat Rota *coram Duran. decis. 376. num. 7. & coram Bich. dicta decis. 475. num. 7. coram Carill. decis. 238. num. 4.*

Secundo rejecta fuit Instantia compulsoriæ specialis, quia non constitit de existentia Jurium compulsandorum, mediante exemplo judicialiter extracto, ac de eorum relevantia, & quod adsit omnis suspicio calumniæ, ut ad illam obtinendam requiritur ex re-
227 latis per Rot. *coram Bich. d. decis. 475. num. 1. decis. 555. coram Burat.* nam fundationes, & dotationes Monasteriorum Congregationis non probantur existentes in illius Archiviis mediante exhibitione copiæ; nec ad Causæ Decisionem sunt necessariæ, quia vel non controvertuntur, vel constant ex historiis, vel extrahi possunt ad libitum Monachorum Castellæ novæ vigore compulsoriæ generalis absque retardatione Causæ.

Eandemque continent irrelevantiam alia Jura, ut satis probatum fuit in Responsionibus Patrum Castellæ veteris; solaque aliquam promeruit reflexionem instantia pro compulsandis actibus congressus anni 1662. & asserta mandata Procuræ facta pro decernenda Bipartita in dicto congressu stabilita. Verum etiam quoad hos actus censuerunt Domini locum non esse compulsoriæ speciali, tum quia de illis exhibita non fuit copia, prout necesse est; Tum & principaliter quia ex deductis in alia contemporanea Decisione §. 17. *cum seqq.* patet evidenter, quod controversa Bipartita anni 1662. nullum habuerit effectum; Unde quatenus vendicaretur ab omnibus exceptionibus, illoque præsertim defectus consensus omnium Nationum, ad nihilum suffragaretur ex eis, quæ refert Rota *coram Duran. decis. 366. n. 1. & decis. 2180. coram Coccin. numer. 1. & decis. 325. numer. 1. part. 19. recent.*

Denique pro rejiciendis tam Articulis, quàm etiam Compulsoria speciali, Domini in genere ponderarunt, quod materia articulata, & Instrumenta compulsanda tendunt potius ad ostendendam injustitiam, quam justitiam Bipartitæ, cum fere omnes hujusmo-
228 di probationes versentur circa unicitatem Religionis; & indifferentiam servandam in distributionibus illius bonorum, & dignitatum, quæ potius quam confirment, destruunt Bipartitam; Unde semper erunt irrelevantes ad effectum, & quæstionem, de qua res est; nam punctus causæ non est, an Bipartita fuerit, læsiva habito respectu ad statum Religionis in genere, sed an fuerit justa, & æqualis habito respectu ad causas, & finem pro quibus ad illius stabilimentum deventum fuit. Cunque attento, & considerato hoc respectu, læsio semper remaneat irrefragabilis, dum principale objectum divisionis Religionis fuit extinctio confœderationum, & partialitatum in distributionibus Abbatiarum, & Officiorum Congregationis hic finis certe assecutus non fuit per Bipartitam; Si enim jurgia, & controversiæ, ad quas sopiendas excogitata fuit talis divisio oriebantur ex eo, quod Castellani novi non habentes nisi sex tantum Monasteria occupaverant fere triginta sex Castellanorum veterum, non potest evitari læsio divisionis factæ per medietatem Monasteriorum; ut late observat alia Decisio super altero Dubio §. 29. quapropter cum probationes faciendæ per examen Testium, & compulsationem Instrumentorum nunquam removere possint hujusmodi læsionem habito respectu ad causas, & finem, ob quem adinventa fuit Bipartita, semper remanent irrelevantes, ac per consequens æque remissoria, & compulsoria sunt denegandæ; frustra enim fierent probationes, quæ factæ nihil proficerent ex supra firmatis in §. 5. *cum seqq.*

Et ita utraque, &c.

Pisana Jurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Explicatur differentia inter Juspatronatus gentilitium familiare, & gentilitium lineale. Præsentatio in Familiari spectat promiscue ad Patres cum filiisfamilias, & Proximiores simul cum Remotioribus in capita: In Lineali autem fit præsentatio gradatim, seu ordine successivo, itaut Proximiores excludant Remotiores.

SUMMARIUM.

1 *Facti series.*
2 *Verba importantia vocationem illorum de sanguine in infinitum inducant Juspatronatus gentilitium.*
3 *Quid sit Juspatronatus gentilitium stricto modo, & quid largo modo.*
4 *Quid sit Juspatronatus mixtum.*
5 *Verba = Eredi, e successori = intelliguntur de hæredibus sanguinis.*
6 *In Jurepatronatus mere gentilitio præsentatio facienda est in capita.*
7 *Præsentatio in capita indicat naturam Jurispatronatus gentilitii.*
8 *In Jurepatronatus gentilitio familiari admittitur simultaneus concursus patris, & filiorum.*
9 *Juspatronatus gentilitium lineale defertur gradatim juxta regulas fideicommissarias.*
10 *Ratio differentiæ inter Juspatronatus gentilitium familiare, & gentilitium lineale, & ex quibus verbis utrunque distinguatur.*
11 *Explicatur theorica Friderici de Senis de simultaneo concursu Patris, & filiorum.*
12 *Verba = e suoi descendenti Maschi in infinito = important Juspatronatus lineale.*
13 *Dictio = in infinitum = probat tractum successivum, & graduale.*
14 *Ex modo vocationis Patris, arguitur ad vocationem ejus descendentium.*
15 *Vocatio illa = & in defetto de' Maschi sia delle femmine = ostendit masculos fuisse vocatos ordine successivo.*
16 *Natura Jurispatronatus regulatur Jure fideicommissi.*
17 *Vocatio descendentium cum qualitate hæreditaria reddit Juspatronatus mixtum.*
18 *Observantia interpretativa principem locum obtinet in Jurepatronatus gentilitio.*
19 *Ut non habeat locum simultaneus concursus Patris, & filiorum, sufficit, quod Juspatronatus sit gentilitium lineale.*
20 *Explicatur Rota in Mediolanen. Prioratus coram R. P. D. Scotto, & n. 22.*

1 *Verba = per se, eredi, e successori =* stans *declarative ad modum succedendi ordine graduali.*

ALLEGATIO X.

Michaël Tana fundavit in Ecclesia Collegiata Civitatis Liburni Dignitatem Archipresbyteratus,
cum reservatione Jurispatronatus favore ipsius = *E*
1 *suoi Descendenti Maschi in infinito, & in diffetto de' Maschi sia delle femine, & in mancanza de' suoi descendenti mafchj, e delle femine, s' aspetti agl' Operarj del Duomo* = ut legitur in precibus Magno Duci Etruriæ porrectis, ad quas relative se habuit in Instrumento fundationis ibi = *Con riserva del Juspatronato di detto Arcipretato nel modo, & forma, che resta espresso, e dichiarato nel preinserto Memoriale porto à S. A. Reale, al quale sempre in ogni tempo deve in tutto, e per tutto aversi relazione* =

In eodem tamen Instrumento fundationis, quantum ad reservationem Jurispatronatus, leguntur hæc alia verba nempe ibi = *E percio detto Sig. Michel Tana con le licenze predette, o consenso antedetto per se, suoi eredi, o successori hà eretta, e fondato, erigge, e fonda nella sudetta Insigne Collegiata di Livorno la sudetta Dignità d' Arcipretato.*

Contemporanee in actu fundationis post eam authorizzatam ab Ordinario, Michael Fundator præsentavit Josephum ejus filium, qui fuit primus Archipresbyter institutus ad præsentationem ipsius Fundatoris. Post obitum vero Fundatoris, necnon Josephi, delato Jurepatronatus ad Antonium, & Leonardum ejusdem Josephi germanos fratres, & Fundatoris filios, isti præsentarunt Titium unum ex filiis Leonardi.

Defuncto Titio secundo Archipresbytero, successit tertia vacatio novissime secuta, in qua Antonius præsentavit Lucam Cosimum Laccam. Per contrarium vero Leonardus, simul cum Mario, & Sempronio ejus filiis, præsentavit Petrum Ercolanum.

Lucas Cosimus præsentatus ab Antonio obtinuit solitam gratiam Apostolicam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum: & literis desuper expeditis, nec non præsentatis Archiepiscopo Pisano, se opposuit Ercolanus, prætendendo eas non esse exequendas, tanquam manifeste subreptitias; ex quo Lucas Cosimus exposuit Papæ, se fuisse præsentatum per medietatem Patronorum, quando juxta assumptum Ercolani major pars vocum ipsi assistit, tanquam præsentato per tres voces, scilicet Leonardum, ejusque filios Marium, & Sempronium, quæ superant unicam vocem Antonii, vel saltem duas, computata illa Caji, ejus filii.

In hoc statu vertente controversia in partibus, exquiritur a me in sensu veritatis, an gratia pro præsentato de Jure sit exequibilis, vel potius tanquam subreptitia nullam mereatur executionem; & ad hunc effectum proponitur mihi articulus; an in hoc Jurepatronatu præsentatio sit facienda in capita per Patres simul cum filiis, vel potius gradatim, & ordine successivo, itaut filii non possint concurrere simul cum patribus ad præsentandum, ex cujus articuli resolutione dependet validitas, vel nullitas gratiæ pro præsentato; Si enim præsentatio facienda est gradatim, & ordine successivo, erunt duntaxat Patroni, scilicet Antonius, & Leonardus, & gratia erit valida, & exequibilis, si autem præsentatio facienda est in capita, erunt, quinque Patroni, seu quinque voces, quarum tres spectabunt ad Leonardum, ejusque duos filios, duæ autem ad Antonium, necnon Cajum ejus filium.

Quo articulo diligenter prout de Jure examinato, credebam prima fronte, judicandum esse pro subreptione literarum Apostolicarum, & præsentationem esse faciendam in capita, & gravibus movebar fundamentis.

2 Introspecta enim natura Jurispatronatus, dubitandum non videbatur, quominus illud esset mere gentilitium, dum reservatum apparet pro Fundatore = *E suoi descendenti maschi in infinito, & in difetto de' maschi sia delle femmine* = quæ verba important vocationem restrictam ad illos de sanguine in infinitum, & per consequens præseferunt naturam merè gentilitiam Carol. Ant. de Luc. *di lin. legal. art. 23. n. 15. vers. quando vocantur*, R. P. D. meus Ansaldus *in annot. ad dec. 52. num. 23.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 1. part. 2. qu. 2. art. 8. ex n. 1. ad seqq.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 11. n. 3.* Card. de Luca *de Jurepatr. discurs. 22. n. 10. & disc. 60. n. 30.* Rot. *dec. 653. n. 5. coram Bichia, & dec. 462. n. 1. p. 14. rec. & dec. 43. nu. 19. penes* Vivian. *de Jurep.*

Quidquid sit, an hoc Juspatronatus dici possit gentilitium stricto modo, nempe restrictum ad masculos, & fœminas agnatas, vel potius gentilitium largo modo, idest comprehensivum agnatorum, & cognatorum per rectam lineam descendentium juxta distinctionem, de qua Card. de Luca *de Jurepatr. disc. 22. num. 10. & disc. 60. num. 20.* Rota *decis. 503. numer. 8. par. 18 recent. & in Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. §. Quoties cor. R. P. D. Ansaldo, & in Balneoregien. Beneficii 22. Januarii 1707. §. Cum ipso cor. R. P. D. Kaunitz.* Et dixi ego in *Parergon. ad discept. Eccles. nu. 60. vers. non excludit.* Quamvis ego crederem, hoc Juspatronatus esse comprehensivum omnium descendentium, tam agnatorum, quam cognatorum, ex firmatis in pluribus causis, ubi ego scripsi, & obtinui nempe *in Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. Cæterum cum seqq. coram Reverendissimo Decano, & 14. Decembris 1705. coram eodem, & in Interamen. Jurispatr. 22. Martii 1706. & 10. Decembris 1706. cor. R. P. D. Scotto, & in Auximana Jurispatronatus 3. Martii 1703. coram bon. mem. Muto, & in dicta Balneoregien. Beneficii 22. Ianuarii 1707. cor. R. P. D. Kaunitz.* 3

Bene verum est, quod obstare videtur Instrumentum Fundationis in aliis verbis; ibi adjectis = *detto Sig. Michel Tana con le licenze predette, e successori antedetto per se, suoi eredi, e successori ha eretta, e fondato, erigge, e fonda nella sudetta Insigne Collegiata di Livorno la sudetta dignità di Arcipretata* = ex quibus verbis Juspatronatus annexam habere videtur qualitatem hæreditariam; & sic quod saltem efficiatur mixtum, ex deductis apud me *Discept. Eccles. 4. nu. 1.* cum pluribus ibi relatis, & Rota *in Romana Beneficiatus Sancti Laurentii in Damaso 6. Februarii 1688. §. Ad hæc cum seqq coram clar. mem. Card. Caccia impressa apud me d. discept. 4. n. 23. & 24.* 4

Verum cum Fundator in precibus magno Etruriæ Duci porrectis expresse reservaverit Juspatronatus pro se, ejusque descendentibus masculis, & fœminis, & relative ad hanc reservationem fundaverit Archipresbyteratum, consequens est, ut alia verba in Instrumento fundationis adjecta = *per se, eredi, e successori* = intelligantur de hæredibus, & successoribus sanguinis, neque idcirco alterata remanserit natura gentilitia Jurispatronatus, neque assumpserit mixturam qualitatis hæreditariæ, ut me scribente latè dictum fuit *in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. minus relevat, cor. R. P. D. Scotto, & 16. Junii 1706. §. absque eo quod, coram R. P. D. Priolo, & 29. Januarii 1706. §. siquidem, cor. Illustriss. Gubernatore Urbis.* 5

Firmata autem natura gentilitia Jurispatronatus sequitur regula indubitata, quòd in illo præsentatio sit facienda in capita, tam per patres, quàm per eorum filios, qui in Jurepatronatu gentilitio dicuntur habere intentionem fundatam in assistentia Juris, ad effectum præsentandi simul cum patribus, juxta originalem opinionem Federici de Senis *cons. 111.* sæpe canonizzatam per Sac. Rotam, & signanter articulo discusso *in Florentina Jurispatronatus de Ricasolis apud* Vivian. *de Jurepatr. part. 1. lib. 4 post num. 71. & coram Priolo decis. 46. num. 7. late in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. nec ad minuendum, & 15. Februarii 1703. §. concurrente, cor. Rev. Molines Decano, & 14. Februarii 1701. §. prædicta, & 18. Junii 1603 super dubio filiorumfamilias per tot. cor. R. P. D. Scotto, & 15. Junii 1705. §. ea autem cor. R. P. D. Priolo, & 29. Ianuarii 1706. §. firmata cor. Illustriss. Gubernatore Urbis.* 6

Quod

7 Quod adeo verum est, ut in illa quæstione, an Juspatronatus sit gentilitium, vel hæreditarium decidenda per observantiam, quando deficit Instrumentum fundationis, Doctores nostri, ad probandam qualitatem gentilitiam, inter unam ex principalibus conjecturis adducere solent illam, quod præsentationes factæ fuerunt per patres simul cum filiisfamilias Rot. *coram Celso decis.* 106. *num.* 8. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 51. *& in Bononien. Beneficiorum* 28. *Junii* 1690. §. *tertio, coram bon. mem. Ursino & in Comen. Cappellania* 31. *Martii* 1702. §. *exordiendo, coram Eminentiss. Card. Tremoile impressa apud me discept. Eccles.* 53. *num.* 22. Et sic posita qualitate gentilitia, non videtur controverti posse consequentia, quod in hoc Jurepatronatus præsentatio sit facienda in capita per patres simul cum filiisfamilias.

Quibus tamen non revelantibus, contrariam opinionem in judicando tenendam esse censeo, nempe in contraversia Jurepatronatus præsentationem faciendam esse gradatim per proximiores, exclusis remotioribus, & consequenter per patres sine filiisfamilias, Quod ut facilius percipiatur, distinguere oportet duos casus, ex quibus dependet resolutio quæstionis.

8 Primus est, ubi agitur de Jurepatronatus gentilitio restricto ad familiam, quod alias vocatur *Juspatronatus familiare*, ubi nempe illud reservatum legitur omnibus de familia, & in isto casu ardua fuit quæstio inter Doctores, an successio quoad exercitium in hoc Jurepatronatus regulari deberet juxta ordinem fideicommissariæ successionis. Etenim pro affirmativa, quod nempe juxta materias fideicommissarias successio deferatur gradatim, & ordine successivo, itaut non admittatur concursus simultaneus patris, & filiorum per Textum in *l. cum ita.* §. *de fideicommisso, ff. de legatis* 2. firmarunt Tondut. *quæst. benef. p.* 1. *cap.* 32. *numer.* 5. *&* 8. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 87. *num.* 1. Gabriel. *cons.* 196. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Mantic. *respons.* 44. *num.* 22. *part.* 3. Vivian. *de Jurepatron. libro* 4. *cap.* 9. *numero* 54. *&* 37. Rota *in Pientina Jurispatronatus* 10. *Junii* 1602. *coram Litta impressa* apud Vivian. *lib.* 4. *cap.* 9. *sub numer.* 55. §. *nec obstat, & coram Merlino dec.* 798. *repetita apud* Vivian. *ubi supra dec.* 120. *num.* 22. *& in rec. dec.* 288. *num.* 9. *par.* 5. Lotter. *de re benef. libr.* 2. *quæst.* 11. *numer.* 124. Rot. *decis.* 288. *num.* 9. *part.* 5. *& dec.* 515. *numer.* 23. *part.* 14. *rec.*

Pro negativa autem, quod nempe successio deferatur omnibus de familia, tam proximioribus, quam remotioribus, admittendo simultaneum concursum patris, & filiorum, censuit Rot. 934. *coram Penia*, & latius *in Florentina Jurispatronatus de Riccasolis* 10. *Martii* 1603. *&* 11. *Martii* 1604. *impressa apud* Vivian. *lib.* 4. *cap.* 8. *post num.* 71. Et hanc opinionem esse veriorem, & tenendam in praxi, nisi resistat observantia, aut lex fundationis, concludunt Card. de Luca *de Jurepatronatus, disc.* 61. *numer.* 9. *&* 10. Carol. Anton. de Luca *de lin. legal. art.* 23. *numer.* 15. *nec dissentit* Lotter. *de re benef. libr.* 2. *quæst.* 11. *numer.* 125.

9 Secundus casus est, ubi agitur de Jurepatronatus gentilitio restricto, sive ad unam certam lineam, sive etiam plures lineas, quod alias appellatur *Juspatronatus lineale*, ubi scilicet illud reservatum fuit certis personis de Familia, earumque descendentibus, vel uni tantum, ejusque filiis, & descendentibus: & in casu isto verior sententia est, quod Juspatronatus deferatur gradatim, & ordine successivo juxta regulas fideicommissarias, itaut non admittatur simultaneus concursus patris, & filiorum, sed proximiores excludant remotiores, ut tradunt Calderin. *cons.* 19. *numer.* 2. *de jurepatron.* Lambertin. *de jurep. libr.* 1. *par.* 2. *q.* 2. *art.* 8. *num.* 3. *vers. unde pro eorum intelligentia, & num.* 8. *vers. in masculis vero, fol.* 310. Spada *cons.* 9. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 3. Tondut. *q. benef. par.* 5. *cap.* 157. *num.* 6. *&* 8. *in fin.* Panimol. *dec.* 137. *num.* 46. *&* 48. Rot. *coram Bichio dec.* 206. *num.* 9. *& in Mediolanen. Prioratus* 15. *Februarii* 1700. §. *doctrina vero, cor. R. Molines Decano.*

10 Ratio differentiæ inter utrunque casum, ut supra distinctum, est evidens, quia nimirum opinio illa, quod præsentent patres cum filiisfamilias per concursum simultaneum procedit in Jurepatronatus familiari, ea ratione quia quando illud relictum fuit omnibus de familia dicitur relictum per collectivam plurium personarum, non autem graduum, & sic per speciem Universitatis, seu Collegii, admisso simultaneo concursu proximiorum, & remotiorum. Quæ collectiva plurium personarum, non autem graduum intervenire dicitur per illa verba = *Agnati, Cognati, Agnatio, Cognatio, & Familia* = ut bene advertit Carol. Anton. de Luca *de lin. legal. artic.* 23. *sub nu.* 15. *vers. diversa est quæstio*. Spad. *dict. cons.* 9. *num.* 5. *&* 6. & in materia fideicommissaria probant Ruin. *cons.* 164. *num.* 7. *lib.* 3. Crass. *in* §. *Fideicommissum*, *q.* 15. *nu.* 16. *vers. ut vero*. Menoch. *cons.* 1155. *numer.* 18. *& seqq.* Card. de Luca *de fideic. disc.* 23. *n.* 3. *&* 4.

Diversum est in Jurepatronatus lineali, quod non reservatur per collectivam plurium duntaxat personarum, sed per collectivam plurium personarum, & graduum, nempe per illa verba = *liberi, descendentes, linea, progenies, & generatio*, = hoc enim casu cum reservatio Jurispatronatus respiciat collectivam, nedum personarum, sed etiam graduum, per necesse exercitium præsentandi fieri debet servata gradus prærogativa, itaut rejecto concursu patrum, & filiorumfamilias admittantur tantum proximiores ad exclusionem remotiorum, ut in puncto Carol. Anton. de Luca *de lin. legal. artic.* 23. *num.* 15. *ad finem*, ubi optime advertit, quod collectiva agnationis, & familiæ non habet lineam, secus autem collectiva liberorum descendentium, & generationis, quæ habet lineam, & gradum, & subjungit ibi = *in quo casu cum linea sit collectio plurium personarum graduum distinguens, consequenter succedent in Jurepatronatus illi de linea ordine successivo juxta graduum proximitatem* =. & comprobat Baldusc. *decis. & rec. judic. tit.* 3. *disc.* 37. *n.* 3.

Totum ergo fundamentum opinionis firmatæ quoad primum casum consistit in Jurepatronatus familiari, ad differentiam linealis propter diversitatem collectivæ, dum Juspatronatus familiare est collectivum plurium personarum, non graduum; lineale autem est collectivum, tam plurium personarum, quam graduum: itaut in primo casu non attendatur gradus proximior, vel remotior, ex quo gradus non continentur, secus in secundo, ubi gradus continentur, & sic opinio quæ viget in Jurepatronatus familiari circa simultaneum concursum patris, & filiorum, cessat totaliter in lineali. Et patet ex originali doctrina Federici *de Senis cons.* 121. qui primus theoricam hanc posuit, circa quod in Jurepatronatus gentilitio præsentant simul pater, & filius, & cujus doctrinam secuta est Rota, *& Doctores* superius adducti in primo casu. Dicit enim, hunc simultaneum concursum, patris, & filiorum practicari, sicuti quando Universitas est Patrona; unde ejus sensus est circa Juspatronatus reservatum familiæ per speciem Universitatis, ubi non continentur gradus, sed adest Collectiva plurium dumtaxat personarum, ut legere est *dict. cons.* 121. *num.* 9. ibi = *Si filius esset Patronus sine hereditate, videretur, quod posset præsentare etiam patre vivente, sicut facit, quando Parochiani alicujus Ecclesiæ sunt Patroni, quia tunc pater, & filius eligunt, sicut quando Universitas est Patrona* = Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *qu.* 2. *artic.* 8. *num.* 8. ubi quod Juspatronatus dicitur translatum in omnes de Parentela, seu familia tanquam in Collegium, Ricc. *in prax. part.* 3. *resol.* 583. *num.* 4. *vers. cum certum sit.* 11

Et sic etiam explicat Spad. *dict. cons.* 9. *num.* 5. *lib.* 3. qui cum scripserit uti Advocatus *in dict. Florentina Jurispatronatus de Riccasolis*, *coram Lancellotto*, impressa apud Vivian. *ubi supra*, expresse declarat opinionem ibi firmatam procedere in Jurepatronatus relicto generaliter familiæ, vel agnationi; Et doctissime de more advertit, *R. P. D. meus Ansald. in annot. ad dec.* 52. *num.* 24. *& seqq. & in Mediolanen. Præpositura* 3. *Martii* 1704. §. *hucusque, coram R. P. D. Ansaldo.* Ideoque hæc opinio non habet locum quoad

Juspatronatus lineale, quod non defertor per modum Universitatis omnibus de familia ratione collectivæ plurium personarum, & non graduum, sed defertur per modum successivum, & gradualem propter collectivam, tam plurium personarum, quam graduum, qui non possunt insimul concurrere: Imo in facienda computatione personarum succedere debentium in hoc Jurepatronatus lineali, admittuntur quidem proximiores, qui sunt ejusdem gradus, in capita, sed admittuntur etiam nepotes ex patruis in stirpes, ut bene advertit Spad. *dict. cons.* 9. *num.* 9. *per doctrinam* Vitalin. *in Clement. plures num.* 42. *in fine de Jurepatronatus*, & concordant Tondut. *quæst. benef. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 21. *& part.* 3. *cap.* 257. *num.* 22. *&* 23. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. libr.* 10. *tit.* 7. *num.* 133. ubi quod non repugnat, quod possit fieri præsentatio in stirpes quamvis Juspatronatus sit gentilitium. Panimol. *decis.* 137. *numer.* 46. *&* 48. Gratian. *discept.* 521. *numer.* 16. *R. P. D. meus Ansald. in annot. ad decis.* 52. *numer.* 21. Rota *coram Bichio decis.* 206. *num.* 9. *& in Mediolanen. Prioratus* 19. *Februarii* 1700. §. *Doctrina vero, cor. Rev. D. Molines Decano.*

His ita explicatis accedendo ad casum Jurispatronatus, de quo agitur, censeo, præsentationem faciendam per solos patres sine concursu filiorum, ex pluribus fundamentis, de quibus infra.

Et primo, quia non versamur in Jurepatronatus
12 familiari, videlicet reservato omnibus de familia indistincte, & in confuso per collectivam plurium personarum, non autem graduum sive per modum Collegii, & Universitatis sed versamur in Jurepatronatus lineali, nempe reservato pro Fundatore, ejusque descendentibus in infinitum, ibi = *sia d' esso Oratore, e suoi discendenti maschi in infinito* = quæ verba important Juspatronatus lineale, nec non collectivam plurium personarum, & graduum, & propterea non datur concursus simultaneus patris, & filiorum, sed attenditur prærogativa gradus etiam per viam repræsentationis, & proximiores excludunt remotiores, ut in terminis vocationis descendentium probant, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 70. *num.* 24. *&* 25. Cravet. *cons.* 22. *n.* 2. Bellon. *de jur. accrescend. cap.* 5. *quæst.* 26. *num.* 135. *&* 136. Rot. *decis.* 125. *num.* 3. *part.* 1. *rec.* & in puncto Jurispatronatus Carol. Anton. de Luca *de lin. legal. artic.* 23. *sub num.* 15. §. *diversu est.* Spada *dict. cons.* 9. *num.* 6. *R. P. D. Ansald. in annot. ad decis.* 52. *num.* 24. *& seqq.* ubi pro veritate consultus, ita respondit *in Florentina Cappellanorum*, loquendo in præcisis terminis Jurispatronatus relicti Laurentio, ejusque filiis masculis in perpetuum, & sic de Jurepatronatus Uni tantum lineæ reservato; & refert ita deductum in Alma Rota Florentina in ejus luculento Motivo edito in causa *Jurispatronatus Commenda illorum de Tovaglia*.

Secundo, quia Fundator reservavit Juspatronatus
13 = *per se, e sui descendenti maschi in infinito* = quæ dictio *in infinitum* cum importet tractum successivum, operatur vocationem descendentium de gradu in gradum, ita ut omnes simul concurrere non possint, sed ordine tantum successivo, & graduali, ut in puncto advertit Rota *decis.* 482. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Tondut *quæst. benef. part.* 1. *cap.* 32. *num.* 5. ibi = *Ita tamen ut illi de familia admittantur ordine successivo, & de gradu in gradum, quando in testamento, vel fundatione adsint verba tractum temporis successivum importantiam* = & concludunt ipsimet Doctores, qui admittunt simultaneum concursum patris, & filiorum in Jurepatronatus gentilitio, dum postea se remittunt ad verba fundationis, ut apud Card. de Luca *de jur. patr. disc.* 61. *n.* 9. *& seqq.* Carol. Antonio de Luca *de lin. leg. artic.* 23. *n.* 25. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 125.

14 Tertio, quia sicut Juspatronatus reservatum pro Fundatore, ejusque descendentibus masculis in infinitum, nequaquam intelligitur, ut ipse Fundator simultanee præsentaret; & concurreret cum suis filiis, seu descendentibus, sed solum quod illi admitterentur ordine successivo, & per fideicommissariam in defectum eorum Patris, seu Fundatoris, ita etiam eodem ordine successivo, & per fideicommissariam ipsi descendentes inter se censentur vocati, unus nempe post alium, & proximior exclusive ad remotiorem, ut æqualis sit determinatio, tam in primo gradu, quam in aliis, ut tradunt Mantic. *de conject. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 28. Bellon. *de jur. accresc. cap.* 5. *quæst.* 26. *num.* 369. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 1. *num.* 36.

Quarto, quia Fundator reservavit Juspatronatus 15
pro se ipso, ejusque descendentibus masculis in infinitum, subjungendo = *& in difetto de' maschi sia delle femmine* = hæc enim substitutio fœminarum in defectum masculorum ostendit etiam masculos fuisse vocatos gradatim, & ordine successivo, unus post alium, & alter in defectum alterius, ut probant Menoch. *cons.* 173. *num.* 21. *vers. quarta conjectura*, *& cons.* 1017. *num.* 15. *& seqq.* Decian. *cons.* 1. *num.* 271. *lib.* 1. Fusar. *de substitut. quæst.* 382. *num.* 44. *& in ejus cons.* 24. *num.* 5.

Quinto, quia ita importat ordo fideicommissariæ 16
successionis, ut nempe pluribus nomine collectivo vocatis successio intelligatur gradatim, & ordine successivo, admissis primo loco proximioribus in concursu remotiorum, per Textum *in leg. cum ita §. de fideicommissu. ff. de legat.* 2. cum sit Conclusio indubitata, quod natura Jurispatronatus regulatur jure fideicommissi, quod sicut defertur gradatim inter descendentes ex una, vel pluribus lineis, ita etiam gradatim defertur Juspatronatus, ut in terminis Jurispatronatus gentilitii, quod in eo locum habeat Text. *in allegato l. cum ita* firmavit Rot. *in Barchin. Beneficii* 22. *Februarii* 1704. §. *in præsenti, coram Illustrissimo Gubernatore Urbis*, & magis in puncto, *R. P. D. Ansald. in annot. ad dicta decis.* 52. *num.* 28. *& in Mediolanen. Præpositura* 3. *Martii* 1704. §. *Quapropter, coram eodem R. P. D. Ansaldo.*

Sexto concurrit, quod Fundator, vocando descen- 17
dentes masculos in infinitum, intellexit de descendentibus hæredibus, ut in Instrumento fundationis, ibi = *E perciò detto Sig. Michel Tana con le licenze predotte, e consenso antedetto per se, eredi, e successori suoi ha eretto, e fondato, erigge, e fonda nella sudetta Insigne Collegiata di Livorno la sudetta Dignità di Arcipretato* = quæ verba sunt compatibilia cum illis aliis. = *sia di esso Oratore, e suoi descendenti maschi in infinito* = Cùm enim quæstio sit inter Doctores, an vocatio descendentium intelligatur de descendentibus uti hæredibus, ut videre est apud Rota *in dicta Florentina Jurispatronatus de Riccasolis apud Vivian. lib.* 4. *cap.* 1. *sub num.* 71. §. *ad quintum*, *& §. postremo*, inde fit, quod Fundator explicare voluit, intellexisse de descendentibus uti hæredibus, & sic qualitatem hæreditariam habentibus, reddendo Juspatronatus mixtum, ut tradunt Gratian. *discept.* 577. *numer.* 45. Peregrin. *cons.* 33. *num.* 6. *lib.* 1. Gabriel. *cons.* 196. *numer.* 5. *lib.* 2. Rota *in dict. Florentina Jurispatronatus de Riccasolis apud* Vivian. *de Jurepatron. lib.* 4. *cap.* 1. *post num.* 71. *circa finem.* §. *præterea*, *& coram Celso decis.* 106. *num.* 11. *& dec.* 166. *num.* 24. *part.* 6. *recent.* Rocca *disput. Jur. c.* 163. *n.* 10. Achil. *decis.* 9. *de Jurepatronatus*, *& in rec. decis.* 223. *n.* 15. *&* 16. *part.* 19. *tom.* 1. & in terminis præcisis Rota *in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaso* 6. *Februarii* 1688. *cor. clar. mem. Card. Cavia*, impressa apud me *Discep. Eccles.* 4. *n.* 22. 23. *&* 24.

Quo casu nunquam admittitur simultanea præsentatio patris, & filiorum, etiamsi ageretur de Jurepatronatus familiari, & agnatitio, qua propter admixtam qualitatem hæreditariam successio defertur gradatim, & in stirpes, ut admisit Rot. *in dicta Florentina Jurispatronatus de Riccasolis* 11. *Februarii* 1604. §. *rursus*, *apud* Vivian. *ubi supra* Card. de Luca *de Jurepatr. disc.* 61. *num.* 10. Carol Anton. de Luca *de lin. legal. art.* 23. *num.* 15. *vers. nisi essemus.* Rot. *in Mediolan. Prioratus super qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Collimante*, *coram R. P. D. Scoto.*

Septimo, demum accedit observantia interpreta- 18
tiva,

siva, dum nunquam præsentavit Pater cum filiis in omnibus statibus hactenus secutis. Etenim Fundator præsentavit primo loco Josephum ejus filium, neglecto prorsus eodem Josepho, seu Antonio, & Leonardo aliis ejus filiis tunc extantibus, & post obitum Fundatoris iterum vacato Beneficio Antonius, & Leonardus præsentarunt Titium filium Leonardi, neglectis Cajo filio Antonii, nec non Mario, & Sempronio aliis filiis Leonardi. Quæ observantia tanti roboris est in hac materia, ut etiam in Jurepatronatus familiari principem locum obtineat, ad effectum decidendi, an in ipso etiam Jurepatronatus familiari sit facienda præsentatio ordine successivo, vel potius per simultaneum concursum Patris, & filiorum, nec non proximiorum cum remotioribus, ut communiter asserunt Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 22. num.* 125. Cardin. de Luca *de Jurepatr. disc. 61. num.* 10. *&* Carol. Anton. de Luc. *de lin. legal. art. 23. n. 15. vers. ista quæstione*; & in puncto nunquam satis laudatus *R. P. D. Ansald. in annot. ad dec. 52. num. 29. & 30.*

19 Ex his patet responsio ad contraria, & quidem non obstat quod agatur de Jurepatronatus gentilitio, in quo admittitur simultaneus concursus Patris, & filiorum. Quippe esto etiam quod Juspatronatus esset gentilitium, satis tamen est, quod non sit gentilitium familiare, ubi locum habet simultaneus concursus Patris, & filiorum, sed sit gentilitium, lineale, quod gradatim defertur, servato ordine fideicommissariæ successionis, & ubi proximiores excludunt simultaneum concursum remotiorum, & filiorumfamilias, juxta distinctionem superius adductam ex punctualibus doctrinis signanter *R. P. D. Doctissimi Ansaldi in annot. ad dec. 52. num. 24. 25. & 26.* Eoque magis stantibus conjecturis, seu argumentis excludentibus simultaneum concursum in jure præsentandi inter proximiores, & remotiores, nec non Patres, & filios, quæ multiplicites desumptæ fuerunt ex verbis fundationis, & observantia, ex quibus tota hæc controversia decidenda venit juxta prærallegatas auctoritates Lottetii, Card. de Luca, *de quibus supra num.* 18.

20 Quod verò Juspatronatus non censeatur mixtum, licet vocati fuerint hæredes, & successores, est opinio apud me erronea, ut demonstrant auctoritates adductæ superius *sub num.* 17. nihil obstantibus decisionibus *in Mediolanen. Prioratus*, superiùs in objecto adductis; ibi enim non concurrebat lex fundationis, sed totum desumebatur ex observantia, quæ tota erat pro Jurepatronatus merè agnatitio. Et licet concurrerent Indulta Sixti IV. & Innocentii VIII. declarantia pertinentiam *ad posteros, & successores*, ea tamen erant relativa ad præcedens Indultum Pauli II. quod declaraverat pertinentiam *pro posteris, & descendentibus*, nec agebatur de Indultis editis in limine fundationis, cum ejus Instrumentum non adesset, ut bene declarat Card. de Luca loquendo de his Indultis, & de tota serie facti *in tract. de Jurepatr. disc. 76. per tot. signanter num. 6.* Rot. *in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. *§. Neque contrarium, coram R. P. D. Kaunitz.*

21 Ultra quod negari non potest, etiamsi Juspatronatus non esset mixtum, præallegata verba fundationis declarantia erectionem Jurispatronatus, seu Archipresbyteratus factam = *per se, suoi eredi, e successori* = saltem stare declarative ad modum succedendi ordine graduali, & successivo; itaut retenta natura Jurispatronatus gentilitii, exinde eliciatur modus succedendi etiam per repræsentationem, & in stirpes, si concurrant nepotes ex Patruo prædefuncto, juxta auctoritatem Spad. *dict. conf. num. 6. lib. 3.* neque enim præallegata verba referri possunt nisi ad Juspatronatus activum, ex quo de passivo nulla habetur mentio.

22 Pariter decisiones in dicta *Mediolanen. Prioratus*, ubi ego scripsi, firmantes præsentationem spectare simultanee ad Patres, & filios nullatenus adversantur, quia in earum casu observantia ostendebat, Juspatronatus esse simpliciter familiare propter antiqua monumenta, in quibus dicebatur = *Mantegantia Domus Templum hoc struxit* = nec ideo applicantur ad controversum Juspatronatus, quod est lineale, non autem reservatum familiæ per modum Universitatis, seu Collegii, ut bene easdem decisiones declaravit, me scribente Rota *in dicta Mediolan. Propositura 3. Martii* 1704. *§. Hucusque, coram R. P. D. Ansaldo.*

Juxta præmissa judicavit pro executione gratiæ pro Præsentato Ordinarius Pisanus de voto D. Hieronymi Palmæ Nepotis celeberrimi Jurisconsulti die 8. Octobris 1708. & devoluta in gradu appellationis causa ad Rotam me patrocinante approbata remansit sententia Ordinarii juxta tenoris sequentis decisionis, cum qua deventum fuit ad expeditionem Causæ.

R. P. D. PRIOLO.

Pisana Jurispatronatus.

Mercurii 26. Junii 1709.

AD Archipresbyteratum Ecclesiæ Collegiatæ Liburni fundatum a Michaele Tana, Leonardus, & Antonius ejus filii in vacatione nuper sequuta, diversas fecerunt præsentationes; nam primus sub die 3. Novembris præsentavit Petrum Erculanum, qui cum tunc temporis non esset Clericus, denuo præsentatus fuit sub die 7. Decembris; Antonius vero interim præsentavit Lucam Lacca, quid gratiam pro præsentato a Sanctissimo cum derogatione medietatis vocum reportavit sub data diei 23. Novembris: Unde Petrus agnoscens, quod nec sibi suffragaretur dicta secunda præsentatio, aliam obtinere curavit ab eodem Leonardo tam nomine istius proprio, quam duorum ejus filiorum sub die 29. Decembris. Cum autem Ordinarius prædictæ Gratiæ Apostolicæ executor pro illius executione pronunciaverit, causa appellationis ad Petri Instantiam in hoc Sacro Auditorio mihi commissa juxta rescriptum Signaturæ, Dubium hodie proposui = *An esset locus arbitrio pro retardatione litterarum Apostolicarum* = resolutum = *negative.*

Arbitrium enim regulatur a Jure, quod cum exigat, ut literæ Apostolicæ, quando prout hic, sunt justificatæ, debitum habeant exequutionem, ad Text. *in cap. si quandò de rescriptis, & in cap. si Capitulo, ibique Gloss. verbo exequatur de concess. preben. in 6.* 23
intrare per consequens non potest pro retardanda executione literarum, de quibus agitur, ut persæpe responsum fuit, *coram Molinen. decis. ne lite pendente. coram Gregor. decis. 221. num. 1. in Oxomen. Beneficii 11. Maii 1703. §. Fundamentum &c. coram Eminentissimo Cardinali Caprara, & in Ortonen Beneficii 23. Martii 1708. §. Arbitrium, coram R. P. D. meo Scotto.*

Justificatio autem earundem literarum, in cæteris a Petro non controversa, acriter impugnabatur quoad qualitatem Jurispatronatus; prætendendo illud censeri debere gentilitium, seu familiare, itaut vocum dinumeratio facienda esset in capita, computatis cum Leonardo etiam duobus ejus filiis, juxta 24
decisiones emanatas in *Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. & 15. Februarii 1700. §. Concurrente, coram Reverendissimo D. meo Molines Decano*, confirmatas 25. *Junii* 1700. *§. Atque hæc, coram R. P. D. meo Ansaldo*, 14. *Februarii 1701. §. Prædicta, &c. coram R. P. D. meo Scotto, & in eadem super dubio filiorumfamilias 18. Junii 1703. per tot. cor. eodem R. P. D. meo Scotto.*

Verum quamvis Domini pro majori parte existimarent, quod tale Juspatronatus dicendum esset potius mixtum, nam, & si Fundator voluerit = *Che la Collazione, e Juspatronato sia d'esso Oratore, e suoi Descendenti maschi in infinito, & in diffetto de maschi sia delle femmine, che saranno viventi durante la loro vita solamente* = In actuali ta- 25
men Archiepiscopatus erectione declaravit eamdem Dignitatem fundare pro se, suis hæredibus, & successoribus, unde Juspatronatus non gentilitium, sed mix-

mixtum videtur, & consequenter præsentatio facienda venit in stirpes, & non in capita, rejectis filiis a simultaneo concursu cum Patre, quia, eo vivente, non possunt esse illius hæredes Rota *decis.* 647. *num.* 4. *& decis.* 679. *numer.* 3. *& 8. coram Buratt. decis.* 351. *num.* 8. *juncta num.* 23. *cum seqq. part.* 16. *decis.* 99. *a numer.* 3. *part.* 17. & distinguendo effectum successionis pro exclusione extraneorum ab alio computandi voces Patronorum in capita, vel in stirpes, *in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaso 6. Februarii 1688. coram clar. mem. Cardinali Caccia, impressa apud Piton. discept. Ecclesiast.* 4. *num.* 23.

Procedendo etiam, quod ageretur de Jurepatronatus gentilitio, adhuc pro comperto visum fuit admitti non posse concursum filiorum ad præsentandum una cum patre, quia id solum sibi vindicat locum in Jurepatronatus gentilitio familiari, reservato favore agnationis, Domus, vel Familiæ, quam
26 Fundator in genere, & per modum Universitatis consideravit, tunc enim cum censeatur, quod ipse respexerit tantummodo ad pluralitatem personarum, non vero Graduum, bene omnes de Familia, seu de Agnatione possunt per capita concurrere ad simul præsentandum, & in his terminis procedunt Decisiones supra in objecto, aliæque authoritates in contrarium allegatæ; secus autem dicendum est, quando, ut in præsenti casu, Fundator vocavit non omnes de Familia, vel Agnatione, sed tantum certas personas, nempe suos descendentes masculos in infinitum; hoc enim casu, cum vocatio sit collectiva hedum plurium personarum, sed etiam Graduum, filii non possunt concurrere cum eorum Patre, sed successio est gradatim deferenda in magis proximos remotioribus exclusis, ut firmant Vitalin. *in Clement. plures sub num.* 42. *in fine de Jurepatronatus*, Lambertin. *eodem Tractat. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *artic.* 8. *sub num.* 3. *vers. unde pro eorum intelligentia, &c. & num.* 8. Vivian. *de Jurepatr. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 111. Riccius *in prax. parc.* 1. *resol.* 181. Franc. Marc. *decis.* 1133. *num.* 5. *part.* 1. Panimoll. *decis.* 137. *num.* 31. *& 46. bene* Spada *cons.* 9. *num.* 5. *& 6. libr.* 3. & optime unum ab altero casu distinguendo *R. P. D. meus Ansald. in adnotat. ad suam decis. inter impressas in ordine 52. num. 23. cum seqq.*

Talisque Gradualis ordo succedendi inter Descendentes in fundatione vocatos apprime congruit, tam inspecta mente Fundatoris, qui non præsumitur inæquales reddere voluisse proprios filios per supervenientiam Nepotum, & Pronepotum ab altero ex eis procreandorum, cum major affectio urgeat erga fi-
27 lios primo vocatos, quam erga alios Descendentes incognitos, & non adeo arcte conjunctos, prout omissis Generalibus, considerat Vivian. *dicto libr.* 4. *capit.* 9. *post numer.* 55. *§. Qua respondetur in fine.* Quam etiam attenta dispositione Juris, juxta quam in materia fideicommissaria, a qua recte arguitur ad istam Jurispatronatus, De Luca *de Jurepatr. disc.* 50. *num.* 5. Rota *decis.* 71. *num.* 4. *post* Vivian. *decis.* 64. *num.* 3. *part.* 13. *& in Auximana Jurispatronatus 27. Junii 1701. §. Quoniam, &c. cum seqq. coram R. P. D. meo Ansaldo*, de natura illius verbi collectivi = *Descendentes* = non omnes simul, neq; filii cum Patre, sed quisque juxta gradus proximitatem, ordine successivo dicitur vocatus ex firmatis per *Doctores in l. cum ita, §. In Fideicommisso, ff. de legatis 2.* cum aliis penes Fusar. *de substit. quæst.* 3558. *a num.* 1. Mantic. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 3. Bellon. *de jure accrescend. cap.* 5. *quæst.* 26. *num.* 125. *& 136.* Rot. *in recent. decis.* 125. *num.* 3. *part.* 1. *decis.* 98. *numer.* 10. *part.* 4. *tom.* 1. *in Romana hæreditatis de Raspolis 13. Junii 1504. §. Hujusmodi autem, &c. coram Reverendiss. D. meo Molines Decano*, & novissime *R. P. D. Fontanell. in ejus resp.* 70. *num.* 5.

Eoque fortius concurrentibus verbis, tractum temporis successivum importantibus, ut hic nempe = *suoi Descendenti maschi in infinito*, isti namque tali casu admittuntur solum de gradu in gradum; itaut filii cum Patre concurrere nunquam possint; 28
ut in fideicommissis præter supra allegatos notat Peregrin. *artic.* 19. *num.* 7. & in terminis Jurispatronatus Gentilitii, quod in eo non succedatur in capita, quando in Testamento, vel fundatione, adsunt verba tractum temporis importantia probat Tondut. *quæst. benefic. parte prima capit.* 32. *numer.* 5.

Quibus non refragatur, quod Fundator in defectum Descendentium masculorum, fœminas indistincte invitaverit ad Jus præsentandi, ex quo infertur, quod sicut vocatæ sunt simul omnes fœminæ, ita etiam masculi omnes concurrere debeant ad simul præ- 29
sentandum.

Quia ultra quod diversa est ratio in fœminis, quæ honoratæ fuerunt durante tantum earum vita, nec etiam istæ dici possunt collective vocatæ, sed tantum juxta earum proximitatem, & in omnem casum tale argumentum potius retorquetur, dum apparet, quod Fundator per substitutionem fœminarum non consideravit omnes descendentes simul, & in genere, sed successive, & gradatim ad tradita per Fusar. *de substit. quæst.* 392. *n.* 44.

Hanc denique Juridicam interpretationem magis magisque comprobavit subsecuta uniformis observantia interpretativa, *cui*, ut concludit Card. de Luca *de jurepatr. disc.* 61. *num.* 12. *in fine*, omnino deferendum venit in hoc articulo, an in Jurepatronatus gentilitio, seu familiari, successio regulari debeat juxta ordinem fideicommissariæ successionis, 30
servata gradus proximitate, vel potius competat omnibus de genere, vel familia, itaut dari debeat simultaneus concursus Patris, & filiorum; In ipso enim primordio, Fundator præsentavit solus, non autem cum ejus filiis tunc existentibus; isti vero non semel, sed repetite, absque interventu filiorum præsentarunt tam in vacatione præcedenti, quam in hac ultima, ubi Leonardus per duas vices filios non admisit ad secum præsentandum; Ex hac enim observantia omnino removetur, si quæ superesset, difficultas circa intelligentiam verborum fundationis, ut dixit Rota, *coram Rembold. decis.* 639. *numer.* 4. *decis.* 26. *numer.* 14. *coram san. mem. Alexandr. VIII. decis.* 52. *numer.* 6. *parte* 13. *& in Orbitell. Jurispatronatus 23. Januarii 1696. §. Accedente, &c.* confirmata 4. *Julii ejusdem anni §. Concurrente, &c. coram Reverendissimo dell'Olmo Episcopo Canchen.*

Haud relevante, quod penultima præsentatio facta fuerit extra legitimum tempus; Ideoque tanquam nulla non sit attendenda, a duabus vero ultimis Leonardus recesserit. Quandoquidem observantia resultat etiam ex præsentationibus nullis, seu ineffectuatis, dum hic non dubitatur, an Beneficium sit de Jure- 31
patronatus, vel non, quo casu inspicitur, utrum præsentationes habuerint, nec ne effectum, sed est sola controversia inter Patronos de modo præsentandi, in quibus terminis effectuatio consistit solum in hoc, quod quis fuerit, vel non fuerit admissus ad præsentandum, Spada *consil.* 12. *numer.* 16. *libr.* 2. Rota *in Florentina jurispatronatus de Riccasolis* penes Vivian. *de jurepatr. part. prima libr.* 4. *cap.* 1. *sub num.* 71. *§. Effectuatio vero, &c. in fine, & in illius confirmatoria ibidem impressa, §. Non obstant, &c. & in Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. §. Superest, &c. coram Reverendiss. P. D. meo Ansaldo.*

Et ita utraque Parte informante, &c.

Parmen.

Patmen. Beneficii.

ARGUMENTUM.

Fœminæ Agnatæ succedunt per posterius in Jurepatronatus deducto ex observantia, juxta quam semper Masculi Agnati præsentarunt tanquam seniores, & antiquiores de Domo, & Casata. In Jurepatronatus gentilitio quasi possessio præsentandi quæsita ab extraneo vigore donationis factæ ab Agnato non afficit alium de domo per posterius Jure proprio vocatum.

SUMMARIUM.

1 *In Jurepatronatu familiari succedunt fœminæ. Vide num. 2. 9. & 10.*

3 *Masculi ubi præsentant sub expressione qualitatis communis etiam fœminis, non censentur præsentare exclusive ad illas.*

4 *An fœminæ succedant, quando sunt ab initio exclusæ, & num. 14.*

5 *Quando observantia præsentandi per solos masculos inferat Juspatronatus gentilitium masculinum? Vide ibi, & n. 6.*

7 *Per enunciativas Observantiæ probari potest Lex fundationis, & n. 8.*

11 *Proprietas clara absorbet possessionem.*

12 *Ultimi status in beneficialibus, quando servari debeat?*

13 *Petitorium quando dicatur clarum?*

14 *Unus ex vocatis quandiu vivit, potest transferre Juspatronatus gentilitium, in extraneum.*

15 *Vocatis certis Agnatis, eorumque masculis, an comprehendantur fœminæ per posterius?*

16 *An in Jurepatronatus familiari sint excludendæ.*

17 *Eo reservato senioribus familiæ, Masculi juniores excluduntur per fœminas seniores, quæ opinio reprobatur.*

18 *Fœminæ etiam per posterius non admittuntur in Jurepatronatus stricte Agnatitio.*

19 *Absurdum admittendi extraneos in concursu Consanguineorum, quando non procedat.*

20 *Pro manutentione in Jurepatronatus familiari sufficit quasi possessio Auctorum, secus in hæreditario.*

21 *Negligentia præsentandi ultimo statu, an præjudicet in possessorio, plura ad materiam, vide n. 22. usque ad n. 26.*

ALLEGATIO XI.

PRo parte Alexandri de Felisiis, in hac nostra Romana Curia requisitus, ut scriberem pro exclusione fœminarum a controverso Jurepatronatus præcognito Requirentis malo Jure, patrocinium recusavi, nunc autem non sine magno stupore accepi, quod Ordinarius pronunciavit pro Institutione præsentati ab Alexandro; quodque in secunda Instantia Judex delegatus etiam pendeat pro confirmatione prioris judicati.

Ut igitur ostendam Alexandrum, ejusque præsentatum nullum jus habere, nec in Possessorio, nec in Petitorio, & sententiam Ordinarii esse omnino revocandam ex capite evidentis injustitiæ, præmitto non esse controversiam inter partes, quod agatur de Jurepatronatus familiari, seu gentilitio, tanquam spectante *ad seniorem, & antiquiorem de Domo, & Casata illorum de Bettagis.* Quo supposito nulla hodie est difficultas in Jure, aut praxi, quod in Jurepatronatus familiari succedant tam ma-
1 sculi, quam fœminæ, quæ semper donec vivunt, sunt de vera Agnatione, & Domo, licet nupserint in alienam familiam, ea ratione, quod agitur de materia indifferenti, prout est Juspatronatus, in qua Sacri Canones illius privilegium æque concedunt masculis, ac fœminis, absque ulla inter eos differentia, ut plene Ego ipsi *Discept. Eccl.* 26. *num.* 1. & est certa conclusio firmata apud Rot. *dec.* 502. *num.* 10. *part.* 18. & *decis.* 992. *num.* 8. *part.* 19. *recent.* & *in Mantuana Beneficii* 4. *Junii* 1689. §. *at secus est, coram bon. memor. Ursino, & in Romana Cappellaniæ* 25. *Novembris* 1705. §. *quoniam cum seqq. coram R. P. D. Ansaldo, & in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *quatenus, coram R. P. D. Kaunitz,* ubi me citato firmat etiam in Jurepatronatus Agnatitio fœminas contineri.

Solum cadit difficultas in praxi circa modum suc- 2
cedendi, nempe, an Masculi per prius, fœminæ per posterius, vel potius æqualiter fœminæ succedere debeant? In quo articulo communis Theorica est, quod ubi aliquo modo licet non stricto, & rigoroso contemplata fuit Agnatio, ut contigit, quando fit mentio, *Domus, familiæ,* seu *Casatæ,* tunc masculi per prius, fœminæ autem non nisi in eorum defectum succedere valeant, juxta ea, quæ resolvit Rot. in originali, & communiter recepta *decis.* 313. *coram Pamphilio, & in dicta Mantuana Beneficii* impressa apud me *Discept. Eccl.* 14. *num.* 25. & *in Lucana Beneficii* 13. *Junii* 1701. §. *prædictaque, coram bon. me. Muto, & in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *nec obstat, coram Eminentiss. Tremoille, & 4. Maji* 1703. §. *subsistere, &* §. *sublata, coram R. P. D. Priolo, & in Interamnen. Jurispatr.* 10. *Decembris* 1706. §. *hinc parvipensa, coram R. P. D. Scotto, & in Romana Capellania S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *quod si fœmina, coram R. P. D. Ansaldo.*

Si igitur extaret Instrumentum Fundationis reservans Juspatronatus ad favorem senioris, & antiquioris de Domo, & Casata de Bettaggis; tunc utique non haberes difficultatem pro comprehensione Catharinæ de Bettaggis filiæ Joannis Jacobi ultimi masculi; sed quia tale Instrumentum non exhibetur, nec extat, dubitat Reverendiss. Judex, quod Theorica ista non procedat; licet enim observantia stare dicatur loco fundationis, ut Ego dixi *Discept. Eccles.* 26. *num.* 5. *vers. cum quo, & discept.* 28. *num.* 6. & *discept.* 53. *numer.* 43. attamen quando observantia præsefert, quod solum præsentaverint masculi tanquam seniores; & antiquiores de Domo, videtur inesse restrictio ad solos masculos, proinde ac si fundatio diceret = *Reservando Juspatronatus ad favorem senioris, & antiquioris masculi de Domo, & Casata de Bettagis.* =

Hæc difficultas tametsi juridica, & fundata in Authoritate Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 22. *num.* 6. & *seqq.* nihilominus incontinenti cessat reflectendo, quod ejus opinio fuit examinata in Rota *in Jamnen. Abbatiæ,* ubi prima vice, me scribente, fuit recepta *in decisione* 5. *Decembris* 1689. *coram R. P. D. Manuel.* postea vero reprobata, aut inapplicabilis visa fuit in sequentibus causæ propositionibus, & firmatum remansit, quod ubi Masculi præsentant sub expressione unius qualitatis, quæ communis est etiam fœminis nempe *senioris, seu majoris natu;* tunc non attenditur, quod solum Masculi præsentaverint, eo quia 3
censentur præsentasse prælative, idest ratione prælationis, quam habent respectu fœminarum, non autem exclusive ad illas, & post ipsorum omnium mortem, ut videre est *in decis.* 10. *Martii* 1692. §. *non obstat,* & 4. *Julii* 1692. §. *etiam coram R. P. D. Manuel.* & 15. *Junii* 1693. §. *nec vis, &* §. *comprobata, coram Eminentiss. Card. Caprara,* & notavi *in dicta discept. Eccl.* 26. *n.* 7.

Non subsistente responsione, quod in illa causa extabat Pontificia concessio Jurispatronatus pro majori natu descendente a Babilano Pallavicino; quia Rota resolvit quicquid superius dixi, independenter ab hujusmodi concessione, tanquam nulla, firmando, quod Juspatronatus totum desumeretur ab ipsa observantia centenaria præsentationum factarum per masculos natu majores, tanquam difformium ab Indulto, seu concessione Pontificia, ut *in decis.* 10. *Martii* 1692. §. *cæterum, coram Manuel.* ibi =

Ces-

Cessare etiam dictum fuit fundamentum desumendi interpretationem observantia ab Indulto, nedum quia post duas duntaxat menses ab illius concessione Babilanus, qui illud impetraverat, devenit ad præsentationem controversi Jurispatronatus, nulla facta mentione d recentis Indultô, &c. verum etiam quia, ut advertunt eadem decisiones, antiquæ præsentationes, a quibus resultat observantia, sunt difformes ab Indulto, & cum eo incompatibiles, &c. Quoties autem actus possessionis apti constituere novum Jus, sunt difformes ab alio titulo præambulo, non debent, nec possunt ab isto declarationem accipere; sed interpretandi sunt secundum ipsorum formam, & naturam, & considerandi, tanquam independentes ab alio ⩵

Nec proinde in judicando attendi debet Authoritas unius Doctoris, seu Card. de Luc. cujus opinio in terminis casus nostri non fuit recepta in Tribunali Sacræ Rotæ, quæ facit communem opinionem, a qua Judex recedere non potest, nisi conscientiam suam onerando; eoque magis, quia Card. de Luc. falso movetur fundamento, credens esse quæstionem dubiam, an in Jurepatronatus familiari succedant fœminæ, & sic observantiam restrictam ad masculos stare supponit pro interpretatione hujus dubii, quando tamen dubium articulum non facit in hoc legali materia Auctoritas unius, vel alterius in contrarium, sed attendi debet communis opinio, juxta quam receptum est in Jurepatronatus familiari succedere fœminas, ut superius probavi, & est opinio hodie amplius non controvertenda in Foro: Immo Card. de Luc. non solum fuit rejectus per Sacram Rotam Romanam, sed etiam in aliis Tribunalibus exteris, ut signanter legere est, apud Palm. *Nep. decis. Lucen. tom. 4. decis. 340. num. 23. versic. secundo loco*; ubi in his terminis terminantibus Jurispatronatus deducti ex observantia, sententiatum fuit pro comprehensione fœminæ non obstante Doctrina Card. de Luc. Et quod magis est ibidem firmatur, quod semper fœmi-
4 næ succedunt in Jurepatronatus gentilitio, & familiari, etiamsi fuissent exclusæ, ea ratione, quod exclusio censetur adjecta favore masculorum, & iis extantibus, secus autem in eorum defectum, ut refertur *in dicta decis.* 340. *num.* 23. *& seqq. apud* Palm. *tom.* 4. *&* Rot. *Roman. decis. 667. num. 9. quæst.* 18. *tom.* 2. *recent.* ibi ⩵ *Etiamsi ab initio exclusa fuissent fœmina, quæ nunquam præsentasse dicuntur; adhuc talis exclusio intelligenda esset extantibus masculis ab eadem familia, quibus deficientibus Livia etiamsi sit fœmina in aliena familia nupta, quæ tamen vivit, retinet agnationem, & est proinde capax Jurispatronatus gentilitii* ⩵ *Et cor. Penia decis. 329. num. 5. & 6.* Quod tamen intellige nisi exclusio fœminarum facta fuerit per modum regulæ, & in omni casu, tunc enim illæ non succederent per posterius.

Sed ultra prædictam Theoricam, quæ hodie est indubitata, & quæ in Romana Curia habetur pro Regula, adverto ad alium motivum deductum ex facto, per quod res clara redditur clarior, & transit ad evidentiam, distinguendum infrascriptos duos casus.

5 Primus est, ubi observantia præsefert, quod Masculi præsentaverint; tanquam seniores, seu antiquiores de domo, & in his terminis intrare potest dubitatio hactenus rejecta, quia tali casu observantia procedit tacite per viam facti, quod sit restrictum ad præsentationem masculorum, loquendo per malam hypothesim, videtur inferre Juspatronatus gentilitium masculinum.

6 Secundus Casus est, ubi observantia non procedit solùm tacitè per viam facti, sed ulterius progreditur exprimendo, & enarrando tenorem, & verba fundationis, quales sunt termini casus nostri, ubi supponitur, quod in præsentationibus pro tempore admissis per Ordinarios isti enuncient vidisse Instrumentum fundationis, & referant, quod *ex forma Institutionis, & fundationis ipsius beneficiò electio, & nominatio spectat ad antiquiorem, & seniorem de Domo, & Casata de Bettaggis*. Et in his terminis non intrat amplius dubitatio super observantia restricta ad masculos, nec admittente extensionem ad fœminas, quia cùm illa pronunciet, & referat substantiam, & verba ipsa præcisa fundationis perinde est, ac si
extaret ejus Instrumentum, nec ulla est differentia, 7
an substantia verborum fundationis probetur per Instrumentum, vel per enunciativas, seu testimonium observantiæ, ut præter ea, quæ ego notavi *Discept. Eccles. 53. num. 5.* passim dixit Rot. *decis. 1141. num. 5. coram Seraphino, & decis. 41. num. 12. post Vivian. de jurepat. & in Comen. Cappellania 31. Martii 1702. §. confirmatur, coram Eminentiss. Tremoille impress. apud me dicta Discept. Eccles. 53. numer. 27. & in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. quoniam; & in Fossanen. Jurispat. 12. Martii 1703. §. accedente, coram Eminentiss. Caprara, & in Firmana jurispat. 21. Aprilis 1704. §. quarta præsentatio, cor. bon. mem. Muto.*

In quo casu non dicitur fieri extensio observantiæ de masculis ad fœminas, sed ea recipi eo modo, quo sonat; si ergo verba fundationis relata per observantiam impugnari non possunt tanquam emissa ab Ordinariis in actu proportionato concedendi Institutionem præsentatis, & acceptata per masculos familiæ, a quibus causam habet Alexander de Felisiis donatarius, ut dixit. Rot. *in Fossanen. Jurispat. 12. Martii 1703. §. accedente, & in Faventina Beneficiò 11. Decembris 1701. §. ex his, coram Eminentiss. Caprara, & in dicta Firmana Jurispatr. 21. Aprilis 1704. §. sexta demum, coram bon. mem. Muto*, Utique dicendum non est deficere legem expressam Fundationis, sed adesse, licet deductam per verba enunciativa, & relativa ad ejus Instrumentum; ideoque sicut Juspatronatus reservatum favore *senioris, & antiquioris de domo* sine ulla difficultate includit fœminas per posterius ex superius adductis; & admittit Reverendiss. Judex ubi adesset Instrumentum fundationis. Ita dicendum in casu isto, ubi licet non concurrat Instrumentum funda-
tionis, concurrit tamen substantia ejus verborum re- 8
lata per testimonium observantiæ; paria enim sunt ad hunc effectum, quod exhibeatur fundatio originalis, vel quod ejus substantia legatur in præsentationibus, & observantia subsecuta, Rot. *decis. 349. num. 13. par. 17. rec. & coram Dunoz. Jun. decis. 375. num. 10. & coram Bicch. decis. 55. n. 15.* Et est communissima opinio S. Rotæ, quæ in terminis Jurispatronatus deducti ex observantia, ejus verbis, & enunciativis standum esse monet in decisionibus supra relatis §. *secundus casus num. 6.*

Observantia igitur, quæ expresse refert substantiam fundationis comprehensivam fœminarum, non
potest dici restricta ad masculos, si masculi præsen- 9
taverunt; nam eorum præsentatio, tanquam facta prælativa, non exclusive ad fœminas, eas admittit per posterius in defectum Masculorum, ut dixi *Discept. Eccles. 26. num. 10. versic. dicitur stare prælative* cum aliis *in Discept. Eccles. 14. n. 6. 11. & 13. & in Mantuana beneficii, coram Ursino* ibidem relata *num. 19. & seqq.* & in allegatis decisionibus *in Januen. Abbatia ubi supra*. Censeo igitur esse negotium limpidissimum pro comprehensione Catharinæ in hoc Jurepatronatus, & non adesse motivum aliquod ulterius dubitandi, immo concurrere rationem evitandæ
iniquitatis; ne scilicet Juspatronatus fundatum pro 10
illis de sanguine propriæ domus, crudeli interpretatione distorqueatur ad hoc ut transeat ad extraneos, postbabito, & derelicto proprio sanguine Fundatoris; ut est Catherina agnata Domus de Bettaggis. Ad quam impiam consequentiam evitandam, nefas est dubitare, an fœmina ista sit comprehensa in Jurepatronatus suæ Domus, ut me scribente in infrascriptis Causis sæpissime dixit Rota nempe *in Romana Jurispatr. 3. Julii 1705. §. quinto, coram Reverendiss. D. Molines Decano, & in Gerunden. Beneficii apud* Bertachin. *vot. decis. 89. num. 10. & in Interamnen. jurispatron. 22. Martii 1706. §. Rursus, & 10. Decembris ejusdem anni, §. & in hanc sententiam, coram R.P.D. Scotto, & in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Quod ita propensius, coram R.P.D. Kaunitz, & in Romana*

Cap.

Cappellania S. Nicolai 28. *Junii* 1709. §. *Quod si fœminæ*, *cor. R. P. D. Ansaldo*.

Ex his cum assistat Catharinæ pertinentia clara Jurispatronatus, tanquam compræhensæ evidenter appellatione, antiquioris, & senioris de domo, attendi non debet quicunque ultimus status, si quis adesset in contrarium; quando enim Patronus verus comparet re integra, idest ante secutam institutionem, non attenditur ultimus status, qui assistit Patrono putativo; sed proprietas clara absorbet possessionem jux-
11 ta Theoricam Panormit. *in cap consultàntionibus de jurepatron.* plene reassumptam apud me *Discept. Eccles.* 28. *num.* 2. Rota *coram Priol. decis.* 113. *num.* 35. & 36. & *coram Emerix jun. decis.* 1320. *num.* 15. cum aliis *in Alatrina Jurispatr.* 15. *Junii* 1705. §. *final.* & 7. *Decembris sequentis* §. *Nullatenus*, *coram R. P. D. Scotto*. Præsertim quia ultimi status in Be-
12 neficialibus caute servari debent, nempe solum in casu, quo materia sit dubia dubietate morali, non autem physica; cum cæteroquin in Jure nostro nihil reperiatur ita clarum, ut non possit adhuc suscipere sollicitam dubitationem, & propterea non debet Judex ita de facili, & clausis oculis inclinare in superficiem ultimi status; dum iste in Beneficialibus est maximi præjudicii: non solum quia post evictam pertinentiam in Petitorio, Patronus verus nunquam amplius recuperat fructum possessionis, qui recuperatur in profanis, ut animadverti *dicta discept. Eccles.* 28. *num.* 4. & *seqq.* Sed etiam quia hodie, teste experientia, hujusmodi ultimus status tanta facilitate attendi solitus vergit ad iniquitatem, dum Patroni non veri, ita se intrudendo, in Juspatronatus per status possessorios continuant in ejus exercitio, quandoque per sæcula, & ita in infinitum remanent spoliatæ familiæ suis Juribus patronatus; cum aliquando prius extinguantur omnes de Agnatione, & domo quam contingat terminari Litem in petitorio super pertinentia Jurispatronatus evincenda per tres conformes, & rem judicatam, quod est abusus manifestus, & iniquitas magna.

Quod absurdum magis in præsenti considerabile est, ubi ex Familia de Bettaggia, una fœmina est superstes, & ultima, quæ si non obtineat fructum Jurispatronatus suæ domus in hac vacatione, non dabitur casus, quod tempore ejus vitæ possit illud recuperare in petitorio; præsertim quia hujusmodi Lites regulariter silere solent, postquam institutus fuit præsentatus, & solum adveniente nova vocatione renovantur; & licet Juspatronatus in ultimo de familia fiat hæreditarium, attamen extinctis omnibus de familia, durior est conditio, quando lis agitatur inter hæredes, & personas hinc inde extraneas, scilicet inter hæredem extraneum fœminæ agnatæ de familia, ex juribus illius vindicantem sibi Juspatronatus, pariter contra extraneum existentem in longæva possessione ex donatione, & juribus masculi Agnati de eadem Familia, quasi quod extincto sanguine, Judices non videantur ita inclinare pro ejus hærede extraneo, sicut inclinarent pro aliquo de sanguine, qui extaret, & peteret Juspatronatus suæ Domus in concurrentia extranei.

Hinc repugnante Æquitate, & ratione, ultimus status multo minus attenditur, quando proprietas Jurispatronatus clara est favore alterius, seu prout hic fœminæ agnatæ, quam proprietatem esse claram, & notoriam superius probavi ad satietatem. Et dicitur proprietas clara, etiamsi non concurrat Instrumentum fundationis, sed verba illius deducantur ex observantia, & statibus præsentationum; Non obstante regula, quod petitorium non dicitur clarum,
13 nisi per Instrumentum publicum, confessionem partis, aut rem judicatam; quia hæc regula non est judaica, nec restrictive posita, sed tantum demonstrative; itaut exclusi non remaneant alii modi æquipollentes; ut in puncto, quod sufficiat petitorium esse clarum per præsentationes, & status, & sic observandum dixit Rot. *coram Ottobon. decis.* 234. *num.* 32. Modernus Episcopus Cyrill. *quæst. Jur. cap.* 42. *num.* 12. Ego Pinon. *Discept. Eccles.* 38. *num.* 6. Rot. *in Romana Parochialis super manutentione* 26. *Junii* 1682. §. *Siquidem*, *coram bon. mem. Ursino*, & *in Alatrina Jurispatr.* 15. *Junii* 1705. §. *final. coram R. P. D. Scotto*, & me relato, & laudato Rot. *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Nihil minus*, *cor. R. P. D. Ansaldo*.

Immo in terminis terminantibus censuit Rota proprietatem Jurispatronatus esse claram ad effectum non attendendi ultimum statum, quantumvis illa penderet ab articulo Juris super interpretatione legati, ut me scribente, & obtinente decisum fuit *in Alatrina Jurispatr.* 7. *Decembris* 1705. §. *Nullatenus*, *coram R. P. D. Scotto*, ibi = *Et quamvis objiceretur quod Petitorium non poterat dici clarum, prout ad hunc effectum requiritur, ex quo vox Caroli dependeret ab Interpretatione Legati per eundem facti, an esset purum, vel potius conditionale; Nihilominus Dominis visum fuit nullam in hac parte adesse turbiditatem tituli, quia cum disceptatio non versetur circa factum; sed tantum circa articulum Juris, qui ex Apertura librorum statim desiniri potest non dicitur requirere illam altiorem indaginem, quæ mereatur ad Petitorium rejici* = Rota *in Mediolanen. Benefici* 1. *Aprilis* 1707. §. *Quinimo*, *cor. R. P. D. Ansaldo*.

Verum ulterius crederem in caso isto, nec etiam adesse ultimum statum pro ut præsupponitur. Etenim Joannes Jacobus de Bettaggia ultimus masculus familiæ, & Pater Catharinæ; postquam donavit Horatio Cannosse Juspatronatus, supponitur, quod in vacatione anni 1664. præsentaverit, habendo litem cum Silvestro Cannossa hærede Horatii super nullitate donationis, tanquam nullæ ex defectu consensus Episcupi, & cum solo consensu Vicarii Generalis, quodque in contradictorio Judicio obtinuerit ab Ordinario sententiam super nullitate donationis, revocatam tamen in gradu appellationis per Judicem delegatum de anno 1667. cujus vigore præsentatus per Cannossam fuit institutus, & possedit beneficium, usque ad obitum secutum de anno 1705.

Hujusmodi status non potest militare contra Catherinam filiam Joannis Jacobi donantis ex motivo insuperabili, quod ipsa nec fuit citata in Judicio, neque tunc vivente Patre habebat Juspatronatus, & consequenter in hoc Jurepatronatus gentilitio, ubi unusquisque dicitur vocatus Jure proprio, & independenter, ab ejus Auctoribus; sententia, ac ultimus status dicitur inductus contra Patrem, & ei tantum præjudicialis est, non autem afficit filiam Jure proprio venientem. Posth. *de manut. observ.* 32. *num.* 14. Adden. ad Gregor. *decis.* 417. *numer.* 23. *in fin.* Priol. *decis.* 113. *num.* 30. Cerr. *decis.* 645. *numer.* 4. Penia *decis.* 32. *num.* 8. & *seqq.* Etenim unus ex vo- 14
catis, quandiu vivit, potest per donationem transferre Juspatronatus in extraneum, eumque admittere ad præsentandum, sed talis admissio constituit in quasi possessione contra admittentem, & in ejus præjudicium, non autem in præjudicium successorum, qui jure proprio succedunt, Card. de Luca *de jurepatr. disc.* 36. *num.* 9. Rot. *decis.* 284. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* Adden. ad Gregor. *decis.* 417. *num.* 13. *vers. ulterius*. Proinde non est attendenda hæc quasi possessio, seu ultimus status passivus de persona ad personam, nempe de Patre ad filiam in Patronatibus gentilitiis; quicquid secus hæreditariis, etiamsi agatur de ultimo statu quæsito per sententiam transactam in rem judicatam, ut dixit Rot. *dec.* 220. *n.* 27. *part.* 11. *rec.* *bene* Rota *in dicta Mediolan. beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Roborant*, *coram R. P. D. Ansalda*.

Ratio conclusionis est, quod sententia non potest ampliari ultra casum, de quo tunc agebatur in Judicio, si ergo solum tunc agebatur, an Donatio esset nulla ex defectu consensus Ordinarii; utique si fuit declarata valida, hæc validitas intelligitur respectu donantis, qui non poterat facto, & juramento proprio contravenire, & sic intelligitur, vita ejus durante, non autem post obitum, tempore, quo Juspatronatus devolvebatur ad filiam Jure proprio vocatam. *Rot. dec.* 151. *num.* 25. *versic. substinetur saltem in vita post* Vivian. *de Jurepatron.* Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 70. *vers. solum probat*. Vivian. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 68. *vers. ego donans*, & *lib.* 14. *post cap.* 2. *num.*

num. 25. *verfic. nifi eorum vita durante*. Car. de Luc.
de jurepatr. difc. 60. *num.* 24. Rot. me fcribente *in
Majoricen, beneficii* 11. *Maii* 1705. §. *Etenim, co-
ram bon. mem. Muto*, ibi = *Jufpatronatus etiam gen-
tilitium donari poteft, & donec vivit Donans fub-
fiftetur donatio, licet fucceſſoribus proprio Jure ve-
nientibus non præjudicet*. =

Defuncto igitur Joanne Jacobo Donante, tan-
quam refoluto Jure Datoris, refolutum quoque fuit
Jus Acceptoris; & fic dici non poteft adeſſe ulti-
mum ftatum contra fœminas, cum ille dicatur ta-
lis refpectu Donantis, non autem fucceſſoris haben-
tis Jus fuum independens; Immo fi donatio dici de-
bet temporalis, & ad vitam ipfius Donatoris, ut di-
ctum eft, ficut illa poft ejus mortem evanefcit, Ita
etiam poſſeſſio præfentandi quæfita per donationem,
& tanquam ejus fequela, ut late apud Pofth. *de ma-
nut. obferv.* 64. *num.* 13. *& feqq.*

Recurrendo materiam adverte, quod fuperius de-
ducta *num.* 4. circa fucceſſionem Fœminarum, quæ
15 etiam fuiſſent excluſæ, procedunt quando agitur de
Jurepatronatus refervato pro Domo, Familia, Cafa-
ta, & fimilibus verbis aptis comprehendere fœminas
faltem per pofterius, tunc enim excluſio earum in-
telligitur adjecta favore Mafculorum, nifi appareret
facta per modum regulæ, & in omni cafu, itaut
colligeretur hujufmodi fexum fuiſſe abhorritum, &
odio habitum, fecus autem quando agitur de Jure-
patronatus fimpliciter refervato *pro certis Agnatis
nominatim expreſſis, eorumque Mafculis*, quia tunc
vocatio tanquam reftricta pro Mafculis ex Mafculis,
impoſſibile videtur, quod comprehendere valeat fœ-
minas per pofterius, cum vocatio fubfidiaria locum
non habeat, nifi inter comprehenfos ab initio, ita
& taliter, quod per obitum ultimi mafculi fœminæ
non fuccedant, nifi cum qualitate hæreditaria illius,
non autem Jure proprio, & virtute difpofitionis Fun-
datoris, juxta *decifiones* 462. *&* 527. *part.* 14. *recent.*
& plene dixi *in Difcept. Ecclef.* 14. *num.* 3. Balduce.
decif. & rer. judicat. tit. 3. *decif.* 23. *num.* 5. *&* 6. ad-
huc tamen quia videtur iniquitas, quod in cafu
mortis ultimi mafculi, exiftente filia forore Nepte,
vel alterius gradus Agnata, & defcendente ex vo-
catis, iftæ excludi debeant, in concurfu extranei hæ-
redis inftituti univerfaliter ab ultimo mafculo, in
quo Jufpatronatus fit hæreditarium, juxta *conf.* 81.
Ancharan. intrare videtur interpretatio, quod Fun-
dator tacite, & ex præfumpta mente voluerit per
pofterius vocare Fœminas in concurfu extranei, ar-
gumento Text. *in l. cum Avus ff. de condit, & de-
monftr. & in l. cum acutiſſimi, C. de Fideic.* nifi hæc
præfumpta mens removeatur ex verbis Inferentibus
abhorritionem, & excluſionem perpetuam fœmina-
rum ex motivatis per Rot. me fcribente in *Bitunti-
na jurifpatronatus* 20. *Novembris* 1705. §. *final. cor.
R. P. D. Priolo*; ea ratione, quod vocatio mafculo-
rum importat folam prædilectionem fexus, non au-
tem perpetuam excluſionem fœminarum etiam in de-
fectum eorum: Rot. *dec.* 830. *n.* 12. *verf. demum*, *&
n.* 13. *cor. Emerix. jun.* & comprobant deducta *in In-
teramnen. jurifpatronatus* 10. *Decembr.* 1706. §. *& in
hanc fententiam cor. R. P. D. Scotto*, *&* 15. *Martii*
1709. §. *idque procedere, cor. R. P. D. Polignac.* Unde
fequitur, quod licet vocatio fœminarum non veniat
fub vocabulo mafculorum, veniat tamen fubfidiarie
ex præfumpta mente Fundatoris, qui Agnationem
mafculorum contemplaſſe cenfetur, fub qua Agna-
tione continentur etiam fœminæ capaces fucceden-
di per pofterius Pamphil. *decif.* 313. *n.* 2. *&* 6. *& in
recent. decif.* 683. *n.* 26. *&* 27. *part.* 19. *tom.* 2. *& in di-
cta Balneoregien. Beneficii* 21. *Jan.* 1707. §. *Quatenus,
coram R. P. D. Kaunitz*, & dixi *Difcept. Ecclef.* 14.
n. 14. præfertim quia ut plurimum vocantur mafculi
cum expreſſione eorum Domus, feu familiæ, cujus
vocabulum aptum eft includere fœminas in defectum
mafculorum *ex allegatis fub n.* 1. & denique, quia
verfamur in materia indifferenti, & fuapte natura
mafculorum, & fœminarum comprehenfiva. Fateor
tamen hanc eſſe interpretationem violentam, ne fe-
quatur abfurdum, & iniquitas, Cæterum prædictis
non obftantibus ex difpofitione Juris contrarium eft
dicendum ad tradita apud Peregrin. *de Fideic. artic.*
11. *num.* 46. *& feqq.* ubi quod ratione vitandi abfur-
di, quod vocatus cenfeatur, qui vocatus non fuit,
per aliquam fignificationem verborum, non reperitur
Jure cautum, & in fpecialibus terminis Rot. *coram
Ubald. decif.* 144. *n.* 2. *&* Card. de Luca *de jurepatr.
difc.* 22. *num.* 6. ubi quod obfervantia præfentationum
factarum per folos mafculos, oftendit Jufpatronatus
gentilitium mafculinum, nec fœminæ in eo fuccede-
re valent, *& in Bituntina Jurifpatr.* 28. *Novembris*
1704. §. *final, coram Eminentifs. D. Card. Caprara*;
ubi quod fœmina venire non poteft in Jurepatrona-
tus Agnatitio, feu reftricto ad mafculos; & Ego et-
iam firmavi *Difcept. Ecclef.* 26. *num.* 8. quo loco cen-
fui fœminas non venire per pofterius in Jurepatrona-
tus refervato pro mafculis per lineam mafculinam de-
fcendentibus. & Rot. *in dicta Mantuana Beneficii* 3.
Junii 1689. §. *Etenim, coram bon. mem. Urfino impref-
fa apud me Difcept. Ecclef.* 14. *num.* 18. Non tamen 16
admittenda venit concluſio illa firmata per Rotam;
me fcribente *in Florentina Canonicatus* 8. *Maii* 1705.
§. *quibus, coram R. P. D. Lancetta, &* 2. *Julii* §. *fi
itaque, coram R. P. D. Priolo*; quod nempe in Jurepa-
tronatus gentilitio, & familiari fœminæ fint exclu-
dendæ, cum hoc procedat in fucceſſione per prius; feu
in concurfu mafculorum, non autem fubfidiarie, &
in eorum defectum juxta Auctoritates fuperius addu-
ctas *n.* 1. *cum feqq.* minufque admittenda videtur alia 17
concluſio, præcedenti contraria, quod nempe in Ju-
repatronatus familiari non folum fœminæ non fint
excludendæ, fed immo ubi fint feniores præferantur
mafculis Junioribus, quando Jufpatronatus, feu præ-
fentandi fuit relictum favore duorum Seniorum Fa-
miliæ, ut refolvit Rota me fcribente *in Romana Cap-
pellania* 25. *Novembris* 1705. *coram R. P. D. Anfaldo.*
Etenim ut fuo loco dicetur, aliud motivum hujus de-
cifionis juſtitiam fundavit, quia de cætero Senioritas
cenfetur confiderata juxta regulam fucceſſionis mili-
tantem ex natura Jurifpatronatus Familiaris, nempe
per prius inter mafculos, & per pofterius inter fœmi-
nas, alias effet admittere, quod in Jurepatronatus fa-
miliari fuccedant æqualiter, & fimultanee mafculi,
& fœminæ, contra communem opinionem S. Rotæ,
ita ut vocatis Senioribus, fœminæ feniores exclude-
rent mafculos juniores, & fic admitterentur per prius,
quod quidem pro abfurdo confideravit Rota *in di-
cta Mantuana Beneficii coram Urfino, impreſſa apud
me Difcept. Ecclef.* 14. *num.* 24. *verfic. Quinto*; ubi
propterea ad hoc evitandum tenuit, quod fœminæ
non veniant, nifi per pofterius, & plene firmatum
fuit in his terminis *in Lucana Beneficii* 13. *Junii*
1701. *coram bon. mem. Muto*. Quæ decifio non cen-
fetur quoad hoc fundamentum revocata, ex eo tan-
tum quod in pofteriori decifione de illo S. Rota am-
plius non meminit, quoniam contrarium oftendit Le-
ctura ejufdem decifionis 21. *Martii* 1703. §. *final. cor.
eodem*, quæ in reliquis fundamentis in ea non, ex-
preſſis fe habuit remiſſive ad priorem decifionem,
minufque ad effectum concedendi prælationem ma-
fculis Agnatis, & admittendi fœminas per pofterius,
requiritur quod fit contemplata Agnatio ftricto, &
rigorofo modo, nec quod vocati fuerint antiquiores
de Domo cum expreſſione Cognominis, fed fatis eft
Jufpatronatus effe familiare, veluti refervatum pro
antiquiore de Domo ipfius Fundatoris, ut in *decif.*
313. Pamphil. *& in dicta Mantuana Beneficii ubi fu-
pra*, vel pro Familia, feu Cafata, & fimilibus juxta
decifiones fupra laudatas *num.* 1. *&* 2. quando autem 18
Agnatio fuit contemplata ftricto, & rigorofo modo
tunc fœminæ nec etiam veniunt per pofterius tan-
quam excluſæ in omni cafu, & per modum regulæ,
ut per Rot. *in dicta Lucana Beneficii* 12. *Junii* 1701.
§. *quin immo* 21. *Martii* 1703. §. *Minus obftat, cor. Mu-
to, & in dicta Mantuana Beneficii, coram Urfino*,
impreſſa apud me *difcept. Ecclef.* 14. *n.* 18. licet contra-
rium in cafu Jurifpatronatus Familiaris Agnatitii pro-
prie, & ftricte fumpti teneat Rot. *in Balneoregien. Be-
neficii* 21. *Januar.* 1707. §. *Quatenus, coram R. P. D.
Kaunitz.* Non tamen fufficere puto ad excludendas
fœmi-

fœminas per posterius, & in concursu extranei, so-
la vocatio antiquioris de domo, cum expressione co-
gnominis, ut admittit Rota *in dicta Lucana Benefi-
cii 13. Junii 1701. §. prædictaque, coram bon. memor.
Muto*, approbata *in Civiten. Cappellaniæ 4. Maii* 1703.
§. sublata, cor. R. P. D. Priolo; videantur plene dedu-
cta *per R. P. D. Ansald. in annot. ad decis. 46. num. 22.
& seqq.* & ratio evitandi absurdum, ne admittantur
19 extranei ad exclusionem Consanguineorum, in quo
casu non procedat, videnda est Rot. *in Tertulen. Be-
neficii 25. Junii 1696. §. minime attento, cor. bon. mem.
Muto*; cujus opinionem intelligo, quando clare con-
stat fundatorem vocasse solos Consanguineos descen-
dentes, in quorum defectum vocavit extraneos, qui
tali casu excludunt Consanguineos transversales, quia
sic Fundatori placuit; nam alias si vocatio est taliter
dubia, ut ejus verba quoquomodo includere possint
etiam Consanguineos transversales est injusta inter-
pretatio, quod isti censeantur exclusi in concursu ex-
traneorum; hæc autem ratio, quæ potens est, & na-
turali sanguinis instinctu validissima, potest in aliquo
casu extenuari, e. g. si fuisset substitutus extraneus,
sed valde amicus, & bene affectus Fundatori, & per
contrarium ageretur de Consanguineis trasversalibus
valde remotis, quæ circumstantia emolliret duritiem
Interpretationis favore substituti extranei ad exclusio-
nem Consanguinei transversalis.

Quæro in hoc genere Jurispatronatus familiaris,
an ad effectum obtinendi manutentionem in quasi
20 possessione præsentandi requiratur factum proprium
possessionis acquisitæ per se ipsum, vel sufficit posses-
sio suorum Authorum? Quod requiratur factum pro-
prium, firmant auctoritates apud me relatæ *discept.
Eccles. 28. num. 8.* ubi dixi quod licet quasi possessio
Auctoris sufficiat quoad effectum Juris; nempe præ-
sentandi, & obtinendi institutionem, non tamen
quoad acquisendum ipsum factum actualis possessio-
nis pro obtinenda manutentione. Verum ista Con-
clusio procedit in Jurepatronatus hæreditario, secus
autem est in familiari, ubi quasi possessio præsentan-
di acquisita per Antecessores suffragatur aliis ab eisdem
provenientibus, ut me scribente tenuit Rot. *in Me-
diolanen. Prioratus super manutentione 15. Junii 1703.
§. Frustra, coram R. P. D. Scotto, & in Rhegien. Prio-
ratus 20. Junii 1705. §. Nec quasi possessio, coram R.
P. D. Priolo*, ea ratione, quod quasi possessio ab
Authoribus est acquisita ratione qualitatis familiaris,
quæ proinde possessio est transitoria ad hæredes san-
guinis eandem qualitatem habentes, cum sufficiat Fa-
miliam esse in quasi possessione ad effectum, ut om-
nes de ea existentes fruantur quasi possessione suo-
rum Auctorum, ut ait Rot. *in Lucana Beneficii 21.
Martii 1703. §. Quod vero cum seqq. coram bon. mem.
Muto*. Quod tamen limitatur, si ille de Familia,
qui non habet quasi possessionem propriam, nec et-
iam probaret ejus Antecessores in ultimis statibus un-
quam præsentasse, Rota *in dict. Mediolanen. Priora-
tus ubi supra §. final.* puta quando in uno stipite de
familia fuisset radicata quasi possessio præsentandi
quæ deficeret in altera linea, seu stipite ex firmatis
*in Asten. beneficii 25. Junii 1708. §. In nihilo, coram
21 R. P. D. Falconerio*, alias si Lex fundationis vocaret
omnes de familia, propter negligentiam præsentan-
di in una, vel altera vacatione, commissam in una
linea, in qua cæteroquin ingressum foret Juspatro-
natus, & radicata quasi possessio, non viderentur
spoliati descendentes ista quasi possessione, licet non
ultima sed anteriori, nisi adesset status præscriptus ex
deductis per Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 34. n. 38. &
seqq.* Rot. *in Bononien. Parochialis super manutentione
3. Julii 1679. §. Non obstante, & 2. Februarii 1680.
§. Maxime, coram Card. Vicecomite, & 26. Junii 1682.
§. Etenim, coram bon. mem. Ursino*. Ubi quod dato
statu anteriori legitime impresso, non attenditur po-
sterior contrarius, quia possessorium absorbetur per
petitorium, & quod negligentia præsentandi in una,
vel altera vacatione non præjudicet in futuris, tenet
Rota *in Alatrina Jurispatronatus 7. Decembris 1705.
§. Minus urget, coram R. P. D. Scotto* impress. infra
allegat. 30. n. 28. maxime in Jurepatronatus familia-
ri quod defertur Jure sanguinis, & in quo subintrent
Jure proprio descendentes successores, his enim suffi- 22
cere videtur, quod Familia sit in possessione, vel sal-
tem quod in eorum linea semel ea fuerit ingressa ad
effectum utendi exercitio Juris præsentandi, secluso,
ut dixi, supposito statu præscripti, qui præjudicium
inferret in possessorio, non autem ad effectum præ-
scribendi Jus præsentandi in petitorio contra successi-
ve vocatos, in quorum præjudicium nulla cadit præ-
scriptio in hoc Jurepatronatus gentilitio, quia ne-
queunt antecessores præjudicare successoribus nondum
natis, neque actioni nondum ortæ præscribitur Card.
de Luc. *de jurepatr. disc. 35. n. 7.* Ciarlin. *contr. 107.
n. 61. & seqq.* Rota *decis. 220. num. 26. par. 11. recent.*
Gratian. *discept. 577. n. 43. & seqq.* & in terminis fi-
deicommissi, & Feudi, Peregrin. *de Fideic. art. 41.
n. 16. & 17.* ubi quod tot sunt præscriptiones, quot
Personæ, quæ veniunt Jure proprio, quicquid sit
an centenaria, seu immemorabilis præjudicet eo quia
se habet per viam tituli præsumpti, & melioris de
Mundo, non autem per viam præscriptionis, Card.
de Luca *de jurepatr. dict. disc. 35. n. 8.* licet in hoc
etiam casu ampliando loquantur, *Gratian. & Pere-
grin. ubi proxim.* Ratio autem quare negligentia
præsentandi in una, vel altera vacatione non præ- 23
judicet in futuris etiam circa possessionem, illa esse
potest, quod ubi supponimus lineam, vel stipitem
familiæ habere ingressum Jurispatronatus una cum
quasi possessione præsentandi ibi radicata, tunc si
Pater, vel Avus semel, aut bis præsentare neglexe-
rint, sed alii de Familia præsentaverint, istorum præ-
sentatio dicitur præservare possessionem aliorum Com-
patronorum non præsentantium, cum Juspatronatus
sit individuum, & in eo Compatroni dicantur Con-
socii ejusdem Juris, ubi exercitium unius Socii præ-
servat possessionem, & Jus alterius, nisi contrarium
exprimat præsentando privative ad alios, & isti scien- 24
tiam habendo adhuc acquieverint, ut per Rot. *co-
ram Arguell. dec. 15. n. 9. cum aliis in dicta Alatrina
Jurispatronatus 7. Decembris 1705. §. Minus urget in
fine, coram R. P. D. Scotto*, qui Casus contingit, e-
xempli gratia, ubi Compatroni præsentando se asse-
runt unicos Patronos, aut habentes universum, to-
tum, seu plenum, seu omnimodum Jus præsentan-
di, ut per Garz. *de benef. part. 5. cap. 5. n. 117.* Rot.
decis. 240. n. 17. part. 10. recent. sive hoc ipsum expri-
mant aliis similibus, & æquipollentibus verbis: ad-
dunt etiam scribentes, quod licet Compatroni in
præsentando usi non fuerint verbis privativis, atta-
men si concurrerent multiplices præsentationes ab
ipsis solis factæ per spatium multi temporis, tunc
præsumeretur ex parte Præsentantium animus spolian- 25
di Compatronos sua possessione, ex parte autem
non Præsentantium animus se habendi pro spolia-
tis, ut apud Posth. *de manut. observ. 73. n. 43.* Anto-
nin. *var. lib. 1. resol. 108. n. 33.* ubi quando concur-
rit tempus antiquum, & multiplicitas præsentatio-
num, Rot. *decis. 251. n. 4. part. 2. recent.* ubi de plu-
ribus, & multiplicatis præsentationibus, quæ dura-
verunt per longissimum tempus, in *dicta Mediola-
nen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Fallens, coram R.
P. D. Ansaldo*. Quot autem requirantur præsenta- 26
tiones, prædicti Auctores non explicant, certum est,
quod una non sufficit, unde si quis in penultima
vacatione præsentaverit simul cum alio, si in ultimo
statu iste solus sine illo præsentaverit, exinde non
præsentans amisisse non dicitur quasi possessionem,
neque contra ipsum allegari valet privilegium ultimi
status, ut dicerunt Vivian. *de jurepatr lib. 5. cap. 4. n.
63.* Posth. *de manut. observ. 72. n. 52. & 53.* Rota *coram
Ottobon. decis. 3. nu. 21. & seqq. in dicta Mediolanen.
Beneficii ubi supra §. Secundus, coram R. P. D. Ansal-
do*, sed quod neque sufficiant plures præsentationes ad-
esse videtur casus decisus *per* Rot. *coram Gregor. dec.
552.* ubi spectabat Juspatronatus ad Priorem S. S. Jo-
annis, & Reparatæ pro una voce, ad illos de Gua-
landuccis pro alia, & ad Familiam de Cennamis pro
tertia, & institutio concessa fuit Stephano præsentato
ab illis de Gualanduccis, & Priore supradicto, qui
præsentaverat de annis 453. & 1591. sed in mul-
tis

ris vacationibus intermediis per multum tempus 40. annorum, & ultra non præsentaverat eo fundamento, quod licet in præsentationibus productis non fieret meutio de illo, potuerat tamen separatim præsentare, vel aliorum præsentationi consentire, quam rationem allegat etiam Ottobon. *ubi supra*, & quando etiam fuisset negligens in aliquibus præsentationibus, non sibi præjudicasset in aliis, sed per præsentationem aliorum Compatronorum fuerat conservata ejus possessio, & *in dec.* 174. *num.* 10. *part.* 5. *recent*, ubi loquitur de Jurepatronatus spectante ad octo Villas, quarum aliquæ non præsentaverant in tribus vacationibus, & *coram Priol. decis.* 46. *nu.* 33. & *seqq.* ubi de casu quo nec modernus Patronus, nec ejus Pater, nec Avus præsentaverant, & tamen dixit ex præsentatione aliorum Compatronorum præservatam fuisse quasi possessionem non Præsentantium, Rot. *in Alatrina Jurispatronatus* 7. *Decemb.* 1705. §. *Minus*, *coram R. P. D. Scotta*, ubi de negligentia præsentandi in una, vel altera vacatione, *& in Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *absque eo quod*, *cor. Reverendiss. D. Molines Decano*.

Romana Cappellæ de Riariis.

ARGUMENTUM.

Obligatio Patroni de restaurando Cappellam de suo Jurepatronatus, an extendatur ad casum, quo Ecclesia, ubi illa existit, redacta fuerit in meliorem structuram, ex causa ejus totalis reædificationis.

SUMMARIUM.

1 *Sententia canonizans Juspatronatus ultra Jus sepulturæ, probat qualitatem veri Jurispatronatus.*

2 *In Ecclesia Regulari Juspatronatus Laicorum consistere potest in Juribus honorificis.*

3 *Jus Sepulchri non competit Patrono ex vi Jurispatronatus.*

4 *Patronus tenetur restaurare, aut reædificare Cappellam Patronatam, etiam sub pæna amissionis Jurispatronatus; ut in num. 5. sed limita, ut num. 9.*

6 *Patronus dicitur quasi Pater, & num. 18.*

7 *An Patronus teneatur ab initio Fundationis Cappellæ conferre dotem sufficientem pro omnibus ejus necessariis? & n. 8.*

10 *A quo sit constructa Basilica S. S. Apostolorum Urbis?*

11 *Ubi agitur de corpore individuo unius Ecclesiæ, aut Ædificii, si major pars est vitiosa, vitium trahitur etiam in reliquam partem.*

12 *Murus communis duobus, si idoneus non sit, potest demoliri etiam invito socio.*

13 *An Ecclesia ex vetustate destructa debeat restitui in antiquam formam, seu ejus Architecturam? & n. 16.*

14 *Solus Superior Ecclesiasticus habet arbitrium quoad modum, & formam renovationis, seu reædificationis Ecclesiarum.*

15 *Majestas Ecclesiarum auget Cultum Divinum.*

17 *Pars regulanda est a suo Toto, non autem è contra.*

19 *Punctuales Doctrinæ faciunt casum Legis.*

20 *Exemplum aliorum inservit pro adminiculo, & comprobatione.*

21 *In re communi facultas reædificandi præstatur ei, qui vult facere Ædificium magis idoneum.*

22 *In dubio favendum est Ecclesiæ.*

23 *Cessante interesse, cessat etiam necessitas interpellationis.*

24 *Interpellatio, quando requiratur?*

25 *Ædificia dicuntur habere suam Ætatem, & senescere ob vetustatem.*

26 *An in reædificatione Cappellæ, Patronus teneatur ad expensas voluntarias? Vide nu. 27. 28. & seqq.*

ALLEGATIO XII.

UT ostendam Excellentissimum Dominum Marchionem, occasione reædificationis Basilicæ S.S. duodecim Apostolorum teneri propriis sumptibus reficere Cappellam Majorem ad Semetriam aliarum in nova Ecclesia extructarum, supponendum est, ipsum habere in eadem Cappella verum, ac proprium Juspatronatus, dum alias disputato hoc articulo coram olim R.P.D. Ravizza Locum tenente Cardinalis Vicarii, emanavit sententia de anno 1668. declarans = *Cappellam fuisse, & esse Patronatam Domini Marchionis, ejusque Domus. & familiæ Riariæ, nec non sepulchra in ea existentia, ac jus, & usum sepelliendi pertinere ad eundem, &c. dictumque Marchionem in quieta, & pacifica possessione dicti Patronatus, illiusque Jurium quoruncunque manutenendum fore, & esse* = Quæ cum non restringat Jus Domini Mar- 1
chionis ad sepulturas, sed *ad Juspatronatus*, & pertinentiam ejus *Jurium quoruncunque* probat sine dubio qualitatem veri, ac proprii Jurispatronatus, Rot. *dec.* 220. *num.* 9. *part.* 11. *& decis.* 192. *sub num.* 7. *part.* 19. *Rec. & in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. §. *& his quoque*, *coram Eminentiss. Tremoille*, *& in Asculana Jurispat.* 26. *Januarii* 1703. *paragrapho fontius*, *cor. R. P. D. Scotto*.

Nihil obstante, quod Familia de Riariis in supradicta Cappella, seu Altari Majori, non habeat Jus præsentandi, sed tantum Jura honorifica, quoniam exinde non infertur ad improprietatem Jurispatronatus ex recepta conclusione, quod in Ecclesia Regulari, 2
seu Conventuali, verum, ac proprium Juspatronatus Laicorum consistere potest etiam in Juribus honorificis, ut plene probat Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 11. *art.* 4. *num.* 1. *versic. dicerem*, *& num.* 2. *versic. postmodum*, *& artic.* 7. *num.* 3. 5. *&* 7. Rot. *coram Cavaler. decis.* 265. *num.* 6. *&* 7. Absque eo, quod hujusmodi Jura honorifica turbari dicantur, ex quo in eadem Cappella Monasterium Regularium faciat Chorum, & peragat functiones Ecclesiasticas, cum hujusmodi actus Divinum Cultum respicientes, non possint a Patrono prohiberi tanquam venientes ex natura rei in Altari Majori Ecclesiæ Conventualis, ut bene Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 52. *n.* 14. Rot. *coram Cavaler. decis.* 336. *num.* 1. *& decis.* 265. *num.* 7. Contrariæ autem Auctoritates sunt omnino inapplicabiles, dicunt enim, quod Jus habendi sepulturam, & Insignia in Cappella dicitur Patronatus improprie, & per quandam similitudinem, ut apud, Rocch. de Curte *de jurepatr. verb. in Ecclesia num.* 13. & alios relatos per Cyrillum *quæst. jur. cap.* 62. *num.* 1. quando tamen ex verbis sententiæ, de quibus supra, Familia de Riariis non videtur habere Jus tantum Sepulturæ, & Insignium; sed etiam verum Juspatronatus.

Quo stante, cum Dominus Marchio sit verus Pa- 3
tronus Cappellæ, sicuti ipsi competunt omnia Jura honorifica, quæ debentur ratione Jurispatronatus, addito ulterius jure Sepulchri; quod esse servitutem non competentem ex natura Jurispatronatus, nisi quando in fundatione, illa fuerit specialiter reservata, aut postmodum acquisita per præscriptionem, tradunt Lotter. *de re benef. libr.* 2. *quæst.* 4. *num.* 7. *cum seqq. & num.* 21. & 22. Gratian. *decis. March.* 26. *num.* 16. & 17. Rot. *coram Cerro decis.* 653. *num.* 6. *& in Bituntina jurispatr.* 28. *Novembris* 1704. §. *quo autem*, *coram Eminentissima Caprara*; *& novissime in Veliterrana Fabrica* 7. *Junii* 1706. §. *minusque cum seqq. cor. Reverendiss. D. Molines Decano*. Sed tamen non potest denegari, & prohiberi Patrono, ne sepelliatur in Ecclesia Patronata, sustinet Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. libr.* 10. *tit.* 7. *num.* 432. *versic. quamvis autem*; ubi intelligit, etiamsi non fuerit hoc specialiter reservatum in fundatione, aut etiam postea præscriptum.

Ita per contrarium Sacri Canones eundem Patro-
num

num obligant ad onera Cappellæ, inter quæ annu-
4 meratur obligatio illam restaurandi, ac etiam a fun-
damentis reædificandi, si aut collapsa fuerit, aut re-
spective ruinam minetur, ut generaliter, quod Pa-
tronus habens sola jura honorifica teneatur etiam ad
onera, docet Lambertin. *supradicto art.7. n.3. 5. &
7.* & in specie quod teneatur reædificare Cappellam,
sub pœna amissionis Jurispatronatus firmat idem Lam-
bertin. *lib.3. q.7. art.5. num.1.* ibi = *Patroni si nollent*
5 *readificare ammittunt verum juspatronatus* = *& art.
7. n.7. in fin.* ibi = *Et si hac readificatio specta-
bit Patrono, si volo readificare, ut non ammittat
Juspatronatus* = Vivian. *de jurep. lib.5. cap.2. num.4.*
Amostaz. *de causs. piis tom. 2. lib. 5. cap.6. n.30. in
fin.* Antonell. *de regim. Eccles. l.1. cap.2. §.4. nu. 27.
& de juribus, & oneribus Clericorum l.2. p.6. c.11.
n.7.* Barbos. *ad concil. sess. 21. c.7. n.8. & de Pa-
roch. p.1. c.13. n.8.* Ea ratione fundamentali, quod
Patronus dicitur quasi Pater, quia adinstar Patris
6 naturalis tenetur providere Filiam, seu Cappellam
de omnibus necessariis, quorum appellatione veniunt
etiam expensæ pro fabrica, ejusque reparatione, ut
inquit Amostaz. *ubi proxime, n.21.* Ventrigl. *in prax.
p.2. annot.19. §. unico, n.33.* Card. de Luc. *de jurepat.
disc.52. n.12.*

7 Ita, & taliter quod obligatur usque ab initio fun-
dationis conferre dotem, quæ sufficiat pro omnibus
indigentiis, & sic etiam pro reparatione, & fabrica,
quam propterea si ab initio non dedit sufficientem,
tenetur suis sumptibus reparare, & reædificare, cum
sit onus de jure infixum ossibus Patroni, sicut est
onus Patrisfamilias pro suæ filiæ necessitatibus,
omnes, & qualcunque expensas subire, ut tradit
Sperell. *dec.60. n.12. & seqq.* Barbos. *de potest. Episc.
alleg.64. n.16.* & Amostaz. *dicto cap.6. n.21.* Ven-
trigl. *ubi supra num.33.* Genuen. *in prax, cap. 189.
n.13. vers. declara tamen.*

Neque hæc obligatio inducta fuit per solam di-
spositionem S. Concilii Tridentini, *sess.21. c.7. de re-
format.* sed insuper de jure communi S.S. Canonum,
ut testatur, Riccius *in prax. p.4. resol. 342. ante n. 1.*
ibi = *Obligatur Patronus ad illius reparationem jux-
ta tradita communiter in cap. Nobis per illum* Textum
de jurepatronatus = *& resol.* 338. *n.1.* ubi quod
8 nascitur ex ipsa natura Fundationis, juxta quam Pa-
tronus dicitur se obligare ad omnia necessaria, &
prævidere debet hujusmodi necessitates futuras, ut ait
Antonell. *de regim. Eccles. lib.1. cap.2. num.33. in fin.*
Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 102. *num.* 10. exce-
9 pto tantum casu, quod Patronus esset Pauper, quia
tunc ratione impossibilitatis cessaret obligatio, ut ad-
vertit Antonell. *de Jurib. & Oner. Clericor. p.16. lib.2.
cap.21. num.18.* Ricc. *in prax. part.4. resolut. 343.
in fin.* Leoncill. *de Privil. Pauper. p.2. privil. 233.
num.7.*

His in Jure verissimis non obstat, quod Ecclesia
non indigeret totali reædificatione, sed tantum re-
stauratione Tecti, & Murorum lateralium, nec ideo
potuerit Ecclesia totaliter demoliri, quando poterat
resarciri; Quoniam ab initio tractatum, & conclu-
sum fuit super simplici restauratione, postea vero
compertum, quod restauratio erat inutilis ob nimiam
vetustatem, & vitium murorum; Unde coacti fue-
runt Partes assumere onus totalis reædificationis,
ita suadentibus Architectis, & Redemptoribus in
Arte peritis, quibus in hac materia omnino defe-
rendum est per Text. *in l. inter Artifices, ff. de solut.*
Rot. *dec.267. n.3. p.19. tom.1. & dec.612. n.2. part.19.
tom.2. rec.* & in puncto dictum fuit *in dicta Veliter-
na Fabricæ 7. Junii 1706. §. final. coram Reverendissi-
mo Decano.*

Et sic reædificatio non potest dici expensa volun-
taria, sed immo necessaria, ad quam tenetur Patro-
nus, maxima cum judicium Peritorum, qui illam
persuaserunt, adminiculetur ab evidentia rei, dum hæc
10 Basilica est antiquissima, & constructa a Summo Pon-
tifice Pelagio I. qui sedit Anno Domini 555. eamque
restauravit Julius Cardinalis S. Petri ad Vincula seden-
te Sixto IV. & ultimo loco clar. mem. Cardinalis Lau-
rea, itaut stante antiquitate Ædificii aliis, & non
semel restaurati, etiam comprobetur necessitas reæ-
dificationis, ut in puncto, quod liceat ædificare de
novo, si Ecclesia ob vetustatem minetur ruinam, do-
cet Text. in *§. Si autem Auth. ut nullus fabricet Ora-
tor.* ibi = *Periculum vero ruina patiuntur per vetu-
statem, licebit, & unam talium Ecclesiarum accipien-
ti, hanc readificare* = Quodque ad effectum digno-
scendi expensam necessariam debeat haberi respectus
ad vetustatem Ædificiorum, quæ etiam habere dicun-
tur suam ætatem, firmat Text. *in l. domus 60. ff. de
legat. primo,* ibi = *Ædificiorum ætatibus examinatis*
= *& in l. si quanda C. de oper. public.*

Minus relevat, quod periculum ruinæ murorum
esset restrictum ad reliquas Ecclesiæ partes, nec ex-
tenderetur ad Cappellam majorem quodammodo con-
tradistinctam, & separatam ab ipso Corpore Ecclesiæ,
& ideo necessitas reædificandi, si quæ adfuit, non
respiceret eandem Cappellam.

Objectum enim non subsistit in facto, quia juxta
relationem Peritorum, idem periculum, eademque
necessitas cadebat, & cadit respectu Cappellæ tan-
quam habentis muros in omni parte apertos, & ri-
mosos, & propter uniformem antiquitatem viciatos;
quo casu est locus demolitioni in totum, & reædifi-
cationi in integro, ut est Text. *in l. nam si, ff. de dam-
no infecto,* ibi = *Nam si non sit idoneus, utique de-
moliri eum te oportuit* = quia Patronus tenetur
nedum jam collapsam Cappellam reædificare, sed
etiam illam, quæ ruinam patitur, & cui per simpli-
cem restaurationem, seu resarcimentum occurri non
potest; Ultra quod nec etiam objectum subsistit in Ju- 11
re; dum quando agitur de Corpore individuo unius
Ecclesiæ, seu ædificii, si major pars est vitiosa, & in-
diget totali reædificatione, vitium influit, seu trahi-
tur etiam in reliquam partem ob connexitatem conti-
guationis, ut in puncto Text. *in l. cum emptor Ædium,
§. in agri, ff. de damno infecto.* ibi = *Cujus rei ra-
tio hac est, quod in Ædificiis partes quoque reliqua
ad vitiosam partem traherentur* = Gloss. *in l. si fi-
nita, §. ex hoc Ædificio in verbo Juncta, ff. eodem,*
ibi = *Tunc enim pars non vitiosa est mixta vitiosa,
unde vitium ab ea contrahere videtur.* =

Patis insubsistentiæ est aliud objectum, quod nulla
adesset necessitas faciendi novam Ecclesiam Structu-
ræ, & Simetriæ omnino diversæ, sed ea solum reæ-
dificanda esset juxta statum antiquum, quo simpli-
citer restituto, & non immutato, Cappella major re-
mansisset congrua, & in suo esse, absque necessitate
illam destruendi, & uniformandi cum simetria novæ
structuræ.

Etenim primo loco negatur in facto consequens,
quod nempe refabricata Ecclesia juxta statum anti-
quum, Cappella remansisset in suo esse; dum ex om-
nibus prædictis ostensum est tam Ecclesiam, quam
Cappellam fuisse incapaces resarcimenti, & debuisse
per necesse demoliri, & reædificari ex integro; adeo
ut procedendo etiam cum hoc errore, quod nova
fabrica esse debuisset sicut antiqua, adhuc Dominus
Marchio juxta ejus assumptum teneretur de jure ad
expensas totius novæ Cappellæ reædificandæ ex inte-
gro, ad mensuram, & modum antiquæ, ut in ter-
minis Consociorum unius muri communis, quod iste,
si idoneus non sit, possit demoliri etiam invito Socio, 12
& hic teneatur ad expensas pro sua rata, docet Bar-
tol. *in l. in parietis communis, ff. de damno infecto
n.7.* ibi = *Nota quod Parietem non idoneum, unus
ex sociis alio invito potest demoliri; sed quaero facta
refectione, utrum possit socium cogere, ut sibi confe-
rat ad expensas? in l. nam si videtur* Textus, *quod
si destruit idoneum, reficit suo sumptu, Ergo non
idoneum sumptibus omnium* = Castrens. *in l. Parie-
tem, ff. de servit. Urban. prædior. n. 1.* ibi = *Po-
test unus solus reficere, & alter tenetur participare
in expensis etiam invitis.*

Secundo loco negatur Antecedens, quod nova fa-
brica Ecclesiæ fieri deberet juxta statum antiquum,
idque ex pluribus fundamentis, & rationibus, quæ
solidam responsionem non admittunt.

Et primo, quia nullo jure cavetur, quod anti- 13
quum Ædificium ex vetustate destructum debeat resti-

tui in eandem formam, seu Architecturam, sed immo est regula trivialis, quod nova Ædificia, semper ad novam structuram reformantur, etiam sequendo profanum Urbis ornatum, cui Summi Pontifices prospexerunt, & sequendo insuper consuetudinem Orbis universalem, juxta quam sublata imperfectione veterum, ac deformium Architecturarum, nova semper, ac melior structura conficitur juxta Architecturam, quæ de tempore reædificationis est in usu, & nemo inter Artifices reperietur, qui velit novum ædificium cum vitiosa, & rudi forma antiquitatis conformare; Ut quod consuetudo in hac materia spectari, & custodiri debeat, est Textus *in l.3. C. de ædificiis privatis*, ibi = *An in totum ex ruina Domus licuerit non eandem faciem in Civitate restituere, &c. Præses probatis iis, quæ in Oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt, causa cognita statuet* = ibique Salicet. *num.1.* summando Textum inquit = *An si domus dicatur ruinosa, debeat destrui, vel ea destructa facies debeat restitui, residet in Judicis arbitrio, qui debet inspicere consuetudinem loci.* =

Secundo, quia in materia Ecclesiarum, quomodo sint reædificandæ in antiquam scilicet, vel modernam formam, residet in arbitrio, & providentia Episcopi, cumque tam Eminentissimus Vicarius, quam Eminentissimus Ecclesiæ Protector hanc structuram approbaverint factam ab insigni Architecto Equite Francisco Fontana, rejecta antiqua, & rudi structura; non est idcirco licitum Patrono criticare mo-
14 dum Fabricæ, cum circa Divinas Domos, & Venerabiles Ecclesias habeat solus Superior Ecclesiasticus absolutam potestatem, & arbitrium in cunctis, ut in puncto scribit Iginius Papa *in Can. Omnes Basilicæ de Consecrat. distinct. 1.* & punctualiter advertit Gonzal. *in c.1. de Eccles. ædific. n.6. vers. sed non ideo*, ubi quod dicendum non est Ecclesiam ita esse reparandam, ut antiqua forma servetur, sed ex Episcopi pendet arbitrio, an juxta majorem, vel minorem formam reparatio facienda sit.

Tertio, quia cum omnes Fideles, quantum vires suppetunt, conari debeant exornare, & augere decorem Sanctissimarum Ecclesiarum, quantum Majestas
15 auget Cultum Divinum, juxta illud David. = *Dilexi decorem domus tuæ* = Proinde Objectio contra novæ Architecturæ venustatem, & elegantiam est motivum tendens contra Cultum Divinum, & sic contra Pietatem, & Deum, nec proinde dignum, ut mereatur attendi, cum semper Ecclesiæ renovari debeant in meliorem, & elegantiorem structuram, ut monet Text. *in Can. 1. de Consecrat. dist. 1.* ibi = *Templa Domino ædificare, & prout melius possumus, ornare debemus* = *& in Can. Si quis 16. q.7.* ibi = *An meliorandam in alium locum ponere.*

16 Quarto, quia ad hunc effectum, nemo est, qui sentiat spectandam esse necessitatem præcisam, ita & taliter, quod Templum Dei propter Patroni aliquod interesse debeat ad deformem antiquitatis normam redire, & reædificari, sed immo spectanda est necessitas moralis, quæ oritur ex congruentia juxta morem, & usum Regionis, & judicium Ordinarii, ut de Patre, cui assimilatur Patronus, circa providendum filiæ dixit me scribente Rot. *in Romana liberationis a molestiis 29. Januarii 1703. §. quia ad hunc effectum, coram R. P. D. Priola.*

Quinto, quia nulla ratio assistit, quare Patronus habens unicam Cappellam, debeat dare legem fabricæ totius Ecclesiæ, ita ut majus Corpus Ecclesiæ debeat se conformare cum Cappella, sed potius militat ratio in contrarium, quod nempe Patronus se conformare debeat cum majori Corpore Basilicæ, quodque ad Simetriam illius redigere Cappellam teneatur;
17 quia pars regulanda est a suo Toto, non autem e contra, ut generaliter Rot. *dec. 175. n.28. part. 9. & dec. 98. n.15. & dec. 193. n.6. part. 17. & decis. 160. num.14. part. 19. tom. 1. recent.* & in terminis nostris individualibus firmat Card. de Luc. *de Jurepatr. disc. 84. per tot.* ubi cum Clerici Regulares S. Laurentii in Lucina, Ecclesiam antiquam etiam sine necessitate destruxissent, & reædificassent in meliori structura, consultus pro veritate, an Confraternitas Sanctissimi habens ibi Juspatronatus Cappellæ S. Joannis Baptistæ teneretur illam propriis sumptibus
reducere ad simetriam aliarum Cappellarum Ecclesiæ 18
novæ; affirmative respondendum censuit, adinstar Patrisfamilias, quia immutato statu Monasterii in melius, aut tenetur se conformare cum eodem statu novo, ornando magis decenter filiam, sicut fert idem status novus, aut pati debet ejusdem filiæ ejectionem de Monasterio, ut legere est, *n.2. cum seqq.* & repetit, *disc. 52. in additione de Jurepatr.*

Hoc ipsum decrevit S. Congregatio Concilii in una Brixien. 18. *Junii* 1597. relata apud Nicol. *lucubrat. Jur. tom.2. lib.3. tit.48. n.5.* ibi = *Patronis autem, qui habent Cappellas in Ecclesiis Regularium, easque in renovatione totius Ecclesiæ restaurare, & ornare recusant, &c. præfigendus est ad hoc faciendum competens terminus arbitrio Ordinarii, addita comminatione eos prætensis Juribus privandi, ac aliis eorum Altaria concedendi* = Quæ doctrinæ cum 19
sint punctuales faciunt casum legis, ut inquit Rot. *dec. 2181. n.18. vers. quoniam, cor. Coccin. & dec. 106. n.7. p.18. & in Siracusana Præpositura, coram bon. me. Muto impressa apud me Discept. Eccles. 13. num. 55. fol. 277.*

Sexto; maxime stringit consideratio; si verum est; quod Familia de Riatiis neque fundavit, neque construxit Cappellam majorem, dum Basilica est antiquissima, usque de anno 555. tempore Pelagii Primi, qui eam fundavit, & ædificavit juxta testimonium *Volaterrani, & Compendium Historicum hujus Basilicæ, fol. 13.* de quo tempore ignoro, an hæc Nobilissima Familia esset in rerum natura, & mihi supponitur, quod solum ex concessione san. mem. Sixti IV. obtinuit Juspatronatus, quo casu eo magis æquum est, ut Patronus fovens causam lucrativam, seu non competentem ex vera fundatione, & sufficienti dotatione, subeat expensas reædificationis, ut probat Card. de Luca *dict. disc. 84. n.4. de Jurepatr.*

Septimo, quia etiam Nobilissima Familia de Columnis habens Juspatronatus in Cappella S. Francisci, propriis sumptibus illam non denegat reædificare ad Sime-
triam novæ Fabricæ; Unde exemplum aliorum inser- 20
vit pro adminiculo, & comprobatione obligationis Patronalis, *l. Julianus, §. Quoties, ff. de collation. bonorum*, ibi = *Quod dico exemplo, ut manifestius fiat* = Bald. *consil. 388. num.4. vers. sed quid est lib. 1. cum aliis apud* Rot. *in Hispalen. Visitationis* 30. *Aprilis* 1700. *§. observare, coram Reverendiss. Molines Decano.* Præsumitur enim quod alter Patronus hoc faciat ex causa potius necessaria obligationis legalis, quam voluntaria suæ liberalitatis; *l. Aristo §.1. ff. de Jur. deliberan.* Cravet. *cons. 106. num.9.* cum aliis recollectis per Barbos. *Axiom. 12. n. 25.*

Octavo, quia etiamsi Patronus considerari posset tanquam Consocius in Ecclesia (quod tamen non subsistit) ad huc tenetur pro sua rata contribuere pro Ædificio communi, etiamsi illud fiat melius, seu magis idonee, quia sufficit fieri illud, ad quod res est parata, ut tradit Cenus *in Rubrica, C. de Ædificiis privatis, n.1.* ibi = *Aut domus est destructa prorsus usque ad aream, aut non, sed aliqua pars remansit, &c. primo Casu, &c. aut vult ædificare jure communionis, & tunc, aut vult facere id, ad quod res est parata, & tunc potest facere, invito socio, & si socius non refundat expensas, tenetur, item potest ad ædificandum cogi; aut vult facere aliud, quam ad quod res est parata, & tunc melior est conditio prohibentis, &c. Secundo Casu cogitur reficere etiam per socium.*

Et optime Text. *in l. in reficiendo, ff. de damno in-
fecto*; ubi quod in re communi facultas reædificandi 21
præstatur ei, qui vult facere ædificium magis idonee, ibique Bartol. *in primo*, hæc ait = *Ideo si unus vult domum reficere aliter, quam alius præfertur ille, qui facit opus magis idoneum* = Si ergo de jure permissa est Conscio facultas faciendi opus magis idoneum, & faciendi id, ad quod res est parata, certe negari non potest, quin a fortiori permittatur nova Ecclesiæ fabrica, quæ sit magis idonea ad Cultum Divinum, idest conspicua, seu melioris structuræ; quodque Patronus

ratione

tatione Consortii, quod habet in Ecclesia, teneatur ad expensas necessarias pro hujusmodi opere magis idoneo, ut sunt Textus aperti *in l. si ut proponis, Cod. de ædificiis privatis, & in l. si fratres. §. Idem respondit, ff. pro socio, & in l. si communes Ædes, ff. communi dividendo.*

Nono denique accedit motivum, quod Patronus ædificando nihil perdit, dum quidquid expendit in sua Capella, semper acquirit sibi, & suæ familiæ honori perpetuo; in contrarium vero, si aliorum expensis Cappella esset reædificanda, locupletaretur cum aliena Jactura, dum acquireret Cappellam novam, & magnificam alienis dispendiis; unde etiam in dubio favendum est Ecclesiæ, & Loco pio, qui agit de damno vitando ad Text. *in l. verum, §. final. vers. proinde, ff. de minor.* Cæpal. *cons.* 573. *n.* 16. Cyriac. *controv.* 151. *num.* 22. Jovius *de solemn. in contr. minor.* Gloss. 16. §. 7. *n.* 148. Gregor. *dec.* 164. *n.* 6. *absque* Adden. *num.* 24. Rot. *dec.* 675. *n.* 9. *part.* 18. *tom.* 2. *recent.* Præsertim quia ita exposcit favor, quem Jura nostra tribuunt Causæ piæ, ut nempe in omni dubietate sit inclinandum in partem Ecclesiæ favorabilem, Pignatell. *cons. Canon. tom.* 5. *consul.* 5. *num.* 48. *vers. deinde, & consult.* 6. *n.* 6. Rot. *decis.* 117. *n.* 13. *part.* 17. *recent.*

Defectus Interpellationis D. Marchionis antequam novum opus inchoaretur, nihil officit, quia ejus Cappella etiam hodie existit intacta, ut prius, nec allegare potest, nullum majus jus sibi crescere potuisse, si
23 fuisset ab initio interpellatus, quo casu cessante interesse; cessare dicitur etiam necessitas interpellationis, Alexand. *cons.* 63. *num.* 11. *lib.* 6. Rot. *decis.* 27. *n.* 3. *coram Coccin. cum aliis in Mediolanen. pecuniaria super evictione* 15. *Januar.* 1692. §. *in nihilo, &* 3. *Martii* 1692. §. *nec refert, coram Reverendiss. D. Molines Decano.*

Et solum ea requirit de jure, quando agitur de
24 admittendo extraneum Patronum ad reædificandum propriis sumptibus, tunc enim de necessitate requirendus est prior Patronus, ne privetur jure prælationis, quam habet in reædificando, & invitus patiatur consocium Jurispatronatus, ut ostendit Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 3. *n.* 20. *vers. tamen adhuc est requirendus, & vers. sed de necessitate, & art.* 4. *n.* 6 & 7.

In quo casu non versamur, dum solum intentatur Actio ad reædificandam Capellam, eamque redigendam ad consonantiam totius Ecclesiæ, ubi satis est, quod re adhuc integra, scilicet Cappella adhuc non demolita, interpelletur ad faciendum opus, cum ceteroquin ab initio non habuerit jus impediendi demolitionem Corporis Ecclesiæ ruinam minantis, nec jus prohibendi fabricam novam, juxta allegatum Text. *in l. nam si, ff. de damno infecto,* Bartol. *in l. in parietis communis, & in l. inter quos sub num. primo, ff. eodem,* ibi = *Possum prohibere faciam si injuste ædificat, secus si juste ædificat.*

Ex his concludo Excellentissimum Dominum Marchionem ad duo alternative teneri, scilicet vel ad expensas novæ Cappellæ reædificandæ ex integro, vel ad patiendam ammissionem Jurispatronatus; quod tamen ultimum prorsus alienum puto a prægrandi animo, & immortali Pietate Excellentissimi Domini Marchionis Romanæ Urbis Senatoris meritissimi, morum, & generis Nobilitate conspicui, cujus est in hodierna discussione Causæ amicabiliter agitata solum id scire, ad quod teneatur.

ANNOTATIO.

25 NOta quod Ædificia habent suam ætatem, senescunt ob vetustatem, & ipsa etiam moriuntur. Gonzal. *in cap.* 1. *de Eccles. ædificand. n.* 5. hinc dixit Sannazar. *lib.* 2. *de part. Virg.* = *Et querimur genus infœlix humana labare membra Ævo, cum Regna palam moriantur, & Urbes* = & Tassus.

Mojono le Città, mojono i Regni.

26 . Difficultas hujus Causæ est, quod Patronus non tenetur ad expensas voluntarias, prout dicuntur Voluntariæ, ubi Ecclesia diruta reædificatur in ampliorem formam, immutata forma antiqua; Gonzal. *in cap.* 1. *de Eccles. ædific. num.* 6. ubi quod licet pendeat ex Episcopi arbitrio reædificare Ecclesiam in forma ampliari, tamen hoc non præjudicat obligatis ad reædificandum, qui non tenentur ad expensas Ecclesiæ ampliatæ & possunt impedire ampliationem, idemque scribunt Gratian. *discept.* 34. *num.* 21. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 66. *num.* 11. & 12. Nicol. *lucubrat. jur. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 48. *num.* 2. *vers. hoc autem non habet locum.*

Et in terminis Ecclesiæ Regularium reædificatæ in 27
forma ampliori, Posth. *decis. Bononien.* 57. *num.* 49. & 50. ubi de casu, quod omnes Cappellas Religiosi reædificaverant; & resolvit Rota Bononien. esse Patronis assignandum unum Altare, salvo tamen Jure Religiosis repetendi, & consequendi ab eisdem Patronis excedentem valorem Cappellæ novæ, quatenus, & prout de jure, ibique subdit Posth. de Jure Patronos non teneri ad hujusmodi expensas, quia Fabrica fuit voluntaria, & forma Ecclesiæ immutata.

Idem dicit Carol. Ant. de Luca ad Ventrigl. *in praxi* 28
part. 2. *annot.* 18. §. *unico sub numer.* 4. ubi loquitur, quando muri non erant ruinosi, & sic melioramenta non fuerunt necessaria, maxime si hæc sunt valde excedentia, & domini Cappellarum non sunt divites, quæ Doctrinæ videntur contrariæ aliis per me supra allegatis *n.* 18. scilicet Cardinal. de Luca, & resolutioni S. Congregationis Concilii in Brixien.

R.R. P.P. D.D. Nuptius, & de Vico Judices compromissarii in fine Decembris 1706. promulgarunt laudum, in quo absolverunt Dominum Marchionem de Riariis a prætensa reædificatione, & conformatione Cappellæ Majoris cum nova fabrica Ecclesiæ. Mox autem piissimus, & nunquam satis laudatus Dominus Marchio non recusavit venire ad concordiam cum Patribus Monasterii, & sponte sua contribuere considerabilem pecuniæ quantitatem pro fabrica novæ Cappellæ de suo Jurepatronatus, etenim boni, & religiosi viri est tam Ecclesias contritas, atque conscissas restaurare, quam novas ædificare, ut dicebat Marcellus Papa *in Can. boni Principis dist.* 96. per contrarium vero Divinam merentur ultionem, qui Antiqua, & ruinosa Templa reficere, & decori suo restituere debent, possunt, & negligunt; quod ipsis etiam Gentilibus ignarum non fuit exclamante Horat. *Ode* 6. *l.* 3. *Delicta Majorum immeritus lues Romane, donec Templa refeceris, Ædesque labentes Deorum, & Fœda nigro simulacra fumo.*

Ut autem meum proferam judicium in hoc articulo crederem esse procedendum cum distinctione
unius Casus ab altero; quorum primus est, ubi agi- 29
tur de reædificatione Ecclesiæ necessaria, puta quod accidentaliter collapsa fuerit, vel quod propter nimiam vetustatem sit ruinosa, nec reparabilis, nisi per novam structuram ex integro; & tunc si Ecclesia fiat amplior ex justa causa; veluti, quia sit Parochialis, vel Cathedralis, quæ non sufficiat ob multitudinem Populi juxta casum, Text. *in Can. præcipimus* 16. *qu.* 1. sive etiam fiat amplior voluntarie ad majorem honorificentiam, & augmentum Cultus Divini, utroque casu hæc ampliatio cum sit constructio novæ, & diversæ Ecclesiæ facienda est sumptibus ejus, cui onus incumbit principalem Ecclesiam ædificandi, nec tenetur Patronus ad hanc ampliationem, sed solum ad illam expensam, quæ fuisset necessaria pro reædificatione Cappellæ, ejusque ornamento, si Ecclesia non fuisset ampliata, sed erecta juxta antiquam ejus mensuram, in forma tamen moderna, alias enim esset inferre Patronis magnum, & intollerabile gravamen, quod exemplo pernicioso alios retraheret imposterum ab erectionibus Altarium, & Capellarum, nec non fundationibus beneficiorum, dum ratione ampliationis Ecclesiæ de antiqua Cappella parva, & modici sumptus, deberet extrui ingens Cappella, & aliquoties duplo, vel triplo major; & in hoc bene loqui videntur Gonzal. *in dicto cap.* 1. *n.* 6. *de Eccles. ædificand.* Posth. *decis. Bonon.* 57. *num.* 44. & 50. Card. Ant. de Luca *in observ. ad Ventr. in prax. p.* 2. *annot.* 18. §. *unico, n.* 3.

Alter casus est, quando retento tenore reædificationis necessariæ, ut supra Ecclesia non ampliatur, sed reædificatur juxta modernam structuram in forma, & figura magis culta, & elegantiori, sub-
30 lata medietate veteris structuræ; & licet hoc casu dicendum videatur, quod Patronus sit quasi consocius in Ecclesia, & sic unus socius in re communi, non valeat alterum invito meliorare per Text. *in l. Parietem* 8, *ff. de servit. Urban. prædior.* Gratian. *discept.*84. *n.*42. Gonzal. *in d. c.* 1. *n.* 6. *de Eccles. ædifican.* Cum antiqua rei forma etiam in melius immutari non possit in præjudicium ejus, qui tenetur ad onus reparationis, & refectionis; Natta *cons.* 215. *sub n.*7. *lib.* 1. Posth. *dec. Bonon.* 57. *n.* 50. attamen quia tali casu Ecclesia non ampliatur, sed reædificatur, & incongruum est prætendere, quod nova structura debeat esse rudis, & sine illo ornamento, & elegantia, quam secum fert moderna Architectura, maxime in præjudicium Cultus Divini, verum proinde censeo opinionem Card. de Luc. *de Jurep. disc.* 84. qui solum loquitur de obligatione Patroni quoad decentius ornandam Cappellam ad simetriam aliarum extructarum in Ecclesia reædificata in meliori structura; & in his etiam terminis loquitur resolutio S. Congregationis Concilii superius relata, *n.*18. Aliud namque est, quod Patronus teneatur reædificare Cappellam ampliorem, & majorem, quam antea erat, & aliud quoad eam reædificare teneatur ad mensuram antiquæ, sed debeat eam ornare decentius, quam erat in antiquo statu; nec deducta in contrarium applicantur ad Patronum, Sacri enim Canones concesserunt ex indulgentia, & mera gratia Laicis Juspatronatus in Ecclesiis; & ideo justum est, ut hæc servitus recompensetur ea onere; cum Juspatronatus definiatur utile, & onerosum, ex animadversis supra, *num.* 6. & Patronus non solum reficere, & manutenere, sed etiam decenter ornare tenetur Ecclesiam, seu Cappellam, ut ait Card. de Luca *dicto disc.* 84. *num.* 2.

Sed quæro in primo casu, ubi dixi Patronum in casu Ecclesiæ ampliatæ non teneri ad expensas constructionis Cappellæ amplioris, & majoris; sed solum ad mensuram antiquæ, utrum si Ecclesia fuerit ædificata in ampliori forma, & sic etiam ædificatæ proportionabiliter fuerint Cappellæ, debebit Patrono assignari una ex Cappellis novis, & sic notabiliter lucrari, forte de parva olim Cappella acquirendo magnam, & duplicatam? Posth. *dec. Bonon.* 57. *n.* 49. *&* 53. dicit fuisse judicatum Patres S. Salvatoris, quorum erat Ecclesia teneri ad repositionem, reconstructionem, & consignationem Altaris faciendam D.D. de Dulphis Patronis, cum aliis accessoriis, Inscriptionibus, & sepulchro, prout reperiebatur in Ecclesia veteri; quatenus autem eis consignarent unum ex Altaribus noviter constructis, salvum esset jus ipsis Patribus repetendi, & consequendi ab eisdem Patronis excedentem valorem *quatenus, & prout de Jure*; & immediate addit Posth. quod de Jure Patroni non tenebantur reficere hunc excedentem valorem; erit ergo in facultate eorum, quorum est Ecclesia assignare Patrono unum ex novis Altaribus, qui tenebitur reficere solas expensas, quas ipse facere debuisset reædificando Cappellam juxta antiquam mensuram, considerando quicquid expendere debuisset Patronus pro moderna fabrica juxta concedentem formam, ita tamen quod nunquam minus contribuere teneatur, quam olim importasset prima fabrica Cappellæ computatis antiquis ejus cæmentis, si illa in novam fabricam erogata fuerint, excedentem vero valorem, non tenebitur solvere, ut ait Posth. sed per Instrumentum publicum, ubi fiet assignatio Altaris Patronos, declarari debebit quantum valuerit constructio novæ Cappellæ, & quicquid Patronus contribuerit, quoque residuum fuerit expensum ab aliis, quam Patrono, ut sic iste nequeat vendere totam Cappellam acquirendo quicquid non expendit de proprio, prout fieri posse hujusmodi venditiones Cappellarum, & Altarium, quoad cæmenta, & materialia, tradit Card. de Luca *de præeminen. disc.* 40. *n.* 9. & Miscell. *Eccles. disc.* 28. *n.* 12. *& de Jurepatron. disc.* 53. *num.* 3. Et hoc intelligo ubi Ecclesia fuerit reædificata necessario, vel quia diruta erat, vel quia ruinosa, & incapax resarcimenti, alias si voluntarie fuerit reædificata per voluntariam destructionem Ecclesiæ antiquæ, ut nova magnificentior extolleretur, nihil Patronus dare tenetur; Constare tamen debebit per Instrumentum quid, & quantum valeret antiqua Cappella, & quantum fuerit ab alio, quam Patrono expensum in nova. Ubi autem non ageretur de Patrono, sed de familia habente jus sepulchri in aliqua Ecclesia cum inscriptionibus, & insignibus, hæc non tenetur ad aliquas expensas quia est Juspatronatus improprium ex adductis sub *num.* 2. immo quid diversum ab ipso Jurepatronatus Gennen. *in prax. Archiepiscopal. cap.* 109. *num.* 12. Hinc habentem jus sepulchri cum Insignibus, & Inscriptionibus impedire non posse novam fabricam Ecclesiæ, quia satis est illi consultum, si jus sepulchri ei intactum conservetur, firmavit Rot. in *Veliterna fabrica* 7. *Junii* 1706. *coram R. D. Molines Decano*, quæ annectitur infra.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Veliterna Fabricæ.

Lunæ 7. Junii 1706.

ECclesiam S. Laurentii Civitatis Veliternæ Patrum Minoris Observantiæ S. Francisci ob ejus vetustatem fere collabentem, & ad talem statum redactam, ut non sine maximo Populi incommodo, & periculo Divina Officia in ea peragi possent, ad meliorem formam reducere curantes memorati Patres postquam ex piorum Fidelium Eleemosynis Chorum, seu Tribunam construxerant, jactis fundamentis cum pilastris necessariis pro substentatione fornicis Navis ejusdem Ecclesiæ, novam fabricam elevare cœperunt ad normam Planctæ oculis Dominorum meorum in hodierna Audientia exhibitæ, juxta quam quatuor Cappellæ laterales in eadem Ecclesia existentes reduci debebant ad tres, quæ essent ampliores, & æqualis latitudinis mediante unione duarum ex ipsis.

Verum prætendentibus Canonico Fabritio, aliisque fratribus de Catelinis, quod altera ex Cappellis uniendis esset de Jurepatronatus eorum Familiæ novum constructionis opus nunciarunt, coram A.C. qui cum suam moderatus fuisset inhibitionem demandando, ut unirentur duæ Cappellæ ea tamen lege, ac conditione superadjecta, quod in Cappella construenda separatim remanere deberent tam Sepulchrum illorum de Catelinis, quam aliud Sepulchrum illorum de Caetanis, habito per fratres de Catelinis recursu ad Signaturam Justitiæ, Causaque ad nostrum Tribunal delata per Commissionem mihi directam, exquisiti hodie *An, & de cujus bono Jure constet*, & Domini responderunt = *Constare de bono Jure Patrum* =

Ipsis enim assistit certissima Juris præsumptio, juxta quam Cappella præsumitur propria illius Ecclesiæ, intra cujus ambitum reperitur ædificata, eodem præcise modo, quo Ecclesia sita in Diœcesi præsumitur Episcopis, juxta alias animadversa per Felin. *in c. cum venerabilis sub num.* 37. *de except.* Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *q.* 2. *art.* 15. *vers. & dic.* Rot. *dec.* 15. *n.* 1. *&* 2. *de Jurepatr. in antiquis, & dec.* 653. *n.* 1. *coram Cerro*, ex quo de plano consequitur, quod præfati Patres Minoris Observantiæ S. Francisci, intra quorum Ecclesiæ ambitum Cappella sita est, possunt ad eorum libitum in quacunque illius parte quodcunque ædificium extollere quemadmodum habetur penes Cæpoll. *de servitut. capit.* 62. *per tot.* Gob. *consultat.* 132. *numer.* 1. *Episcop.* Rocc. *disput. Jur. select. capitul.* 175. *numer.* 5. Sperell. *decis.* 55. *numer.* 1. *&* 4. Rot. *decis.* 92. *numer.* 3. *coram Ubago decis.* 587. 599. *&* 611. *ubique numer.* 1. *part.* 5. *& decis.* 272. *pariter numer.* 1. *part.* 19. *recent. in Romana Fabrica* 7. *Martii* 1701. §. *Ratio resolutionis, coram Eminentissimo D. Card.*

Capra.

Caprara, *& in Neapolitana altius tollendi* 12. *Martii ejusdem anni* §. *Cum etenim*, *coram Eminentissimo D. Card. Tremoille*.

Haud officiente, quod Cappella, de qua agitur sit de Jurepatronatus illorum de Catelinis, ac proinde permittendum non sit novum ædificium in præjudicium Patronorum ex adnotatis per Valenz. *consil.*28. *n.*22. *& seqq. & num.*4. *pariter cum seqq. tom.*2. Posth. *dec. Bonon.* 57. *n.*8. 11. *&* 20. Siquidem cum fratres de Catelinis in hac exceptione sint Actores, ipsis incumbit onus concludentissime justificandi prætensam servitutem Jurispatronatus, quæ de cætero præsumibilis non est, juxta animadversa per Innocent. *in capit. cum Venerabilis in fin. de except.* Archidiac. *in capit. decernimus* 6. 9. 7. Beto *consil.*6. *n.*11. *lib.*1. Rot. *coram Puteo dec.*192. *n.* 3. *lib.*2. *coram Mantic. dec.*358. *num.* 2. *&* 3. *coram Coccin. dec.*1559. *n.*6. *in rec. dec.* 70. *n.* 9. *part.* 12, *dec.*77. *n.*7. *p.*14. *dec.*19. *n.*6. *part.* 18. *& dec.* 662. *n.* 18. *part.* 19. *tom.*2.

Hanc autem probationem minime evinci posse censuerunt Domini, ex quo in prædicta Cappella adesse supponuntur Insignia Domus Catelinæ; Quamvis enim regulariter ex appositione Insignium non levis oriatur probatio pertinentiæ Jurispatronatus ad Domum, seu familiam, cujus sunt Insignia ex passim relatis per Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina*, *n.*97. *de caus. possess. & propriet.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. par.*3. *alleg.*72. *n.*70. Andreol. *controv.*381. *n.*13. *& seq.* Tondut. *resol. benefic. lib.*1. *cap.*82. *n.*9. Card. de Luc. *de Jurepat. disc.* 57. *n.* 14. Rot. *decis.* 230. *n.* 1. *coram Coccino*, *in Bisuntina Jurispatronatus* 28. *Novembris* 1704. §. *Accedit*, *coram Eminentiss. D. Card. Caprara*.

Id tamen locum tantummodo sibi usurpat concurrentibus aliis adminiculis, & univocis signis, pertinentiam Jurispatronatus suadentibus, vel in casu, quo probetur, Insignia fuisse apposita in fundatione, & esset ita antiqua, prout est Ecclesia; alias enim subintrat possibilitas; quod Insignia potuerint apponi ob restaurationem Ecclesiæ, seu Cappellæ factam ab illis de familia, cujus sunt insignia, vel ob eleemosynam ab eadem familia elargitam, ex quibus non acquiritur Juspatronatus, ut limitando supradictam conclusionem unanimiter adnotarunt per Gloss. *in cap. piæ mentis* 16. *quæst* 9. Cagnol. *in l.* 1. *n.*177. *ff. si certum petatur*, Adden. ad Buratt. *decis.* 323. *n.*12. *& dec.*919. *n.*1. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.*57. *sub n.*14. *vers. quod pariter*, Panimoll. *dec.*10. *adnot.*1. *n.*66. Rot. *coram Cavaler. decis.* 159. *n.*8. *repetita in recent. dec.*333. *n.*7. *part.*1. *coram Cerr. dec.*653. *n.*9. & fuit etiam sensus Sac. Congregationis Concilii in una Asten. *Jurispatronatus* 14. *Januarii* 1690. *prout in regestro Autographo Decretorum ejusdem Congregationis lib.*40. *fol.*54. *a.*

Minusque ad effectum pertinentiæ Jurispatronatus attendi meretur, quod in controversa Cappella ultra gentilitium Sepulchrum familiæ de Catelinis adsit etiam Monumentum Boetii Catelini cum antiquissima inscriptione a centum sexaginta annis, & ultra durante. Prædicta nanque ad summum favore illorum de Catelinis concludere possunt Jus Sepulchri, quod ipsis a Patribus non impugnatur; immo expresse præservatur in Decreto A. C. diversum autem est Jus sepulchri a Jurepatronatus; ut proinde ab uno ad aliud legitima fieri non valeat illatio, ut ultra generalia, de quibus Rot. *coram R. P. D. meo Ansaldo dec.*29. *n.*11. *& decis.*42. *num.*37. *in Asculana Beneficii* 5. *Martii* 1700. §. *Pariter*, *coram R. P. D. meo Muto*; *in Tarraconen. Insignium* 11. *Decembris* 1702. §. *Quo vero*, *coram eodem*, *& in Taden. Cappell.* 14. *Maii currentis anni* §. *Absque eo quod*, *cor. R. P. D. meo Priolo*, in individuo firmat Rot. *dec.*635. *n.*6. *coram Cerro*.

Prout nec relevat enunciativa emissa ab Eusebia de Catelinis in ejus Testamento condito usque, & de anno 1609. in quo mandavit erogari sc.200. in emptionem annui Census sc.16. *cujus fructus in perpetuum dari jussit Ecclesiæ*, *& Conventui S. Laurentii pro celebratione unius Missæ qualibet hebdomada die Mercurii*, *& singulis mensibus unius Missæ paratæ*, *& cantatæ in Cappella Domus*, *& familiæ de Catelinis in dicta Ecclesia existenti*; Talis enim enunciativa tanquam unica non est attendenda ad inducendam servitutem Jurispatronatus non constito vere de Jurepatronatus, vel in omnem casum referri posset, & esset intelligenda de Jure honorifico Sepulchri, quod Juspatronatus vere non importat, ut supra probatum est.

Ejusdemque insubsistentiæ visa est confessio emissa a Patribus in actu Visitationis eorum Ecclesiæ factæ de anno 1661. a R. P. D. Marco Antonio Thomato olim Episcopo Biterten. tanquam delegato Apostolico, quod scilicet controversa Cappella pertineret ad familiam de Catelinis; quoniam in prædicto actu visitationis solum legitur, quod cura, & protectio Cappellæ residet penes illos de Catelinis; diversum autem est, quod Catelini habeant Juspatronatus Cappellæ, & quod habeant *curam*, & *protectionem* Cappellæ, quæ verba potius important, quod Catelini sint benemerentes, & Benefactores prædictæ Cappellæ, non autem Patroni ejusdem.

Denique nullum fundamentum constituere valuerunt Domini in moderno Historico *Fr. Bonaventura Theulo*, qui in quodam *Theatro Civitatis Veliternæ pag.*351. mentionem faciendo de controversa Cappella illam describit sub nominatione *della famiglia Catelina*; Adhoc enim, ut Historicis deferendum sit circa pertinentiam Jurispatronatus debent esse antiqui; ac per longissimum tempus recepti, ut probat Felin. *in cap. inter dilectos* 6. *n.* 12. *de fid. Instrum. Paris. consil.*23. *n.*235. *lib.*1. Card. de Luc. *de Jurep. disc.*57. *sub num.* 13. *vers. & in his terminis*, Rot. *coram Coccin. dec.* 132. *sub n.* 4. *vers. quod dicebatur*, *& cor. san. mem. Alexandro VIII. decis.*234. *n.*6. *& dec.*253. *n.*21. *& in rec. decis.* 539. *num.*7. *p.*19. *tom.*2. talis autem non est prælaudatus Historicus, qui ulterius solum perfunctorie, & præsuppositive loquendo de dicta Cappella inquit *nella Cappella della Madonna della famiglia Catelina*, *&c.* nullum, vel minimum afferendo probationis genus circa pertinentiam Jurispatronatus; adeout eo minus eidem sit præstanda fides, ex deductis per Rota *dec.* 1357. *n.* 5. *coram Emerix Jun.*

Præmissis addebant Domini, quod Patres nonnisi necessitate ducti devenirent ad fabricam, de qua agitur, quemadmodum concludunt attestationes Architectorum; unde eo facilius eadem fabrica permittenda est non obstante resistentia illorum de Catelinis, qui quoties tuti sunt in Jure sepulchri, quod Patres inconcussum tueri pollicentur, non habent, de quo ulterius conqueri possint.

Et ita, &c. utraque, &c.

Maceraten. Jurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Reservato Jurepatronatus quatuor distinctis personis, earunque Descendentibus Masculis in infinitum = E mancando le linee mascoline alle feminine = an substitutio fœminarum intelligatur in casu, quo deficiant masculi distributive in qualibet linea, vel potius in casu, quo deficiant omnes masculi collective omnium linearum.

SUMMARIUM.

1 *Facti species.*
2 *Prælatio masculorum intelligitur in qualibet linea.*
3 *Secus si masculi prælati fuerint in perpetuum, & num.* 5.
4 *Vel separata fuerit linea masculorum ab illa fœminarum.*
6 *Prælatio masculorum etiam in perpetuum intelligitur discretive in qualibet linea, si ab initio Juspatronatus fuerit pluribus lineis reservatum.*

7 *Ubi Juspatronatus fuit reservatum pluribus lineis, perinde est, ac si ageretur de pluribus distinctis Juribus patronatus.*

8 *Fundator non præsumitur voluisse recedere a regula naturali successionis.*

9 *Ut Juspatronatus sit saltuarium de masculo in masculum, etiamsi reservatum sit pluribus lineis, necesse est, quod fœminæ sint vocatæ in defectum omnium masculorum omnium linearum.*

10 *Agnatio non dicitur contemplata ex vocatione, & prælatione masculorum supra fœminas per posterius vocatas.*

ALLEGATIO XIII.

JUxta factum mihi propositum agitur de fundatione Cappellaniæ laicalis cum onere Missæ quotidia-
1 næ facta ad Altare Sancti Francisci de Paula in Ecclesia Collegiata Sancti Petri per Archipresbyterum Petrum Aloysium Brunorum, qui Juspatronatus, seu deputationem Cappellani his verbis reservavit. =

A sua vita riserva il porre questo Cappellano per se il Sig. Pier Luigi, con facoltà anche di deputare semedesimo, e dopo la sua morte vuole, che il porre questo Cappellano spetti alli Signori Giovita, e Pier Niccolò Brunori suoi fratelli carnali, alli Signori Capitan Malagigi Brunori, e Pietro Santi suoi nipoti carnali, e descendenti loro maschi in perpetuo, amancando le linee mascoline alle femminine: Ma tanto de' maschi, quanto di femmine siano sempre preferiti, & abbine il Jus nominandi quei che terranno Casa aperta in Corinalde. Mancando poi tutte le linee mascoline, e femminine, la nomina sia delli Signori Arciprete, e Canonici pro tempore. =

Ex hoc Jurepatronatus sic reservato quatuor distinctis personis, eorumque descendentibus, ut supra, oritur quæstio; an si aliquis ex prænominatis non habeat descendentes masculos, sed tantum fœminas, possint istæ admitti ad Jus nominandi simul cum descendentibus masculis aliorum stipitum, & consequenter, an D. Maria Jacoba filia Capitanei Malagigi Brunori habeat vocem simul cum filiis masculis aliorum trium stipitum, quibus concessum fuit Jus nominandi ad hanc Cappellaniam laicalem.

Requisitus ego quid pro veritate sentiam, prima quidem fronte negative contra fœminam credebam esse resolvendum.

Et movebar ex illo fundamento, quod licet voca-
2 tis pluribus cum prælatione masculorum, in quorum tantum defectum vocatæ sint fœminæ, regulariter prælatio ista intelligatur discretive in qualibet linea seu columnello, in quo masculus, & fœmina reperiuntur, nec ideo masculi unius lineæ excludant fœminas alterius, ut ex *dec.* 1023. *n.* 3. *& seqq. coram Seraphino*, in terminis Jurispatronatus tradit Rocca *cap.* 190. *n.* 33. & plene ego firmavi *Discept. Eccles.* 26. *num.* 3.

Attamen Conclusio ista non procedit, stantibus verbis perpetuitatem denotantibus, per quæ perpe-
3 tua masculorum prælatio volita fuerit, ut concurrere videtur in præsenti ex illis verbis = *e loro descenti maschi in perpetuo* = In his enim terminis dicitur efformata unica linea per prius de masculo in masculum cujuscumque lineæ, & Columnelli, quæ dicitur *linea qualitatis*, & per posterius dicitur efformata altera linea fœminina, itaut semper masculi præferantur, & succedant ad exclusionem quarumcunque fœminarum, tam unius, quam alterius lineæ, ut notando dictionem illam *in perpetuum* firmat in puncto Rocca *dicto cap.* 190. *n.* 34. ubi allegat plena infinitos concordantes de Loc. *de lin. legal. art.* 12. *n.* 27. *& seqq.* Peregrin. *de fideicom. art.* 27. *n.* 2. *& cons.* 44. *num.* 28. *lib.* 1. Rota *coram Zarata dec.* 13. *num.* 4.

4 Fortius quando videtur dici posse Fundatorem ab initio separasse inter se lineam masculinam a fœminina, ex illis verbis, ibi = *e mancando le linee mascoline alle femminine* = in quibus terminis non curatur de proximitate gradus, & lineæ, sed solum inspicitur linea masculinitatis, quæ tali casu dicitur volita etiam saltuarie de masculo in masculum cujuscunque lineæ, ut in puncto Castil. *controv. Jur. lib.* 5. *cap.* 93. *n.* 18. Carol. Anton. de Luc. *de lin. legal. n.* 12. *art.* 47. *vers. receptissima*, ut advertit Rota, me scribente *in Romana de Massiolis*, *coram Emerix Jun. dec.* 1262. *n.* 3. *vers. nec juvit*, & plene ego firmavi *Discept. Eccles.* 26. *n.* 3. *in fine*.

His tamen non obstantibus, contrariam ego sententiam in casu isto tenerem, ad quem effectum distinguendi sunt duo casus.

Primus est, ubi Juspatronatus ab initio uni tan-
tum stipiti fuit reservatum, & tunc si Fundator 5
prius vocavit masculos, & in eorum defectum fœminas, addita dictione *semper*, quoad masculos, & separando lineam masculinam *a* fœminina, & tunc procedit opinio superius adducta, quod masculi unius lineæ præferantur fœminis alterius lineæ, eo quia omnes descendere dicuntur ab unica linea, & habentur per modum unius non curata diramatione linearum subalternantium. Et in his terminis intelligi debet Rocca *dict. cap.* 190. *num.* 34. *ut explicat* Rota *coram Zarata decis.* 13. *num.* 10. *&* 11. Carol. Anton. *de lin. legal. art.* 12. *sub n.* 47. *vers. rectius tamen*, *& vers. quando ad unum*, Rota *in Auximana Jurispatronatus* 27. *Junii* 1701. §. *elisa oppugnatione*, *coram R. P. D. Ansalde*.

Secundus est, ubi Juspatronatus fuit ab initio re-
servatum pluribus, seu quatuor distinctis lineis, seu 6
stipitibus, & tunc etiamsi Fundator vocaverit masculos per prius, cum dictione *semper*, *& in perpetuum*; & etiamsi separaverit lineam masculinam a fœminina; attamen hæc perpetua vocatio masculorum, & separatio lineæ masculinæ semper intelligi debet discretive, & distributive in quolibet stipite, seu linea ab initio distincte vocata, non autem ut omnes stipites considerati fuerint promiscue, & per modum unius, itaut descendentes masculi unius lineæ excludant fœminas alterius, ut de hoc Casu loquitur Text. *in cap.* 1. *de duobus fratribus in usibus feudorum*, ibi = *duo fratres, scilicet Titius, & Sejus a quodam Capitaneo de novo beneficio simul investiti sunt, eo videlicet tenore, ut quandiu ipsi, vel eorum heredes masculi viverent, & masculos deficientibus, fœminæ si superessent, feudum haberent. Ex fratribus his unus, una filia relicta, altero adhuc vivente, decessit. Quæritur, cui portio defuncti deferatur, utrum filiæ, an fratri? Respondemus filiæ. Unusquisque enim sibi, suisque heredibus videtur prospexisse.* =

Ea ratione, quod sicut in duobus, seu pluribus feudum recipientibus, primo pro masculis, & in eorum defectum fœminis, masculi unius lineæ non excludunt fœminas alterius, quia unusquisque censetur sibi, suisque hæredibus prospexisse, ut inquit Text. *ibi proxime*; ita Fundator reservando ab initio Juspatronatus pluribus distinctis personis, eorumque descendentibus, primo masculis, & postea fœminis, censetur uniuscujusque posteritatem dilexisse, & per consequens masculos, & fœminas per prius, & posterius discretive considerasse in qualibet linea, non autem intellexisse omnes lineas confundere, & posteritatem unius alteri præferre, ut probat Fontanell. *dec.* 35. *n.* 13. *& seqq. tom.* 1. Balducc. ad Ramon. *cons.* 100. *n.* 141. & distinguendo unum casum ab altero Berous *cons.* 111. *num.* 1. *lib.* 1. Carol. Anton. de Luc. *de lin. legal. art.* 12. *sub n.* 47. *vers. rectius tamen*, Gabr. *cons.* 70. *n.* 1. *& seqq. & per tot. lib.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 27. *n.* 13. Rot. *coram Zarata dec.* 13. *n.* 10. *&* 11.

Quod comprobatur ex altera regula, quod ubi ab
initio Juspatronatus fuit pluribus distinctis lineis re- 7
servatum, perinde ac si essent inter se plura Jurapatronatus distincta, & separata, ut dixi *Discept. Eccl.* 16. *num.* 16. *in fin. vers. addit* Rota *in Lunen. Sarzanen. beneficiorum* 27. *Januarii* 1687. §. *Siquidem*, *coram bo. me. Benincasa*, *& coram Merlino dec.* 798. *n.* 23. *&* 24. *& seqq.* ubi ex hac ratione dicit, quod facta duorum institutione, & postea inducta substitutione reciproca favore omnium descendentium, non intrat reciproca, nec onus restituendi de descendentibus unius lineæ ad descendentes alterius lineæ, sed restrin-

restringitur discretive totum onus restituendi inter ipsos solum descendentes uniuscujusque lineæ, nec fit transitus de una linea ad aliam, & comprobat Card. de Luc. *de Jurepatronatus disc.54. n.6.*

Cum ergo in præsenti Fundator vocaverit masculos in perpetuum, & primo lineam masculinam, quam fœmininam, talis vocatio de Jure intelligitur discretive in qualibet linea ex quatuor vocatis, nisi ulterius se expresserit, volendo, quod omnes masculi omnium linearum collective, & non distributive succedant ad exclusionem fœminarum, quod desumi solet ex reciproca lineali, ut nempe deficientibus masculis unius lineæ fiat transitus ad masculos alterius quæ reciproca linealis in casu isto deficit, nec ideo præsumitur Fundator recedere voluisse a naturali Methodo succedendi, ut nempe prælatio masculorum intelligatur in qualibet linea, non autem de linea ad lineam, cum hujusmodi successio saltuaria excludens fœminas proximiores unius lineæ propter masculos remotiores alterius lineæ, dicatur exorbitans, & contra Jus naturæ, ut dixit Rota *in Romana fideicommissi de Maffiolis 22. Martii 1694. §. hoc nanque, & 14. Junii ejusdem anni, §. nec advertendum cum seqq. coram R.P.D. Priolo*.

Et contrarium procederet, quando adesset reciproca linealis, ut dixi, vel quando Fundator substituisset lineam fœmininam in casu deficientiæ totius lineæ masculinæ omnium stipitum, in quibus terminis procedit Rot. *dec.183. sub n.17. par.10. recent. in Romana fideicommissi Nicolai de Maffiolis 20. Januarii 1702. §. prout minus, coram R.P.D. Scotto & in Oppiden. Beneficii 7. Maii 1703. §. haud relevante, coram bo. me. Muto*. In casu autem præsenti verba illa = *Mancando le linee Masculine alle femminine* = licet propter numerum pluralem videantur importare substitutionem fœminarum, casu quo deficerent masculi omnium linearum, attamen hujusmodi interpretatio intrare non videtur, dum adjecta non fuit dictio aliqua universalis = *tutte, &c.*
9 = sicut erat casus *in dict. Oppiden. Beneficii, ubi supra*, alias enim sola expressio linearum in numero plurali resolvitur in suas singularitates, per Text. *in l. Heredes mei, §. Cum ita, ff. ad Trebell.* Balduce. *ad* Roman. *cons.75. n.83. & 84.* Immo adesse videtur ratio discretivæ, dum quando Fundator in defectum masculorum, & fœminarum substituit Archipresbyterum, & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, dixit = *Mancando poi tutte le linee mascoline, e femminine* = ergo ubi non adjecit hanc universalitatem = *tutte* = eam voluisse non censetur, juxta notum Text. *in l. unic. §. Sin autem ad deficien. C. de caduc. collen.*

Et hæc discretiva videtur valde considerabilis, tanquam adjecta in ea parte, in qua Fundator admittebat substitutum extraneum, ubi ad impediendum, ne pluralitas resolveretur in singularitates, ita & taliter, quod deficiente aliquo stipite, tam masculino, quam fœminino in uno ex vocatis, posset substitutus extraneus prætendere successionem, juxta Textum *in dict. l. Hæredes mei, §. Cum ita*, Clare Fundator se explicare voluit, & tollere hanc intelligentiam, exprimendo, quod substitutus extraneus non admitteretur, nisi quando copulative extinctæ forent omnes lineæ, non autem distributive, mediantibus relatis verbis = *Mancando poi tutte le linee mascoline, e femminine* = cum ergo masculis substituerit fœminas, dicendo simpliciter = *Mancando le linee mascoline* = absque universalitate illa = *tutte* = argumentum fortissimum exinde desumitur, quod fœminæ fuerint substitutæ per deficientiam masculorum distributive, & discretive in qualibet linea, non autem collective, Rot. *decis.118. n.22. & decis.188. n.27. part.17. recent. & coram Emerix Jun. dec.841. num.3. & in terminis nostris in dicta Romana Fideicommissi de Maffiolis 14. Junii 1694. §. Non relevante, coram R.P.D. Priolo.*

Quibus omnibus obstare non valet contemplatio agnationis. Hæc enim non potest desumi ex simplici vocatione masculorum, seu lineæ masculinæ, nisi aliæ concurrant conjecturæ, immo argumentum in contrarium insurgit eo ipso, quod simul cum fratribus germanis de Agnatione Fundatoris vocatus fuit Petrus Sanctes, Fundatoris ex sorore nepos, Rot. *dec.3. num.8. & 9.* post Balduce. *ad* Ramon. *tom.2. & decis.82. n.26. vers. cum non ideo, post* Balduce, *ad* Ramon. *tom.4.* Ridolphin. *alleg.61. n.2.* nec non lineæ fœminarum fuerunt substitutæ lineis masculorum ex firmatis *in decis.13. num.14. coram Zarat. & in recent. decis.521. num.22. part.19. tom.2.*

Viglevanen. Cappellaniarum.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus, quod fit hæreditarium in ultimo de Familia, extinguitur, seu devolvitur ad Episcopum, si ille decesserit Anima hærede instituta, ejusque Hæreditas fuerit distracta in partes ad effectum celebrationis Missarum, & tali casu existentibus aliis Patronis, Episcopus subintrat ad compræsentandum pro sua rata in locum ultimi de Familia extincta.

SUMMARIUM.

1 *Facti species.*

2 *Juspatronatus extinguitur, seu devolvitur ad Episcopum distracta in partes hæreditate ultimi de familia pro suffragiis Animæ hæredis.*

3 *Juspatronatus gentilitium, Agnatitium, & familiare, fit hæreditarium in ultimo de Agnatione, seu Familia.*

4 *Juspatronatus transit in Cappellanum administratorem Cappellaniæ hæredis institutæ, & numero 6.*

5 *Executores Testamentarii habentur loco hæredis in relictis ad pias causas.*

7 *Jura hæreditaria exercentur per Executorem, Administratorem, vel Curatorem in defectum hæredis.*

8 *Alternativa practicari potest inter Ordinarium, & Patronum, quando Beneficium spectans ad duos Compatronos pro parte unius fit liberum, declara n.9.*

10 *Existentibus Compatronis ex persona illius Compatroni, pro cujus rata Beneficium fit liberum, subintrat ad Compræsentandum cum aliis.*

11 *Non accrescit tali casu rata deficiens cæteris Compatronis, ubi agitur de diverso, & distincto jurepatronatus.*

12 *Etiamsi ageretur de unico jurepatronatus, non accrescit Compatronis, sed devolvitur ad Episcopum, ubi hæres instituta fuit Anima.*

ALLEGATIO XIV.

JUxta ea, quæ mihi proponuntur in facto tres reperiuntur Cappellaniæ in Regia Cathedrali Viglevani, singulæ de Jurepatronatus trium distinctarum 1
Familiarum, una enim sub Invocatione Sanctæ Crucis est de Jurepatronatus illorum de Podesiis, altera Sanctæ Mariæ ad Nives illorum de Othonis, tertia autem Divi Thomæ Cantuariensis illorum de Morsellis.

Fuerunt ab initio hujusmodi Cappellaniæ distinctim provisæ ad præsentationem prædictarum respective familiarum, postea vero circa Annum 1532. forsan ex Causa tenuitatis redituum cujuscunque ex illis, supponitur, quod fuerint inter se unitæ unione æque principali, ita, & taliter, quod imposterum omnes tres familiæ, unum tantum Cappellanum præsentarunt, & Ordinarius concessit Institutionem Præsentato ab omnibus Patronis, ubi fuerunt concordes in unum, vel Præsentato a duobus ex tribus, ubi in discordia secutæ fuerint præsentationes.

Hodie ex his familiis Patronis supponitur extin-

cta illa de Morfellia, dum ultimus ex ea fuperftes paucis ab hinc Annis deceffit Mediolani hærede inftituta ejus Anima propria, & deputato Executore Teftamentario ad effectum vendendi fub hafta totam hæreditatem, & ex pretio ftatim celebrari faciendi tot Miffas pro ejus Anima, ut fupra, ficut fuit executioni demandatum.

Supponitur etiam extincta alia Familia de Ottonis, cujus ultimus fuperftes 50. ab hinc Annis extinctus hæredem inftituit Joannem Merulam, qui Anno 1933. hæredem pariter inftituit Animam propriam, ordinando, quod Gubernium, & adminiftratio omnium ejus bonorum, & hæreditatis femper, & ufque in infinitum effe deberet, & remaneret penes Sacerdotem, qui pro tempore electus fuiffet ab ejus Executoribus in Cappellanum mercenarium pro celebrandis annuis Miffis trecentum ab eodem Teftatore ordinatis, quem Sacerdotem fecit Rectorem, & Adminiftratorem generalem omnium bonorum dictæ hæreditatis, cujus confcientiam gravavit ad cuftodiendum, & gubernandum dicta bona, & hæreditatem potius meliorando, quam deteriorando, ut fructus, & reditus effent uberiores, & pinguiores, & in fumma hæreditatem fuam tranftulit in Cappellaniam Laicalem.

Occafione noviffimæ vacationis harum Cappellaniarum, Fifcus Curiæ Epifcopalis prætendit propter extinctionem duarum Familiarum de Morfellis, & de Ottonis, ut fupra, Jus liberæ collationis fuiffe devolutum ad Ordinarium pro rédacta duarum Familiarum, exinde inferendo, quod provifio fieri debeat per Turnum, feu alternativam proportionatam, quod nempe in duabus vacationibus Cappellaniæ provideri debeant per liberam collationem Ordinarii, in tertia vero vacatione ad præfentationem familiæ fuperftitis de Podefiis, & fic fucceffive per Circulum, & Turnum in infinitum, donec familia de Podefiis, ejufque hæredes extabunt.

Quæritur in fenfu veritatis an prætenfio Fifci Epifcopalis fubfiftat, fuper quo de mea fententia requifitus, re matore difcuffa cenfeo, ut infra veritas de Jure refpondendum.

Et primo loco examinandum venit, an poffit Fifcus prætendere libertatem Beneficii pro rata duarum Familiarum extinctarum? in quo Articulo negativa refolvo; Etenim ejus prætenfio fubfiftit quidem quoad familiam de Morfellis, quæ non folum extincta remanfit, sed etiam quia ultimus ejus Superftes inftituta
2 hærede Anima propria hæreditatem in partes diftrahi, & vendi juffit, & pretium inde retractum converti in celebrationem tot Miffarum junica vice pro ejus Anima faciendam, ubi confiderari amplius non poteft confiftentia alicujus hæreditatis tanquam venditæ ad partes, in qua venditione particulari venire non poteft Jufpatronatus ad Textum *in cap. de Jurepatronatus, in cap. cum faculum, eodem tit.*

Quam venditionem particularem factam fuiffe fuppono dum alias contrarium procederet, quando uni tantum perfonæ vendita fuiffet univerfa hæreditas cum omnibus actionibus, & Juribus tam activis, quam paffivis; quia tunc in Emptorem tranfiret Jufpatronatus cum univerfitate hæreditatis juxta firmata *apud* Nigr. *de fubhaftat. lib.2. cap.* 30. *numer.* an. Maffin. *de confifcat. bonor. quæft.*37. *num.*15. *& feqq.* Salgad. *in Labyrinth. part.*3. *cap.*5. *num.*31. *& feqq.* & me fcribente dixit Rota *in Tuden. Parochialis* 9. *Junii* 1700. §. *Magifque cum fequent. coram R.P.D. dell'Olmo, nunc Reverendifs. Conchen.* & materia plenius difcuffa *in Afculana Subhaftationis hæreditatis* 6. *Junii* 1704. §. *Etenim cum feqq. &* 10. *Decembris fequenti*, §. *fubfiftunt, coram bon. mem. Muto*. Suppofito autem, quod hæreditas fuerit diftracta in partes, Jufpatronatus familiæ extinctæ expiravit, feu devolutum fuit ad Ecclefiam, & Epifcopum ea ratione quod illud tranfire non potuit in Emptores bonorum particularium, nec minus remanere apud Animam hæredem, quæ folum capax fuit accipiendi quicquid in hæreditate erat vendibile ad effectum convertendi pretium in celebrationem Miffarum, quale non eft Jufpatronatus, quia diftractis particulariter bonis hæreditatis Jufpatronatus feparatum ab illis non eft vendibile, quod proinde devolutum fuit ad Ecclefiam perinde, ac fi ultimus de Familia abfque hærede deceffiffet, vel faltem quando remanfiffet apud Animam hæredem, in eo fucceffiffet Ecclefia, feu Epifcopus tanquam repræfentator Caufæ piæ *Canon. quæcunque, & Can. noverint* 10. *quæft.*1. *& l. fi quis ad declinandam, C. de Epifc. & Cleric.* Rot. *in Majoricen. fucceffionis* 16. *Junii* 1710. *coram R. P. D. Aldrovando*, & dicam *Alleg.* 15. *n.* 31. *in fin.*

Quoad Familiam de Othonis abfolute puto Fifcum prætendere non poffe collationem liberam eo, quia Jufpatronatus quantumvis gentilitium, agnatitium, & familiare in ultimo de familia efficitur hæreditarium, & tranfitorium ad quofcunque hæredes extraneos juxta vulgatum AnchArani *confilium* 81. 3
de quo apud me *Difcept. Ecclef.* 33. *num. primo*, Rota *decif.* 667. *n.*11. *part.*18. *recent. cum aliis in Romana Cappellania* 25. *Novembris* 1705. §. *Addito, coram R. P. D. Anfaldo, & in Balneorgien. Beneficii* 21. *Januar.* 1707. §. *Quatenus, coram R. P. D. Kaunitz.*

Hinc dum ultimus de hac familia hæredem inftituit Joannem Merulam, & ifte in fuo Teftamento inftituendo hæredem Animam propriam tranftulit univerfam hæreditatem in Cappellaniam Laicalem, ejufque Cappellanum fuit Adminiftratorem ejufdem hæreditatis, abfque dubio Jus præfentandi, & Patro- 4
natus pertinet ad Cappellanum Adminiftratorem, ut firmavit Rota, *coram Emerix Junior. decif.* 131. *n.*3. *&* 4. *& in Urbanien. Canonicatus* 29. *Maii* 1693. §. *Nec hujufmodi cum feqq. &* 15. *Martii* 1694. §. *In contraria, coram bon. mem. Muto, &* 27. *Januarii* 1696. §. *Juftificatur, coram Eminentifs. Caprara, &* 21. *Januarii* 1697. §. *Tranfeuntes, coram R. P. D. dell' Olmo* impreff. apud me *Difcept. Ecclef.*4. *n.*82.

Nec attendendas cenfeo leviffimas exceptiones in hac parte datas per Fifcum, quod nempe Anima Teftatoris hæres inftituta non fit capax Jurifpatronatus, ac etiam, quod nullibi cautum reperiatur, quod Anima Teftatoris effe poffit ejus hæres, dum hæres effe debet perfona a Teftatore diftincta, quodque hujufmodi Teftamenta fuftineantur non tanquam proprie Teftamenta, fed tanquam difpofitiones ad pias Caufas, quæ etiam fine hæredis inftitutione tenent.

Quoniam hodie in Jure noftro non revocatur amplius in Dubium, quod Anima poffit hæres inftitui, quodque fit vera, & propria Inftitutio ea ratione, quod Inftitutum dicitur opus pium, ut nempe hæreditas expendatur in Miffas, pro Anima celebrandas, & quamvis Anima non fit capax poffidendi Jufpatronatus loquendo in abftracto, hæreditas tamen eft illa, quæ poffidet Jura hæreditaria, & fic etiam Jufpatronatus, quando non fuit vendita in Partes, fed intacta confervatur maxime in cafu ifto, ubi Teftator erexit Cappellaniam Laicalem, volendo hæreditatem fuam perpetuo confervari, ut ex ejus fructibus annuæ Miffæ trecentum celebrarentur per Cappellanum mercenarium, feu ad nutum amovibilem, & fic Cappellania, feu Opus pium dicitur hæres capax poffidendi Jufpatronatus; ut examinato Articulo late probat Maranta *refponf. Jur. part. prima refponf.*4. *per totam*. Cujus exercitium habent Executores, antequam Deputatus remaneat Cappellanus, & poftea habebit hujufmodi Cappellanus hæreditatis Adminiftrator relictus, ficut paffim videmus hæredes inftitui Pauperes Chrifti, vel ut dotentur pauperes Puellæ, & 5
fimiles difpofitiones ubi hæreditas dicitur ftare, & repræfentari apud Adminiftratores fpecialiter relictos, five apud Executores Teftamentarios; qui habentur loco hæredis ad omnes effectus, ut probant Lotter. *de re benef. lib.*2. *quæft.*14. *num.*46. Cyrill. *quæft. jur. cap.* 66. *num.* 1. *&* 2. Vallafc. *tom.* 2. *confultat.* 78. *n.* 4. *&* 6. *& confultat.* 165. *n.* 5. Marta *de fucceff. tom.*1. *part.*3. *q.*12. *art.*3. *n.*10. *& q.*13. *art.*2. *n.*9. Maranta *dicta refponf.*4. *n.*91. & dixi Ego *Difcept. Ecclef.* 2. *n.* 20. *part.* 1.

Et fic in cafo ifto, cum Teftator ultra Executores reliquerit Adminiftratorem hæreditatis ipfum Cappellanum celebraturum annuas Miffas, & hæreditas

ditas dicatur extare, prout voluit idem Testator, iste Cappellanus tanquam Administrator hæreditatis ha-
6 bebit Jus præsentandi annexum hæreditati, ut de Administratore Bonorum, & Jurium Confraternitatis suppressæ dixit Rota *in Urbanien. Canonicatus. juxta decisiones proxime adductas*, & in terminis etiam Rota *coram Emerix Jun. dicta decis.* 1312. *num.* 4. *& in Barchinonen. beneficii* 5. *Decembris* 1685. §. *Parum, coram Card. Matthejo*, ubi licet contrarium teneat in Executoribus, non tamen loquitur de Testamentariis, quando fuit instituta hæres Anima, cui habentur loco hæredis, ut dixi *Discept. Eccles.* 2. *numer.* 20. Rot. *in Majoricen. successionis* 16. *Junii* 1710. §. *Ex his, coram R. P. D. Aldrovando*.

7 Hæreditas enim quandiu extat semper repræsentat defunctum, ejusque Jura in his casibus, vel in defectum hæredis respective exercentur per Executorem, vel Administratorem, vel Curatorem, Vivian. *de Jurepatr. libr.* 4. *capit.* 5. *numer.* 6. *& libr.* 12. *capit.* 9. *numer.* 44. Ricc. *decis.* 12. *part.* 1. Barbos. *de Potest. Episc. alleg.* 71. *num.* 6. quamvis Juspatronatus, & alia Jura non exerceantur ab Administratore Concursus Creditorum, uti probat *Salgad. in Labyrinth. credit. part. prima capit.* 14. *num.* 89. & proinde si hæreditas hodie extat, & extabit in perpetuum, si adest etiam hæres capax exercendi Juspatronatus, prout est opus pium Cappellaniæ Laicalis, quod repræsentatur per Capellanum, erronea est prætensio, quod defecerit Juspatronatus ex defectu hæredis.

Hoc posito, sola prætensio Fisci restringitur ad quotam Jurispatronatus unius tantum familiæ de Morsellis, quatenus hæreditas fuerit vendita in partes, ut superius dixi, ac etiam quatenus hodie defecerit Executor testamentarius, Romaguert. *ad Constit. Synodal. Geronden. lib.* 3. *tit.* 7. *capit.* 7. *num.* 10. *&* 11. Rot. *in dicta Majoricen. successionis, ubi supra*, §. *Verum quia*; & hinc videndum superest, an pro hac tertia parte Jurispatronatus prætendere valeat alternativam.

In hac quæstione negative etiam resolvo contra Fiscum, quia licet hujusmodi alternativa practicari
8 possit, quando beneficium æqualiter spectans ad duos Compatronos pro parte unius sit liberum, ut testatur Vivian. *in praxi Jurispatr. lib.* 15. *capit.* 1. *n.* 17. qui loquitur in terminis duorum Beneficiorum unitorum noius liberi, & unius de Jurepatronatus, & generaliter de usu hujusmodi Turnorum, & Alternativarum inter Patronos est Text. *in Clementina plures de Jurepatron.* Urceol. *de Transact. quæst.* 27. *numer.* 4. cum aliis apud me relatis *Disceptat. Eccles.* 13. *sub num.* 35. *versic quia certum est*, ibique Rota *in Siracusana Præpositura sub n.* 57.

Attamen hujusmodi regula, & praxis procedit per
9 conventionem voluntariam, quando scilicet Patroni ita inter se concordare voluerunt, alias de Jure non possunt cogi ad faciendam alternativam; Immo inter plures dissensus unius sufficit ad eam impediendam, ut firmant Lambertin. *de jurepatronat libr.* 1. *part.* 2. *artic.* 36. *num.* 9. *cum seqq.* Rocch. de Curt. *eodem tractat. in verbo Jus num.* 11. *circa med.* Maranta *respons.* 14. *num.* 53. *tom.* 3. *& respons.* 29. *n.* 24. *& seqq. tom.* 5. & me scribente plene examinata materia decisum fuit per Rotam *in Hispalen. divisionis simultanea* 11. *Februarii* 1697. §. *Hinc resistente, coram bon. mem. Muto, &* 4. *Junii* 1700. *in fine principii, coram R. P. D. Priolo.* Præsertim deficiente causa discordiarum, sive prout late scripsi supra *in alleg.* 9. *num.* 25. *& seqq. signanter sub num.* 29.

Ideoque servandum est quicquid tradit in his ter-
10 minis, Lambertin. *de jurepatr. lib.* 3. *quæst.* 8. *articul.* 10. *num.* 1. ubi quod pro ea parte, pro qua beneficium sit liberum, Ordinarius debet tanquam Patronus præsentare simul cum alio Compatrono, & postea instituere, ibi = *Casu quo Patronus amittit Juspatronatus Ecclesiam esse liberam, & ad collationem spectabit Episcopi, si ille erat solus Patronus, alioquin alius Patronus habilis præsentabit pro rata sua, & Episcopus loco Patroni privati præsentabit apud se ipsum, ut Patronus, & instituet, ut Episcopus* =

Neque juridicam puto prætensionem, quam contra Fiscum allegant alii Compatroni, seu Compatronus familiæ de Podesiis, quod nempe attenta unio- 11
ne trium Beneficiorum, & Jurispatronatus per defectum, & extinctionem unius Familiæ accreverit Jus cæteris Compatronis.

Etenim cum unio fuerit æque principalis, de cujus natura est, nihil aliud unire, nisi quoad hoc, ut tres illæ Cappellaniæ de unico tantum Cappellano providerentur, firma remanente distinctione trium Beneficiorum, eorumque Titulis, seu Invocationibus, ut prius distinctis, ac etiam ipso Jurepatronatus omnium trium Familiarum invicem non confuso, sed ut antea diviso, & separato juxta *Gloss. in capitul. Novit in verb. uniendo ne Sede vacante*; Vivian. *de Jurepatron. libr.* 14. *capitul.* 5. *numer.* 7. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 5. §. 7. *num.* 27. cum pluribus aliis apud me relatis *Discept. Eccles.* 9. *sub n.* 3.

Sequitur, quod per extinctionem unius Familiæ Compatronæ non potuerit accrescere Juspatronatus diversum, & distinctum in Beneficio, & personis, aliis Compatronis habentibus Juspatronatus pariformiter diversum, & distinctum, & tenet Lambertin. *dicto libr.* 3. *quæst.* 8. *articul.* 10. *in fin.* ibi = *Quando in illa esset Compatronus non accresceret totum Jus illi, sed pro Patrono privato Episcopus præsentabit sibi ipsi una cum Compatrono, & instituet* = Eoque magis si tenenda sit opinio, quod Juspatronatus remanserit apud Animam hæredem, pro qua succedit Episcopus generalis executor, & administrator Operum piorum, unde etiamsi ageretur de unico unius Beneficii Jurepatronatus, quod ab initio reservatum, & divisum fuisset in plures distinctas fa- 12
milias, adhuc per extinctionem unius non accresceret Jus aliis, sed spectaret ad Episcopum loco Animæ hæredis succedentem, eamque repræsentantem, juxta Doctrinam Tondut. *quæst beneficial. part.* 3. *capit.* 157. *num.* 39. Card. de Luc. *de jurepatron discurs.* 60. *num.* 28. *in fine*, Rota *in Balneoregien. Benefic.* 21. *Jan.* 1707. §. *Nec refert, coram R. P. D. Kaunitz*, & dixi Ego *Disceptat. Eccles* 26. *n.* 17. *& disceptat.* 39. *n.* 3.

Ex quibus concludo hujusmodi Cappellanias esse providendas ad præsentationem Familiæ de Podesiis pro una parte, & ad præsentationem Cappellani Joannis Merulæ pro alia, & demum pro tertia parte ad præsentationem Ordinarii, quatenus defecerit Executor Testamentarius, & hæreditas ultimi Familiæ de Morsellis fuerit vendita, seu distracta in partes, non autem uni tantum vendita cum omnibus Juribus tam activis, quam passivis, juxta distinctionem superius adductam.

R. P. D. MATTHÆJO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Barchinonen. Beneficii.

Mercurii 5. *Decembris* 1685.

NON intrare Arbitrium pro retardatione litterarum Apostolicarum Jacobi resolutum fuit 14. Maii proximi coram R. P. D. Florez nunc Præside Granaten. cujus resolutionis fundamenta cum undequaque subsistant, hodie censuerunt D. D. stare in decisis.

Aut enim subsistit, quod loca Pia a Sperantia Saragoria substituta per triginta, & amplius annos hæreditatem non adierat, & consequenter per tantum 13
temporis spatium sublatum penitus remansit omne Jus petendæ hæreditatis ad tradita per Gaill. *observ. lib.* 2. *capit.* 120. *num.* 16. Arguell. *de acquir. possess. quæst.* 1. *num.* 78. Ciarlin. *controv.* 3. *numer.* 4. *libr.* 1. Matth. *de success. legal part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 1. *numer.* 24. Quapropter hæreditas ipsa tanquam destinata ad pios usus, & destituta omni hærede, vel devoluta

fuit

fuit ad fiscum Episcopi per ea, quæ notat Gloss. *communiter recepta in capit. quia diversitatem de concess. prabend.* Peregrin. *de Jur. fisc. libr.* 1. *tit.* 2. *numero* 105. vel devoluta fuit ad fiscum laicalem, & tunc cum Beneficium non sit annexum Villæ, vel Castro evasit liberæ collationis, Marc. Antonin. *lib.* 1. *c.* 104. *n.* 9. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *quæst.* 8. *princ. artic.* 8. *num.* 4. *&* 12. *& art.* 10. Farinac. *de delict. q.* 25. *num.* 151. *& seq.* Capon. *discept.* 193. *num.* 54. Lotter. *de re benef. lib* 2. *quæst.* 14. *num.* 21. *& seq.* Peregrin. *de Jur. fisc. lib.* 4. *titul.* 3. *num.* 28. *ad fin.* Ruccius. *de Jur. person. libr.* 5. *capit.* 23. *numer.* 4. *versic. nihilominus*, Rot. *coram Cottin. decis.* 232. *num.* 1. *& seq. & decis.* 298. *per tot.* & sic vel ratione Ecclesiasticitatis, val ratione acquisitæ libertatis, illud semper remanet subjectum reservationi *regul.* 8. *hodie* 9. Cancell. quod erat fundamentum præcipuum boni juris Jacobi pro justificatione, & executione litterarum Apostolicarum ad excludendum Arbitrium pro illarum retardatione, ut in decisione, quæ revidetur, §. *quia cum tritum satis.*

Aut vero non est elapsum tempus sufficiens, ut hæreditas dici possit vacans, & animadvertebant Domini, quod cum ex præcepto Testatoris hæreditas illiusque fructus assent convertendi in celebrationem
14 tot Missarum, aliaque opera pia, & loca pia substituta defecerint in adimplemento, propter quod fuerunt privata commodo hæreditatis, *l. fin. & auth. aut amplius, C. de fideicom. ac §. si quis autem, auth. de hæred. & falcid. capit.* Silvest. 11. *quæst.* 1. *& capit. licet, de voto* Tranchedin. *consult.* 78. *num.* 3. Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 23. *& seq.* & Episcopus tanquam executor generalis piorum operum subrogavit alios in locum præmortuorum a Testatrice nominatorum pro defensione bonorum, & operis pii, inane est assumptum, quod hæreditas ad Episcopum devoluta, sit jacens, & per ipsum non fuerit adita tanquam successorem in locum deficientis hæredis, & proinde quod Patronatus in hæreditate contentum effectum non fuerit Ecclesiasticum, & liberum, & consequenter reservationibus, & affectionibus Ecclesiasticis obnoxium, ut patet ad sensum.

Quinimmo admisso etiam in sensu alterius partis collitigantis, quod hæreditas non fuerit adita, sed sit jacens, adhuc tamen Juspatronatus ex dicta hæreditate proveniens dici non potest laicale, sed Ecclesiasticum ea ratione, quia licet hæreditas jacens
15 dicatur repræsentare personam defuncti ad effectum, ne ipsa de facto spoliari possit, & ut in ea omnes actiones defuncto competentes transeant, tamen quoad dominium, & possessionem rerum illa dicitur repræsentare personam hæredis, eique acquirere, & pro eo possidere, ut deprehenditur ex Textu *in l. cum hæreditas, ibique gloss. C. deposit. & tradunt* Andreol. *controv.* 89. *n.* 8. Ubert. *de citat. cap.* 14. *n.* 13. *fol.* 533. Posth. *de manut. obser.* 52. *num.* 30. Unde cum in proposito hæredes sint loca pia, & hæreditas tanquam destinata ad loca pia sit Ecclesiastica, etiam Juspatronatus, quod ab hæreditate possidetur pro hærede Ecclesiastico, reputari debet Ecclesiasticum ad notata per Adden. ad Buratt. *decis.* 779. *numer.* 24. Mohedan. *decis.* 9. *numer.* 5. *&* 6. *de Jurepatronatus* Merlin. *decis.* 87. *numer.* 7. *&* 8. *la prim.*

Minus ad judicandum Beneficium retinere qualitatem Patronatus laicalia obstare dictum est, quod Petrus fundator in testamento expresse disposuerit = *quod quandocunque, & quotiescunque Beneficium va-*
16 *care contigerit, hæres illius, & sui illud perpetuo conferre, seu ad illud præsentare debeant* = quia ultra alias responsiones ab Informantibus adductas satis est respondere, quod cum in ejus testamento nullam fecerit tacitam, vel expressam vocationem, aut substitutionem alicujus personæ Ecclesiasticæ, vel loci pii cum declaratione, quod Beneficium, vel Juspatronatus debeat habere, & retinere naturam laicalem, neque adjecerit clausulam, ex qua colligi, & necessario resultare possit talis ejus voluntas, prout factum legitur *in Civitatis Castilli Pœnitentiarii* 1. *Decembris anni præteriti*, §. *Impossibile, &* 4. *Maii currentis anni*, §. *nam Testator, & in alia Barchinonen. Beneficii* 8. *Junii proximi*, §. *tandem, coram me*, adversus quam etiam fuit concessa nova audientia cum aliis a scribentibus pro Franc. allegatis *sola dispositio, quod toties, quoties vacare contigerit hæres illius, & sui perpetuo præsentent* non impedit quominus, si Juspatronatus transeat ad Ecclesiam, vel locum pium, efficiatur Ecclesiasticum, ne alioquin frustratoria reddatur dispositio *dicti capit. unici de Jurepatronatus* cum omnis reservatio Jurispatronatus habeat expressam, & virtualem dispositionem annexam, quod toties quoties Beneficium vacat, Patronus præsentet, præterquam quod verba illa *toties quoties vacare contigerit*, non demonstrantur apposita in Instrumento fundationis, sed dumtaxat in Testamento, & in hac materia fundationi, & non Testamento defertur.

Parum etiam attendendam esse dixerunt Domini præsentationem factam ab executoribus deputatis ab Episcopo, nimirum, quia, cum illi sint simplices executores voluntatis defuncti ab Episcopo generaliter deputati in locum antiquorum executorum, ne remaneat opus pium indefensum, ut ex subrogatione data in Summario *numer.* 6. illis non competit Jus 17
præsentandi, quod solis Administratoribus, seu Curatoribus hæreditatis competit, ut in his terminis loquitur decisio *in Mediolanensi Jurispatronatus, coram Justo adducta* per Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 46.

Atque hic viget dilemma, quod aut executores non sunt administratores, seu Curatores, & præsentatio ab eis facta est nulla, aut sunt Administratores, & cum repræsentent personam hæredis Ecclesiastici, in hoc casu præsentare non poterant, quia Beneficium erat Sedi Apostolicæ reservatum ex dicta Regula 8. hodie 9.

Quæ omnia eo magis procedere videbantur attento ultimo statu ad favorem Datariæ, cum ultimus Provisus obtinuerit per sententiam in judicatum transactam ejus provisionem apostolicam canonizari in 18
contradictorio judicio adversus Præsentatum ab Administratoribus, seu executoribus testamentariis, & quidem datis ab ipso Episcopo; In Beneficialibus autem semper prævalere ultimum statum passim Rota tennit, & signanter post Vivian. *de Jurepatr. decis.* 148. *sub num.* 2. *&* 3. *& decis.* 149. *numer.* 3. *cum seqq.* & novissime comprobat *decisio*, quæ confirmatur §. *non relevante in fine*. Cum qua in reliquis Domini pertransierunt.

Et ita utraque, &c.

In eadem Causa.

ARGUMENTUM.

Competente Jurepatronatus pluribus distinctis familiis, super pluribus distinctis beneficiis, si una ex illis deficiat, & ultimus decedat sine hærede, vox familiæ extinctæ non accrescit aliis Compatronis, sed transit ad Episcopum, ad quem spectabit Jus præsentandi simul cum aliis Compatronis.

SUMMARIUM.

1 *Plus valet una Doctrina alicujus Doctoris in puncto, quam mille ratiocinia, & principia generalia.*
2 *Si Juspatronatus sit reservatum pluribus, uti distinctis, & deficiat unus ex eis, an illud accrescat aliis Compatronis?*
3 *Non existente hærede ultimi de familia Juspatronatus devolvitur ad Ecclesiam, sed cum distinctione, ut ibi.*
4 *Ecclesia non potest esse libera in totum, nec in parte libera, & in parte serva, respectu unius, ejusdemque collationis.*

5 *Epis-*

5 *Episcopus succedens in Jurepatronatus præsentat ut Patronus, & deinde instituit, ut Episcopus.*

6 *Multipliciter Ecclesia fieri potest libera collationis.*

7 *Quando unus est Patronus, & hic cedit Juspatronatus Episcopo, Ecclesia fit libera, secus autem, quando sunt plures Patroni, & n. 8. 9. 10. & 20.*

11 *In quo sensu sit verum, quod extincta linea Patronorum Ecclesia efficiatur libera. Vide ibi & num. 12.*

13 *Juspatronatus per mortem unius Compatroni stantibus aliis, non remanet extinctum.*

14 *Unio Ecclesiæ non debet esse præjudicialis Tertio.*

15 *Responsiones ad Allegationes facienda sunt per speciales decisiones, non autem per regulas generales, & n. 18.*

16 *Episcopus habens instituere, potest etiam habere Jus præsentandi; & n. 17.*

19 *Juspatronatus reservatum pluribus Patronis laicis remanet mixtum, si ex defectu unius ex illis succedat Episcopus.*

21 *In quo casu detur nec ne Jus accrescendi in Jurepatronatus? Vide n. 27. 28. & 29.*

22 *Responsio data a Theorista cuidam divaganti in Oratione sua.*

23 *Servitus Jurispatronatus in Ecclesiis permissa est per Sacros Canones.*

24 *Sed de Jure antiquo ista servitus non permittebatur.*

25 *An Jus gratificandi possit exerceri ab Episcopo ad libitum?*

26 *Fiscus non est capax succedendi in Jurepatronatus.*

30 *Quando Cappellania sunt unita conferri debent per unicam collationem.*

31 *In quo consistat libertas Ecclesiæ?*

32 *In Ecclesiasticis materiis Roma magistra est, & inferioribus Civitatibus regulam præbet.*

ALLEGATIO XV.

Alias in hac causa pro veritate requisitus respondendum censui, quod data extinctione unius ex familiis Patronis trium Cappellaniarum inter se distinctarum, & unione æque principali simul annexarum, nec non defuncto ultimo de eadem familia sine hærede capaci juxta casum, de quo supra *alleg.* 14. *num.* 1. & 2. Juspatronatus ei competens non accresceret aliis compatronis; sed intraret Episcopus ad præsentandum loco familiæ extinctæ simul cum aliis Patronis; qui postea ut Episcopus instituere teneretur præsentatum per majorem partem vocum; allegando ad hoc Doctrinam Lambertini *de Jurepatr. lib.* 3. *qu.* 8. *art.* 10. *num.* 1. & *per totum*.

Nescio quis Doctor de partibus studio contradictionis, non autem veritatis excitatus, consultationem meam reprobare conatus est admittendo enim, quod tali casu ultimus de familia habeatur, ac si decesserit absque hærede, dicit exinde non sequi, quod Episcopus admittatur ad compræsentandum loco familiæ extinctæ, supponendo quod opinio Lambertini repugnet principiis Juris, vel saltem quod procedat in solo casu confiscationis, seu privationis Jurispatronatus ex delicto Patroni; & ad probandum hujusmodi assumptum consarcinavit immensam copiam regularum generalium, cum quibus credendo superasse Lambertinum, audaci calamo ejus opinionem falsam vocavit; & concludit in fine, consultationem meam tanquam Juris principiis adversantem minime comprobatam auctoritate Doctorum, nullaque sacra, aut profana lege justificatam, esse obaudiendam, cum notorium in jure sit, loquentem sine Lege, & si celebrem Doctorem, non mereri a Judice audiri.

Ego autem, qui audaciam assumpti excusare non valeo; licet superfluum existimaverim his levitatibus
respondere; quæ apud Sapientes, & litteratissimos
Judices mole sua corruunt, attamen opus Pietatis
censui scribentem istum ambulantem in tenebris, di-
rigere ad vias rectas legalis veritatis, & Justitiæ, ut
præcognitis æquivocis, per quæ infœliciter involutus
est, fateri cogatur, quam verum sit illud legale prin-
cipium passim in foro decantatum; quod nempe plus
valeat una Doctrina alicujus Doctoris in terminis,
quam mille ratiocinia, & principia generalia, ut re- 1
darguendo hujusmodi scriptores, qui per argumenta
generalia credunt in Judiciis refellere posse doctri-
nas punctuales, bene advertit Cyriacus *controvers.*
248. *num.* 21. & 22. ibi = *Decisiones, quæ sunt in
terminis faciunt cessare omnia argumenta, & regulas
generales; etiam si dicti doctores loquantur sine lege,
&c. & dicit Borguinus in fine tertiæ partis Decisio-
num suarum, quod si non sequamur decisiones in termi-
nis volentes ire per argumenta, inciamparemo come i
pulcini nella stoppa* =

In gratiam igitur contrarii scribentis, iterum di- 2
co, quod ubi plures sunt Patroni plurium beneficio-
rum distinctorum, & unione æque principali anne-
xorum, qui olim habebant Juspatronatus distinctum,
itaut tot essent Jurapatronatus, quot erant familiæ,
& beneficia, tali casu si deficiat linea unius Patro-
ni, sicut existente hærede ex Testamento, vel ab in-
testato, Juspatronatus ad illum devolveretur, non au-
tem accresceret aliis Compatronis, ad differentiam Ju-
rispatronatus pluribus conjunctim quoad unum iden-
que Beneficium reservati, juxta distinctionem apud
me firmatam. *Discept. Eccles.* 26. *num.* 17. & *discept.*
39. *num.* 3. Tondut. *quæst. Benefic. part.* 3. *capit.* 157.
n. 39. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 60. *n.* 28. *in fin.*
Rota *in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §.
nec refert, *coram R. P. D. Kaunitz*.

Ita non existente hærede ultimi de familia, Juspa- 3
tronatus devolvitur ad Ecclesiam, cum hac tamen
distinctione, & differentia, quod Juspatronatus ex-
tinguitur, & Ecclesia fit libera, quando unus tan-
tum reperiretur Patronus Beneficiorum, durat au-
tem, nec extinguitur, quando concurrunt alii com-
patroni; ea ratione, quod cum Ecclesia non possit 4
esse libera in totum, nec in parte libera, & in par-
te serva respectu unius ejusdenque collationis, seu
provisionis; idcirco Episcopus dicitur succedere in il-
lo Jure vacanti, quod spectabit ad unum ex Patro- 5
nis, ita ut præsentare debeat tanquam subrogatus lo-
co, & vice illius Patroni, simul cum aliis Compa-
tronis; & postea computatis vocibus præsentantium
instituere tanquam Episcopus præsentatum a majori
parte, ex late firmatis per Lambertin. *libr.* 3. *quæst.* 8.
art. 10. *n.* 1. & *per totum*.

Neque hoc dici potest unica, & singularis Theo-
rica Lambertini; sed immo communissima, & ab
omnibus Canonistis receptissima, dum ipse allegat
Auctoritatem punctualem Philippi de Sarracenis *in
cap. cum Laici de Jurepatr.* ut resultat ex lectura ver-
borum ipsius Lambertini, ubi supra ibi = Philippus
de Sarracenis *vero in dicto cap. Cum Laici*, &c. di-
*cit, casu quo Patronus ammittit Juspatronatus, Ec-
clesiam esse liberam, & ad collationem spectabit Epis-
copo. si ille erat solus Patronus, alioquin alius Patro-
nus habilis præsentabit pro rata sua, & Episcopus lo-
co Patroni privati præsentabit apud se ipsum, ut Pa-
tronus, & instituet ut Episcopus* =

Allegat etiam Lambertinus venerandas Auctoritates
Classicorum *in Cap significasti de Jurepat.* Cum enim
in Jure nostro Ecclesia, seu beneficium fieri possit li- 6
beræ collationis, per multos modos, & signanter non
solum quando Patronus absque hærede decessit, sed
etiam quando ille donavit, seu cessit Juspatronatus
eidem Ecclesiæ juxta communem opinionem, de
qua Archidiac. *in cap. Unico de Jurepatr. in* 6. *numer.*
1. *in fin.* ibi = *Et ex ista donatione, &c. ipsa Eccle-
sia libera efficitur* = Pax Jordan. *lucubr. tom.* 2. *libr.*
10. *tit.* 7. *num.* 440. ibi = *Extinguitur, &c. quando
cessio fit Ecclesiæ* = Vivian. *de jurepatr. lib.* 15. *cap.* 12.
num. 12.

Canonistæ in hoc casu unanimiter resolvunt, quod
Juspatronatus quidem extinguitur, & Ecclesia fit li- 7
bera

beta quando unus tantum erat Patronus, qui donavit, seu cessit Juspatronatus Episcopo, vel Ecclesiæ, juxta opinionem *Hostiensis in dicto capit. significasti in fin. de Jurepatr.* secus autem quando aderant alii Compatroni; nam tunc Episcopus præsentare debet, ut Patronus, seu pro rata spectante ad Patronum donantem, seu cedentem, & instituere, ut Episcopus præsentatum per majorem partem vocum, juxta aliam opinionem Goffredi antiquissimi Canonistæ, ut bene firmavit Joan. Andr. *in dicto capitul. significasti, num. 4. de jurepatr.* ibi = *Quid si donetur Episcopo Juspatronatus in Ecclesiis sui Episcopatus? dixit* Goffredus, *quod præsentabit apud se ipsum, ut Patronus, & instituet, ut Episcopus, &c. sed secundum* Hostiensem *expediens, & rationabile est, ut dicamus remotum impedimentum, quo Episcopus impediebatur instituere cum effectu, & sic sine repræsentatione aliqua conferet, & instituet de jure suo, &c. Procedit dictum* Goffredi, *quando Episcopus habet Compatronos, scilicet quos habebat donans, alias placet dictum Hostiens.* =

Sequitur universa schola Canonistarum, nempe Butrius ibidem *numer. 2.* dicens ibi = *Donatur Juspatronatus Episcopo in Ecclesia sua Diœcesis, ubi Episcopus habet confirmare &c. dicunt Doctores, quod præsentabit apud se, ut Patronus, & instituet, ut Episcopus, &c. hoc tenet* Goffredus; *Contrarium tenet Hostiens. nam eo ipso quod devolvitur ad Episcopum, qui habebit potestatem conferendi, cessante jurepatronatus reo revertitur ad primævum statum; & sic tunc fieri debet jure antiquo, &c.* Joannes Andreas *tenet opinionem* Goffredi, *quando Episcopus non haberet potestatem præsentandi solus, ne privetur Socius jure suo; alias procedit dictum Hostiensis.* =

9 Pannormitan. *numer. 3.* ibi = *Cum autem Institutio pertineret ad Episcopum, & de novo acquisivit juspatronatus, sunt opiniones, qualiter Episcopus debeat providere Ecclesiæ;* Goffredus *dicit, quod ipse præsentabit sibi ipsi tanquam Patronus, & tanquam Episcopus instituet, &c. Hostiensis dicit, quod præsentatio confunditur cum institutione, unde Episcopus providebit per viam collationis, sicut facit in aliis beneficiis non patronatis; & hæc opinio placet* Joanni Andreæ, *si Episcopus est solus Patronus, sed si habet Compatronos procedit opinio* Goffredi, *& hoc satis potest sustineri* = Concordat Zabarell. *in dicto capit. significasti in fin. versic. quæro, quia supradictum est,* Ancharan. *num. 5.* Gloss. *in cap. unic. de jurepatr. in 6. in verb. eidem, in addit. in fine, ibique* Abbas, Lappus *numer. 1. & seqq.* Lambertin. *de jurepatr. libr. 2. part. 3. quæst. 9. artic. 19. ante num. 1.* Vivian. *de jurepatr. lib. 5. capit. 2. num. 8. allegans ita decisum in Aretina Cappellaniæ 4. Julii 1604 coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio.*

10 Ideoque sicut Juspatronatus non extinguitur, sed Episcopus præsentat stantibus Compatronis; quando illud fuit renunciatum Ecclesiæ, seu Episcopo, non obstante quod iste sit unus ex modis, quibus Ecclesia fit libera, ita eodem fundamento Episcopus præsentat, quando inter plures Patronos, unus decessit sine hærede; licet iste sit alter modus reddendi Ecclesiam liberam, ea ratione superius adducta, quod cum Ecclesia non possit esse libera in totum, ne præjudicetur Compatronis, nec minus esse possit in parte libera, & in parte serva respectu unius, ejusdemque provisionis; ut inquit Lambertin. *de jurepatr. libr. 1. part. 1. quæst. 5. articul. 15. sub numer. 2.* ibi = *Ecclesia non potest esse pro parte libera, & pro parte patronata* = per necesse resultat, quod loco liberæ collationis; quam pro parte habere non potest, stantibus Compatronis, dicatur subintrare Jure successorio in Locum Patroni deficientis absque hærede prout his casibus dicitur succedere ad exclusionem Fisci, ut sequendo doctrinam Lambertini probat Antonin. *var. resolut. libr. 1. capit. 104. num. 9.* Ciarlin. *controvers. lib. 2. capit. 144. num. 12.* Joann. de Anania *in dicto cap. significasti numer. 50. versic. nam dicit;* ubi quod si Juspatronatus competit Episcopo ex successione, præsentat Episcopus simul cum aliis Compatronis, & postea instituit.

Corroborata ex his doctrina Lambertini ex communi opinione omnium graviorum Canonistarum, descendo nunc ad confutationem principiorum, seu potius æquivocorum contrarii scribentis.

Et sane ad illas generalitates quod extincta linea Patronorum, nulloque existente hærede Ecclesia efficitur libera, & extinguitur Juspatronatus, quod eo extincto non potest habere locum præsentatio; cum arboris extinctæ nulli sint fructus; quodque demum præsentatio nequeat habere locum pro ea parte, in qua Ecclesia effecta est libera, quia præsentatio tanquam servitus, cessante servitute, cessare debet.

Respondeo, quod Contrarius scribens distinguere debebat Lepram a Lepra, quia sine distinctione de facili erratur. Hæc enim argumenta generalia procedunt, quando unus tantum est Patronus; nam tunc quia collatio fit libera, extinguitur omnino Juspatronatus, & locum non habet præsentatio; quia beneficium revertitur ad primævam naturam, & statum libertatis, cum quo sese non compatitur servitus Jurispatronatus, & sic præsentatio, juxta opinionem Hostien. *in dicto capit. significasti de jurepatr.* bene explicatam apud Butrium in verbis supra relatis §. *sequitur*, necnon Zabarellam, *& alios Canonistas.* 11

Diversum est ubi plures adsunt Compatroni, tunc enim si deficiat unus absque hærede beneficium remanere non potest liberæ collationis propter existentiam aliorum Compatronorum, qui habent præsentare, & quorum præsentatio concedenda venit Institutio; minusque una, eademque collatio beneficii potest esse partim libera, & partim ad præsentationem Patronorum; quo circa Doctores nostri bene, & juridice tali casu voluerunt, quod Episcopus assumat locum unius ex Patronis absque hærede defuncti, & ejus vice præsentet per viam successionis, & subrogationis in eo Jure præsentandi, quod vacat, seu hæredem non habet; & sic Juspatronatus non dicitur extinctum pro ea parte, pro qua defecit unus ex Patronis, sed dicitur devolutum ad Ecclesiam, seu Episcopum per viam successionis; itaut Episcopus procedat repræsentando vicem, locum, & personam ipsius Patroni, juxta opinionem Goffredi communiter receptam ab omnibus Canonistis in *dicto Cap. significasti de jurepatr.* de quibus supra, & bene Lambertin. *dicto lib. 3. quæst. 8. art. 10. sub num. 1. in fin.* ibi = *Ideo dicerem in hoc casu, ut dicit* Philippus, *Juspatronatus privati repræsentari per Episcopum; illud vero Patroni per se ipsum; unde dicta in proximo præcedenti articulo, quod Episcopus solus conferat, Ecclesia facta libera; non potest habere locum, cum non est facta libera in totum, sed in partem; & ideo ut conservetur quasi possessio Jurispatronatus acquisiti Ecclesiæ, ne Compatronus solus videatur Patronus, necesse erit Episcopus præsentare, caram se ipso pro Jure privati.* = 12

Et inferius hoc ipsum melius explicat distinguendo ibi = *Amplia octavo dictam Conclusionem intantum procedere, scilicet ex prædictis delictis Patronum privari Jurepatronatus, & venire ad Ecclesiam, quod illud evanescit, itaut Ecclesia remaneat libera, & Episcopus conferat per collationem, & non habebit sibi ipsi præsentare, & instituere, &c. restringe hanc ampliationem procedere, quando unus erat Patronus tantum, &c. sed quando in illa esset Compatronus non accresceret totum Jus illi, sed pro Patrono privato Episcopus præsentabit sibi ipsi una cum Compatrono, & instituet.* =

Unde hæc differentia est inter unum Casum ab alio, ut scilicet in primo extinguatur Juspatronatus per viam collationis liberæ, quæ devolvitur ad Episcopum, quando unus tantum erat Patronus, qui defecit. In altero autem, quia Juspatronatus non remanet extinctum, stantibus Compatronis, cum Episcopus nequeat exercere collationem liberam in totum, nec etiam collationem liberam in parte quæ non est dabilis in Jure, nec practicabilis in ordine ad 13

unam

unam, eandemque provisionem; proinde non reperitur alius modus acquirendi Jus Ecclesiæ pro rata Jurispatronatus, quod vacat, & hæredem non habet, nisi quod vigore cujusdam subsidiariæ successionis, aut subingressus, Episcopus assumat locum Patroni, qui deficit, & illius vice præsentet simul cum aliis Compatronis.

Et summa quidem ratione, quia alias cessante rata Jurispatronatus per obitum unius ex Patronis, Ecclesia nihil acquireret, prout etiam nihil acquireret, si exempli gratia, essent decem Patroni, & deficerent novem absque hærede, quia semper obligaretur Episcopus ad instituendum præsentatum, donec extaret aliquis ex Patronis, quorum unus semper impediret collationem liberam, & sic cessatio Jurispatronatus pro parte seu majori, seu minori, redundaret tota in commodum Compatroni superstitis, & nunquam Episcopus aliquod Jus consequi posset, licet Juspatronatus pro majori parte esset devolutum, quod est manifestissimum absurdum, & præjudiciale Juribus Ecclesiæ, ideoque in Judiciis omnino damnandum, & fugiendum ad Text. *in Can. simul dist.* 9. *Del Bene de Immun. part.* 2. *capit.* 10. *dub.* 4. *num.* 15. Pignattel. *consult. Can. tom.* 5. *consult.* 5. *numer.* 48. *vers. deinde, & in specie* Lambert. *dict. lib.* 3. *qu.* 8. *articul.* 10. *numer.* 1. *versic. quod dictum mihi non placet.*

Præsertim in casu isto, ubi facta fuit Unio Cappellaniarum, quæ si facta non fuisset, Episcopus haberet liberam collationem unius Cappellaniæ in totum. Cum igitur Unio esse non debeat præjudicialis,

14 Tertio, seu Ecclesiæ ad notum Text. *in capit.* 2. *de Relig. domib.* utique concludendum est, quod Episcopus non possit conservari indemnis nisi habendo per æquipolens quicquid habuisset, seclusa Unione, quod æquipolens dari non potest alio modo, quam ubi Episcopus succedat in locum unius ex familiis extinctis, alias per extinctionem illius nihil acquisivisset.

Prosequitur contrarius scribens dicendo quod sit incompatibile Episcopum habere Jus præsentandi, & instituendi, quia actio, & passio non concurrit in eodem subjecto, quodque una, & eadem Persona non possit gerere vices Patroni, & Servi; relatum enim, & id, ad quod fit relatio non possunt esse in eodem subjecto, quodque si Juspatronatus est servitus, per consequens nequit concurrere in Episcopo, ut Episcopo, cum non sit dabilis servitus in re propria.

Bene hic applicatur, quidquid Nepotem suum docebat Marta in præfatione *ad Consil.* super methodo respondendi, & allegandi in Jure dicendo quod = 15 *Responsiones ad allegationes exadverso factas per speciales decisiones facienda sunt, non autem per regulas generales more pauperum* = Etenim professio legalis arbitraria, & cerebrina remaneret, si cum regulis generalibus destruendæ essent speciales Doctorum, & Canonistarum decisiones, ideoque satis est allegare, quod nulla adest actio, & passio in eodem subjecto ob republicationem Personæ, dum Episcopus tali 16 casu dicitur præsentare, ut *Patronus*, & loco *Patroni*, & instituere, ut *Episcopus*; quemadmodum bene tantant Canonistæ superius laudati; Et sic etiam corruit alia regula generalis, quod non sit dabilis servitus in re propria; quando nihil magis vulgatum apud Canonistas, quam quod Episcopus habens instituere, possit etiam habere Jus præsentandi, dum diversis respectibus hæc habet, nempe institutionem, tanquam *Episcopus*; præsentationem vero, tanquam 17 *Patronus*, & loco *Patroni*; neque cæteroquin in Jure repugnat Ecclesiam esse Patronam sui ipsius, ut in terminis Jurispatronatus devoluti ad Ecclesiam ex delicto Patroni docet, Gloss. *in capit. quia Clerici de Jurepatr. in verbo spoliando* ibi = *Sed cui applicabitur? potest dici quod Ecclesia, cui per hujusmodi emptionem facta est simoniaca injuria, &c. & sic Ecclesia erit Patrona sui ipsius* = Et in terminis Jurispatronatus renunciati Ecclesiæ est altera Gloss. *in capit. unico de Jurepatr. in* 6. *in verb. eidem* ibi = *Et sic Ecclesia erit Patrona sui ipsius, sic, & in aliis casibus, cum scilicet privantur Patroni Jurepatronatus* =

Et tradunt Canonistæ superius allegati *in dicto capit. significasti de Jurepatr.* ubi quod stantibus pluribus Patronis, si unus suum jus renunciet Ecclesiæ, Episcopus præsentat, ut Patronus simul cum aliis, & instituit, ut Episcopus, & consequenter cessant re- 18 gulæ generales, quando habemus Doctrinas individuales, & ultra citatos firmant Lambertin. *de Jurep. part.* 3. *l.* 2. *quæst.* 2. *artic.* 19. *numer.* 1. Barbos. *de Potest. Episcop. allegat.* 72. *num.* 196. *vers. vel si talis.* Vivian. *de Jurepatr. lib.* 12. *capit.* 6. *num.* 2. *&* 3. Rot. *in Urbanien. Canonicatus* 20. *Junii* 1698. §. *final. coram bon. mem. Pio, & in Parmen. Beneficii* 13. *Junii* 1701. §. *hinc propterea, coram R. P. D. Scotto.*

Qui omnes clare supponunt, & admittunt penes Ordinarium, vel alium habentem jus instituendi residere posse Juspræsentandi simul, & instituendi, imo quod tali casu cæteri Compatroni Laici ha- 19 beant semestre ad præsentandum, ex quo Episcopus stat loco Patroni, sic Juspatronatus remanet mixtum firmavit Archidiac. *in dicto capit. unico de Jurepat. in* 6. *sub num.* 2. *vers. sed pone.* Quibus Doctoribus punctualibus erubescendum est, opponere axiomata trivialia, & regulas generalissimas, quibus usque ad nauseam abundat contrarium Responsum.

Allegatur in contrarium Vivian. *de Jurepat. lib.* 5. *capit.* 2. *num.* 8. ad probandum, quod Episcopus non possit exercere Jurispatronatus præsentando sibi instituendum, sed allegatio ista retorquetur, dum hujusmodi Auctor sequendo Doctrinam Joannis Andr. *in dicto capit. significasti*, firmat, quod Episcopus potest 20 præsentare cum aliis compatronis, si per unum illorum fuerit ei facta donatio Jurispatronatus, vel alio legitimo titulo sit translatum, si vero non adsint alii, Ecclesia sit libera; quatenus vero successive, *numer.* 9. dicit, uno ex Patronis decedente sine hærede Juspræsentandi ratione individuitatis remanere penes alios, & Ecclesiam acquirere tantum, quod diminuitur numerus Patronorum; respondeo in hac parte eum non applicari, tanquam loquentem de Jurepatronatus individuo reservato pluribus simul conjunctis in una, eademque fundatione ad unum, idemque Beneficium, ubi datur jus accrescendi, quod secus est in præsenti, ubi quot sunt familiæ, & Cappellaniæ, tot sunt Jurapatronatus distincta, itaut non detur Jus accrescendi inter distinctos, & diversos Patronos respectu distinctarum Cappellaniarum, quarum unio tanquam æque principalis nihil alteravit ipsarum distinctionem juxta Gloss. *in Can. & temporis qualitas* 16. *quæst.* 1. *& in c. novit in verb. uniendo ne Sede vacan.* cum aliis apud me relatis *discept. Eccles.* 9. *n.* 3.

Transit contrarius scribens ad longum ratiocinium 21 super unione, quæ est species alienationis requirens solemnitates, & causam utilem, & necessariam; quodque unio æque principalis non inducat aliquam alienationem ex parte Beneficiorum unitorum, aut ex parte onerum, & multo minus ex parte Collatoris, quodque solum consideretur alienatio in eo, quod ex tali unione Ecclesia per extinctionem unius Familiæ, non acquirat exercitium libertatis, sed continuet in primæva servitute favore superstitum Compatronorum una cum aliis divagationibus extra propositum, quod nempe provisio cadens super una persona respectu plurium Beneficiorum, fieri nequeat respectu familiæ extinctæ ex gratia, & libertate Collatoris, & respectu Patronorum ex Justitia, quoniam exercitium Justitiæ removet ab actu liberalitatem, cum cesset liberalitas, seu libertas conferendi magis uni, quam alteri, ubi intrat debitum Justitiæ instituendi præsentatum.

Hic vere occurrit illa responsio, quam dedit 22 Theocritus quidam Anaximeni, qui divagabatur plus æquo in Oratione sua, illi dicendo = *Verborum quidem flumen est, mentis vero gutta* = ut refert Rebuff. *ad constit. reg. tom.* 3. *in tract. de reprobat. Text. artic.* 37. *gloss. unic. numer.* 1. *&* 2. ubi hujusmodi Advocatos, per diverticula argumentorum excurrentes vocat Battalogos = *qui ut causam Judicibus*

tibus

cibus incertam, atque obscuram reddant Battalogia, & multiloquio utuntur = Quoniam post longum hujusmodi ratiocinium contrarius scribens trahit consequentiam nihil communa habentem cum unione, aliisque per eum supra præmissis, concludendo quod extincta familia Patrona alterius ex beneficiis, Ecclesia hoc recipit commodum, ut scilicet remaneat diminutus numerus Patronorum, non autem quod habeat exercibilem partem libertatis, repetendo Inutiliter Auctoritatem Vivian. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 9. & tamen iste Auctor solum firmat, quod Juspræsentandi ratione individuitatis remanet penes alios Compatronos, loquendo de Compatronis unius fundationis, & beneficii, ubi locum habet Jus accrescendi tanquam inter Conjunctos re, & verbis, ut patet ex Auctoritate Baldi, quem ipse allegat, *cons.* 431. *numer.* 1. *in fin. lib.* 2. Quæ conclusio omnino extranea redditur a casu nostro, ubi sumus in distinctis Patronis, & & distinctis beneficiis.

Ridicula sunt exempla de Jure aditus, & portæ, Contributionis lignorum, & furni ad concoctionem panis, & similes generalitates generalissimæ, quas adducit contrarius scribens spoliator omnium Axiomatum Barbosæ; & tamen si salva honestate hujus canonicæ quæstionis miscere volumus sacra profanis hallucinatur iste Doctor de partibus in supposito, quod Dominus aditus, & Furni per extinctionem unius ex pluribus possidentibus servitutem acquirat libertatem, sed non exercitium libertatis, dum reflectere debebat illum etiam acquirere exercitium libertati, ex quo servitutem extinctam potest alteri concedere in locum ejus, qui defecit, & retrahere utilitatem, & commodum novi Canonis, aut responsionis ratione novæ concessionis; & ecce illud, in quo consistit exercitium libertatis in profanis; in casu igitur Jurispatronatus, quod pro parte vacavit, non mirum si Episcopus succedit, & præsentat loco Patroni extincti, quia debet habere exercitium libertatis, seu Collationem; quod si consequi non potest stantibus Compatronis, admittitur æquipollens mediante successione, & subingressu in locum ipsius Patroni, cujus vice præsentat simul cum aliis, præsertim quia servitus Jurispatronatus in Ecclesiis, & Beneficiis permissa est per Sacros Canones, ut tandem
23 collatio fiat libera, & Ecclesia jus acquirat in Beneficiis, unde nisi hoc casu præsentaret Episcopus simul cum Compatronis, non haberet Ecclesia recompensam, seu fructum anteactæ servitutis, contra finem, ob quem illa fuit permissa Patronis laicis, quæ antea de Jure antiquo non permittebatur, ut per
24 Text. *in can. Decretum, & can. noluerunt*, 10. *qu.* 1. tradunt Fagnan. *in capit. quoniam, numer.* 12. *de Jurepatr.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 3. *numer.* 19. Rota *in Asten. Jurispatronatus, coram Eminentissimo Caprara apud Balducc. decis. & rer. judic. tit.* 3. *decis.* 2. *n.* 14.

Hinc erronea convincitur consequentia, quod Ecclesia acquirat libertatem, quantum ad hoc, ut nemo præsentare valeat ad illud beneficium, quod exclusa unione esset liberæ collationis; etenim pulchra quidem libertas esset ista, quæ nihil daret Ecclesiæ remanenti, ut prius in servitute instituendi solum præsentatos a cæteris Patronis, esset enim libertas præstandi eandem patientiam, & servitutem, perinde ac si nemo ex Patronis defecisset.

Magis erronea est consideratio, quod Patroni superstites haberent Jus præsentandi inutile, eo quia essent semper alligati concurrere cum Episcopo, vel non præsentare, dum eorum præsentatio discors ab illa Episcopi esset vana, & frustratoria, cum stante paritate præsentationum, habeat Episcopus jus gratificandi.

Etenim fallacia argumenti tollitur per dilemma, aut enim remanentes Patroni sunt duo, qui habent majorem partem; & cessat objectum, aut est unus, aut duo habentes æquale votum cum Episcopo, & conqueri non possunt de aliquo gravamine, dum remanent in eodem statu, ac erant, quando habebant Compatronum, ubi in paritate vocum Episcopus gratificare poterat, Episcopus enim exercet gratificationem, ut Episcopus, non autem, ut Patronus, nec ideo ex translatione Jurispatronatus in ipsum, gravati remanent cæteri Patroni ex Jure gratificandi, quod competit Episcopo de jure communi independenter ab ipsa acquisitione Jurispatronatus; eoque magis quia jus gratificandi non potest ab Episcopo exerceri injuste, & ad libitum favore
præsentati sibi bene visi, sed prout de jure, scilicet 25
cæteris hinc inde paribus, *capit. cum autem de Jurepatr.* nam alias si præsentatus ab aliis Patronis, seu Patrono habentem medietatem vocum sit dignior, iste, & non alter est gratificandus, juxta Text. *in can. si forte dist.* 63. Rot. *coram Cerro decis.* 26. *numer.* 24. & 25. & *in Eugubina Canonicatus* 4. *Maii* 1699. *coram R. P. D. Lancetta impressa apud me discept. Eccles.* 4. *n.* 105.

Ultra quod hodie in praxi raro contingunt hujusmodi gratificationes, ob notum stylum obtinendi in Dataria Apostolica gratiam pro præsentato cum solita derogatione medietatis vocum, qua stante potest fere semper Episcopus præveniri justa praxim relatam apud Amayden. *de stylo Datar. ubi capitul.* 15. §. 15. *numer.* 41. Ros. *de exequt. litter. Apostolic. part.* 1. *capit.* 5. *numer.* 130. & *apud me Discept. Eccles.* 4. *numer.* 46. & *optime* Tondut. *quæst. benefic. part.* 3. *capitul.* 157. *numer.* 40. *in fin.* Rot. *coram Merlin. decis.* 803. *numer.* 1. quæ praxis locum habet etiam in Jurepatronatus mixto, ubi Præsentatus per Patronum laicum pro medietate, obtinere solet gratiam cum derogatione alterius medietatis spectantis ad Patronum Ecclesiasticum, quæ Derogatio in casu isto nunquam omittitur, licet de cætero eam non esse necessariam pro Parte Ecclesiastici afferant relati apud me *disc. Eccles.* 3. *numer.* 8. *in fin.*

Post tot generalitates, & erronea ratiocinia descendit contrarius scribens ad impugnandam auctoritatem Lambertini, eam vocando falsam veluti repugnantem illis egregiis principiis supra confutatis, vel saltem non applicabilem, sive quia loquentem in terminis unius, & ejusdem beneficii Jurispatronatus omnino indistincti, non extincti, sed adhuc vigentis in persona Compatroni ejusdem Jurispatronatus, sive quia militantem in solo casu confiscationis propter delictum in odium delinquentis, & fisci sæcularis.,

Utrumque suppositum remanet erroneum, quia primum jam supra ostensum fuit esse fundatum in æquivocis manifestis, & generalitatibus nihil applicabilibus ad casum. Aliud vero suppositum, quod respicit applicationem Lambertini de facili tollitur, quia quod ille loquatur in terminis unius Beneficii Jurispatronatus omnino indistincti, nullam diversificationem facit cum casu nostro; Non quidem ratione Jurispatronatus indistincti, quia hæc circumstantia, si vera foret potius retorquetur; si enim, quando illud est individuum, & indistinctum, adhuc non accrescit Compatronis juxta contrarium objectum, sed devolvitur ad Episcopum, ergo fortius quando est distinctum, cum ista distinctio tollat jus accrescendi, & facilius det locum devolutioni ad Superiorem ex adductis per Tondut. *quæst. benef.* 3. *cap.* 157. *num.* 39. *cum aliis apud me relatis Discept. Eccles.* 26. *numer.* 17. *part.* 1. & *discept.* 39. *n.* 3. *part.* 2.

Minus ratione unius, ejusdemque beneficii, dum hæc etiam circumstantia retorquetur eo modo, quo proxime dictum est de Unicitate, & Individuitate Jurispatronatus; Bene verum est, quod unicitas beneficii in casu isto considerari potest respectu *Provisionis* faciendæ ab Ordinario, & respectu *Provisi*, quia licet agatur de tribus Cappellaniis distinctis, attamen stante Unione illarum, propter quam unica intrat Collatio, seu Institutio, perinde est, ac si ageretur in terminis unius, & ejusdem beneficii, eo quia non potest hodie amplius separari in plures Cappellanias, pluresque Institutiones, & collationes, nisi dissolvatur Unio, quæ si dissolveretur, utique Ecclesia melius haberet suum intentum, dum acquireret collationem liberam unius Cappellaniæ

de Ju-

de Jurepatronatus familiæ extinctæ; ergo justum est, ut perseverante Unione omnium trium beneficiorum, Episcopus assumat locum unius ex familiis extinctis, ex quo respectu ipsius, & Cappellani providendi, illa habentur in effectu per modum unius beneficii, & verificatur, quod stantibus Compatronis collatio libera intrare non potest quoad unum beneficium separatum, aliis remanentibus patronatis propter obstaculum Unionis.

Prout Auctoritas Lambertini dici non valet inapplicabilis, ex quo loquatur in casu confiscationis propter delictum in odium delinquentis, & Fisci secularis, quoniam hujusmodi Fiscus non est capax 26 succedendi in Jurepatronatus, Lambert. *de Jurepatr. lib. 3. quæst. 8. artic. 8. numer. 16.* Rot. *in Lucana beneficii 26. Junii* 1709. *§. Fragili, coram R. P. D. Falconeria*; odium vero delinquentis solum operatur, ut ille sit spoliandus Jurepatronatus, non autem quod istud potius applicetur Episcopo, quam Compatronis non delinquentibus, quibus esse applicandum sustinent Campanil. *in divers. jur. Canon. rubr. 11. capit. 13. num.* 511. Pax Jordan. *tom. 2. lucubr. lib. 10. tit. 7. n.* 443. Quod dico ex abundanti ad confutandas ineptias; quia de cætero Auctoritas Lambertini non fuit adducta ad probandum, quod, sicut in casu confiscationis Jurispatronatus propter delictum, illud transit ad Episcopum, neque cæteris Compatronis accrescit; ita etiam dicendum sit in casu, quo aliquis ex Patronis decessit sine hærede; Etenim ad probandum, quod in casu obitus sine hærede Juspatronatus devolvatur ad Ecclesiam, seu Ecclesiam, seu Episcopum, neque accrescat Compatronis, fundavi in distinctione beneficiorum, & Juriumpatronatus, cum non detur Jus accrescendi, 27 seu non decrescendi inter Patronos non venientes ex una, eademque Fundatione unius Beneficij; sed quorum quilibet habet suum distinctum Juspatronatus ratione fundationis distincti beneficii, quo Jure accrescendi sublato; nisi adesset Unio beneficiorum, illud beneficium, quod erat de Jurepatronatus familiæ extinctæ, evaderet liberæ collationis; sed quia propter Unionem non potest hoc beneficium separatim libere conferri, & remanent alii Patroni, ratione suorum beneficiorum insimul unitorum, habentes Juspræsentandi, hinc allegata fuit Auctoritas Lambertini, ac etiam aliorum Cannonistarum, ad probandum quod ubi beneficium effici deberet liberæ collationis; sed non potest propter alios Compatronos, tali casu Episcopus subintrat in locum Patroni, cujus familia defecit ad præsentandum pro sua rata simul cum aliis; Unde contrarius scribens prius intelligere debebat applicationem Lambertini, antequam eam confutaret.

Quod pejus est inapplicabilem esse dicis conclusionem, quod ubi agitur de pluribus distinctis familiis habentibus Juspatronatus distinctum in tot separatis beneficiis, quot sunt familiæ, per extinctionem unius non intrat jus accrescendi favore aliarum superstitum, & tamen si intellexisset cardinem difficultatis, scire debuisset quod tota vis consistit in videndo, an intret, nec ne, Jus accrescendi, quod pendet ab Unicitate, vel distinctione Jurispatrona- 28 tus. Etenim iste solus Casus excludere potest Episcopum, quando scilicet adsunt Compatroni habentes unum, idemque Juspatronatus individuum & indistinctum, quibus accrescit portio vacans Patroni absque hærede defuncti, & Ecclesia nihil aliud acquirit nisi spem facilioris libertatis per diminutionem numeri Patronorum, juxta doctrinam, Vivian. *de Jurepatr. lib. 5. cap. 2. numer.* 9. quam contrarius scribens allegat pro se volendo concludere juxta ejus sensum, & postea negat quod difficultas consistat in excludendo Episcopum ex Jure accrescendi; non intelligendo, quid dixerit Vivianus, aut Rota per ipsum allegata *in Aretina Cappellania 4. Julii* 1604. *coram Card. Pamphilio.*

Nec etiam intellexit relatam Conclusionem, quatenus spectante distincto Jurepatronatus ad plures distinctas familias per extinctionem unius, illud non accrescit cæteris Compatronis, sed devolvitur ad hæredem. Si enim bene hoc percepisset, facile fuisset cognoscere, quod sicut distinctio familiarum, & 29 Jurispatronatus excludit jus accrescendi, & Juspatronatus transmittit ad hæredem, ita etiam deficiente hærede transmittit ad Ecclesiam, quæ ad exclusionem Fisci loco hæredis successit in portionem vacantem Jurispatronatus; *Capit. 1. de success. ab intest.* ibique Abbas *numer.* 3. Lambertin. *de Jurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 40. num.* 1. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resolut. 104. num.* 9. ibi = *Quoad portionem sibi spectantem in dicta Ecclesia successisse dicitur Episcopus Papiensis* = Ciarlin. *controv.* 144. *numer.* 12. ibi = *Necesse est, quod ultimus Patronus decedat omnino sine herede ex testamento, vel ab intestato, quod esse potest, quia Fiscus ultimo loco succedens non admittitur ad Juspatronatus, sed succedit Ecclesia* = Card. de Luca *de Jurepatr. in summa numero* 43.

Ex demum quod magis admiror; Contrarius scribens post reprobatum Lambertinum, & nimiam effusionem verborum, & postquam dixit Episcopum non excludi ex Jure accrescendi, & sic admisit Compatronis non accrescere Juspatronatus vacans familiæ extinctæ, ignorando quid sibi velit, labitur in Contradictiones, & repugnantias, concludendo in fine, quod concurrat mixtura Juris Laici cum Jure Ecclesiæ; & ideo ut salvetur quantum potest, Jus Episcopi Collatoris, & Jus patronorum superstitum in provisione Cappellaniarum partim adhuc Patronalium, partim vero liberarum ob extinctionem alicujus ex familiis, existimat adhiberi posse hoc egregium medium, ut Episcopus instituat ad Cappellanias Patronales præsentatum a majori parte Patronorum earundem Cappellaniarum, ac eodem actu ipsi Præsentato conferat alias Cappellanias unitas, & per extinctionem familiarum effectas liberas, ut docere dicit Amayden. *de styl. Datar. lib. 1. capit. 15. §. 4. n. 28. & 29.*

In hac autem Conclusione finali reponitur sane cumulus dissonantiarum, & æquivocorum; nam primo dixit Ecclesiam nihil aliud consequi, nisi quod remaneat diminutus numerus Patronorum ex doctrina Viviani superius adducta, nunc autem dicit quod Ecclesia habet Jus admixtum cum Jure Patronorum Laicorum. Secundo antea firmavit, quod Episcopus nequeat habere libertatem conferendi propter existentiam Compatronorum, alias destrueretur Unio Cappellaniarum; nunc autem dicit quod habet jus conferendi Cappellanias unitas, & per extinctionem familiarum effectas liberas; & sic destruit Unionem contradicendo a se firmatis. Tertio multo magis sibi contradicit, & rumpit Unionem volendo, quod Episcopus instituat ad præsentationem respectu Cappellaniarum adhuc Patronalium, & in eodem actu conferat præsentato alias Cappellanias effectas liberas; ita eodem tempore dando Jus instituendi ad præsentationem, & jus conferendi libere, quoad unam, eandemque personam, per actus distinctos, & tanquam ad Cappellanias distinctas, quod esset dissolvere Unionem, & redire ad statum dissolutionis.

Immo incidit in dissonantias, quia eodem tempore vult accipere has Cappellanias tanquam unitas, & tanquam separatas inter se, quando enim tractat de concedendo institutionem præsentato, Cappellanias vult esse separatas, requirendo institutionem separatam; quando autem tractat de conferendo Cappellanias liberas, illas accipit tanquam unitas cum aliis Patronatis, volendo quod Episcopus teneatur eas conferre eidem præsentato, quod est ridiculum contradictorium. Aut enim omnes Cappellaniæ sunt 30 unitæ, & non intrant duo actus separati dantes duplicem titulum, nempe Institutio ad præsentationem, & collatio libera, sed unica esse debet collatio, seu provisio. Aut vero Cappellaniæ sunt distinctæ, & licet teneatur Episcopus concedere Institutionem præsentato quoad Cappellanias Patronales, absurdum tamen est obligare illum ad faciendam collationem liberam eidem Præsentato, etiam quoad Cappellanias non Patronales, alias collatio non esset libera, & Episcopus nihil acquireret per extinctionem unius fa-

milia

miliæ Patronæ, fed Ecclefia ftaret ut prius fub fer-
vitute; cum libertas confiftat in conferendo benefi-
cium perfonis Collatori bene vifis abfque ulla de-
pendentia ab altero, feu Patrono, eorumque præfen-
tato, ut plene firmat Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell.
gloff. 47. *num.* 1. *& feqq. &* Test. *in capit.* 1. *de Offic.*
Ordinar. ibi = *Habeant igitur Epifcopi, &c. liberam*
poteftatem, &c. abfque impedimento alicujus. =
31 Auctoritas Amayden. *de ftyl. Datar.* loco fuperius
adducto eft, allegatio ad baliftam, quia non agit
de cafu ifto, fed de unione ad vitam duplicis be-
neficii Parochialis, alterius de Jurepatronatus, &
alterius liberi propter tenuitatem redituum, quo-
rum unum cadit fub refervatione Apoftolica, &
aliud non; ubi exiftimat, quod collatio Parochialis
libere fit facienda per Papam abfque concurfu ipfi
præfentato, feu inftituto per Ordinarium ad aliam
Parochialem de Jurepatronatus, quod nihil pertinet
ad rem noftram, ubi non agitur de facienda unio-
ne ad vitam, ubi habenti unum beneficium fepara-
tim, conferri poteft alterum ad effectum inducendi
hanc unionem, fed agitur unione perpetua jam fi-
cta omnium beneficiorum de Jurepatronatus, in qua
unica tantum fit, & facta fuit collatio, feu provi-
fio, & tractu temporis extinguitur familia unius
Patroni, & quæritur, quomodo fit facienda provi-
fio, in quibus terminis habemus punctuales Doctri-
nas, quæ dicunt fubintrare Epifcopum ad præfen-
tandum loco familiæ extinctæ fimul cum aliis Com-
patronis, ad hoc ut poftea unica fiat Inftitutio præ-
fentati per majorem partem vocum, qui eft cafus
omnino diverfus, cui tantum applicatur Doctrina
Amaydeni, quantum applicatur Luna cum Cancris;
quæ omnia dixi, procedendo cum fuppofito, quod
ultimus de familia habeatur, ac fi deceffiffet abfque
hærede, nam alias fi Jufpatronatus remanfiffet apud
Animam hæredem inftitutam, ceffaret hæc quæftio,
dum illud fpectaret ad Epifcopum, qui tanquam
repræfentator caufæ piæ, nec non generalis execu-
tor, & adminiftrator operum piorum in defectum
fpecialium executorum, exerceret Jus præfentandi,
loco Animæ hæredis cum obligatione præfentandi
Clericos pauperes, quod eft opus pium, & tendens
in fuffragium Animæ, ex firmatis fupra in *Alleg.* 14.
numer. 2. *circa finem, & numer.* 11. *in fine*, Carp. *de*
execut. lib. 3. *cap.* 9. *num.* 6. Carol. Anton. de Luc. ad
Gratian. *capit.* 329. *num.* 2. *&* 3. Rot. *in Majoricen.*
Succeffionis 16. *Junii* 1710. §. *in his pofito cum feqq.*
cor. R. P. D. Aldrovanda.
Sileat igitur ifte Doctor de Partibus, & in ca-
put fuum revolvat, quidquid noftræ confultationi
oppofuit, vocando eam Juris principiis adverfantem,
minime comprobatam Auctoritate Doctorum, nul-
laque facra, aut profana lege juftificatam, & dicat
cum S. Auguftino *in can. nihil iniquius* 36. *queft.* 6.
ibi = *In quo alterum judicas, te ipfum condemnas,*
eadem enim agis, qua tu judicas = Et impofterum
difcat magis credere, & acquiefcere confumato ju-
dicio Advocatorum Curiæ Romanæ, præfertim in
Ecclefiafticis, & beneficialibus, quorum Magiftra
32 eft Roma, & inferioribus Civitatibus regulam præ-
bet, & amplius tantum de fe ipfo non confidat, ut
refellere audeat receptas opiniones immortalis Lam-
bertini, quem Magiftrum omnes agnofcunt in hac
materia Jurifpatronatus.

R. P. D. ALDROVANDO

Majoricen. Succeffionis.

Lunæ 16. *Junii* 1710.

FErè novus apud Noftrates, licet frequens, in Re-
gno Majoricarum difponendi modus Hieronymi
Barcello non levem excitavit triangularem contro-
verfiam circa fucceffionem in illius hæreditate di-
verfimode extra noftrum Tribunal decifam: Is enim
33 domicilium habens intra fines Parochialis Ecclefiæ
S. Jacobi Teftamentum de anno 1656. condidit, in
quo poft deputatos nonnullos Manumiffores, five E-
xecutores Teftamentarios fepulturam elegit in Eccle-
fia V. Conventus S. Dominici, ubi tumulati erant
ejus Avunculus, & prima Uxor; Hæredes vero in-
ftituit Honophrium, & Hieronymum fuos filios,
quorum linea mafculina deficiente, in medietate
fubftituit lineam fœmininam, & in alia medietate
Animam fuam, & pro ea Dominum noftrum Je-
fum Chriftum, utraque vero linea defecta, nullum
defignando certum fubftitutum tandem in hæc ver-
ba fuam difpofitionem conclufit = *In omni mea hæ-*
reditate, & fucceffione bonorum meorum voco d. ani-
mam meam, & pro ea Deum Dominum noftrum Je-
fum Chriftum = fubdendo infuper = *ut ex ea fiant*
opera pia, quod erit in cafu, quo fubftitutam habeo
animam meam, & pro illa Dominum noftrum Jefum
Chriftum.
Hinc cum ultimo loco defecerit linea mafculina
Teftatoris, linea vero fœminina nunquam incœperit,
nullufque amplius in humanis degeret ex præfatis Ma-
numifforibus, infurrexerunt in Curia Epifcopali Ma-
joricenfis tres Competitores, ipfe nimirum Epifcopus,
feu ejus Promotor Fifcalis in illis partibus Provifor
caufarum piarum Diœcefis nuncupatus, Ecclefia Pa-
rochialis S. Jacobi, necnon Ecclefia tumulans V. Con-
ventus S. Dominici, quilibet prætendens dictam no-
viffimam fubftitutionem collatam in animam, & pro
ea in Dominum noftrum Jefum Chriftum fui favore
effe purificatam; prodiit tamen Vicarii Generalis fen-
tentia favore Epifcopi, a qua provocante utraque Ec-
clefia ad Curiam A. C. pronunciatum in ea extitit fa-
vore Ecclefiæ Parochialis ad effectum exequendi ope-
ra pia, bonaque in eis erogandi pro anima Teftato-
ris, arbitrio & voluntate Rectoris ejufdem Parochia-
lis, a quibus Judicatis commiffa appellationis caufa
noftro Tribunali dubium fubfcripfi = *An, cui, &*
ad quem effectum fit danda immiffio = cui Domini
refpondendum autumarunt *dandam effe immiffio-*
nem Provifori caufarum piarum juxta modum, de
quo infra.
Etfi enim in littera Teftamenti nullus ex Colliti-
gantibus appareat expreffe vocatus, quia tamen Jus
noftrum fummopere ftuduit, ut fuprema morientium
elogia modis omnibus executioni mandentur, etiamfi 34
opporteat a directo, & proprio verborum fenfu defle-
cti, ut relatis pluribus Juris locis probat Matania
controverf. Jur. refponf. 4. *a numer.* 1. *ad plures feqq.*
tom. 1. Cautum idcirco eft, ut quoties verfatur ali-
qua dubietas circa perfonam hæredis, vel fubftituti re-
currendum fit ad regulas, & fenfum Juris communis,
juxta quem certum dicitur omne id, quod ex circun-
ftantiis fubjectæ materiæ ad certitudinem reduci va-
let, *l. certi, ff. fi certum petat.* Rota *decif.* 9. *n.* 9. *pe-*
nes Balducc. *ad conf.* Ramon. *tom.* 4.
Ad fenfum itaque Juris interpretata voluntate Hie-
ronymi Teftatoris fundata vifa eft intentio Epifcopi,
feu illius Provifori: Quoties enim, ut hic, inftitu-
ta, aut fubftituta reperitur anima ipfius Teftatoris,
talis difpofitio tanquam in animam directa æquipol- 35
let inftitutioni caufæ piæ, five piorum operum, adeo
ut integrum patrimonium veniat erogandum in piis
operibus in levamen, & fuffragium animæ defuncti
ceffuris, ex Bartol. *in l.* 1. *num.* 64. *C. de Sacrof. Eccl.*
Clarus lib. 3. §. *Teftamentum, queft.* 6. *n.* 6. Genuen.
practicab. Ecclef. queft. 446. *n.* 6. Valafcus *alleg.* 68.
num. 4. Carp. *de Execut. lib.* 3. *cap.* 9. *numer.* 6. *&* 15.
Lara de Cappellan. *cap.* 10. *num. fin. lib.* 1. de Luc. ad
Gratian. *cap.* 329. *n.* 2. Jofeph Rofa *confult.* 36. *n.* 26.
Romaguer. *ad Conftit. Synod.* Gerunden. *lib.* 3. *tit.* 7.
capit. 7. *num.* 10. Matant. *refp.* 4. *num.* 50. 63. *&* 74.
tom. 1. Fagund. *de Juft. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 22. Molin.
de Juft. & jur. tom. 2. *difp.* 154. *n.* 3. *eodemque tom.* 2.
tract. 2. *queft.* 248. *Rub. practicab. refol. de Teftam.*
cap. 50. *n.* 17. *&* 18.
Quod indubitanter procedit in concreto cafus præ-
fentis, in quo Teftator fe ipfum gloffando manifefte
declaravit, quod inftitutio ejus animæ, & pro ea
Domini Noftri Jefu Chrifti nil aliud præfeferret,
quam erogationem bonorum in operibus piis, quo-
rum etiam unam fpeciem indicavit, ibi = *Item*
volo, quod perveniente medietate hæreditatis meæ,
ut ea

ut ex ea fiant opera pia, quod erit in casu, quo substitutam habeo animam meam, & pro illa Deum Dominum nostrum Jesum Christum, quod de hac medietate dentur bis mille libra Domui Mulierum Piecatis amore Dei Domini Nostri, & in remissionem peccatorum meorum = Unde quatenus etiam Juris
36 sensus aliquid diversum ab operibus piis designaret, adhuc attendenda esset ista specialis Testatoris declaratio, quæ cessare facit provisionem legis per Text. *in §. Disponat.* Auth. *de nuptiis leg. fin. ff. ut legat. nomin. caveatur.* Ciarlin. *controvers.* 218. *numer.* 4. & 5. Cancer. *variar. resolut. part.* 3. *capit.* 21. *numero* 313. Bich. *decis.* 52. *numer.* 39. & *decis.* 650. *numero* 15.

Ex his posito, quod juxta Testatoris voluntatem Juris dispositioni conformem ejus hæreditas sit eroganda in piis operibus in substantia quidem, & in genere certis, quo vero ad speciem indeterminatis, & incertis, consequens est, ut non alteri concedenda veniat immissio, quam ipsi Episcopo tanquam legitimo piarum voluntatum Executori; Etenim cum nullus alius reperiatur hæres scriptus, qui piam hanc dispositionem executioni demandare possit, de Jure
37 pro hujusmodi effectu succedere deberent Executores Testamentarii, qui habentur loco hæredis, & idcirco ad eos spectaret adimplere Testatoris voluntatem distribuendo hæreditatem in operibus piis, ut probat Bartol. *in l. alio, num.* 5. & *seqq. ff. de alim. & cibar. legat.* Ancharan. *cons.* 329. *numer.* 2. *in fin.* & *numer.* 3. Paris. *cons.* 26. *num.* 29. & *seqq. vol.* 4. Valasch. *consultat.* 68. *numer.* 3. *tom.* 1. Valenzuela *consil.* 60. *numer.* 9. *tom.* 1. Marta *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 15. *artic.* 1. *numer.* 3. Amostaz. *de causis piis libr.* 1. *capit.* 11. *numer.* 56. Rubeus *de Testam. capit.* 50. *numer.* 19. & *capit.* 88. *numer* 125. Joseph Ros. *consult.* 36. *numer.* 25. & *seqq.* Fragos. *de Regim. Christian. Reipublic. part.* 3. *lib.* 5. *disput.* 8. §. 17. *numer.* 504. Carp. *de execut. Testam. lib.* 3. *capit.* 9. *numer.* 6. & *cap.* 10. *a numer.* 5. Romaguer. ad Conciol. *super Statut. Engub. lib.* 2. *rubr.* 33. *numer.* 14. & *specialius ad Synodum Gerunden. libr.* 3. *tit.* 7. *cap.* 72. *numer.* 10. Maranta *de respons.* 4. *num.* 91.

Verum quia Testamentarii Executores certi, qui in testamento nominati fuerant, modo amplius non superextant, hinc in eorum locum subrogatur Episcopus, qui a Sacris Canonibus præstitutus est ad supplendum officium Executorum Testamentariorum tam in casu eorum negligentiæ sicut habetur *in cap. Nos quidem* 3. *in cap. si hæredes* 6. & *in cap. tua nobis* 17. *de Testam.* quam etiam in casu eorum non
38 existentiæ, eo quia non reperiatur designata per Testatorem certa persona ad exequenda opera pia juxta illius voluntatem per Text. *in l. nulli* 28. *vers. sin autem*, & *in l. si quis ad declinandam* 38. *vers. hoc tamen omnia C. de Episcopis, & Cler.* & *in § Si quis, autem pro redemptione Captivorum Auth. de Eccles. tit.* Sac. Conc. Trid. *sess.* 22. *cap.* 8 *de reformat.* & tradunt Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *vers. juxta hoc quæro Cod. de Sacros. Eccles.* Guglielm. de Benedic. *in cap. Raynutius, verbo condidit n.* 8. *vers. pro cujus latiori declaratione*, & Covarruvias *in capit. Joannes* 19. *n.* 1. *de Testam. tom.* 1. Guttierez *pract. q. lib.* 1. *q.* 44. *n.* 4. Camacell. *de legal lib.* 14. *q.* 7. *n.* 2. Amostaz. *de causis piis libr.* 3. *cap.* 7. *sub n.* 23. & *lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 1. Rosa *consult.* 36. *num.* 25. Rubeus *de Testam cap.* 75. *a num.* 167. & *cap.* 85. *a n.* 25. *ad* 46. Marta *de success. legal. p.* 4. *q.* 15. *art.* 2. *n.* 1. 3. & 4. Ciarlin. *controv.* 218. *numer.* 48. *p.* 2. Carp. *de Execut. Testam. lib.* 1. *capit.* 21. *n.* 1. & *cap.* 22. *n.* 21. & 23. & *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 9. Munoz. *de ratiocin. capit.* 27. *n.* 46. Rota *coram Emerix Jun. dec.* 430. *n.* 3. & *dec.* 1326. *n.* 5.

Adversus autem præmissa Domini minime obstare censuerunt, quod Testator institutionem directe non contulerit in animam, in quibus Terminis scribentes in contrarium superius firmata favore Episcopi procedere posse admittere videbantur, sed loco animæ hæredem nuncupaverit Deum Dominum Nostrum Jesum Christum, in qua disponendi formula cum adsit hæres certus, & a Jure determinatus,
39 qualis est illa Ecclesia, in qua Testator domicilium habuit juxta apertas constitutiones Justiniani in *leg. Quoniam in multis* 16. *Cod. de Sacros. Eccles.* & *in novella* 131. §. *Si quis in nomine Magni Dei Auth. de Eccles. titulis Rubr. de Testam. cap.* 69. *numer.* 102, inde inferebatur, quod cum recensita institutio, sive substitutio intelligenda sit aut favore Ecclesiæ Parochialis, intra cujus limites Testator vivens domicilium habuit, aut favore Ecclesiæ S. Dominici, quæ post obitum per electionem sepulturæ domiciliaris perpetua effecta est, semper remaneat exclusus Episcopus ab executoria legali, quæ cessat, & locum habere non valet quotiescunque adest certus hæres, vel certitudinarie constat, in quam Personam, sive locum Testator respexerit ad *liter.* Test. *in leg. siquis ad declinandam* 38. *vers. sin autem in Personam C. de Episc. & Cler.* & *probatur in Cap. si Herades* 6. *de Testam.*

Præcitati namque Textus in *l. quoniam*, & *in §. Siquis*, in nomine Magni Dei loquuntur in hypothesi, in qua Testator simpliciter, & absolute hæredem instituat Dominum Nostrum Jesum Christum sine aliquo Adjuncto, quo utique casu Ecclesia domiciliaria ad hæreditatem accipiendam vocata censetur; pro ut eundem paragraphum *siquis in nomine &c.* summat *Angelus*, & comprobant, Abbas Panormit. *cons.* 99. *sub num.* 4. *vers. circa secundum*, & *num.* 5.
part. 2. Amostax. *de causis piis lib.* 4. *cap.* 1. *numer.* 1. 40
quo circa eorum dispositio non potest applicari casui, de quo agitur, in quo non fuit institutus Deus Dominus Noster Jesus Christus simpliciter, sed institutio principaliter directa fuit in animam Testatoris, causative autem dumtaxat pro ea in Dominum Nostrum Jesum Christum; unde resultat casus mixtus a prædictis Legibus non resolutus; ideoque ab illis non regulandus, sed decidendus potius ad Terminos Institutionis factæ *de Anima*, uti primario in dispositione posita, & contemplata, quia præferendum, magisque attendendum venit id, quod in dispositione est principalius quam illud, quod est accessorie adjectum ad tradita per Soccin. Junior. *cons.* 125. *numer.* 15. *lib.* 1. Rota *coram Emerix Jun. decis.* 662. *n.* 13. & *dec.* 429. *n.* 24. *part.* 13. *recent.*

Quemadmodum igitur instituta hærede Anima, nullisque datis Executoribus, opera pia sunt adimplenda, & exequenda ab Episcopo ex superius firmatis, ita etiam idem venit dijudicandum, ubi loco animæ accessorie adijcitur, & subrogatur Dominus No-
ster Jesus Christus, eadem quippe dispositio militare 41
debet in surrogato, quæ militat in illo, in cujus locum fit subrogatio ex natura subrogatorum, Giurb. *cons. crim.* 99. *num.* 13. Palma *alleg.* 327. *n.* 84. Saminiat. *contr.* 121. *n.* 27. Dunozet. *Jun. dec.* 651. *n.* 20. & *cor. Emerix dec.* 1088. *n.* 6. & *in rec. decis.* 303. *n.* 6. *p.* 16. & *in Romana annua præstationis* 29. *Novembris* 1701. §. *Non obstat coram Reverendissimo D. meo Molines Decano*, & in Terminis promiscuæ Institutionis collatæ in animam, & Dominum Nostrum Jesum Christum, quod erogatio in operibus piis sit facienda per Executores Testamentarios, si dati sint, qui vices Hæredis substinent, sin minus per Episcopum tradunt Romaguer. *ad Synod. Gerunden. libr.* 3. *tit.* 7. *cap* 7. *n.* 10. *in princ.* & *Modernus* Pitonius *Discept. Ecclesiast.* 2. *n.* 20. *tom.* 1.

Præterea dispositio, §. *Siquis in nomine Magni Dei* non videbatur compatibilis cum dispositione hu-
jus Testatoris; Iste enim expresse mandavit, ut de om- 42
nibus suis bonis fierent opera pia, adeo ut in his integre sint distribuenda. Textus vero non disponit, quod hæreditas sit eroganda in operibus piis, sed potius quod tota capienda sit ab Ecclesia domiciliaria, ibi = *qua accipere debet, quod dimissum est* = stante autem incompatibilitate clarum efficitur, quod debeat prævalere dispositio Testatoris favore animæ, nec refert, quod licet de erogatione bonorum in opera pia non disponatur in §. *Si quis in nomine &c.* de hac tamen erogatione disponat alter Text. *in dicta l. Quoniam in multis*, ibi = *ut in pauperum, & inopum emolumentum cedat*; Ideoque prædicta expressio contenta in testamento nullam inducat incompatibilitatem cum sit expressio ejus, quod tacite inerat ex dispositione

Juris, juxta quam Ecclesia domiciliaris hæreditatem pro se retinere non præsumit, sed illam impendere satagit in piis operibus secundum præceptum Testatoris.

Siquidem ommissis iis, quæ motivabantur ex parte Provisoris Causarum piarum, quod scilicet Constitutio Justiniani Imperatoris in *d. l. quoniam* auctoritatem, & vim legis non habeat, utpote ex Græco, in Latinum versa, & in Codice inserta, aut per
45 Contium, ut indicat nota Marginalis ad eandem Legem Lugdunensis impressionis anni 1600. aut per Franciscum Notomanum, sicuti videre est in fronte alterius antiquioris Lugdunensis editionis in folio de anno 1557. ex quo propterea dicebant, quod cum illa non reperiatur inserta in aliquibus aliis antiquis Codicibus, minusque glossata a nostris Interpretibus Bartolo, Baldo, Cyno, Bruneman, aliisque Doctoribus in eorum repetitionibus, præsumendum sit, quod Justinianus Imperator in compillatione Codicis Constitutionem prædictam consulto ommittere voluerit, & tanquam recentius impressa in modernioribus Codicibus vim Legis obtinere non valeat ex doctrina Hostien. *in c. Pastoralis in fin. vers. non tamen de fid. Instrum.* Becc. *cons.* 16. *n.* 8. *lib.* 1. Card. de Luc. *de servit. disc.* 1. *n.* 6. *&* 7. *de alienat. disc.* 2. *n.* 6. *de fidejuss. disc.* 113. *sub n.* 16. *de Judic. disc.* 35. *n.* 59. *& in consilt. Legis & rationis observ.* 19. *&* 23. Rota *cor. Celso dec.* 375. *a n.* 5. *ad plures seqq.* super quo Domini pedes non fixerunt, nihilominus veluti extra necessitatem firmarunt, cum ex alia parte compertum esset, quod eadem Lex passim a Doctoribus allegetur, nec aliquis reperiatur, qui de illa dubitaverit, cum in substantia idem disponat, quod sancitur in §. *Siquis in nomine Magni Dei*, circa quam Sanctionem nulla cadit altercatio.

Incompatibilitas tamen utriusque legis cum dispositione Testatoris adhuc plene non submovebatur, quia valde diversum est, quod instituatur hæres Dominus Noster Jesus Christus, ad effectum, ut hæreditas convertatur in subventionem pauperum, & quod instituatur hæres anima, ad effectum faciendi opera pia in genere; dum in primo casu datus censetur certus hæres, sive executor voluntatis nempe Ecclesia domiciliaris in Beneficium pauperum, & inopum ex prædictis Justiniani Sanctionibus: in secundo autem casu cum nullus datus sit Executor ad explenda opera pia, succedit Episcopus non restrictive ad subsidium Pauperum dumtaxat, sed etiam ad perficienda totalia opera pietatis, quæ concernere possunt Beneficium animæ Testatoris juxta ejus verisimilem voluntatem, ut superius dictum est.

Veniendo autem ad modum resolutioni adjectum, dixerunt Domini Immissionem esse concedendam Episcopo, sive ejus Provisori ad effectum quidem faciendi opera pia per Testatorem demandata, cum hoc tamen quod in distributione bonorum rationem habeat de utraque Ecclesia tam sepulchrali S. Dominici, quam Parochiali S. Jacobi, erga quas videbatur Testator particularem aliquam affectionem habere potuisse. Præfatam vero distributionem non reliquerunt Domini arbitrio ejusdem Episcopi; sed reservarunt eorum ulteriori, & maturiori judicio, tam circa quotam, sive quantitatem unicuique Ecclesiæ distribuendam, quam etiam circa declarationem operum piorum, in quæ bona hæreditaria sint specialiter applicanda pro suffragio animæ Testatoris, ut inde imposterum dirimatur quælibet occasio majoris litigii, quibus suprema Tribunalia quantum humaniter fieri potest occurrere debent, ne finis unius sit exordium alterius contra monitum Text. *in l. properandum* 11. *C. de Judic.* quem exornat Robeus *de Testam. cap* 88. *a n.* 140. *ad seqq.*

Et ita decisum fuit Provisore Episcopi, & V. Convento S. Dominici informantibus, Parochiali vero Ecclesia quamvis pluries legitime monita Jura sua deducere recusante.

Romana Jurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Firmatur stylus Datariæ Apostolicæ providendi beneficium de Jurepatronatus litigioso cum ejus derogatione in totum, attenta lite inter Patronos, etiamsi agatur de vacatione beneficii voluntaria per Resignationem in favorem.

SUMMARIUM.

1 *In quibus casibus Papa apponat manus in Beneficiis Jurispatronatus propter vitium litigiosi? Vide ibi, & n.* 2.
3 *Et quare in eis sic apponat manus?*
4 *An lite pendente super pertinentia Jurispatronatus, Patroni præsentare valeant?*
5 *Præsentato, lite pendente super pertinentia inter Patronos, non potest concedi Institutio.*
6 *Præsentatio facta lite pendente nullum dat Jus validum.*
7 *Clausula = Dummodo non sit alteri Jus quæsitum = præservat Jus validum.*
8 *Derogatio Jurispatronatus in totum, attenta lite, locum habet non solum in casu vacationis beneficii per obitum, sed etiam per resignationem.*
9 *Hujusmodi derogatio nemini præjudicat.*
10 *Quando Beneficium dicatur litigiosum.*
11 *Resignatio Beneficii facta sine mentione Jurispatronatus litigiosi non sustinetur.*

ALLEGATIO XVI.

RElaxanda venit Spplicatio Resignationis cum derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite, non obstante oppositione Dominorum de Vecchiarellis tanquam erronea, & perturbante inveteratum Stylum Datariæ. Ut autem tollantur æquivoca, & confusiones termioorum, præmittere oportet, quod inter alios casus, in quibus Papa opponit manus in beneficiis Jurispatronatus propter vitium litigiosi, sunt duo infrascripti, qui ad rem nostram distingui debent.

Primus est ubi adest lis super titulo beneficii, seu 1
inter Præsentatos super Institutione in Beneficio, ubi si pendente lite, unus ex illis cedat, vel decedat; Summus Pontifex confert, non quia Beneficium sit reservatum propter litem, ut aliqui male putant; sed quia stante lite Patronus præsentare, & Ordinarius instituere non potest; in quibus terminis loquitur Text. *in cap.* 1. *&* 2. *ut lite pendente in* 6. *& bene* Simonett. *de reservat.* q. 10. *n.* 5. Rot. *coram Bich. dec.* 405. *num.* 13.

Alter casus est, ubi lis pendet inter Patronos, non 2
quidem super titulo Beneficii, sed super pertinentia Jurispatronatus, & ista lis reperitur pendens ante vacationem Beneficii; & succedit vacatio adhuc illa indecisa pendente, & tunc propter inveteratum Stylum Datariæ Papa consuevit apponere manus, conferendo cum derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite, qui stylus est adeo notorius in praxi, ut nihil magis frequens videamus propter continuas provisiones; quarum executio ex hoc capite disputari contingit coram Executoribus, & in Rota; & testatur R. P. D. Ansaldus *dec.* 35. *n.* 2. Rot. *in Legionen. Parochialis* 15. *Januarii* 1703. *cor. bon. mem. Pio; & in Vercellen. Canonicatus* 30. *Junii* 1704. §. 1. *coram R. P. D. Caffarello nunc Illustriss. Gub. Urbis, & in Faventina Beneficii* 24. *Aprilis* 1705. §. *Continuatio, &* 10. *Junii ejusdem anni*, §. *Lis quippe*, *cor. R. P. D. Kaunitz, & in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *Tandem*, *coram eodem*, *& in Romana Cappellania* 3. *Februarii* 1708. §. *Quin suffragetur*. *cor. R. P. D. Scotto, & in Lucana Beneficii* 22. *Febr.* 1709. §. *Eademque*, *coram R. P. D. Falconerio*.

Hujus praxis, & Styli plures sunt rationes; Prima scilicet, quia lite pendente super pertinentia;

sia; dum ignoratur quis sit Patronus, & ad quem
pertineat Jus præsentandi, æquum est, ut Sedes A-
postolica provideat, ne interim Beneficia patiantur
diutinam vacationem, ut inquit, R. P. D. Ansaldus
dec. 35. *n.* 2. quem Ego sequendo retuli, *Discept. Ec-
clef.* 28. *sub numer.* 13. Rot. *in Faventina Beneficii* 24.
Aprilis 1705. §. *Continuatio; & in dicta Balneore-*
4 *gien. ubi supra, coram R. P. D. Kaunitz.* Altera ratio
est, quia ubi pendet lis super pertinentia inter Pa-
tronos, licet Doctores sint discordes an lite penden-
te præsentare valeant, ubi excepto casu, quo aliquis
reperiatur in quasi possessione præsentandi ante mo-
tam litem, qua stante continuare potest in præsen-
tando, ut *apud* Lancellott. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *in præ-
fat. n.* 546. Rot. *in Mediolanen. Prioratus super dubio
manutentionis* 15. *Junii* 1703. §. *Pendentia, coram R.
P. D. Scotto.*

Extra hunc casum alii sustinent Patronos præsen-
tare posse non obstante litis pendentia, ut tenet Fer-
ret. *conf.* 192. *n.* 15. *lib.* 1. cum aliis apud me relatis
Discept. Eccles. 4. *sub n.* 54. *vers. Ego aiebam, & sub
n.* 56. *& discept.* 38. *n.* 11. Alii vero tenent negativam
sententiam, quod Patroni præsentare nullo modo
possint, ut resolvit Rot. *dec.* 1. *in fin. de Jurepatr. in
novis*, Lancellott. *de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat.
n.* 542. Cassador. *dec.* 3. *num.* 5. *ut lite pendente*, Lot-
ter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 100. Rot. *in Vercellen.
Canonicatus* 30. *Junii* 1704. §. *& quatenus cor. Illu-
striss. Gubern Urbis.*

Attamen admissa una, vel altera opinione semper
verum est, quod etiamsi Patroni præsentare valeant,
5 adhuc nunquam eorum Præsentato concedi valet In-
stitutio ab Ordinario, sed præsentatio dependet ab
exitu litis super pertinentia, ita, & taliter, quod
uti incerta, & quæ juxta exitum litis potest esse va-
lida, & nulla, nullum interim tribuit Jus considera-
bile in re, vel ad rem, propter incertitudinem litis,
ut est communis opinio omnium Doctorum in hoc
puncto concordantium, ut apud Lancellott. *de atten-
tat. part.* 2. *c.* 4. *in præfat. n.* 554. ibi = *Licet Pa-
tronus hoc casu præsentare valeat; Superior tamen de-
beat præsentatum instituere, sed illius Institutio diffe-
ratur in eventum Causæ* = Gloss. *in cap. ex Litteris
de Jurepatr. in verb. vel antequam*, ibi = *Si moveatur
alicui quæstio de Jurepatronatus, & interim vacet Ec-
clesia; quod non possit præsentare ante finem Causæ,
&c. vel si dicatur, quod possit præsentare lite mota,
tamen præsentatus non debet institui, pendente contro-
versia, ex qua pendet* = ibique Panormitan. *num.* 7.
cum seqq. Butr. *num.* 12. Joan. de Anan. *num.* 15. *Fer-
ret. conf.* 192. *num.* 15. *lib.* 1. Lotter. *de re benef. q.* 34.
n. 33. *vers. mota controversia, & firmavit* Rot. *in di-
cta Faventina Beneficii* 10. *Junii* 1705. §. *Nec obsi-
stit, in fin. coram R. P. D. Kaunitz.* Et plene Ego scri-
psi, *Discept. Eccles.* 28. *n.* 13. *vers. adhuc, & vers. id-
que procedit.*

Hinc propterea talis præsentatio facta lite penden-
6 te interim dicitur inefficax, & quæ nullum dat jus
validum tanquam facta per Patronum, de cujus Ju-
repatronatus adhuc non constat ob incertum litis
eventum, & propter hoc, si Papa dederit provisio-
nem cum derogatione Jurispatronatus in totum at-
tenta lite, gratia sustinetur, non obstante quod Pa-
tronus præventive præsentasset, quia clausula = *dum-*
7 *modo non sit alteri jus quæsitum* = in literis Aposto-
licis adjecta, præservat Jus validum, & radicatum,
non autem jus invalidum, & non radicatum resul-
tans ex præsentatione ejus, de cujus Jurepatronatus
adhuc non constat, ut me scribente, dixit Rot. *in
Tudertina Parochialis, cor. Emerix Jun.* impressa apud
me *Discept. Eccles.* 4. *n.* 61. *& Legionen. Parochialis*
15. *Jan* 1703. *Indeque, cor. b. m. Pio*; & plene apud
me *Discept. Eccles.* 28. *sub n.* 13. *vers. Quod si fuisset
facta præsentatio; & in dicta Vercellen. Canonicatus
ubi supra* §. *final. coram Illustriss. Guber. Urbis.* Aliam
rationem reddit Rot. *in dicta Romana Cappellaniæ*
3. *Febr.* 1708. §. *Quin suffragetur*; quia nempe Patroni
mutuo se impediunt, ne possint præsentare, ibi =
*Nec alias Papa concessisset Gratiam derogatoriam Ju-
rispatronatus in totum, quam indulgere non solet ni-
si propter litem, quæ ante vacationem pendet indecisa
inter Patronos, ratione cujus, mutuo se impediunt,
ne possint præsentare* =

Ex quibus rationibus sequitur quod Gratia deroga- 8
toria Jurispatronatus in totum attenta lite, non so-
lum solita sit practicari in casu vacationis Beneficii
per obitum, quæ dicitur *vacatio necessaria*, ubi mi-
litat ratio non expectandi exitum litis, ne beneficia
interim patiantur diutinam vacationem juxta unam
ex rationibus superius allegatis; sed etiam consue-
verit passim, & clausis oculis dari etiam in casu va-
cationis per resignationem in favorem, quæ dicitur
vacatio voluntaria, eo quia subintrat, & militat al-
tera ratio, quod Papa per hanc derogationem nemi-
ni præjudicat, dum stante hac pendentia litis, quæ
incertum reddit Jus futurum unius, vel alterius Pa-
troni, non potest Papa requirere consensum alicujus
ex illis, de quorum Jurepatronatus adhuc non con-
stat; Unde fit quod Jus patronorum tanquam litigio-
sum, & incertum non sit considerabile ad effectum ve-
rificandi præjudicium alterius, quod nunquam adesse
se dicitur, nisi quando derogatur Jus validum, &
de præsenti radicatum, non autem Jus incertum,
eventuale, seu pendens ab exitu litis, & consequen-
ter Jus quæsendum, ut generaliter Rot. *de Execut.
Liter. Apost. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 120. Lotter. *de re benef.
lib.* 2. *qu.* 51. *n.* 52. Rot. *coram Cels. decis.* 324. *numer.*
12. *& coram Cerro dec.* 196. *num.* 13. Et in terminis
Casus nostri dixit Rot. *in dicta Faventina Beneficii*
10. *Junii* 1705. §. *Minimeque, cor. R. P. D. Kaunitz.
& cor. Emerix decis.* 1242. *n.* 2. *&* 3. *& in dicta Le-
gionen. Parochialis* 15. *Januar* 1703. §. *Indeque coram
bo. me. Pio; & in dicta Vercellen. ubi supra* §. *fin. cor.
Illustriss. Guber. Urbis*, & plene Ego firmavi *Discept.
Eccles.* 28. *sub numer.* 13. *vers. adhuc ista.* In quo de-
fectu præjudicii consistit voluntas Papæ conferendi
in hoc casu beneficium Jurispatronatus cum deroga-
tione in totum attenta lite, ut ait Rot. *cor. Bich. dec.*
558. *n.* 20. quæ ratio procedit in quocunque casu va-
cationis, etiam per resignationem voluntariam, quia
semper verum est, quod Papa utitur Jure suo, &
neminem lædit in dubietate litis, & tempore, quo
requirere non potest, neque debet Patronos adhuc
incertos, & de quorum Jurepatronatus non constat,
& qui etiam si præsentarent, inefficaciter de præsen-
ti præsentarent, dum validitas, vel nullitas eorum
præsentationis dependeret semper ab incerto exitu
litis.

In his ergo terminis patet quanto cum æquivoco
hactenus scribentes pro D. D. de Vecchiarellis magni-
ficaverint earum præjudicium, neque consideraverint
quod Dominæ de Vecchiarellis nullum habent jus de
præsenti, neque in possessorio, neque in petitorio,
sed solum quandam spem vanam, quod possint vincere
in aliqua parte Juspatronatus, quod evincendo per
tres conformes, si tamdiu vixerint, earum portio
evicta potest esse, quod sit tenuis, sed minor quæ
proinde remanebit absorpta per majorem partem alia-
rum vocum; & consequenter remanebit inefficax,
etiam si divinando supponere velimus futurum even-
tum alicujus victoriæ D. D. de Vecchiarellis. Immo
altius tendit hujusmodi prætensio, dum ea mediante
præjudicaretur Datariæ in suo antiquo usu providen-
di cum derogatione Jurispatronatus in totum, atten-
ta lite super pertinentia, ita dando exemplum ligandi
manus Papæ in provisione Beneficiorum, illumque
impediendi, ne posset admittere resignationes contra
praxim inveteratam Datariæ, derogandi Jurispatrona-
tus etiam in vacatione volontaria per resignationem,
ut habemus exempla quotidiana.

Quorum primum adducimus in una *Lucana Benefi-
cii de anno* 1633 ubi pendente lite super pertinen-
tia, quidam Vincentius Galganus resignavit benefi-
cium favore Antonii Gratiani Nuti, cum Sanct. Mem.
Urbanus VIII. contulit beneficium cum derogatione
Jurispatronatus in totum attenta lite, ut sequitur in
dicta Lucana Beneficii 22. *Febr. currentis anni.* 1709.
§. *Hoc namque, cor. R. P. D. Falconerio.* Aliud exem-
plum habemus in *Asculana beneficii cor. R. P. D. An-
saldo dec.* 35. *num.* 1. *&* 2. ubi Joannes Franciscus per

resignationem obtinuit sibi provideri de Abbatia S. Petri in Cerreto, cum derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite, & in aliis exemplis passim, si revolvantur libri Datariæ. Aut dicendum est ergo quod Papa juxta antiquum stylum Datariæ derogare possit Jurispatronatus in totum attenta lite super pertinentia inter Patronos in quocunque casu vacationis; aut erit tollere provisiones Datariæ, & praxim inveteratam concludendo quod Papa sit impeditus admittere resignationes beneficiorum de Jurepatronatus litigioso, quod hactenus auditum non fuit in perniciem Sedis Apostolicæ, & Potestatis Papæ.

Exinde facilius responsio est ad omnia in contrarium deducta per meram confusionem terminorum. Corruit itaque primum consistens in asserto præjudicio D. D. de Vecchiarellis, ex quo consequi non possent effectum victoriæ. Dico enim primo, quod dicitur adesse præjudicium, quando tollitur alicujus de præsenti radicatum, non autem Jus quærendum ab eventu litis, *ex doctrinis supra allegatis n. 9.* Dico secundo, quod Dominæ de Vecchiarellis supponunt posse habere victoriam in totum, & posse obtinere rem judicatam per tres conformes sententias tempore primæ vacationis per obitum Titularis octuagenarii, & ultra, quorum utrunque est incertum, & præsumptio potius est in contrarium, quia quis ignorat longum tempus necessarium ad obtinendam rem judicandam per tres conformes? Quando Domini de Columna pro obtinendis duabus sententiis consumpserunt fere sex annos; & sic retorquendo argumentum dicendum potius, est quod lite adhuc pendente, verisimilior sit ob senectutem Titularis contingentia vacationis, & ideo verisimilius etiam sit, quod in prima futura vacatione per obitum Provisio spectabit ad Papam cum derogatione Jurispatronatus ob litem adhuc indecisam.

Corruit secundum, quod pendente lite inter Patronos, beneficium non dicatur litigiosum; hoc enim
10 est æquivocum in terminis; dum hæc ratio beneficii litigiosi consideratur in casu litis pendentis inter præsentatos, non autem lite pendente super pertinentia inter Patronos juxta casus superius distinctos; aliud namque est beneficium esse litigiosum, aliud vero esse litigiosam pertinentiam Jurispatronatus, cum primam contingere soleat inter Præsentatos, justa ea, quæ scripsi *Discept. Eccles.* 31. n. 1. & 2. secundum vero contingat inter Patronos, & Sedem Apostolicam in casu, de quo agitur derogare non solet Jurispatronatus, nisi quando pendet lis in Petitorio super pertinentia Jurispatronatus inter Patronos, & lis fuit mota ante ultimam vacationem beneficii Rot. *in Romana Cappellania* 3. *Februarii* 1708. §. *quin suffragetur, coram R. P. D. Scotto, & in Lucana beneficii* 22. *Februarii* 1709. §. *eadenque, coram R. P. D. Falconerio*.

Corruit tertium, quod desumitur *ex decis.* 427. *p.* 1. *rec.* Hæc enim decisio nihil commune habet cum caso nostro; agit enim de Resignatione facta sine
11 mentione Jurispatronatus, resolvendo eam esse nullam, licet Juspatronatus esset litigiosum, respondendo ad *Cassadorum, & Lancellot.* quod isti non firment Papam posse libere conferre, quando Juspatronatus est litigiosum, quod ego etiam admitto, dum licet Juspatronatus sit litigiosum, non exinde resignatio beneficii facienda est absque mentione Jurispatronatus, sed necessaria est derogatio, quæ præservat Juspatronatus, si quod competere poterit Patronis litigantibus, Rot. *dec.* 77. *n.* 4. *vers. & movit etiam p.* 1, *& dec.* 172. *sub n.* 9. *vers. & prædicta p.* 3. *& cor. Comit. dec.* 60. *n.* 4. *vers. & eo minus, & in Mediolanen. Prioratus* 14. *Martii* 1646. §. *fin. cor. bon. mem. Corrado*.

Corruit quartum desumptum ex Lambertino *de Jurepart.* etenim licet iste copiatus fuerit in pluribus locis per extensum, non video tamen ad quod propositum inserviat ejus Auctoritas, quia loquitur de Episcopo, *an, & quando possit lite pendente inter Patronos, jure devoluto providere*. Quid ergo commune habet Jus Episcopi cum Papa; & quid commune habet Provisio jure devoluto cum Provisione derogatoria Jurispatronatus in totum attenta lite;

utque specialiter respondeam dico; quod in duodecimo casu, figurat Lambertinus, quod post vacationem beneficii Patroni non existentes in quasi possessione præsentandi inter se contendant super proprietate Jurispatronatus, & concludit, quod Episcopus non possit statim libere providere; sed quod solum lite non terminata intra semestre, vel quadrimestre posset ordinare Ecclesiam conferendo cui velit, quem postea repræsentabit Victor Jurispatronatus; sed iste non est casus noster, quia Papa non procedit Jure devoluto, nec agitur de lite post vacationem, nec de expectando semestre, vel quadrimestre. In decimo sertio caso solum dicit, quod lite pendente super Jurepatronatus, si unus ex Patronis est in quasi possessione præsentandi, potest præsentare ante litis contestationem, & præsentatus debet institui, sed nec etiam iste est casus noster, quia Adversariæ non sunt in quasi possessione præsentandi, nec præsentarunt, aut præsentare valent ante litis contestationem, idenque dicit idem Lambert. *lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 9. *n.* 5. dum firmat Patronum existentem in possessione præsentandi, ea privatum non remanere propter litem super proprietate mora ante vacationem. Ergo istæ sunt confusiones doctrinarum, quæ neque per umbram applicantur ad casum; & miror quomodo cum his æquivocis Pars adversa hactenus rem adeo claram inturbidaverit, sine principio rationis saltare conando praxim Datariæ, ejusque stylum quotidianum nunquam hactenus controversum, & quod considerabile est, introductum rite, & recte ut præsumptio est in omni stylo Datariæ inveterato, qui semper habere præsumitur fundamentum rationis, & congruentiæ, prout in casu isto summa cum ratione, Papa utitur Jure suo, & neminem lædit, etiam in casu resignationis, seu vacationis voluntariæ.

Et silere debent exagerationes super resignatione in fraudem, & præjudicium Partis; quando nec ex parte Eminentissimi Resignantis, ulla somniari valet fraus, si ratione concordiæ, & pro bono Pacis resignavit, neminem lædendo, neque ea parte Datariæ, quæ pariter neminem lædit, nisi se ipsam propter verisimilem spem, non quidem quod lis terminari possit ante vacationem, sed quod propter senectutem Titularis lite adhuc pendente succedere possit vacatio, & spectare provisio ad ipsam cum derogatione Jurispatronatus in totum; unde eo magis admittenda venit gratia resignationis cum derogatione Jurispatronatus, cum nemo habeat jus de præsenti ratione illius, circa vero spem, seu jus sperandum in futurum, illud in prima futura vacatione magis considerari potest respectu Datariæ, quam Dominatum Adversariarum.

Ex quibus omnibus *die Martis* 16. *Julii* 1709. resolutum fuit ab Eminentissimo Prodatario = *procedi ad ulteriora in derogatione Jurispatronatus in totum pro hac vice tantum attenta lite; & sine præjudicio omnium, & quarumcunque jurium assertis Compatronis competentium in futuris vacationibus*.

Bononien. Jurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Mandavit Fundator præsentari unum sufficientem, bonum, & idoneum Sacerdotem instructum Officio Ecclesiastico, & si contingeret aliquem ex certa domo Sacerdotem fieri eligendum esse per Patronos; quæritur an Beneficium sit Sacerdotale actu, vel habitu, vel Clericale.

SUMMARIUM.

1 *Proximiori Fundatoris præsentato debita est Institutio; sed limita ut n. 6.*

2 *Verbum, Sacerdos, stare potest taxative, vel demonstrative; & n. 7.*

3 *An nomine Sacerdotis comprehendatur etiam Clericus inferioris Ordinis?*

4 *Cap-*

4 *Cappellaniæ simplices Sacerdotium non requirunt.*
5 *Ut beneficium dicatur alla Sacerdotale, quid requiratur.*
8 *An Fundator disponens eligendum esse aliquem, si contingat Sacerdotem fieri; supposuerit Sacerdotium præcedere debere ipsam electionem?*
9 *Quando Lex Fundationis est clara non est locus observantiæ interpretativæ.*
10 *Præscriptio introducta contra Antecessores non præjudicat successoribus jure proprio venientibus.*
11 *Quo casu ultimus status non attenditur.*
12 *Immediate vocatus a Fundatore, non indiget præsentatione Patroni.*
13 *Clausula = Quatenus Cappellania Sacerdotalis existat = importat dubietatem.*
14 *Primi Ordines sunt gradus ad Sacerdotium.*
15 *Praxis Datariæ dispensandi, & derogandi legi fundationis quoad qualitatem Sacerdotalem.*

ALLEGATIO XVII.

Lex Fundationis controversi Beneficii erecti in Ecclesia S. Petri majoris Bononiæ reservat Juspatronatus activum pro una voce Priori pro tempore Fratrum Ecclesiæ S. Michaelis in Busco, & pro alia antiquiori de Domo illorum de Castello cum onere præsentandi *unum bonum, sufficientem, idoneum, & honestum Sacerdotem instructum officio Ecclesiastico, quatenus beneficium cantare contigerit Sacerdote*, hac tamen adjecta conditione, seu declaratione, quod nempe præsentandus esset unus de domo illorum de Castello, quatenus contingeret eum fieri Sacerdotem his verbis = *Quod si contingat aliquem de domo illorum de Castello Sacerdotem fieri, & ipsam Cappellaniam velle acceptare, &c. quod tunc prædicti Prior, & Dominus Bartholomeus teneantur, & debeant ipsum eligere, & præsentare, & teneatur dictus Sacerdos & Rector providere in Divinis dicto Altari, & ibidem diebus singulis Missas, & Divina Officia celebrare.* =

Supponitur mihi, quod per spatium 300. annorum præsentati semper fuerint Clerici simplices de domo illorum de Castello, excepto tantum unico casu anno 1614. ubi quidam Scipio de Castello Clericus simplex post obtentam præsentationem, & Institutionem, obtinuit provisionem Apostolicam cum dispensatione adversus qualitatem Sacerdotalem, & cum derogatione Fundationis pro ea vice tantum, adjecta conditione de se promovendo ad Sacerdotium, cum provisus pervenisset ad ætatem legitimam, quæ praxis derogationis habetur penes Rebuff. *in prax. benef. in p.* 3. Signatur *in verb. necnon Jurispatronatus, n.* 72. & prædictus Scipio obiit de anno 1669. per cujus obitum præsentatus fuit, & institutus Joannes Baptista de Castello Clericus simplex.

De Mense Januarii anni 1708. vacante Beneficio Dominus Comes Antonius Galeatius simplex Clericus familiæ de Castello præsentatus fuit per Antiquiorem ejusdem familiæ, seu Domus; & obtinuit in Dataria solutam Gratiam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, & cum Decreto, quod infra annum promoveretur ad Presbyteratum, & Literas Apostolicas expedivit. Coram Executore illarum se opposuit Dominus Comes Catalanus Sacerdos de Castello, qui fuit Præsentatus per Priorem S. Michaelis in Busco sub conditione quatenus beneficium esset Sacerdotale; qui tanquam Sacerdos actualis de tempore vacationis Beneficii prætendit Institutionem exclusive ad supradictum Galeatium præsentatum per Antiquorem Domus, tanquam non Sacerdotem tempore vacationis, seu præsentationis.

Quæritur in sensu veritatis meum Votum super articulo = *An Literæ Apostolicæ sint exequendæ, vel potius instituendus Catalanus* = & pro executione Literarum respondendum videtur.

Cum enim Dominus Galeatius sit passive vocatus
1 tanquam de domo de Castello, & sit proximior Fundatori, ipsi de Jure debita est Institutio, & per consequens executio Literarum in concursu Domini Catalani existentis in Gradu remotiori; Garz. de *benef. part.* 7. *cap.* 15. *numer.* 17. & 18. Amostaz. *de caus. piis, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 36. Rot. *coram Priolo decis.* 3. *numer.* 2. Nihil obstante quod in eodem Galeatio deficiat qualitas Sacerdotalis, nec ideo sit qualificatus juxta legem fundationis mandantis præsentari *Sacerdotem bonum, sufficientem, & idoneum*; Etenim Cappellania non redditur Sacerdotalis ex lege præsentandi Sacerdotem sufficientem, & idoneum; hæc enim verba non stant taxative, seu qualificative ad personam eligendam, sed demonstrative, ad de-
signandum onus Missarum, quæ debent per Sacerdotem celebrari, ut in puncto Rot. *dec.* 184. *numer.* 11. & 12 *part.* 12. *recent.* & *coram Buratt. decis.* 92. *numer.* 3. Merlin. *decis.* 825. *numer.* 12. Quicquid enim olim firmaverint scribentes, certum est, quod ob Supervenitas resolutiones S. Congregationis Concilii hodie Cappellania nonquam censetur Sacerdotalis, nisi concurrat expressa lex celebrandi per se ipsum, ut apud Rot. *in decis.* 825. *num.* 8. & 15. *coram Merlino*, Pignatell. *dicta consult.* 2. *numer.* 16. *in fin. tom.* 7. ubi de verbis *quod eligatur Sacerdos*; & novissime eadem Congregatio in una Rhegien. 16. *Maji* 1699. ubi Fundatio dicebat = *per unum Presbyterum eligendum* = & tamen resolutum fuit Beneficium non esse Sacerdotale, & in *Melevitana Beneficiorum* 16. *Junii* 1716. *coram R. P. D. Falconerio*, ubi Fundator dixerat = *de Presbytero in Presbyterum*, *qui teneatur cantare Missam* = & prodiit responsum, quod onus Missarum posset adimpleri per Substitutum ea firmatis *in decis.* 260. *num.* 7. & 8. *part.* 13. *recent.*

Ac etiam quia nomen *Sacerdotis* non semper in- 3
telligitur de eo, qui sit habilis ad celebrationem Missæ, sed ejus appellatione comprehenditur etiam Clericus inferioris Ordinis, ut bene Merlin. *decis.* 685. *num.* 23. & 24. & *coram Priol. decis.* 41. *num.* 13. & 14. & *in dicta Melevitana ubi proxime*, §. *Frustra*. Quod assumptum confirmat litera Fundationis, quæ post expressionem illam = *sufficientem, & idoneum Sacerdotem* = immediate adjungit = *instructum Officio Ecclesiastico* =; quæ verba proprie non videntur prædicari de Officio celebrationis Missarum, sed important personam instructam in Mynisteriis Ecclesiæ, & sic potius Clericum inferioris Ordinis, in quo verificari potest, quod sit instructus officio Ecclesiastico, juxta Text. *in can. perlectis dist.* 25. ubi ennmerantur Officia Ecclesiastica, quæ pertinent etiam ad simplices Clericos, *can. ponderet, dist.* 50. Et quatenus verba paterentur difficultatem subintrat observantia interpretativa, juxta quam mihi supponitur semper fuisse præsentatos, & institutos simplices Clericos familiæ de Castello, nullatenus autem Sacerdotes, ut in puncto Priol. *dec.* 41. *n.* 15. & 16. & *in d. Melevitana ubi supra*, §. *Ex facto*. Excepto tantum unico statu anni 1614. qui tanquam penultimus, & remotus a die fundationis; non est attendendus in concursu aliorum statuum eidem Fundationi proximiorum, ut in specie Rot. *cor. Merlin. dec.* 825. *n.* 22. Amostaz. *de causis piis*, *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 21. cum aliis apud me relatis *Discept. Eccles.* 17. *n.* 48. & *discept.* 26. *n.* 10. Eo magis autem quia de Jure communi, seu consuetudine generali, hujusmodi Cappellaniæ simplices Sacerdotium non requirunt; unde in dubio Fundator non præsumitur voluisse imponere qualitatem naturæ beneficii non necessariam, nisi claris, & expressis verbis dixerit Sanchez *cons. moral. libr.* 7. *cap.* 3. *dub.* 48. *n.* 14. Castropal. *oper. moral. tract.* 13. *de benef. disput.* 1. *punct.* 6. *num.* 18. Merlin. *dicta decis.* 825. *num.* 16.

Sed ubi etiam beneficium esset Sacerdotale, adhuc non requiritur Sacerdotium in actu, sed sufficit habituale, quod nempe præsentatus sit capax infra annum suscipiendi Ordinem Presbyteralem tam si agatur de provisione legis, quam hominis, ut rejectis contrariis firmat Pignatell. *consult. can. tom.* 7. *consult.* 2. *numer.* 18. & *seqq.* Amostaz. *de causis piis*, *lib.* 3. *capit.* 5. *num.* 3. & *seqq.* Bordon. *de legat. cap.* 12. *n.* 15. & dixi in *Parergon. ad discept. Eccles. numero* 31. & in puncto Fundationis dicentis, quod præsentari debeat unus Cappellanus, *si de genere Testatoris aliquis*

Presbyter inveniatur, decisum fuit per S. Congregat. Concil. apud Barbos. *in Summ. Apost. decis. in verb. Cappellania*, *n.* 14. Et quamvis obstare videatur status anni 1614. ubi Clericus simplex obtinuit provisionem Apostolicam cum dispensatione, & derogatione Fundationis circa qualitatem Sacerdotalem, attamen exinde non deducitur qualitas Sacerdotalis actu, sed tantum habitu, eatenus enim necessaria fuit dispensatio, quatenus præsentatus non habebat ætatem legitimam de se promovendo ad Ordines Sacros; & Papa expresse adjecit Decretum de se promovendo, cum perveniret ad ætatem legitimam; ut enim concludatur qualitas Sacerdotalis actu, oportet in Fundatione specialiter caveri, quod Cappellanus sit actualiter Sacerdos, ut plene fundat Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. num.* 104. 105. *&* 106. Amostaz. *de caus. piis lib* 3. *cap.* 5. *n.* 31. Certum est enim, quod simplex impetratio dispensationis super ætate necessaria ad qualitatem Presbyteratus assequendam, concludit beneficium Sacerdotale habitu, & non actu, ut in puncto Rot. *coram Emerix Jun. decis.* 212. *numer.* 9. *cum seqq.* Eo magis dum concurrit ultimus status ad exclusionem qualitatis Sacerdotalis actu, dum Joannes Baptista fuit institutus licet simplex Clericus; in hac autem materia ab ultimo statu non est recedendum; nisi resistat litera clara fundationis, quæ nullam admittat interpretationem Rot. *in Mediolanen. Cappellaniæ* 20. *Februarii* 1699. §. *Atque hinc*, *&* §. *Ita etiam*, *coram R. P. D. Lancetta*, & optime *coram Emerix Jun. dec.* 224. *n.* 2.

Hisce tamen non obstantibus plura in contrarium fortissime insurgunt argumenta; præmisso enim quod
6 proximior Fundatori non præfertur, nisi sit qualificatus, ideoque beneficium debeatur remoriori habenti requisitum Fundationis tanquam potiori in concursu proximioris non qualificati, dum successio dicitur saltuaria de linea in lineam, ubi reperitur qualificatus, Castill. *lib.* 5. *cotrov. cap.* 93. *n.* 21. Rocc. *disput. Jur. cap.* 3. *n.* 26. Tondut. *q. benef. part.* 3. *cap.* 153. *n.* 23. Et in terminis nostris, quod admittatur remotior, quando proximior non est capax, firmat Cardin. de Luca *de Jurepatr. disc.* 30. *n.* 6. Corrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 104. Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 73. Utique Institutio competere videtur Domino Castellano, qui est Sacerdos, & sic qualificatus, Beneficium vero esse Sacerdotale videtur in-
7 dubitatum ex verbis illis = *præsentari voluit Sacerdotem:* = nam per Legem præsentandi Sacerdotem Beneficium esse Sacerdotale communiter firmant Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 17. *&* 19. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 47. *n.* 52. *& seqq.* Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 238. *& seqq.* Fagnan. *in cap. ut Abbates*, *n.* 54. *de ætat. & qualit.* Castill. *controv. Jur. lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 47. Rot. *coram Emerix Jun. dec.* 279. *n.* 10. repetita *in decis.* 607. *num.* 15. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* Additis præsertim illis verbis = *sufficientem*, *& idoneum Sacerdotem*; = cum sufficientia, & idoneitas relata ad Sacerdotem non possit verificari nisi in eo, qui per se ipsum celebrare valeat Rot. *coram Buratt. dec.* 680. *n.* 3. *&* 4. Rocc. *disp. Jur. cap.* 190. *numer.* 7. *&* 8. *Emerix Jun. decis.* 248. *numer.* 1. *& decis.* 263. *num.* 5. *&* 10. *& decis.* 278. *numer.* 11. *& decis.* 312. *numer.* 4.

Quod resultat etiam ex confessione ipsius provisi Apostolici, qui reportavit Gratiam pro præsentato cum Decreto de se promovendo ad Presbyteratum infra annum; ex quo facto inducente confessionem beneficii Sacerdotalis in habitu, non videtur amplius controvertibile, an beneficium sit nec ne Sacerdotale, & sola remanet difficultas an Sacerdotium requiratur actu, vel habitu; in quo articulo litera Fundationis videtur clara, & literalis, dum quoad illos de Castello sic ait = *Quod si contingat aliquem de domo illorum de Castello Sacerdotem fieri*, *& ipsam Capellaniam velle acceptare*, *tunc teneantur*, *& debeant ipsum eligere* = cum enim eli-
8 gendus sit aliquis familiæ de Castello, *si contingat Sacerdotem fieri*, ergo Fundator supposuit Sacerdotium præcedere debere ipsam electionem, seu præsentationem; itaut illum jam effectum Sacerdotem, & simul petentem Beneficium voluerit esse præsentandum; ergo Beneficium est Sacerdotale in habitu, & actu, ut in puncto Rot. *coram Emerix Jun. decis.* 263. *numer.* 8. *& seqq.* Rocca *disput. Jur. cap.* 109. *numer.* 23.

Et quicquid sit ubi dictum fuisset *præsentare debeant unum illorum de Castello Sacerdotem*; In quo etiam casu requiri Sacerdotium actuale, dixit *Emerix Jun. ubi proxime*, Bertacchin. *vot.* 148. *n.* 5. certe casus videtur de indubitabili, ubi dictum fuit præsentandum esse *si contingat Sacerdotem fieri*; dum hoc casu si posset præsentari Sacerdos non factus, sed faciendus, non esset adimpleta mens Fundatoris volentis esse præsentandum illum quem *contingat Sacerdotem fieri*; cum hæc verba supponant Sacerdotem jam factum ante præsentationem, & actuale Sacerdotium inesse tempore præsentationis, ut magistraliter probat Fagnan. *in c. ut Abbates*, *n.* 53. *in fin. & n.* 54. *cum seqq.* ubi reprobat Doctrinam Gonzal. superius allegatam *n.* 5. tenentis necessarium esse Fundatorem dicere, quod præsentetur actu Sacerdos, Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 116. *&* 117. *&* 120. Rot. *cor. Emerix Jun. dec.* 263. *n.* 8. *&* 9. Rocca *disp. Jur. cap.* 190. *n.* 13. *& seqq.* Card. de Luca *de Jurepatr. disc.* 96. *n.* 9. Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 1. *n.* 73. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 73. Tondut. *q. benef. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 5.

Stante præsertim ea dictione taxativa, & limitativa = *Tunc prædicti Prior*, *& Bartholomeus teneantur*, *& debeant ipsum eligere*, *& præsentare* = quæ restringit actum præsentationis ad casum præcisum, quo purificata remaneret conditio præcedentis Sacerdotii scilicet *Sacerdotem fieri*; itaut aperta mihi videatur lex fundationis, quod præsentatio facienda sit de Sacerdote actuali, Rot. *coram Greg. dec.* 433. *n.* 6. *ibique* Adden. *n.* 21. *& coram Cerro dec.* 712. *n.* 4. *& in rec. dec.* 95. *numer.* 33. *p.* 11. *& dec.* 197. *num.* 5. *&* 6. *part.* 15.

Observantia autem in contrarium attendi non meretur; Aut enim prætenditur observantia interpreta-
tiva, circa quod beneficium non sit Sacerdotale actu, 9
neque habitu, & cum fundatio sit clara circa qualitatem Sacerdotalem, non est locus observantiæ interpretativæ; sed tantum præscriptivæ, ut inquit Card. de Luc. *de Jurepat. disc.* 12. *n.* 5. *in fin. & n.* 6. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 138. ubi etiam advertit, dato quod alias fuissent præsentati Clerici, id contingere potuisse prævia Dispensatione Apostolica, Rot. *dec.* 496. *n.* 9. *p.* 1. *rec.* Stando autem in terminis observantiæ præscriptæ, ista in præsenti deficit tanquam interrupta ea penultimo statu anni 1614. continuato usque ad annum 1669. Ultimus autem status non est præscriptus; ultra quod observantia præscriptiva probari debet cum requisito qualitatis coactivæ, ut nempe admissi fuerint Clerici simplices, non obstante oppositione Sacerdotum; nam alias præsentatio Clericorum præsumitur introducta, quia nemo se opposuit ax firmatis per Rot. *in Leodien. seu Acquisgranen. Canonicatus* 22. *Januarii* 1703. §. *Proindeque*, *coram Reverendiss. Decano*; *& in Fossanen. Jurisp. super executione literarum* 12. *Martii* 1703. §. *Non obstat*, *coram Eminentissimo Caprara*. Aut vero prætenditur observantia circa quod Beneficium sit tantum Sacerdotale habitu, & pariter lex fundationis clara, excludis observantiam interpretativam, ac etiam quia nec minus locus est præscriptivæ, nedum ex ratione superius adducta; sed etiam quia cum agatur de Jurepatronatus passivo, in quo vocati fuerunt omnes de domo, & familia de Castellis, tali casu
præscriptio introducta contra antecessores, non præ- 10
judicat successoribus Jure proprio venientibus, & ex propria persona vocatis, ut in puncto Rota *decis.* 220. *numer.* 26. *part.* 11. *recentior.* ubi allegat Gratian. *disceptat.* 577. *numer.* 44. Ciarlin. *controv.* 107. *n.* 61. *&* 62.

Ultimus autem status suffragari non videtur, licet enim Rot. *in Hypperegien. benef.* 11. *Feb.* 1704. §. *Nec obstat*
cor. bo. me. Muto. Existimaverit, etiam quando agitur su- 11
per statu, & qualitate Beneficii, ut est casus præsens, attendi ultimum statum, quando res non est amplius integra;

atta-

attamen admittit, quod re integra, ultimus status non attendatur circa qualitatem Beneficii, ut est casus præsens, ubi Literæ Apostolicæ nondum sunt executæ; & D. Comes Cattalanus se opposuit ante illorum executionem, in quibus terminis ultimus status probari debet præscriptus, juxta Text. *in cap. cum de beneficio de Prabend. in 6.* & plene discusso articulo diait, Rot. *in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis* 1707. *§. & quoniam, coram R. P. D. Ansaldo*; qui ultimus status ab anno 1669. usque ad 1706. cum non fuerit præscriptus, non lnirat privilegium ultimi Status, Gatt. *de benef. p. 7. cap. 1. n. 72. in fin.*

Hæc omnia sunt, quæ materiam hanc reddunt hinc inde disputabilem. Ut autem resflectendo ad veritatem, meum proferam votum, concludo beneficium, de quo agitur esse Sacerdotale habitu, & actu; &
12 D. Comitem Cattalanum non habuisse necessitatem præsentationis Prioris S. Michaelis, quia tanquam passive vocatus, & unice qualificatus præsentari debebat per utruoque Patronum habentem Juspatronatus activum, & si concorditer præsentatus non fuit, habetur pro præsentato tanquam vocatus per Fundatorem, juxta Rot. *coram Pamphil. dec. 99. num. 3.* Rocca *disput. Jur. cap. 190. n. 22. & seqq. & passim dixit* Rot. *in Valentina beneficii 9. Januarii* 1693. *§. Moti, coram Reverendissimo Decano, & in Alexandrina Jurispatr. 4. Decemb.* 1699. *§. 1. coram Eminentiss. Tremoille; & in Chelmen. Decanatus Zamosien. 26. Jun.* 1702. *§ Justificatio, in fin. coram bon. mem. Muto; & in Faventina Beneficii* 11. *Februar.* 1704. *§ Cum enim, coram eodem.*

Hoc tamen concludo inspecta Lege Fundationis, quæ mihi persuadet requirere Sacerdotium habitu, & actu, sed quia concurrit observantia adeo longa, juxta quam mihi supponitur semper, & perpetuo Clericos simplices fuisse institutos in hoc Beneficio; Unicus autem status anni 1614. nec etiam est clarus, dum postquam Scipio de Castello fuit institutus petiit Gratiam Apostolicam cum derogatione fundationis pro ea vice tantum, prout obtinuit cum decreto de se promovendo, cum pervenerit ad ætatem legitimam, & cum clausula = *Quatenus Cappellania*
13 *Sacerdotalis existat*; = quæ importat notam incertitudinis, & dubietatis, ut in puncto, Rot. *coram Emerix Jun. decis. 212. n. 12.* nec efformat statum certum, sed potius dubium, & incertum, & consequenter non attendibilem, ut tradit Rosa *de execut. Liter. Apostol. p. 1. in addit. ad cap. 7. n. 286.* Rot. *in Gelsonen. Præpositura 14. Junii* 1694. *§. Rursus, coram Reverend. D. Molines Decano.*

Idcirco existimarem hunc esse casum, ubi locus esse posset legitimæ transactioni inter Partes stabiliendæ, quia tanti temporis observantia præstat bonam fidem, & maxime si introducta fuerit tempore proximo fundationi, Rocc. *disp. jur. cap. 190. num. 30. & 31.* Card. de Luc. *de Jurep. disc. 60. n. 11. & disc. 34. n. 10.* Otthobon. *dec. 26. n. 14. & seqq.* Emerix Junior. *decis. 118. num. 14.* Observantia autem interpretativa tantæ efficaciæ est, ut declaret legem Fundationis in eo sensu, in quo recepta fuit; licet contrarius intellectus esset de Jure verior, ille autem datus ab observantia esset malus, vel de Jure non tenendus, Rot. *decis. 608. numer. 6. part. 2. recent. & coram Emerix Jun. decis. 24. n. 9. & decis. 242. nu. 11. & in Urbanien. Canonicatus 23. Jann. 1697. coram Reverendiss. Conchen. impressa apud me Disceptat. Eccles. 4. n. 88.* Ultra quod si allegari posset etiam Centenaria, præsumeret meliorem titulum de Mundo, ita ut non requiratur in ea probatio qualitatis coactivæ, ut probat R. P. D. Severol. *in ejus Voto impress. apud me Discept. Eccl. part. 2. post Parergon. n. 8.* Rot. *in Todetana Jurisdictionis super Decimis 21. Aprilis* 1690. *§. Absque eo quod, cor. Reverend. Molines Decano impress. ad ornat.* Card. de Luc. *de jurisdict. dec. 18. n. 4.* & me scribente *in Mantuana bonorum 14. Januar.* 1707. *§. Nec porro, cor. Reverendiss. Molines Decano, & 7. Maii* 1708. *§. Frustraque cum seqq. cor. R. P. D. Aldrovando*, & sic qualitas Sacerdotalis per Centenariam sublata videretur. Addito quod verba Fundationis licet meo judicio importent qualitatem Sacerdotalem habitu, & actu, non tamen sunt adeo clara, & clarissima, ut occidant in litera, nullamque admittant imaginabilem interpretationem. Etenim verba illa = *Si contingit aliquem de domo illorum de Castellis Sacerdotem fieri, & ipsam Cappellaniam velle acceptare* = etiam torqueri valent ad intellectum istum, ubi nempe contingat aliquem de domo esse Sacerdotem habitualem, & fieri velle actualem; dum quando quis suscipit aliquem ex Ordinibus Sacris, incipit fieri Sacerdos, nempe incipit ad Sacer- 15
dotium promoveri, cum primi Ordines sint gradus ad Sacerdotium, ut bene probat Rot. *coram Merlin. decis. 685. numer. 23. & seqq.* & melius *coram Priolo decis. 41. num. 13. & 14.* repetita *in Recent. decis. 184. part. 12.* licet eam reprehendat Saminiat. *controv. 28. numer. 15. & 16.* & contradicat Amostaz. *de caus. piis lib. 3. capit. 5. numer. 17.* Advertendo quod verba non dicunt *Sacerdotem esse*, sed *Sacerdotem fieri*; unde videtur, quod Fundator consideraverit in illis de Castello Sacerdotium *in fieri*, non autem *in facto esse*, ita, & taliter quod sufficiat qualitas habitualis, stringente etiam casu resoluto per S. Congregat. Concilii apud Barbos. *in Summ. Apost. dec. in verb. Cappellania numer. 14.* Et ulterius quia etiam qualitas Sacerdotalis tolli potest, quando beneficium ex quadragenaria præscriptione non Sacerdoti fuerit collatum. Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 5. num. 35.* cum ibi adductis.

Quæ omnia faciunt saltem dubietatem hinc inde; propter quam in Judicio totum non erit nec uni, nec alteri ex Collitigantibus certum quid sibi promittere; cum observantia præsertim, si est adeo longæva sit magni ponderis, & in terminis istis valde urget, *dicta dec. 41. cor. Priolo*; de qua tamen observantia plenam notitiam non habeo; bene verum est, quod in provisione Apostolica anni 1614. video, quod Cappellania enunciatur habita = *etiam aliquando per alios in Sacris Ordinibus nondum constitutos* = ; quæ verba importent beneficium fuisse obtentum aliquando per non constitutos in Sacris, & n contrario sensu per constitutos in Sacris, & consequenter dubio, quod licet concurrat observantia exclusiva Sacerdotii actualis, non tamen concurrat pro exclusione Sacerdotii saltem habitualis, & sic nullum jus habet Clericus simplex, ex quo cæteroquin fundatio quoad Sacerdotium saltem habituale non videtur habere difficultatem, sed quia ratio conclusive decidendi pendet ab observantia, quæ respicit factum non præcognitis omnibus ejus circumstantiis, aliud judicium pro nunc efformare non possum, & insuper addo, quod præallegata provisio Apostolica anni 1614. continet derogationem Fundationis pro ea vice tantum dispensando provisum quoad qualitatem Sacerdotalem, quæ derogatio, & dispensatio supponit per antecedens beneficium esse Sacerdotale actu, vel saltem habitu, ut diai, *numer. 5.* & est receptus Stylus Da- 15
tariæ dispensandi quoad requisitum qualitatis Sacerdotalis, necnon quoad ætatem cum derogatione Fundationis pro ea vice tantum adjecta clausula de se promovendo ad Sacerdotium, cum primum ad ætatem legitimam pervenerit Provisus, & hæc praxis derogandi legi fundationis in hoc puncto refertur per Rebuff. *in prax. benef. in part. 3. Signatur. in verb. necnon Jurepatronatus num. 72.* ubi autem concurrit Juspatronatus passivum, exempli gratia, pro Descendentibus, seu illis de Familia, qui sint Presbyteri, seu Sacerdotes, tunc in Dataria Apostolica obtineri potest Provisio favore unius de genere vocato licet simplicis Clerici cum derogatione Fundationis, ut supra, & cum clausula = *Attento quod nullus descendens Presbyter ad præsens existit, quod ad illud aspiret* = & cum prædicta altera clausula de se promovendo ad Presbyteratum, *cum primum ad ætatem legitimam pervenerit*. Hinc in contingentia facti cum vacasset beneficium debitum ex Fundatione Descendentibus familiæ Presbyteris, & ex istis nemo existeret nisi unus Laicus, qui modum quærebat obtinendi beneficium, Consului, quod statim intra terminum quadrimestris instaret coram Ordinario sibi conferri Clericalem Tonsuram expressa ratione ob-

tinendi provisionem Apostolicam modo proxime relato, & cum protestatione interim sibi tempus, & tempora non currere, quodque Ordinarius non posset Tonsuram denegare sine justa causa, & irrationabiliter tardaret, non posset conferre Jure devoluto alicui Extraneo, quia potest quis esse capax per Dispensationem, seu Provisionem, ut supra vide Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q* 40. *n.* 167. Cyrill. *q. Jur. cap.* 30. De Luca *de linea legal lib.* 1. *resp.* 22. Rot. in *Leodien. Canonicatus* 1. *Julii* 1707. §. *Et hinc*, *cor. R. P. D. Scotto*,

R.P.D. FALCONERIO.

Melevitana Beneficiorum.

Lunæ 16. Junii 1710.

PEr obitum Petri Antonii Aldana de Vagnolis, vacatis duobus Beneficiis, sive Cappellaniis de Jurepatronatus Laicorum, erectis in Ecclesia Cathedrali sub Invocatione Sanctissimæ Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis a Smeralda, & Antonio Jugalibus de Vagnolis cum reservatione passivi Patronatus favore illorum de Familia; Uni ex dictis Cappellaniis assignata fuerunt bona ruralia sita in Regione Casalis *Zheitun* dicta = *Ta rabal Rayada* = Alteri autem illa posita in Insula Gaudisii in Regno *del Garbo*, sive *delli Vagnoli* nuncupata = *Ta Corthin hierim* = major Patronorum pars præsentavit Joannem Baptistam Balsanum de Vagnolis filium Euphemiæ unius ex Patronis, suamque trahentem originem a Fundatoribus, minor vero Laurentium Malliam estraneum. Qua de re contendentibus inter se præsentatis coram Ordinario pro institutione consequenda, ille prælegit Joannem Baptistam; inde in gradu appellationis delegata mihi causa dedi dubium = *An, & cui sint adjudicanda Beneficia* = & Domini responsum mihi reddiderunt = *Beneficia esse adjudicanda Jo: Baptistæ* =

Etenim ultro admittebatur, Joannem Baptistam esse Clericum, descendere a Fundatoribus, atque fuisse præsentatum a majori parte Patronorum; idcirco, concurrentibus ad sui favorem omnibus qualitatibus in fundatione desideratis, jure merito Beneficia, sive Cappellaniæ, vel, ut dicuntur, Animagia, sunt ei
15 adjudicanda, ad firmata per Rotam *in dec.* 459. *n.* 1. *& decis.* 636. *n. itidem primo*, *p.* 19. *tom.* 2. *rec. & in Majoricen. Beneficii prima Februarii* 1709. §. *Illi enim*, *coram Me*.

Non obstat, Joannem Baptistam non esse actu Sacerdotem, & proinde incapacem dictorum Beneficiorum qualitatem Sacerdotalem in actu requirentium, tam inspecta concessione situs in Cathedrali pro Altare construendo, ut in illis verbis = *Pro Animagio more Ecclesiastico de Sacerdote in Sacerdotem* = quam Testamento Smeraldæ, in quo habentur illa verba = *de Presbytero in Presbyterum*, *qui teneantur canere Missam*, quam etiam altero Testamento Antonii Conjugis ejusdem Smeraldæ ibi = *lassau in Animagio a dui Parrini (idest Preti) e che ciascun Parrinu dica dui Missi:* Quia sive attendantur observantia elicita ex facto proprio Fundatorum, sive altera successive subsecuta, sive proprietas dictorum verborum, sive denique peculiares declarationes, vel judicata semper, & in quolibet casu perspicitur objectum, omnibus prorsus viribus denudatum,

Ex facto quippe Fundatorum Domina Smeralda instituit suum hæredem universalem Antonium Virum, cui onus reliquit fundandi dicta Animagia de Presbytero in Presbyterum, prout idem Antonius Adimplevit, eligendo in una ex dictis Cappellaniis Angelum Patnisium, simplicem Clericum, & respective Sacerdotem Petrum Tellarizzi, cum obligatione celebrandi Missas pro dicto Angelo usquequo fuisset perventus ad Sacerdotium; Hæc observantia, uti proxima, & immediata post fundationem, & uti suam habens originem a facto proprio unius Fundatoris, maximopere confert pro interpretanda illius voluntate, quod nempe voluit Missarum celebrationem, sed industriam personæ non elegit, Rota *coram Seraph. dec.* 1410. *n.* 7. *& in Recent. decis.* 220. *num.* 21. *&* 22. *part.* 13.

Observantia successiva hoc idem commonstrat; Dum anno 1604. præsentatus Petrus de Vagnolis simplex Clericus fuit ab Ordinario institutus, & illius institutio corruscat etiam canonizata a Sacra Rota in *dec.* 179. *& dec.* 180. *p.* 13. *Rec.* prout pariter de anno 1656. præsentatus Petrus Antonius Aldanus Subdiaconus obtinuit institutionem non dispari sorte approbatam a S. Rota in *dec.* 96. *& dec.* 206. *p.* 3. *Rec.* & ultimo loco per istius obitum contigit vacatio, quæ dedit causam hujusmodi controversiæ; quamobrem cum compertum in Jure sit, quod Sacerdotes non sunt ita incapaces Beneficiorum Clericalium, prout Clerici sunt incapaces Beneficiorum Sacerdotalium; ideoque non ex quo semper fuerunt admissi Sacerdotes concludens oritur argumentum, quod Beneficium sit Sacerdotale, ex quo aliquando fuerunt admissi simplices Clerici propter ipsorum incapacitatem ad Beneficia Sacerdotalia, validum consurgit argumentum, Beneficium non esse Sacerdotale, Gemin. *in c. cum de Beneficiis*, *n.* 11. *de prabend in sexto*, & ibidem, Franc. *in fin.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 47. *n.* 28. Vivian. *de Jurepatr. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 37. *& seqq.* Rota *coram Mant dec.* 129. *per tot. & in Rec. dec.* 162. *n.* 18. *cum duobus seqq. p.* 12.

Ex qualitate verborum; nam illa de Presbytero in Presbyterum, sive pro duobus Presbyteris, qui celebrent duas Missas in Hebdomada, ut denotant illa verba = *A dui Parrini*, *e che ciascono Parrinu dica* 16
dui Missi, = cum non fuerit electa industria personæ, nec fuerit additum, ut per se ipsos celebrent; transit in evidentiam, Fundatores exoptasse suffragia Missarum celebrandarum in Altare ab ipsis erecto, & fundato, sed parum curasse, a quibus personis celebratio expleretur, dum Cappellanis non injunxerunt onus celebrandi per se ipsus, ut nunc de magis vera, & recepta opinione tam in nostro Sacro Auditorio, quam in Sacra Congregatione Concilii testatur Rot. *cor. Mantica in d. dec.* 129. *n.* 4. *& in magistrali dec.* 825. *per tot. coram Merlin. & in rec. d. dec.* 162. *n.* 13. *& seqq. p.* 12.

Denique ex judicatis, & resolutionibus; quoniam in solemni statu fundationi immediato, Ordinarius pronunciavit, eligendum esse Presbyterum de Cognomine, quo non existente, præsentari posse Sacerdotem; Unde cum electio de Presbytero de Parentela fuerit disjunctive concepta ab illa de Sacerdote extraneo, & certum sit, quod ordinata electione Presbyteri Beneficium non dicatur Sacerdotale, ad plene firmata per Rotam *in d. dec.* 825. *coram Melin.* Consequens est, ut dicta Sententia firmet immutabilem statum pro Clericis a Fundatoribus descendentibus, tantoque magis, quia in dubium non revocatur,
Jo: Baptistam esse Sacerdotem in aptitudine, ex quo 17
fit, ut in Beneficiis vere Sacerdotalibus, si concurrat estraneus, qui sit Sacerdos in actu, & aliquis de sanguine in aptitudine, debeat iste ex præsumpta mente Testatoris præferri, Amostaz. *de Causis piis lib.* 3. *cap.* 3 *n.* 32.

Circa resolutiones individua refulget illa Sacri nostri Auditorii in *dicta dec.* 206. *num.* 7. *&* 8. *part.* 13. cum fuerit tunc disputatum, an ista Beneficia potuissent simul uni Beneficiato conferri, & pro incompatibilitate fuerit allegatum, Beneficia esse sacerdotalia, & continere onus Missarum per ipsosmet Beneficiatos adimplendum, quod asserebatur causare incompatibilitatem, ex quo idem Beneficiatus nequibat eodem tempore onera utriusque adimplere; Sacra Rota vero innixa resolutioni Sacræ Congregationis Concilii, atque quamplurimis Auctoritatibus & præsertim *dicta dec.* 825. *coram Merlin.* censuit, eadem beneficia non esse incompatibilia, & onera potuisse per Substitutum adimpleri; Cum ergo habeatur in his Beneficiis præcisa determinatio Sacræ
Rotæ, oportet nunc illam de stylo supponere, cum 18
incidenter revideri, sive revocari non possit, Rota *coram Celso decis.* 320. *num.* 5. *& in Recent. decis.* 201. *numer. sexto part.* 17. *& decis.* 134. *numer.* 16. *part.* 19.

Neque

• Neque præmissis repugnat resolutio Sacræ Congregationis Concilii relat. a Fagnan. *in Capit. Ut Abbates, num. 71. de ætat. & qualitat.* quia in illo casu Fundator dixerat, debere eligi = *Cappellanum Presbyterum, & quod Cappellanus debeat, & teneatur celebrare in ea Missam* = verbo enim = *Cappella-*
19 *num* = fuit additum illud = *Presbyterum* = ad denotandam qualitatem Presbyteralem, sive Sacerdotalem in eo volitam. At secus est in hac facti circumstantia, in qua absque ulla geminatione verborum habetur, ut eligatur Presbyter, qui celebret, quæ verba stant demonstrative, & Beneficium Sacerdotale non efficiunt, ut bene explicat Rot. *in dicta dec. 825. n. 12 & 13. cor. Merlin.*

Prout pariter non adversantur stabilita a Rota *coram Duran. decis. 290. num. 4. coram Burett. decis. 680. num. 5. & 6. coram Dunozett. Jun. decis. 956. n. 10. & seqq. coram Seraphin. decis. 871. numer. primo, & alibi*, quæ etsi non loquantur de fundatione pro Presbytero, sed pro Sacerdote; Nihilominus cum in Testamento Smeraldæ prius legatur *de Presbytero in Presbyterum*, & deinde, *quod dictum Animagium concedatur, & esse debeat D. Nicolai de Bordino, quo mortuo, dictum Animagium concedatur per dictos ejus heredes, & successores suos alii Sacerdoti de Cognomine de Bordino si exstiterit, alias aliis Presbyteris ad electionem heredum*; Oput esset concludere, Testatricem in familia electa voluisse Sacerdotium, quod repetitum etiam censeretur in extraneis, ne isti sint melioris conditionis illorum de descendentia; Verumtamen cum eadem Testatria semper nominaverit Presbyteros, & semel tantum non quidem geminate, sed disjunctive expresserit Sacerdotem; a contrario sensu arguendo, sicuti in aliis casibus, vocatio Presbyteri non facit Beneficium Sacerdotale, ita pro synonyma haberi debet unica nominatio Sacerdotis de familia, ne oppositum absurdum oriatur, quod illi de familia magis onerentur, quam extranei, cum ex promiscua nominatione promiscuus promanet intellectus, nec verborum vocabula, sed voluntas sit spectanda, Card. de Luc. *de Benefic. disc. 61. num. 8.* ut optima ratione declaravit Ordinarius in statu proximo fundationi, qui censuit, Sacerdotium actuale requiri in extraneis, non autem in illis de sanguine, & de facto Angelus nominatus ab Antonio fundatore, quem supponitur fuisse ab illius hæredibus exclusum, illius exclusio solummodo obvenit, quia non erat de sanguine Fundatorum, non quia non erat Sacerdos.

Frustra habetur perfugium ad decisiones supra recensitas, quia, vel loquuntur in terminis, in quibus Sacerdotium fuit absolute consideratum, & oneri annexum, vel quando verba fuerunt geminata
20 puta pro Presbytero Sacerdote, sed nunquam de fundatione facta pro Presbyteris, inter quos disjunctive, & promiscue semel tantum fuit nominatus Sacerdos absque ulla oneris connexione, sive præcepto, ut celebret per se; in quo themate dictum vocabulum *Sacerdotis* =, Latino Idiomate conceptum, non excludit, quin convenire possit etiam Clericis inferioris Ordinis, ad Text. *in Cap. Si quisquam de cohabitatione Cler. & Mulier. ibique* Gloss. *in verbo Sacerdotum*, ibi = *nomine Sacerdotum intelliguntur inferiores*, & communiter Scribentes, Rot. *coram Merlin. decis. 685. numer. 22. & seqq. repetita in recent. decis. 59. numer. 22. & seqq. part. 7. & decis. 184. num. 14. part. 12.* & absque difficultate præmissa procedunt, quando ex prædictis constat, aliquando fuisse admissos simplices Clericos, cum ista observantia sit declarativa fundationis, & exclusiva qualitatis Sacerdotalis, ut egregie cum allegatis prosequitur Rota *dicta decis. 184. numer. 15. part. 12. Recent.*

Sed quid insuper adhuc immorari in istis quæstionibus, quando jam D. D. visæ fuerunt absolutæ a Judicio Sacræ Rotæ, in bisca Beneficiis expenso in prædicta *decis. 206. part. 13. recent.* Quapropter semper ac res in hoc statu permanet, vetitum est contra dictam decisionem os aperire, sed opus est juxta illius sensum procedere? Et ita utraque, &c.

Aprutina Beneficii.

ARGUMENTUM.

Fundator dividendo per Turnum Juspræsentandi inter Laicos, & Ecclesiasticos in Turno Ecclesiasticorum reddit illud Ecclesiasticum, & obnoxium Reservationibus Apostolicis, quibus non censetur derogare voluisse ex reservatione Jurispatronatus in perpetuum cum distributione Turni.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ, quæ justificantur in suo præcipuo fundamento, sunt exequendæ.*
2 *Juspatronatus mixtum in Turno Ecclesiastici cadit sub reservationibus contra opinionem Auctoris.*
3 *Fundator reservando Juspatronatus Ecclesiasticis censetur se voluisse conformare cum Reservationibus Apostolicis, & n. 4.*
5 *Ut censeatur illis derogasse, verba non debent pati alium diversum sensum.*
6 *Non sufficit ad hunc effectum, quod voluerit Patronos præsentare in perpetuum cum ordinatione Turni, & num. 7. 21. 22. 23. & 24. & 29.*
8 *Juspatronatus mixtum non cadit sub Reservationibus.*
9 *Qualis sit effectus discretiva.*
10 *Differentia inter Juspræsentandi concessum cum verbo possit, & verbo debeat, & n. 11. usque ad n. 15. juncto n. 28.*
16 *Ecclesiasticus consumit suum Turnum, si Papa conferat in illo, vide n. 17. & 18.*
19 *Juspatronatus, ut dicatur Ecclesiasticum, sufficit esse reservatum Ecclesiasticis, licet proveniat ex bonis Laici Fundatoris, limita numer. 20.*
25 *Verbum debent esse præceptivum.*
26 *Ad excludendas Reservationes tacite, requiruntur conjecturæ æquipollentes voluntati expressæ.*
27 *Assignatio primæ vacationis pro Turno Ecclesiastici respicit eius præcedentiam in concursu Laici.*
29 *Declaratur sensus Auctoris in iis, quæ scripsit discept. Eccles. 25. Vide etiam 30. & 31.*
32 *Resolutio hujus causæ, cum tenore decisionis S. Rotæ.*

ALLEGATIO XVIII.

Litteræ Apostolicæ sunt exequendæ, justificatur e- 1
nim Reservatio controversi Beneficii, in qua consistit præcipuum earum fundamentum, ad notum Text. *in cap. Si capitulo, ubi* Gloss. *in verb. exequatur de concess. præben. in 6.* Gregor. *decis. 235. num. 15. & in recen. decis. 63. num. 1. part. 19. & in Faventina Beneficii 24. Aprilis 1705. §. Injustitiæ, coram R. P. D. Kaunitz.*

Constat autem de reservatione, quia vacavit Beneficium in Mense Apostolico, & probatur illud esse de Jurepatronatu mixto Laicorum, & Clericorum, sed ejus exercitium fuisse divisum per Alternativam, seu Turnum ex Lege Fundationis; juxta quam in prima vacatione Turnus fuit assignatus Ecclesiasticis,
in altera autem Laicis; Conque propterea in hac va- 2
catione turnatium Juspræsentandi spectaret ad Ecclesiasticos, nempe Abbatissam, & Vicariam Monasterii S. Joannis; Beneficium in hoc Turno Ecclesiasticorum dicitur Sedi Apostolicæ reservatum, juxta opinionem Garz. *de Benef. part. 5. cap. 1. num. 614.* Vivian. *de Jurepatr. part. 1. lib. 1. cap. 3. num. 18.* Barbos. *de*

ro ad Laicos diversis verbis disposuit, ibi = *E nel-*
la seconda vacanza debbano presentare, e nomina-
re, &c. Blasio, & Angelo, e loro figli, & eredi
= Notetur hic evidentissima discretiva, cum qua
Turnum demandavit inter Laicos, & Ecclesiasti-
cos, dum quoad istos disposuit per verbum *Possint*,
ibi = *possino presentare;* = circa autem Laicos locu-
tus est per verbum necessitativum *Debeant*, ibi =
debbano presentare = Quæ discretiva locutio sicut
9 diversam denotat voluntatem Disponentis in uno, ac
in altero casu, Corn. *consil.* 9. *num.* 6. *lib.* 3. Rot. *de-*
cis. 667. *num.* 5. *part.* 2. & *decis.* 28. *num.* 24. *part.* 8.
& *decis.* 620. *n.* 29. *part.* 18. & *decis.* 504. *num.* 11,
& 12. *part.* 19. *recent.*

Ita in casu præsenti aperte demonstrat, quod di-
verso Jure præsentarent Laici, ac Ecclesiastici, sciens
enim Fundator, quod vacatio Beneficii poterat suc-
cedere in Mensibus Apostolicis, & Ordinariis;
quodque Ecclesiastici in Apostolicis præsentare non
poterant, sed bene in Ordinariis; per contrarium
vero Laici in quibuscunque Mensibus gaudebant Ju-
re præsentandi, proinde quantum ad Ecclesiasticos
dixit, quod possent præsentare, per quod verbum
possent, debet intelligere, quod præsentarent; quate-
10 nus de Jure præsentare possent, non superveniente
scilicet impedimento Reservationum Apostolicarum,
ut in specie Sperell. *decis.* 180. *n.* 40. ibi = *Verbum*
potest, intelligi debet, quatenus de Jure possit = &
per Gloss. *in capit. cum teneatur in verb. si non potest*
de praeben. tradunt Grat. *decis. Marchiæ* 13. *numer.* 34.
Barbos. *dict.* 268. *num.* 9. *in fine*, Seraphin. *de privil.*
Jur. privil. 33. *numer.* 71. Rebuff. *in l. Nepos* 125.
versic. 4. *allegatur*; *ff. de verb. signific.* prout ita et-
iam interpretanda esse verba Fundationis, licet non
concurrat verbum *Possit*, in fortioribus dixit Rot.
in dicta Barchinonen. Beneficii 1685. §. *Corrui*, ibi =
Cum etiam commode interpretari possint, quod præ-
sentatio fieret ab Operariis toties, quoties casus eve-
nerit, nullo existente, & superveniente impedimento =
& explicavi late *dicta Disceptat. Eccles.* 25. *num.* 2.
& *sua numer.* 26, *versic. hinc patet part.* 1. *fol.* 405,
& 416.

Quantum vero ad Laicos nullis Reservationibus
obnoxios disposuit, quod præsentare deberent, ibi =
debbano presentare = quod verbum *debet* palam o-
11 stendit Patronos Laicos fuisse consideratos sine ul-
lo impedimento circa Jus præsentandi in vacatio-
nibus quibuscunque tam in Mense Apostolico,
quam Ordinario, & idcirco dixit Fundator, quod
præsentare deberent tanquam ex debito, seu neces-
sitate Juris hoc exigentis, juxta naturam illius ver-
12 bi *Debbano*, cujus est inducere necessitatem, &
debitum Juris omnino servandum, *Capit. propo-*
suit, §. *Super quo*, & *capit. oblata de appellat.*
Gloss. *in Clement. attendentes in verb. debeant de*
statut. Monac. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsum-*
pt. 47. *numer.* 9. Seraph. *de priv. Jur. priv.* 33. *nu-*
mer. 90. Rot. *decis.* 79. *num.* 1. & *decis.* 276. *num.* 2.
part. 1. *recent.*

13 Hinc non obstabit consideratio, quod si admitta-
tur Provisio Apostolica, per eam violabitur, seu
rumpetur Turnus a Fundatore designatus, nempe
ut Ecclesiastici præsentent in prima vacatione (quæ
est ista, de qua agitur) in secunda autem Laici;
Quippe assignatio præsentationis favore Abbatissæ,
& Vicariæ *nella prima vacanza*, respicit dunta-
xat naturam, & ordinem Turni, ut ejus alternati-
va incipere deberet ab Ecclesiasticis, tanquam di-
gnioribus, quibus debita erat præcedentia; sed, in-
de non sequitur in hac prima vacatione fuisse exclu-
sas reservationes Apostolicas; eo fundamento, quod
cum in hujusmodi prima vacatione Fundator non
expresserit verba præceptiva, & necessitativa, quod
nempe Ecclesiastici *presentare debeant*, sed potius
potestativa, scilicet quod *præsentare possint*, utique
non dicitur concessa facultas præsentandi in casu,
quo prima vacatio successisset in mense reservato,
& in qua propter impedimentum Regulæ octavæ,
Ecclesiastici præsentare non potuissent, sed solum in
ea prima vacatione, in qua, sine ullo impedimento,
de Jure habuissent potestatem præsentandi, & sic in
illa, quæ contigisset in mensibus ordinariis, non
autem Apostolicis, juxta decisa in *dicta Barchinon.*
Beneficii 16. *Januarii* 1686. §. *corruit*, *coram Card.*
Marchese.

Sed evidentius quia si voluisset Turnum Ecclesia-
sticum esse regulandum juxta naturam Jurispatrona-
tus Laicalis exclusive ad reservationes, sicut quoad
Laicos dixit, quod præstare deberent, ita etiam di-
xisset quoad Ecclesiasticos; dicendo autem quod isti
solum præsentare *possent* in prima vacatione ad dif-
ferentiam Laicorum, quos jussit præsentare *debere*,
voluit propterea Turnum Ecclesiasticorum esse regu-
landum juxta naturam Jurispatronatus Ecclesiastici,
non autem Laicalis, cum qualitate scilicet præsen- 14
tationis potestativæ, quæ exercetur quando de Jure
exerceri potest, non superveniente impedimento Re-
servationum Apostolicarum, juxta argumentum, de
quo Text. *in l. unica* §. *Ubi autem Legatarii*, *versic.*
sin autem ad deficientis, *Codic. de caduc. toll.* Surd.
cons. 426. *n.* 1. Rot. *decis.* 182. *num.* 13. & 14. *part.* 15.
& *decis.* 36. *num.* 11. *part.* 16. & *decis.* 101. *numer.* 11.
part. 17. & *decis.* 393. *num.* 11. & 12. *part.* 18. *tom.* 1.
recent.

Præsertim quia Fundator, postquam in superiori-
bus verbis complicaverat dispositionem per unum,
idemque Verbum *debeant*, quoad Patronos tam Lai-
cos, quam Ecclesiasticos, ibi = *Con che debbano*
presentare alternativamente = statim, & imme-
diate correxit, seu restrinxit hujusmodi verbum ap-
plicando ad Laicos, & excludendo quoad Eccle-
siasticos, ibi = *Cioè la prima volta possano presen-*
tare la Madre Abbadessa, e Vicaria, e nella secon-
da Vacanza debbano presentare Blasio, & Angelo,
e loro figli, &c. = ponderando illam dictionem de- 15
claratívam *Cioè*, cujus præcipua indoles est restrin-
gere antecedens verbum *Debbano*, illudque declara-
re appositum Patronis Laicis, non autem Ecclesiasti-
cis, Jason. *in l.* 3. §. *Saltem*, *n.* 2. *ff. de acquir. hered.*
Cened. *practic. quæst. singular.* 97. *num.* 5. Barbos. *dict.*
145. *numer.* 2. Soccin. Jun. *cons.* 124. *n.* 3. *lib.* 1. Rot.
dec. 330. *n.* 18. *p.* 12. *rec.*

Minusque per hanc intermediam Provisionem A-
postolicam considerari valet aliquod præjudicium Pa-
tronis Laicis, circa prorogationem sui Turni, quia 16
Papa conferendo Jure reservato, dicitur conferre Ju-
re Ecclesiastici, & subingredi in ejus locum; ita
ut Ecclesiasticus suum Turnum consumat, perinde
ac si præsentasset, ut plene substinet Garz. *de benef.*
part. 5. *cap.* 1. *num.* 615. Vivian. *de jurepatr. l.* 1. *cap.*
3. *num.* 18. Barbos. *de Jure Eccles. l.* 3. *cap.* 12. *num.* 17.
versic. & tunc Ecclesiasticus, Moneta *de Commut. ult.*
Volunt. cap. 10. *sub num.* 268. *circa finem vers. decla-*
ratur tertio; & dixi supra *Alleg.* 8. *numer.* 38. Et 17
hæc est ratio quare sustinetur opinio, quod in Tur-
no Ecclesiastici intrat reservatio, quia nempe Laico
Compatrono non præjudicat, alias si præjudicaret
in prorogando ejus Turnum, intrare non posset Re-
servatio, & Provisio Apostolica, nec esset recepta
supradicta opinio, quæ tenetur in praxi; licet apud 18
me contraria sententia verior visa fuerit ex adductis
dicta discept. Eccles. 25. *n.* 34. & 35.

Neque obstat natura bonorum Laicalium, & Per-
sona Fundatoris etiam Laici, quia ad effectum, ut 19
Juspatronatus censeatur Ecclesiasticum, sufficit illud
esse reservatum Ecclesiasticis, Rot. *coram Molinedan.*
decis. 9. *de Jurepatr.* Duran. *decis.* 285. *numer.* 65.
Dunozet. Jun. *decis.* 776. *numer.* 17. & 18. & *in*
recent. decis. 560. *numer.* 5. & *seqq. part.* 18. & *in*
Parmen. Beneficii 1. *Martii* 1700. §. *Justificatio*,
coram R. P. D. Scotto; Et quamvis etiam Juspatro- 20
natus reservatum Ecclesiasticis possit retinere natu-
ram laicalem, si Fundator ita voluerit expresse, vel
tacite excludendo Reservationes Apostolicas, hæc
tamen conclusio in abstracto vera, male applicatur
ad casum, ubi non constat de tali Voluntate Fun-
datoris; Quandoquidem illa clausula *in perpetuum*, 21
super qua ex adverso constituitur præcipuum funda-
mentum, allegatur cum æquivoco tanquam adjecta
reservationi Jurispatronatus, ibi = *Lo riserva, &c.*
in per-

in perpetuum per una voce ; = & fic ad exprimendum, quod Abbatiffa ; & Vicaria non temporaliter, fed perpetuo effe deberent Patronæ; non autem adjecta quoad modum præfentandi femper in omnibus vacationibus pro tempore occurrentibus; In quo cafu loquuntur *decif.* 274. *coram Royas* ; Adden. *ad Pamphil. decif.* 189. *numer.* 17. & Pacion. *de Locat. capit.* 15. §. 6. *numer.* 16. Cardin. de Luc. *de Benef. difc.* 6. *numer.* 10. Aliud eft enim refervare Jufpatronatus in perpetuum, favore alicujus, quod nihil aliud importat, quam velle, ut aliquis fit Patronus in perpetuum, non autem temporaliter. Aliud vero eft, quando apponitur Lex præfentandi femper, & in perpetuum in omnibus vacationibus
21 pro tempore occurrentibus. In primo enim cafu Fundator fimpliciter vult fubftantiam Jurifpatronatus refervare in perpetuum ; In alio vero intelligit dare modum præfentandi, & fic difponere quoad ejus exercitium pro tempore faciendum ; unde prædlegata claufula *in perpetuum*, cum fuerit appofita ad
22 alium, & diverfum effectum, nempe durationis fubftantiæ Jurifpatronatus, non poteft referri ad tempus, & cafum præfentandi; Quamvis ubi etiam ad hoc referenda foret, non tamen fufficeret fola ad perfuadendum fuiffe volitam qualitatem laicalem Ju-
23 rifpatronatus exclufivam Refervationum Apoftolicarum, fed requiruntur alia verba nempe = *Semper perpetuis futuris temporibus*, & *in omni cafu* = ut explicat Rot. *in Parmen. Beneficii* 16. *Junii* 1702. §. *Evidentius*, *coram R. P. D. Anfaldo*, ibi = *Adeo ut exempli gratia fufficiat Fundatorem dixiffe, quod perpetuis futuris temporibus, præfentatio femper pertineret ad Priorem, & Canonicos, &c.* = Quodque non fufficiat fola dictio *in perpetuum*, feu *perpetuo*,
24 firmavit Rot. *in Barchinonen. Beneficii* 5. *Decembris* 1685. §. *minus*, *coram Cardin. Matthajo*, ubi quod ad hunc effectum non fufficit *fola difpofitio, quod toties, quoties Beneficium vacare contigerit, hæres, & fui perpetuo, præfentent* ; alias enim, cum omnis fundatio, tacite, vel expreffe femper contineat refervationem Juris præfentandi *in perpetuum*, non autem temporaliter, fequeretur quod fruftratoria effet difpofitio *Cap. final. de jurepatron. in* 6. reddens Ecclefiafticum Jufpatronatus Laicorum poffeffum ab Ecclefiafticis, & ad nihil infervirent regulæ Cancellariæ, & Refervationes Apoftolicæ, ut in puncto confiderat Rota *in dicta Barchinonen. Beneficii* 5. *Decembris* 1685. §. *Minus circa finem*, & 6. *Januarii* 1686. §. *Corruit*, *cor. Cardin. Matthajo*.

Decifiones autem *in Civitatis Caftelli Canonicatus Pœnitentiarii* 1. *Decembris* 1684. *coram eodem Card. Matthajo*, & *in Parmen. Beneficii*, de quibus apud me *Difcept. Ecclef.* 25. loquuntur in terminis differentiffimis, ubi conftabat de exclufione Refervationum clare, ac manifefte, non per folam Dictionem *in perpetuum*, vel *omnino*, fed ex pluribus circumftantiis, quæ fimul junctæ talem effectum perfuadebant, ut explicavi, *dicta Difceptat. Ecclef.* 25. *numer.* 23. *cum plurib. feqq.* Etenim juxta cafum relatæ Decifionis *Civitatis Caftelli* Turnus per Fundatorem ftabilitus, erat hoc modo conceptus; nempe quod = *Præfentatio tam in prima Inftitutione, quam perpetuis futuris temporibus, dum quotiefcunque, & quandocunque cafus vacationis evenerit, fpectet, & pertineat ; prout Teftator fpectare, & pertinere voluit, & mandavit ad Epifcopum pro tertia parte, & ad Capitulum pro duabus aliis tertiis partibus ; Inftitutio vero pariter perpetuis futuris temporibus, dum cafus vacationis contigerit, fpectet ad Epifcopum, & Capitulum, alternative tamen ; Ita ut una fpectet ad Epifcopum, altera vero immediate fequens ad Capitulum, & fic in perpetuum fervari debeat* = ut funt verba præcifa Fundationis relatæ, in *d. Civitatis Caftelli*.

In præfenti non fuit per Fundatorem expreffus hujufmodi Turnus cum lege, quod tam in prima vacatione, quam in aliis, præfentatio fieri debeat cum illis verbis enixis, & geminatis ; = *perpetuis futuris temporibus* = aliifque ibi fuperadditis per viam Regulæ = *Et fic in perpetuum fervari debeat* = Sed immo Fundator quoad Laicos quidem expreffit, quod præfentare debeant, ibi = *debbano prefentare* = fecus vero quoad Patronos Ecclefiafticos, quos voluit tantum præfentare poffe, non autem debere, ibi = *poffono prefentare* = ideoque quoad ipfos exclufa remanet voluntas enixa Fundatoris circa præfentandum in prima vacatione, eo ipfo quod deficit verbum *debeat* præceptivum, & 25
demonftrativum certæ voluntatis difponentis omnino fervandæ, prout tale Verbum præceptivum concurrere debet ad hunc effectum, *ut in dicta Civitatis Caftelli* in fupra relatis verbis = *& fic in perpetuum fervari debeat* = Et in fpecie declarando hujufmodi decifionem, advertit Rot. *in dict. Barchinonen. Beneficii* 5. *Decembris* 1685. §. *Minus*, *coram eodem* Matthajo, & *in dicta Tirafonen. Prioratus* 26. *Decembris* 1691. §. *Etenim*, *coram Reverendiffimo Decano*, & explicavi Ego in *Difcept. Ecclef.* 25. *numer.* 15. *verfic. vel fi Fundator.* Alias enim fi loco Verbi præceptivi *debeant*, concurrat aliud totaliter contrarium, nempe *poffint*, exinde voluntas Fundatoris non dicitur enixa ad oftendendum, quod Ecclefiafticus debeat præfentare, fed folum fimpliciter conceffa, prout de jure, & quatenus Ecclefiafticus præfentare poffit, prout præfentare non poteft in Menfibus Apoftolicis, juxta doctrinam Jo. Andr. *in cap. final. de Jurepatron. in* 6. *de qua* Rot. *coram Priol dicta decif.* 362. *num.* 11. *decif.* 383. *num.* 15. & *decif.* 432. *n.* 20.

In aliis pariter recentioribus Decifionibus *in Parmen. beneficii* ; in quibus Ego fcripfi, & non fine votorum fciffura ; prævio receffu a decifis, declarari obtinui fuiffe exclufas Refervationes Apoftolicas per tres fententias conformes, *coram Reverendiffimis Patribus D. D. Scotto, Anfaldo, & Molines Decano* ; Cafus fundationis, de quo ibi agebatur, erat diverfiffimus, dum tam pro prima Vacatione, quam pro cæteris omnibus fequentibus voluerit Fundator Beneficium provideri per tres fixos, & determinatos Collatores, Capitulum, Epifcopum, & Abbatem Vallis Serenæ cum ordine circulari in perpetuum fervando ; itaut uno non providente intra decem dies, provideret alius intra eundem terminum, & devoluta provifione ad tertium Collatorem, deberet retrogradari ad primum, deinde fecundum, & tertium, & fic continue circulari, necnon recirculari Jus providendi ; itaut manifefte exclufus remaneret Summus Pontifex a Jure providendi, ut late explicatur in Decifionibus defuper æditis, nempe 28. *Januarii*, & 13. *Junii* 1701. *coram R. P. D. Scotto*, 16. *Januarii* 1702. *coram R. P. D. Anfaldo*, & 27. *Junii* 1703, *coram Reverendiff. Molines Decano* ; & relata ferie Facti, ac rationibus Caufæ, plene deduxi *dicta Difcept. Ecclef.* 25. *fub n.* 16. & *feqq. fol.* 411. *part.* 1.

Qui fane Cafus nullam habet applicationem ad iftum, de quo agitur, ut reflectenti patet, dum in fumma nihil aliud habemus, nifi fimplicem Turnum inter Laicos, & Ecclefiafticos Patronos, modificatum, quoad Ecclefiafticos cum illis verbis *præfentare poffint*, concedentibus præfentationem poteftativam prout de Jure, & fic conftituentibus fimplicem divifionem Turnariam, ubi femper intrat Refervatio, & Provifio Apoftolica ex fuperius oftenfis ; & nifi intraret, effet firmare, quod in Turno Ecclefiaftici divifio cum Laico ceffarent Refervationes contra opinionem, quæ hodie videtur recepta, ut in *fupradictis Decifionibus* 362. *numer.* 11. & *decif.* 383. *numer.* 15. & *decif.* 432. *numer.* 20. *coram Priolo*, quæ pro magiftralibus circumferuntur in praxi.

Neque reperitur adhuc cafus, quod per folam Re- 26
fervationem Juris præfentandi *in perpetuum* factam Ecclefiafticis Sacr. Rotæ Tribunal judicaverit fuiffe volitum qualitatem Laicalem Jurifpatronatus, & exclufas Collationes Apoftolicas in Menfibus refervatis, cum in hac materia ubi mens Fundatoris educitur tacite, non autem expreffe, requirantur plures conjecturæ, & non una, immo tales, quæ fimul junctæ æqui-

ctæ æquipolleant expressæ voluntati, concludendo per necesse, juxta ea, quæ dixi *Discept. Eccles.* 25. *num.* 27. *& in Tirasonen. Prioratus* 19. *Novembris* 1691. *coram Reverendiss. Decano, ibidem impressa, num.* 35. *fol.* 420.

27 Quod autem hodie simus in prima vacatione, in qua Fundator voluit spectare Jus præsentandi ad Ecclesiasticos, nihil ad rem concludit; quoniam iste solum voluit dividere Jus præsentandi per Turnum inter Ecclesiasticos, & Laicos, & pro assignando Ecclesiasticis uti dignioribus præcedentiam dixit, quod in prima vacatione, præsentaret Abbatissa, & Vicaria; & in secunda Laici, ita dando ordinem aliis præsentationibus pro tempore faciendis; unde assignatio præsentationis facta Ecclesiasticis, *nella prima vacanza*, solum respicit ordinem Turni, & præcedentiam Ecclesiasticorum; qui Turnus ita simpliciter ordinatus non excludit Reservationes Apostolicas; nisi Fundator dixerit, quod ille servari debeat perpetuis futuris temporibus, & in omni casu; ut *in supradicta Decis. Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii, coram Card. Matthæjo*.

In casu isto Fundator non ordinavit, quod in
prima vacatione, & in aliis, Ecclesiastici semper,
& in omni casu juxta Legem Turni præsentare de-
berent; Immo potius contradistinguendo Ecclesiasti-
cos a Laicis voluit hos præsentare debere, ibi =
debbano presentare = & sic quoad Laicos tantum
expressit enixam, & præceptivam voluntatem, quod
illi præsentarent in vacatione designata, verum quo-
ad Ecclesiasticos voluntatem suam explicavit per di-
stinctum verbum = *Possano presentare*; = & sic
primam vacationem dicitur assignasse Ecclesiasticis
conditionaliter, quatenus possent præsentare, idest
quatenus ea succederet in Mense Ordinarii non au-
28 tem quatenus in Mense reservato, ubi Ecclesiastici
impediuntur a Reservationibus Apostolicis, nec præ-
sentare possunt, ut in dicta *Barchinon. Beneficii
6. Januarii 1686. §. Corruit, coram Card. Matthæ-
jo*, ibi = *Cum etiam commode interpretari possent,
quod præsentatio fieret ab Operariis, toties, quoties
casus evenerit, nullo existente, & superveniente im-
pedimento* = Igitur non violatur mens Fundatoris
si in prima vacatione, quæ successit in Mense re-
servato, Papa conferat, exclusis Patronis Ecclesiasti-
cis a Jure præsentandi, quia cum illorum præsen-
tatio fuerit attributa *potestative*, idest, quod possint
præsentare, superveniente impedimento reservationis
Apostolicæ censetur denegata ex mente ipsius Fun-
datoris.

Quæcunque vero scripsi in *Discept. Eccles.* 25.
nullatenus obstare valent ad casum, de quo dispu-
tatur; nam circa verbum illud *in perpetuum*, non
dixi quod solum, & de per se excluderet reservatio-
29 nes, sed unitum cum aliis verbis *Continue, in om-
ni vacatione, & in omni casu*; ut ibidem videre
est, *sub numer.* 28. *versic. dicendo, quod vult, fol.*
417. & rursus dixi hujusmodi dictionem *in perpe-
tuum* esse debere adjectam circa legem præsentandi,
non autem circa reservationem Jurispatronatus in
perpetuum.

30 Quod Turnus excludat Reservationes, id non dixi in terminis Jurispatronatus Mixti, hoc est reservati Ecclesiasticis pro una parte, & Laicis pro altera, ubi militat superius adducta ratio, quod iste Turnus potius ostendit Fundatorem voluisse separare consortium Patronorum Laicorum, ab Ecclesiasticis, & sic in Turno Ecclesiasticorum illud reddere Ecclesiasticum, & subjectum reservationibus Apostolicis.

31 Sed hoc firmari in terminis Jurispatronatus reservati solum Ecclesiasticis cum Turno inter ipsos ordinato cum verbis *in perpetuum, seu continue, & successive in omnibus vacationibus*, me restringendo juxta terminos Decisionis in *Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii*, qui sunt differentissimi, ut legere est, dicta *Discept. Eccles.* 25. *sub n.* 15. *versic. seu juxta terminos Decisionis Civitatis Castelli*.

Quod non applicatur ad casum ex pluribus; Primo, quia non agitur de Jurepatronatus reservato solis Ecclesiasticis, sed etiam Laicis, quia militat ratio supradicta. Secundo, quia non fuit ordinatus Turnus cum verbis; *In perpetuum, continue, successive, & in omnibus vacationibus*; & Tertio denique, quia præsentatio non fuit volita in Turno Ecclesiastici per verba præceptiva, prout requiritur; & in quo casu scripsi *d. Discept. Eccl.* 25. *n.* 15. ibi = *Volendo, ne in prima vacatione unus, in secunda alter, & sic continue, & successive per Turnum presentare deberent.* = sed per verba potestativa, ibi = *possano presentare* = Quæ ostendunt facultatem præsentandi concessam, prout de Jure, & in ea vacatione, in qua Ecclesiastici præsentare possent, idest secuta in Mense Ordinarii, non autem Apostolico, alias si verum esset, quod solus Turnus inter Laicos, & Ecclesiasticos excluderet reservationes, remaneret abrogata opinio, quod in Turno Ecclesiastici Juspatronatus sit Ecclesiasticum, & subjectum reservationibus, juxta notas *decis. Prioli*, & frustratoria esset dispositio *cap. unic. §. final. de Jurep. in* 6. volens quod Juspatronatus translatum in Ecclesiasticos per Laicum fiat Ecclesiasticum; quod quidem est absurdum in præjudicium Datariæ, & Reservationum Papæ.

Ex quibus rationibus obtinui in Rota *sub die* 19.
Junii 1705. *cor. R. P. D. Scotto*, Resolutionem favora- 32
bilem pro executione Litterarum Apostolicarum, ut
ex tenore Decisionis, de qua infra,

R. P. D. SCOTTO.

Aprutina Beneficii.

Ven. 19. *Junii* 1705.

FUndavit de anno 1681. Jo: Nochicchia in Ecclesia Cathedrali Aprutina Beneficium simplex sub invocatione B. Mariæ Virginis Lauretanæ, cujus Jus præsentandi sibi ad vitam reservavit, & post ejus obitum pro una voce favore Abbatissæ, & Vicariæ V. Monasterii S. Joannis d. Civitatis in perpetuum, pro alia vero voce favore filiorum, & hæredum, ac successorum quondam Montani de Montanis pariter in perpetuum; ea tamen adjecta lege, quod alternatim fierent præsentationes; Itaut in prima vacatione præsentare possent Abbatissa, & Vicaria, in secunda vero nominare, & præsentare deberent dd. de Montanis.

In primum subinde Rectorem nominavit Marcum Vetium, per cujus obitum cum Beneficium vacasset de Mense Maii 1703. & sic in Mense Apostolico, dictæ Moniales, non obstante reservatione favore S. Sedis, devenerunt ad præsentationem, inter se tamen discordia, quia Abbatissa præsentavit Philippum Cajetanum Carestam, Vicaria vero Januarium Constantium Loggium, qui ultimus fuit etiam per viam Gratificationis institutus sub die 31. Maii a Reverendissimo D. Episcopo Aprutino, ac in Beneficii possessionem inductus.

Interim vero Joannes Dominicus Delficus Provisionem ejusdem Beneficii sub die 24. d. Mensis Maii a S. Sede reportavit, & expeditis Litteris Apostolicis cum clausula = *dummodo ejus dispositio ad nos hac vice pertineat*, = illarum executionem mihi dirigi curavit; Quapropter in hodierna Audientia Dubium proposui = *An Litteræ Apostolicæ sint exequendæ*, = Quod fuit affirmative resolutum.

Visum enim fuit DD. Litteras Apostolicas esse
justificatas, & consequenter celeriter exequendas ad
Text. *in capit. si capitulo, ubi gloss. verb. exequatur
de concess. Præb. in* 6. Rot. *in Mediolanen. Priora-* 33
tus 14. *Februarii* 1702. §. *Fundamentum, coram
Me*: Constat siquidem de reservatione Beneficii fa-
vore S. Sedis, super quo consistit unicum, & præ-
cipuum earum fundamentum; nam licet illud sit de
Jurepatronatus Mixto Laicorum, & Ecclesiasticorum,
in quo regulariter non cadunt reservationes Apo-
stolicæ, tamen cum in fundatione Jus præsentan-
di fuerit divisum per Turnum, & Vacatio contige-
rit in Turno Patroni Ecclesiastici, nempe Abbatis-
sæ, & Vicariæ Monasterii S. Joannis, usus, seu exer-
citium

citium præsentandi in hoc Turno dicitur spectare ad Ecclesiam, & consequenter cadit sub Reservationibus Apostolicis, Garz. *de Benefic. part. 5. capit. 1. numer. 614. & seqq.* Vivian. *de Jurepatr. part. 1. libr. 1. cap. 3. numer.* 18. Barbos. *de Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 12. num. 17.* Rot. *coram Priolo decis. 363. num. 22. decis. 383. num. 15. & dec. 432. num. 20.*

Etiamsi fuerit fundatum a Laico, & de bonis mere laicalibus, quia pro distinguenda qualitate Juspatronatus non attenditur, ex quibus bonis fue-
34 rit fundatum, sed unice inspicitur Persona apud quam residet: itaut si Persona sit laica, Juspatronatus etiam dicatur laicale, & e converso Ecclesiasticum, si Possessor sit Ecclesiasticus, ut tradunt de Luca *de Jurepatr. disc. 59. num.* 13. Vivian. *de Jurepatr. lib. 1. cap. 2. num. 9.* Adden. ad Butatt. *decis. 769. num.* 22. Rota *coram eodem decis. 103. post num. 2. decis. 48. num. 88. & decis. 144. num. 20. part. 5. decis. 157. num. 5. part. 7. decis. 560. num. 4. & 5. part. 18. rec.*

Neque obstare visum fuit, quod etiam Juspatronatus Ecclesiasticis reservatum possit retinere suam
35 naturam laicalem, quatenus talis sit voluntas fundatoris, qui vel expresse, vel etiam tacite excluserit Reservationes Apostolicas, ut plene firmatum fuit *in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii, & 13. Junii 1701. coram Me confirmata 16. Januarii 1702. coram R. P. D. meo Ansalda.*

Nam quamvis regula in abstracto sit vera, tamen in concreto fundationis, de qua est quæstio, non videbatur applicabilis; in præsenti etiam derogatio expressa Reservationibus Apostolicis nequaquam legitur, tacita vero non potest desumi ex verbis ejusdem fundationis, quæ talia non sunt, ut pernecesse reservationes excludant, & sint cum illis incom-
36 patibilia; Unde subintrat alia regula, quod fundator reservans Juspatronatus Ecclesiasticis censeatur illud voluisse reddere Ecclesiasticum ad formam dispositionis Juris *in cap. unico §. fin. de Jurepatr. in 6.* cum quo præsumitur semper se conformasse, nisi de contrario appareat, Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 8. numer. 99. & quæst 27. numer.* 66. Rota *in Romana Jurispatronatus, coram Sacrato impress. apud* Vivian. *de Jurepatr. lib. 4. cap. 9. sub num. 56. §. Et ita videtur, cum seq.*

Absque eo quod talem effectum, exclusionis scilicet reservationum, operari valeat dictio illa *in perpetuum*, sub qua Juspatronatus reservatum fuit Monialibus; Etenim dictio prædicta adjecta censetur ad designandum, quod dd. Moniales debeant esse Patronæ, non quidem temporaliter, sed in perpetuum controversi Beneficii, & ideo trahi non debet ad importandam exclusionem Reservationum Apostolicarum, quæ nunquam inducta censetur, quando
37 verba habere possunt aliam diversam juridicam interpretationem, & significatum, ut in puncto dixit Rota *in Tirasonen. Prioratus 19. Novembris 1691. §. Etenim, coram Reverendissimo D. meo Decano*, & de similibus, & magis prægnantibus verbis, quod toties quoties vacare contigerit, hæredes sui perpetuo præsentent, *in Barchinonen. Beneficii 5. Decembris 1685. §. Minus, & in altera Barchinonen. Beneficii 16. Januarii 1686. §. Corruit, & 12. Junii ejusdem anni, §. Parum referentibus, cor. clar. mem. Cardin. Matthejo.*

Immo nec aliter intelligi posse videbantur expedicta verba *in perpetuum*, quia cum fere quælibet fundatio, vel virtualiter, vel expresse contineat reservationem Jurispatronatus in perpetuum, ubi ex illis excluderentur Reservationes Apostolicæ, ad nihilum inservirent Regulæ Cancellariæ super hoc emanatæ, ut bene ponderat Rota *in d. Barchinonen. Beneficii 5. Decembris 1685. §. Minus, & 16. Januarii 1686. §. Corruit, cor. Card. Matthejo.*

Non adversantibus Auctoritatibus, quæ in contrarium cumulabantur, quia ex illarum singulari examine DD. compertum habuerunt, easdem procedere in longe diversis terminis, non solum quia in illarum casibus dicta clausula *in perpetuum*, adjecta fuerat correspective ad modum præsentandi, itaut Præsentatio deberet fieri in perpetuum per Patronos nominatos, & non per alios, non autem reservationi Jurispatronatus, ut in nostra hypothesi, in quibus terminis non est incompatibilis cum Reservationibus, ut fuit animadversum in superiori §. *Absque eo quod*, sed etiam quia concurrebant alia verba, & clausulæ magis prægnantes, & efficaces, quæ simul unitæ pernecesse concludebant exclusionem Reservationum. Nam in *decis. 769. coram* Dunozet. Jun. & *decis. 476. part. 19. recent. tom. 2.* Testator expresse injunxerat, quod nullus alius, præter Patronum, posset unquam præsentare, vel providere. *In decis. 274. coram Rox.* dixerat, quod præsentatio spectaret semper ad Capitulum tantum, & non ad alios. *In decis. 327. part. 15. recent.* Executor in fundatione expresse, & litteraliter excluserat reservationes, & voluntas Testatoris non adversabatur, sed potius erat conformis. *In decis. vero 242. p. 19. rec.* ultra verba *in perpetuum*, concurrebant alia, quod scilicet præsentatio fieri deberet in omni casu vacationis, & toties quoties. Et demum *in Parmen. Beneficii, coram Me, & R. P. D. meo Ansalda* Testator voluerat, quod Præsentatio fieret omnino ordine circulari, donec Juspatronatus deveniret ad Personas laicas, quod adimpleri non poterat, si locum habuissent Reservationes, ut latius explicant Decisiones prædictæ.

Minus relevat, quod Fundator, diviso Turno inter Moniales, & illos de Montanis, voluerit, quod prima vice præsentare possent Moniales, & ideo, cum versemur in prima vacatione, voluntas Funda- 39
toris verificari non possit, si in illa locum habeant Reservationes Apostolicæ; quoniam assignatio præsentationis favore Monialium in prima vacatione respicit tantum ordinem Turni, itaut Alternativa incipere debeat ab Ecclesiastico, quod tamen semper intelligi debeat quatenus Ecclesiastico nullum superveniat impedimentum Reservationis Apostolicæ, ut dixit Rota *in dicta Barchinonen. Beneficii 16. Januarii 1686. §. Corruit, coram Cardinali Matthejo.* Præsertim quia Fundator usus fuit verbis potestativis *possint* ibi = *La prima volta possino presentare* = quæ dant intelligere, præsentationem Monialium fuisse per Fundatorem volitam, quatenus de Jure competeret, nec obstarent Regulæ Cancellariæ, juxta naturam dicti verbi *possint*, de quo Barbos. *dict. 268. numer.* 10. Rebuff. *in l. Nepos 125. §. Quarto allegatur, ff. de verbor. significat.* Sperelli *dec. 180. num. 40.*

Nec denique urget, quod Fundator mandaverit, hujusmodi Beneficium non causare incompatibilitatem, sed posse sub eodem Tecto retineri, cum duobus, & pluribus Beneficiis, quia non exinde infer- 40
ri potest ad casum omnino diversum, ac disparatum reservationis Regulæ octavæ, cum qua nihil commune habet incompatibilitas, ob retentionem aliorum Beneficiorum, *vulgata leg. Papinianus, ff. de minor.* & in similibus Rota *decis. 563. num. 15. p. 19. tom. 2. rec.*

Et ita utraque, &c.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus mixtum an cadat sub Reservationibus Apostolicis in Turno Ecclesiastici, & an dicatur mixtum, vel totum Ecclesiasticum, si Ecclesia illud possidendo pleno Jure, postea admiserit Laicum ad compræsentandum pro medietate, & secum diviserit præsentationem in Turnum? Prorogatio vacationis Episcopatus usque ad capturam possessionis in vim regul. 2. Cancellar. non habet locum, si Provisus præsentatis litteris Capitulo, & petita possessione, fuerit impeditus per tertium hoc directe agentem, & plura de Jurepatronatus Regio.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *An Beneficium de Jurepatronatus mixto in Turno Ecclesiastici sit reservatum? Vide nu. 2. & 3.*

4 *Juspatronatus Laicale donatum Ecclesiæ evadit Ecclesiasticum, & subjectum Reservationibus Apostolicis.*

5 *Donato Jurepatronatus Ecclesiæ, Donans non potest amplius de illo disponere.*

6 *Juspatronatus an possit esse penes unum, & præsentatio penes alterum.*

7 *Ius præsentandi respicit possessorium, esse autem Patronus respicit petitorium.*

8 *Ex abdicatione præsentationis, an inferatur ad abdicationem Jurispatronatus?*

9 *Archiepiscopus per admissionem Laici ad compræsentandum non potest præjudicare Sedi Apostolicæ. Amplia, ut n. 10.*

11 *Possessio Archiepiscopatus malitiose impedita, habetur pro capta ad effectum, ut beneficium pertineat ad præsentationem Archiepiscopi. Limita, ut n. 13.*

12 *An hoc procedat etiam ubi ex tali possessione oriatur præjudicium Tertii, qui non impedivit? Vide ibi, ut n. 15. & 16.*

14 *Deficiente, vel negligente in præsentatione uno Turnario subingreditur alter.*

17 *Nemo Jacturam sui Iuris patitur ex culpa, delicto alterius.*

18 *Juspatronatus regium non derogatur ob vacationem in Curia.*

19 *Juspatronatus annexum Castro possesso per Episcopum, vel Abbatem an sit Ecclesiasticum, vel laicale?*

ALLEGATIO XIX.

JUspatronatus Regium per liberam Donationem Regis transitum fecit in Archiepiscopum, qui illud possedit spatio duorum sæculorum, & ultra ab anno scilicet 1211. usque ad annum 1438. Deinde autem supponitur quod quidam ex Regibus successoribus ad instantiam Senatus Urbani, qui prææallegatam donationem non expressit, eidem Senatui concesserit Jus præsentandi ad Beneficium Jurispatronatus, sub conditione, quod præsentationes ab ipso Senatu faciendæ approbari deberent per Proregem pro tempore existentem. Huic concessioni Archiepiscopus acquievit, & per spatium 96. annorum præsentavit insimul cum Senatu Urbano, ipse scilicet Archiepiscopus pro sua voce libera; Senatus autem pro alia voce subjecta approbationi Regis; & post hæc anno 1532. occasione discordiarum in præsentando, deventum fuerit ad concordiam, in qua divisum fuit Jus præsentandi alternative, & per Turnum, inter Archiepiscopum, & Senatum.

Quæritur, An succedente vacatione Beneficii in
Turno Archiepiscopi, illud cadat sub Reservationibus Apostolicis tanquam de Jurepatronatus Ecclesia-
1 stico, vel potius attenta mixtura Patroni Laici, &
Ecclesiastici idem remaneat ab hujusmodi Reservationibus exemptum? In quo articulo licet communior Opinio recepta in praxi teneat Beneficium de Jurepatronatus mixto, succedente vacatione in Turno Ecclesiastici esse reservatum juxta sententiam Garz. *de Benef. part. 5. capit. 1. numer. 614. & seqq. relat. per* Rot. *coram R. P. D. Ansald. decis. 9. numer. 29. & in Aprutina Beneficii 16. Junii 1705. §. Visum enim, coram R. P. D. Scotto.* Attamen apud me justior, & validior visa fuit in puncto Juris contraria sententia Lotterii *de re benef. lib. 2. qu. 10. num. 97. & seqq.* qui reprobavit Garz. & veriorem hanc esse opinionem sustinet Card. de Luc. *de benef. disc. 65. numer. 34.* prout ipsis relatis pro veritate sustinui in meis *Discept. Eccles. p. 1. discept. 22. n. 34. & 35.*

2 Admissa saltem probabilitate hujus posterioris Opinionis a me firmatæ, requisitus fui in sensu veritatis, an illa sit applicabilis ad casum superius expositum, & videtur non esse applicabilis, attento quod unica, & principalis ratio, propter quam cum Lotterio, & Card. de Luc. sustinui Beneficium Jurispatronatus mixti in Turno Ecclesiastici non esse reservatum, in eo consistit, quod Turnus non dividit mixturam Jurispatronatus, & præsentandi quoad proprietatem, sed tantum quoad merum exercitium; & insuper præsentationes, quas facit Ecclesiasticus in suo Turno, non fiunt jure ejus proprio, & privativo tantum; sed communi etiam nomine Patroni Laici, tanquam in actu sociali; itaut Ecclesiasticus præsentare dicatur partim Jure suo; & partim Jure Compatroni Laici, & ejus nomine, perinde ac si præsentatio facta fuisset ab utroque Patrono; ut dixi *dict. discept. Eccles. 22. numer. 35. & 36.* Card. de Luc. *de Jurepat. disc. 65. num. 34.* Lotter. *dicto lib. 2. quæst. 10. num. 99.* Quod habemus etiam in terminis Collationis simultaneæ inter Episcopum, & Capitulum, ubi si divisum fuerit ejus exercitium per Turnum, collatio in quolibet Turno fieri dicitur nomine communi, perinde ac si facta fuisset ab Episcopo simul, & Capitulo, ut sæpe firmavit Rot. *decis. 980. num. 11. coram Seraphin. & decis. 635. numer. 8. part. 18. recent. & in Tirasonen portionis 7. Maii 1703. §. Cessare, cor. Rev. D. Molines Decano.*

3 Ista siquidem assignatio Turni in substantia nihil aliud importat, nisi quod unus Patronus in uno Turno præsentet personam sibi bene visam de præventivo consensu alterius Compatroni, ac si iste se perpetuo obligasset qualibet vice adhærere, & consentire in illam personam, quam ab altero Patrono pro tempore contigerit præsentari; quam formulam Ego aliquando vidi in praxi, dum mihi exhibita fuit certa concordia, ubi statuebatur Turnus, hoc modo inter Patronos, ut in qualibet vacatione unus Patronus præsentaret, & alter consentire deberet in præsentandum ab illo. Seu etiam hujusmodi Turnus importat, quod in qualibet vacatione, unus Patronus præsentare debeat communi nomine utriusque, perinde ac si fuisset ille constitutus Procurator perpetuus, & irrevocabilis ad præsentandum nomine alterius Patroni quamcunque personam sibi bene visam, ut ponderavi *dicta discept. Eccles. 22. numer. 38. versic. perinde ac si.* Ex quibus principiis resultat, quod sicut non obstante divisione exercitii per Turnum, adhuc perseverat mixtura Jurispatronatus; ita non potest ejus beneficium esse obnoxium Reservationibus Apostolicis, quæ locum non habent in Jurepatronatus mixto, Cardin. de Luc. *de Jurepatr. disc. 59. num. 20.* Rot. *decis. 640. numer. 4. coram Cavaler. & in recent. decis. 376. num. 6. & seqq. part. 13. & decis. 290. num. 22. & 23. part. 18. & coram R. P. D. Ansald. decis. 9. num. 30.*

Istæ autem rationes cessare videntur in casu isto,
ubi supponitur, quod Juspatronatus de manu, & Do-
minio Regia fecerit transitum totaliter ad Archiepi-
scopum, a quo spatio duorum sæculorum, & ultra
fuit libere, & pacifice possessum; His enim in ter- 4
minis, totum Juspatronatus effectum fuit Ecclesiasti-
cum, & Reservationibus Apostolicis subjectum, jux-
ta dispositionem Text. *in Capit. unic. §. final. de Jure-
patr. disc. 59. num. 13.* Adden. ad Burati. *decis. 769. n.
22. & in recent. decis. 560. num. 4. & 5. part. 18. & in
Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. §. Etiamsi, coram
R. P. D. Scotto.*

Nec obstare puto, quod post intervallum duorum sæculorum Rex concesserit Jus præsentandi Senatui Urbano, cum approbatione singularum præsentationum facienda per Proregem; & vigore hujus concessionis Senatus postea præsentaverit pro una voce, & pro altera Archiepiscopus, & deinde inita fuerit Lex præsentandi per Turnum. Etenim Archiepiscopus cum potuisset nullam dicere concessionem Regis ex defectu potestatis disponendi amplius de Jurepatronatus donato Ecclesiæ, & ab illa possesso per duplicem centenariam, per Text. *in cap. Verum de condit. apposit.* Idcirco consentiendo, ut Senatus simul cum ipso, & postea per Turnum præsentaret, non effecit

illum

illum Patronum, nec transtulit in eundem Juspatronatus, sed solum exercitium Jurispræsentandi, quod est diversum ab ipso Jurepatronatus, quia Jus-
6 patronatus potest esse penes unum, præsentatio autem penes alterum absque eo, quod habens Jus præsentandi exinde efficiatur Patronus, Vivian. *de Jurepatr. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. *& lib.* 5. *cap.* 2. *numer.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 18 *num.* 92. *& gloss.* 45. §. 2. *numer.* 27. *&* 28. Rocch. de Curt. *de Jurepatr. in verb. Competens, numer.* 59. *vers. potest ergo præsentatio.* Rot. *coram Seraphin. decis.* 456. *num.* 3. *&* 4. *& in recent. decis.* 809. *num.* 13. *part.* 18. *tom.* 2. optime Palma Nepos *allegat.* 163. *num.* 8. *&* 9. *tom.* 2. Matant. *respons.* 43. *num.* 12. *&* 53. *part.* 3. Tondut. *quæst. benefic. part.* 3. *cap.* 191. *num.* 4. *& seqq.* Cardin. de Luca *de Jurepatr. disc.* 59. *numer.* 17. ubi quod si Juspatronatus non transferatur in Personam Ecclesiasticam, sed tantum Jus præsentandi, id non facit Patronum, quia potius respicit unum ex effectibus, seu exercitium, quam ipsum Juspatronatus ejusque substantiam, ideoque suam retinet naturam non obstante translatione Juris præsentandi, seu exercitii in Ecclesiasticum, *& disc.* 63. *n.* 5.

Hinc aliud est donare Juspatronatus, & aliud donare Jus præsentandi, ut scripsi *Discept. Eccles.* 4. *sub num.* 75. & in quadam causa ubi aderant tres Compatroni, quorum duo erant in quasi possessione præsentandi; tertius vero non. Cum unus ex illis Patronis possessoribus dedisset mandatum Procuratori ad præsentandum unum ex Compatronis, & Procurator præsentasset Unum ex Compatronis, qui non erat in quasi possessione, Ego alias consului, quod mandatum bene fuisset adimpletum, quia licet ille non esset Possessor habens Jus præsentandi, erat tamen Compatronus, quia Jus præsentandi respicit possessorium; esse autem Patronus respicit petitorium, & proprie-
7 tatem Jurispatronatus, juxta Archidiac. *in cap. unico, num. primo, vers. item nota de Jurepatr. in* 6. Paulus de Citadin. *de Jurepatr. part.* 6. *art.* 3. *num.* 27. Vivian. *dicto lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. *& lib.* 5. *capit.* 2. *num* 1. Gonzal. *dicta Gloss.* 45. §. 2. *numer.* 27. *&* 28. Cyrill. *quæst. Jur. cap* 49. *n.* 4. quamvis in aliis terminis contrarium firmaverit Rota *cor. Puteo decis.* 106. *lib.* 3. *in Correctis.*

Ex quibus resultat, quod Archiepiscopus tolerando, quod Senatus præsentaret pro una voce, & deinde consentiendo, quod præsentaret per Turnum, non abdicavit a se substantiam, & proprietatem Jurispatronatus, sed communicavit favore Senatus solum exercitium Jurispræsentandi omnino diversum, & distinctum ab ipsa proprietate, quæ propterea semper remansit ut prius Ecclesiastica in Totum, cum ex abdicatione præsentationis non inferatur ad abdica-
8 tionem Jurispatronatus ex Theorica Archidiac. *in dicto cap. Unico, num. primo, versic. item nota de Jurepatr. in* 6. qua reassumit Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 11. *artic.* 4. *numer.* 1. *& sub numer.* 3. *versic. Unde Ego concluderem*, Paulus de Citadin. *part.* 6. *art.* 3. *numer.* 27. Vivian. *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 3. & dixi Ego *Discept. Eccles.* 4. *num.* 79. *part.* 1. Ulterius Archiepiscopus per divisionem segregavit a se consortium Laici, etiam quoad exercitium præsentandi, & propterea in suo Turno non dicitur præsentare nomine communi, & sociali, vel potius Jure suo proprio tanquam per remotionem obstaculi, & reassumptionem solidi Jurispræsentandi, quod antea habebat faciendo reditum ad suum primævum statum, juxta ea, quæ in terminis concordiæ animadvertunt Card. de Luc. *de benef. disc.* 82. *numer.* 16. *& de feud. disc.* 47. *num.* 9. Rot. *decis.* 136. *num.* 18. *part.* 19. *recent.* & in aliis consimilibus terminis, Rot. *in Giennen. Jurismutandi* 11. *Febr.* 1704. §. *Quamvis, coram R. P. D. Priolo; & in Nullius, seu Claravallen. Visitationis* 21. *Martii* 1707. §. *Hac autem, coram R. P. D. Kaunitz.* Insuper valde stringit animadversio, quod in omnem casum Archiepiscopus per admissionem laici ad compræsentandum potuit quidem sibi præjudicare, non tamen Sedi Apostolicæ habenti jus quæsitum super Ecclesiasticitate Jurispatronatus, & ad effectum utendi ea potestate; qua pollet in Jurepatronatus Ecclesiastico quoad Collationes, affectiones, & reservationes ad Text. *in cap. Cum tempore de Arbitris* Gallerat. *de renunc. lib.* 1. *capit.* 11. *num.* 16. *cum plur. seqq.* Rota *coram* Bicch. *decis.* 175. *num.* 20. *& in Placentina Jurispat.* 10. *Martii* 1704. §. *eoque minus, cor. R. D. Molines Decano.*

Non suffragante quocunque temporis lapsu etiam 10
centum annorum, & ultra in præjudicium Sedis Apostolicæ probanda foret observantia præcisa, quod nempe alias Summus Pontifex providere voluerit de reservato, & tamen Provisus Apostolicus fuerit rejectus cum scientia, & patientia ipsius Summi Pontificis, ut dixit Rota *in Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus* 22. *Januarii* 1703. §. *proindeque, coram R. D. Molines Decano.* Fortius stantibus clausulis derogatoriis, & decreto irritanti appositis in Regula Cancellariæ reservatoria mensium, olim Octava, hodie Nona, quæ renovatur in crastinum Assumptionis cujuslibet Summi Pontificis ad Pontificatum, & impedit omnem contrariam consuetudinem, seu præscriptionem Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 39. *n.* 15. *& seqq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 35. *num.* 21. *& seqq.* Et demum etiam in dubio ita pronunciandum venit, quod nempe beneficium remanserit semper de Jurepatronatus Ecclesiastico, & cadat sub Reservationibus tanquam opinio favorabilior Sedi Apostolicæ, ac etiam quia negari non potest quin stantibus Doctrinis hinc inde dubius maneat articulus an in Turno Ecclesiastici beneficium cadat sub Reservationibus, quando Juspatronatus in substantia, & proprietate est mistum; & solum fuit divisum exercitium Jurispræsentandi; unde nisi rationes, quæ assistunt pro exclusione reservationum sint omni ex parte applicabiles ad factum, & casum, de quo agitur, ubi Juspatronatus in substantia, & proprietate videtur Ecclesiasticum, & non mistum, licet exercitium Jurispræsentandi sit participatum laico, non potest recedi ab opinione magis communi, quæ assistit pro Reservatione.

Alterum dubium, super quo etiam mea expectatur sententia illud est, quod nempe vacante Sede Archiepiscopali, Archiepiscopus noviter provisus fuit maliciose impeditus per dictum Senatum, quominus caperet possessionem Archiepiscopatus, credendo, quod exinde prorogata vacatione Archiepiscopatus, succedente vacatione beneficii de Jurepatronatus ipsius Archiepiscopi, ut supra, jus præsentandi accresceret favore Senatus, licet si Archiepiscopus cœpisset possessionem Ecclesiæ Archiepiscopalis, vacatio beneficii contigisset in ejus Turno, ex qua tamen fraude Senatus non habuit iruentum, quia Tertius impetravit in Dataria Apostolica beneficium de Jurepatronatus Archiepiscopi, tanquam vacatum Sede Archiepiscopali vacante juxta reservationem *Regulæ secundæ Cancellariæ.* Dubitatur modo an Possessio Archiepiscopatus haberi debeat pro capta ad effectum, ut beneficium pertineat ad præsentationem Archiepiscopi, & consequenter nulla remaneat provisio Apostolica de Reservato. In quo articulo respondeo quod cum
Archiepiscopus fuerit impeditus ex facto Tertii, sive 11
Senatus hoc directe agentis, possessio Ecclesiæ Archiepiscopalis habetur pro capta, & vacatio consumpta, ut ego firmavi *discept. Eccl.* 12. *n.* 56. *&* 57.

Quæritur an Ego hanc conclusionem firmare in- 12
tellexerim, etiam in casu, quo ex tali putativa, seu civili possessione, oriatur præjudicium alterius Tertii, diversi ab illo, qui præstitit impedimentum, prout est Sedes Apostolica habens Jus quæsitum conferendi vigore Regul. 2. *Cancell.* Et videtur quod hæc putativa possessio eam non afficiat, sed illam tantum personam, quæ causa fuit impedimenti, eo quia actus impeditus habetur pro facto in solum præjudicium impedientis, non autem alterius, ut advertunt Barb. *de Canonic. cap.* 15. *num.* 13. *&* 14. Gonzal. *ad regul.* 8. § 3 *proœmial. num.* 38. *& seqq.* Adden. ad Gregor. *decis.* 341. *litt. A. in fin. & decis.* 364. *sub numer.* 6. *versic. & etiam est advertendum.*

Verum mihi videtur male applicata ad casum hujusmo-

jusmodi quæstio. Etenim cum Beneficium, de quo agitur sit ad præsentationem Senatus, & Archiepiscopi, deficiente Archiepiscopo, adest Senatus, qui præsentare valet, & sic cessat Jus Datariæ Apostolicæ in vim reservationis Regulæ secundæ, quæ locum non habet in beneficiis spectantibus ad simultaneam alterius præsentationem, ut scripsi *dicta discept. Eccles.* 12. *num.* 17. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 34. *num.* 8. 9. & 17. Firmare igitur quod possessio habeatur pro capta in solum præjudicium impedientis, erit concludere, quod Senatus auctor impedimenti, nequeat præsentare tanquam Sede adhuc vacante, non autem quod exinde provisio Beneficii spectet ad Sedem Apostolicam in vim Regulæ secundæ ad casum istum non applicabilis; sed bene spectabit ad præsentationem Archiepiscopi, ad quem ea de Jure pertinet post ademptam possessionem Ecclesiæ Archiepiscopalis, & consequenter non intelligo hoc suppositum præjudicium alterius Tertii, sive Sedis Apostolicæ, super quo fabricatur superius relata quæstio.

13 Bene verum est, quod impedimentum præstitum capturæ possessionis non potest operari, quod illa habeatur pro capta, quoties Archiepiscopus non fecit ostensionem Literarum Apostolicarum Capitulo ad effectum ei notificandi, quod illæ erant expeditæ, & per ipsum non stabat, quo minus adipisceretur possessionem Archiepiscopatus, sive qua circumstantia non procedit regula, quod propter impedimentum possessio habeatur pro capta, ut probat Rot. apud Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 262. *vers.* & *Domini dixerunt*, & *vers. quia in præsenti*. Sed hoc probabit quod vacatio beneficii dicatur occursa Sede Archiepiscopali adhuc vacante, quodque potuerit Senatus præsentare ob defectum Archiepiscopi Concurrentis jure consolidationis, seu potius devolutionis Juris præsentandi propter defectum Archiepiscopi, cum natura Turni, & Alternativæ hoc operetur, ut uno negligente, vel deficiente, alter subingrediatur. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 45. §. 3. *num.* 17.
14 & 18. Rot. *coram Merlin. dec.* 184. *num.* 2. & 3. Nullatenus autem probabit, quod Sedes Apostolica habeat Jus conferendi vigore Regulæ secundæ omnino cessantis, ubi adest alter, qui habet jus præsentandi, & per consequens superfluum est quærere, an in præjudicium Sedis Apostolicæ possessio habeatur nec ne pro capta, stante impedimento præstito per Senatum, quando non sumus in terminis, quod beneficium pertineat ad Sedem Apostolicam in vim Regulæ secundæ.

15 Sed quando adhuc de hoc contigeret dubitari in casu quo Collatio spectaret ad Papam in vim Regulæ secundæ, dico quod possessio habetur pro capta ad effectum, ut vacatio Archiepiscopatus dicatur consumpta etiam respectu Sedis Apostolicæ; quia tali casu conditio capturæ possessionis habetur pro impleta non quidem in odium impedientis, sed potius favore impediti ne patiatur jacturam sui Juris, sine culpa, & facto proprio, & talis esse videtur sensus Rotæ in *Burgen. Canonicatus* 8. *Junii* 1584. *coram Bubalo, impress. apud* Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *nu.* 261. ubi agebatur de impedimento possessionis propter infirmitatem Regis sine cujus placito possessio capi non poterat, & agebatur de præjudicio Capituli, ad quod spectabat provisio Sede vacante, & quod fecerat suam provisionem, & Rota processit cum distinctione, quod aut impedimentum proveniebat ex facto Tertii hoc directe non agentis; & conditio capturæ possessionis non habebatur pro impleta, aut ex facto Tertii hoc directe agentis, & habebatur pro impleta, & vacatio Ecclesiæ consumpta, licet, Capitulum non fuisset causa impedimenti, juxta distinctionem Bartol. *in l. in Testamento* 31. *ff. de condit.* & *demonstrat.* Hoc etiam probatur ex Text. *in l. si Titius statuas, ff. de condit.* & *demonstrat.* Ubi quis hæres Institutus sub conditione ponendi Statuas in Municipio, dicitur adimplevisse conditionem, si fuit paratus eas ponere, sed municipes illi impedimentum præstiterunt, licet hoc implementum fictum conditionis respiciat præjudicium alterius, quam Municipium, puta hæredis ab intestato. Corneus *in prima C. de Instit.* & *substit. num.* 18.

Comprobat ratio Regulæ secundæ Cancellariæ, 16
quæ prorogat vacantiam Sedis Episcopalis usque ad adeptam possessionem vigore Litterarum Provisionis Apostolicæ innixa dispositioni *Extravag. Injunctæ de elect.* quæ dispositio fuit directa contra Prælatos, qui sine expeditione Literarum, earumque ostensione, præsumebant accipere administrationem Ecclesiarum, ut ponderavi *dicta discept. Eccles.* 12. *num.* 10. ubi ergo Prælatus expedivit Litteras, easque exhibuit Capitulo, si per tertium hoc directe agentem impediatur ei possessio cessare videtur ratio *Extravag. Injunctæ*, & sic etiam *Regulæ secundæ*; & sufficere debet possessio Civilis, qualis dicitur, ubi petita fuit, & impedita, ut apud Rot. *decis.* 412. *num.* 11. & *decis.* 483. *num.* 11. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Cum quo supposito Ego locutus sum *Discept. Eccles.* 12. *num* 56. quando scilicet impedita fuit possessio, postquam Prælatus exhibuit literas, & fecit Instantiam pro possessione; hæc autem possessio civilis præjudicat sine dubio etiam aliis, qui non fuerunt causa impedimenti; quia consideratur favor impediti, non odium impedientis, ut prædixi, cum iniquum, quod alteri ex facto, & culpa Tertii fiat præ-
judicium, cum nemo Jacturam sui Juris patiatur 17
ex culpa, & delicto Alterius. *L. eleganter, ff. de dolo*. Rot. *decis.* 135. *num.* 39. *part.* 16. *rec.* Exemplum habemus in Bulla Gregorii XIII. de publicandis resignationibus; ubi reservantur Sedi Apostolicæ beneficia resignata; si Resignatarius intra terminum sex, vel novem mensium, ultra publicationem Literarum resignationis, non cœperit possessionem, aut eam saltem petierit stante impedimento, signum evidens quod petitio possessionis, seu possessio civilis sufficiat etiam ad evitandam reservationem Sedis Apostolicæ licet actualis possessio fuerit impedita per alium, quam per ipsam Sedem Apostolicam. Novar. *in summ. Bullar. part.* 1. *convent.* 32. *num.* 5. *versic.* & *cum ratione*.

Occasione agendi supra *num.* 1. de Jurepatronatus regio, advertendum est, quod inter alias specialitates, quas habet, una est, quod licet Papa possit ei 18
derogare, non tamen derogare solet, ut testatur Card. de Luca *de Jurepatr. disc.* 2. *num* 18. quod procedit etiamsi beneficium de Jurepatronatus regio vacaverit in Curia, adhuc enim Papa non confert cum derogatione in totum, sicut facit in beneficiis de Jurepatronatus Privatorum, sed providet ad nominationem, seu præsentationem Regis, ut firmant Covar. *practicar. quæst. cap.* 36. *num.* 4. *versic. sic* Petrus Rebuff. *in praxi benefic. part.* 3. *Signatur. in verb. nec non Jurispatronatus*, *num.* 64. Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 47. & 48. Vivian. *de Jurepatr. libr.* 14. *capit.* 2. *num.* 10. Tondut. *quæst. benef. part.* 2. *cap.* 4. § 9. *num.* 33. *in fine, versiculo si tamen*, quod etiam in Jurepatronatus spectante ad Duces, Marchiones, seu alios Principes supremos Jura Imperii in Dominiis suis habentes ampliant Covar. *dicto cap.* 36. *num.* 4. Vivian. *de Jurepatron. dicto lib.* 14 *cap.* 2. *num* 10. hoc firmans contra opinionem Parisii *ubi supra* asserentis id vidisse servari pluries in praxi quoad Juspatronatus Regum, nequaquam vero quoad Duces, Marchiones, aliasque Personas nominatas per Covar. *ubi proxime* quæ opinio Parisii est attendenda, quia de stylo solum non derogatur Juripatronatus Regio, & Imperiali, secus quoad Juspatronatus prædictorum Ducum, & Marchionum, aliorumque similium Magnatum, cui libere derogari solet prævia determinata expressione pertinentiæ Jurispatronatus ad hujusmodi Magnates, qua tamen expressione non facta determinate, sed nullo modo, aut conditionaliter derogatio non sustinetur, & habetur pro non apposita, ut *in regul.* 42. *Cancellar. tit. de derogat. Jurispatr.* hoc etiam specialitatis habet Juspatronatus regium, quod ubi ejus beneficia providentur per Datariam Apostolicam, in provisionibus apponi non solet clausula = *verificato prius Jurepatronatus*, &c. quæ apponi non solet in provisionibus beneficiorum de Jurepatronatus spectante ad privatas personas. Insuper in Jurepatronatus

regio non currit terminus juris ad præsentandum etiam data scientia vacationis beneficii Cardin. de Luc. *de benef. discurs.* 1. *num.* 6. *& disc.* 64. *numer.* 13. Cabedo *de Jurepatr. regio cap.* 28. *numer.* 7. *&* 8. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 72. *numer.* 137. *in fine* Garz. *de benef. part.* 10. *capit.* 2. *numer.* 34. *in fine*.

Rex, aut Imperator investivit Abbatem, seu Episcopum de Castro, seu Feudo, cui est annexum Iuspatronatus alicujus Ecclesiæ: Quæro, an hoc censea-
19 tur Ecclesiasticum, vel potius Laicale ad effectum inferendi an cadat nec ne sub Reservationibus Apostolicis? Videtur esse Ecclesiasticum, ex quo attenditur an Persona, quæ illum possidet, sit Ecclesiastica, non curato an proveniat ex Laicis, & bonis Laicorum ex firmatis *in Aprutina Beneficii* 19. *Junii* 1705. *coram R. P. D. Scotto*, quæ habetur supra *in alleg.* 28. *num.* 34. ibique dixi *num.* 19. contrarium resolvo, licet enim Episcopus, vel Abbas sit Persona Ecclesiastica, attamen possidet Iuspatronatus non ut Abbas, neque ut Episcopus, sed ut Baro, vel Comes sæcularis ratione Feudi Laicalis juxta reduplicationem Personæ quæ datur in Jure, Iuspatronatus enim stat accessorie ad Castrum seu Feudum, non autem de per se, & Episcopus, vel Abbas habent præsentationem, & alia Iura honorifica, tanquam fructus ipsius Feudi & consequenter in perceptione hujus fructus sicut aliorum temporalium Castri consideratur, ut sæcularis, non ut Ecclesiasticus, Rosental. *de feud. cap.* 12. *conclus.* 22. *num.* 6. Etenim in Iurisdictionalibus spectantibus ratione Castri si judicat in aliqua Causa inter Vassallos, ut Comes, Dux, vel Baro, judicat ut sæcularis, & ab eo appellatur ad Superiorem Laicum ipsius Comitis, seu Baronis, Bartol. *in l.* 1. *§. Si quis, num.* 14. *ff. de appell. & relat. & in l. §. quando n.* 2. *C. eadem* ibique Castrens. *num.* 2. Menoch. *cons.* 322. *num.* 13. Rot. *coram Coccin. dec.* 1859. *num.* 28. 31. *&* 32. *Eminentiss. D. Card. Sacripantes in Defens. Iurisd. Eccles. cap.* 3. *num.* 4. *&* 5. idem ergo procedit in Iurepatronatus, quod possidet tanquam pertinentiam Castri, illudque exercet tanquam ejus fructum, & consequenter in eo consideratur tanquam Baro, vel
8 Comes sæcularis, non tanquam Ecclesiasticus.

Item attenditur directum dominium Laici; secus eo etiam translato in Ecclesiam, Rot. *decis.* 329. *n.* 21. *& seqq. part.* 9. *recent.* Card. de Luca, *& alii infra alleg.* 57. *num.* 5.

Alatrina Iurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Consensus Ordinarii non requiritur in legato Iurispatronatus facto non Compatrono, quando illud est conditionale, & conditio purificata fuit tempore, quo Legatarius factus erat Compatronus. Prælatio in paritate vocum debita est Præsentato de sanguine Patronorum extraneorum ad ampliationem Gloss. in Can. neminem, distinct. 70.

S U M M A R I U M.

1 *Præsentato per majorem Partem adjudicandum est Beneficium.*
2 *In legato Iurispatronatus favore Compatroni consensus Ordinarii non requiritur.*
3 *Etiamsi tempore Testamenti, & legati Legatarius non sit Compatronus, sed tempore, quo legati conditio purificatur, & n.* 4. *&* 13.
4 *Prælatio debetur præsentato tam de sanguine Fundatoris, quam Patronorum extraneorum, & n.* 6. *&* 7. *vide n.* 15.
8 *Derogatio Apostolica medietatis vocum, conservat possessionem Iurispatronatus pro medietate derogata apud Compatronos.*
9 *Nulla Clarior probatio, quam desumpta ab expositis in supplicatione per Partem.*
10 *Quando ultimus status non attendatur, & num.* 11. 12. *&* 14.

ALLEGATIO XX.

Duo sunt Articuli, ex quibus dependet resolutio; An Institutio, & adjudicatio Beneficii danda sit Cajetano ad illud præsentato. Unus est; An Titus Livius, qui eum præsentavit habeat tres voces Iurispatronatus? ita ut eidem tanquam præsentato a majori parte sit adjudicandum Beneficium, juxta Text. *in cap. Quoniam de Iurepatr.* Alter vero est; An supposita etiam medietate vocum sit præferendus in beneficio, non obstante gratia Aposto- 1
lica pro præsentato subreptitie extorta ex adverso, ob non factam mentionem compræsentantis de Sanguine Patronorum?

Circa primum quod nempe Titus Livius habeat majorem partem vocum, res videtur clarissima, dum concordatur inter partes, quod Iuspatronatus sit hæreditarium Marci Tullii Campanex, quodque devenerit in quatuor ejus Filios scilicet *Carolum*, *Petrum Paulum*, *Bernardinam*, *& Zenobiam*; cum autem Titus Livius sit Filius, & hæres Bernardinæ, & Donatarius vocis Zenobiæ ex persona Marci Tullii Cajetani ejus Fratris, necnon legatarius Vocis Caroli, consequens est, ut habeat tres ex quatuor vocibus, & sic majorem partem Iurispatronatus ex firmatis per Rot. *in firmana Jurepatr.* 19. *Junii* 1693. *§. vindicata, coram Reverendiss. Zamoren. & in Aprutina Parochialis* 26. *Junii* 1702. *§. nec dicatur, cor. R. P. D. Priolo*.

Sed cadere potest difficultas super voce Caroli, 2
quam iste reliquit per viam Legati Filiis Bernardinæ, post obitum Petri Pauli, quod Legatum prætenditur nullum, uti destitutum consensu Ordinarii. Quæ tamen difficultas non subsistit, quia Legatum Caroli licet factum fuerit de anno 1651. tempore quo Titus Livius, ejusque frater non erant Compatroni, tamen fuit illis relictum post obitum Petri Pauli. Unde evidens est eosdem fuisse vocatos ad successionem in Iure præsentandi post obitum Petri Pauli, de quo tempore ipsi erant Compatroni, itaut non fuerit necessaria Auctoritas Ordinarii in Legato Iurispatronatus ad favorem Compatronorum. Rot. *coram Achill. dec.* 10. *de Jurepatr.* Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *c.* 1. *num.* 31. *& cap.* 4. *num.* 6. *& coram Verall. dec.* 284. *part.* 1. *& dec.* 131. *par.* 2. *& coram Coccin. dec.* 464. *num.* 8. *& cor. Dunoz. Jun. decis.* 79. *n.* 5. *& decis.* 96. *num.* 9.

Nihil obstante, quod Legatum fuerit purum ab initio, & collatio illius in tempus mortis Petri Pauli non potuerit inducere conditionem; quoniam huic objecto resistit Litera Testamenti, quæ successionem in Iure præsentandi concessit, *dopo la morte di Pietro Paolo*; per quæ verba dicitur facta substitutio in casum obitus dicti Petri Pauli, ita, & taliter, quod si ei prædecessissent substituti, legatum remansisset
caducum, *L. final. ubi Gloss. & Doctores C. de Leg.* 3
Peregrin. *de fideicom. art.* 51. *num.* 21. Rot. *in recent. dec.* 180. *num.* 3. *part.* 14. *& decis.* 194. *num.* 103. *part.* 5. *tom.* 1.

Translatio igitur Iurispatronatus per substitutionem 4
particularem ordinatam in casu obitus, non eget consensu Ordinarii, si de tempore, quo purificatur conditio substitutionis, substitutus reperitur Compatronus; quia de hoc tantum tempore fit translatio Iurispræsentandi in ipsum, & de hoc tempore acquiritur Ius, non autem a die Testamenti; ut per Text. *in l. Mater § eandem, ff. de except rei judic. & in l.* 1. *§. servi appellatione, ff. ad* Syllan. Negus. *de pignor.* 1. *membr. part.* 5. *numer.* 20. Rot. *cor. Coccin. decis.* 1462. *num.* 20. *cum seqq.*

Cæterum descendendo ad secundum articulum dempta etiam voce Caroli, & dato per erroneam hypothesim, quod medietas Iurispatronatus pertineat ad Titum Livium, alia vero medietas ad D. D. de Comitibus, qui præsentarunt extraneum; adhuc tamen insuperabile est alterum fundamentum, quod nempe in paritate vocum beneficium adjudicandum

sit

fit Cajetano, uti de sanguine Patronorum, qui de jure præferri debeat extraneó Compræsentato, juxta *Theoricam* Glossæ *in Can. Neminem distinct.* 70. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 14. *cap.* 2. *n.* 64. *& seqq.* Lambertin. *eod. tract. l.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 4. Barbos. de Potest. *Episcopi al*
5 *legat.* 71. *num.* 202. Amayden. *de stylo Datar. lib.* 1. *c.* 15. §. 15. *n.* 36. Rot. *decis.* 122. *num.* 1. *par.* 11. *rec.* cum aliis plena manu cumulatis, *in Mediolanen. Jurispatronatus* 3. *Julii* 1684. §. *observarunt*, *coram bon. mem. Paulnccio*, quæ modo reperitur impressa *apud me Discept. Eccles.* 38. *n.* 7. *fol.* 13. *p.* 2.

6 Quæ Auctoritates licet dicant prælationem in paritate vocum deberi præsentato de sanguine Fundatoris, tamen procedunt etiam in præsentato de sanguine Patronorum, immo & existentium in quasi possessione præsentandi, ut in puncto Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 3. *quæst.* 5. *art.* 4. *num.* 11. *in fin. fol. mihi* 496. Adden. ad Pamphil. *dec.* 294. *num.* 11. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 64. Rota *coram Ubald. decis.* 339. *num.* 7. & plane Ego firmavi *Discept. Eccles.* 23. *num.* 38. *fol.* 270. *p.* 11. *& discept.* 38. *num.* 1. *& seqq. fol.* 12. *part.* 2. & obtinui per sententiam in causa S. Severini Beneficii de anno 1703. coram R. P. D. Fossio Judice Commissario, ut retuli *in Parergon. ad Discept. Eccles. num.* 41. ea ratione, quod ille favor tributus de æquitate Consanguineis Fundatoris, militat etiam in hæredibus extraneis repræsentantibus personam Fundatoris, & ab ipso subrogatis in locum suorum Consanguineorum, & latius ego probavi *Discept. Eccles.* 38. *num.* 1. *& seqq. part.* 2. ubi dicta repetere hic superfluum est.

Neque in hac paritate vocum suffragari potest Adversario Gratia Apostolica pro præsentato cum derogatione medietatis vocum; quippe cum Summo Pontifici expressum non fuerit adesse compræsentatum de sanguine Patronorum, cui de Jure debetur prælatio ea allegatis, gratia remanet subreptitia, & nul-
7 la; quia si Papa scivisset Consanguineum Patronorum fuisse ab alia medietate compræsentatum, non concessisset in ejus præjudicium derogationem, & gratificationem Adversario extraneo, ut articulo discusso magistraliter tenuit Rot. *in allegata Mediolanen. Jurispatronatus* 3. *Junii* 1684. §. *observarunt*, *coram Paulnccio*; impressa apud me *dicta discept. Eccles.* 38. *num.* 7. *fol.* 13. *part.* 2. & dixi etiam *Discept. Eccles.* 4. *sub num.* 29. *versic. Ita si extraneus*, *fol.* 87. *& discep.* 23. *num.* 28. *fol.* 370. *part.* 1.

Hinc nullatenus obstare valet ultimus status anni 1659. quia ille solum continet D. D. de Comitibus præsentasse pro medietate vocum, & pro obtinendo beneficio fuit obtenta Provisio Apostolica cum derogatione alterius medietatis, quæ quidem derogatio
8 alterius medietatis, probat Jus aliorum Patronorum, illudque conservat etiam in possessorio quoad ipsam medietatem, ut inquit Rot. *in decis.* 30. *num.* 10. *& decis.* 29. *num.* 6. *& decis.* 132. *numer.* 19. *&* 20. apud Vivian. *de Jurepatr.* Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 57. *num.* 18. *& coram Seraphin. decis.* 1334. *sub num.* 2. *vers. & licet*, *& num.* 3.

Nec pars adversa prætendere valet habere ultimum statum, nisi pro medietate, dum non solum concurrit Provisio Apostolica superius relata, quæ facta fuit in sequelam præsentationis pro medietate vocum exercitæ a D. D. de Comitibus; sed etiam literalis confessio ipsius partis in Provisione Apostolica, in qua asseruit se fuisse præsentatum pro mediate vocum obtinendo derogationem alterius medietatis; qua confes-
9 sione nulla clarior probatio dari potest tanquam emissa in supplicatione Summo Pontifici porrecta, & inserta in visceribus gratiæ, cujus vigore hodie agitatur, & cujus proinde exposita controvertere non valet. Rot. *coram Buratt. dec.* 100. *num.* 14. *& dec.* 153. *num.* 2. *& decis.* 183. *num.* 6. 8. *&* 9. *& decis.* 316. *num.* 14. *& coram Seraphin. dec.* 750. *num.* 1. *& coram Cerro decis.* 794. *num.* 21. *& in Leodien. seu Aquisgranen. Decanatus* 10. *Martii* 1702. §. *Tertia denique*, *coram R. P. D. Caprara impressa apud me Discept. Eccles.* 24. *num.* 75. *fol.* 43 *part.* 1.

Ulterius addo, quod cum ex prædictis pateat manifeste D. D. de Commitibus non habere, nisi unam Vocem Petri Pauli; tres autem residere penes Titum Livium, qui Cajetanum præsentavit, idcirco ultimus status attendi non debet, ne dum ex conclusione pas-
sim recepta, quod Petitorium clarum re integra suf- 10
focat ultimum statum etiam in Possessorio ex allegatis apud me *Discept. Eccles.* 28. *num.* 2.

Sed etiam ex quo tempore ultimi status anni 1659.
Titus Livius, ejusque Frater erant infantes, & mino- 11
res; in quorum proinde præjudicium non potuit ex adverso acquiri quasi possessio præsentandi pro medietate, quando una tantum vox possidebatur; cum in
Pupillis, & Minoribus deficiat requisitum scientiæ, 12
& patientiæ, sine quo non efformatur ultimus status, ut in specie Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 63. *num.* 13. *cum aliis in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. §. *Non relevat*, *coram R. P. D. Caprara*.

Hæc erant quæ scribebam in hac Causa *Alatrina*, agitata in Rota *de anno* 1705. *coram R. P. D. Scotto*, ubi obtinui duas favorabiles Decisiones, recurrendo
autem examen utriusque fundamenti, Quoad pri- 13
mum bene fuit decisum, quod legatum vocis patronalis factum post obitum Petri Pauli hæredis esset conditionale ea ratione quod incertum est, an Legatarius supervicturus sit hæredi post cujus mortem illud collatum fuit, itaut præmoriente Legatario vivo adhuc hærede, legatum remaneret caducum; ideoque licet Legatarius tempore Testamenti, & Legati non esset Compatronus, tamen sufficit illum fuisse Compatronum post obitum hæredis, & sic tempore purificatæ conditionis ad effectum, ut consensus Ordinarii non esset necessarius in translatione Jurispatronatus, ut post causam decisam inveni punctualem auctoritatem Cyrill. *quæst. Jur. cap.* 66. *num.* 1. *& seqq. & num.* 17. ubi hoc admittit, quando agitur de Legato collato post obitum hæredis; quod dicit esse conditionale, itaut non requiratur consensus Ordinarii, si de tempore purificatæ conditionis Legatarius est Compatronus, secus autem procedere existimat in Donatione, seu in Contractibus ad unguem concordando cum distinctione quam fecit Rot. *in decision.* 7. *Decembris* 1705. §. *Et auctoritates*, *coram*
R. P. D. Scotto, solum dubitabam in hoc puncto; 14
quod cum ageretur de articulo Juris, non intraret regula absorbendi cum Petitorio claro Possessorium, quod alteri Parti assistebat in ultimo, & penultimo statu, sed Rota censuit Petitorium esse clarum licet dependeret ab articulo Juris, dicendo, quod ille statim definiri poterat ex apertura librorum, nec ideo dicebatur requirere illam altiorem indaginem, quæ mereretur ad Petitorium remitti, & hanc decisionem secuta est Rot. *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Quinimo*, *coram R. P. D. Ansaldo*; laudabilis sane conclusio, si in judicando constanter amplecteretur; ita enim non fierent tot præjudicia veris Patronis cum solita cantilena nimis amici Textus *in cap. Consultationibus de Jurepatr.* cujus intelligentia dilatata fuit in immensum apud Tribunalia, contra verum sensum illius Decretalis, ut non semel ridendo, aut irascendo expertus sum, videantur quæ superius dixi *alleg.* 3. *num.* 17. *& alleg.* 11. *num.* 13. *& in discept. Eccles.* 28. *nu.* 4. *&* 5. bene verum est, quod Petitorium non posset pro claro, si ageretur de articulo Juris dubio, sed hoc opus, hic labor recte dignoscere qualis sit articulus Juris dubius, & qualis non, propter varietatem, & subtilitatem ingeniorum, ubi est clarum uni, quod est turbidum alteri, caute tamen in hoc procedendum est, quia dubietas debet esse moralis, non autem illa, quam naturaliter experimur in omni materia, ubi nihil inter homines sic est indubitatum, ut non possit adhuc quamdam suscipere sollicitam dubitationem, ut dicebat Imperator *in* §. *Si vero Auth. de Tabell.* Rot. *in Albaracinen. Canonicatus*, *coram Rev. Decano impress. apud me Discept. Eccles.* 4. *num.* 126. & ego consideravi *Disceptat. Eccles* 28. *num.* 3.

Quoad secundum fundamentum, in eo consistens,
quod gratia pro præsentato obtenta per alteram par- 15
tem esset subreptitia, ob non expressum compræsentatum de sanguine Patronorum, & maxime attenta clausula Literarum Apostolicarum = dummodo

non sit alteri jus quæsitum, quæ præservabat jus competens in paritate vocum consanguineo Patronorum, cui debita erat prælatio, graviter timebam, quod Causa perderetur, si redigenda foret ad hunc punctum, dum Conclusio erat vera, sed non applicabatur ad Casum, ubi tempore Datæ literarum, Consanguineus non reperiebatur præsentatus, immo cum gratia pro præsentato fuisset obtenta in ultimo tempore Pontificatus S. M. Innocentii XII. scilicet quarto Kalendas Januarii anno ejus Octavo, nec tunc expediri potuisset, fuit postmodum obtenta Bulla in solita forma *rationi congruit* primo anno Pontificatus Summi Pontificis Regnantis cum expressa clausula = *dummodo dicta die 4. Kalendas Januarii non esset in eo, seu ea alicui specialiter jus quæsitum* = itaut non applicaretur motivum subreptionis, nec Juris quæsiti Consanguineo Patronorum quoties de tempore Datæ quarto Kalendas Januarii ille nec fuerat præsentatus, & forsan nec etiam cogitatum fuerat de eo præsentando juxta ea, quæ superius scripsi *in allegat. 4. num. 23. & seqq.* Verum Defensores Partis omnia alia deducebant præter hoc solidum objectum de quo timebam, quando S. Rota non amplecteretur primum consistens in articulo Juris, ut supra.

R. P. D. SCOTTO.

Alatrina Jurispatronatus.

Luna 15. Junii 1705.

PEr obitum Marci Tulii Cajetani cum vacasset Cappellania, seu simplex Beneficium sub Invocatione SS. Petri, & Joannis Evangelistæ in Ecclesia Parochiali S. Mariæ Terræ Fumonis, ad illud præsentavit Titus Livius Cajetanus Joachim filium, Joseph vero de Comitibus Dominicum de Sebastianis, inter quos orta controversia super institutione, Reverendiss. Ordinarius Alatrinus, ad quem fuit habitus recursus, censuit instituendum esse dictum Joachim, quem etiam in possessione Beneficii immisit, sed cum sententia, seu decretum dicti Ordinarii in judicatum transactum in grado restitutionis in integrum fuerit revocatum hic in Curia, hinc devoluta Causa per appellationem ad nostrum Tribunal, D.D. consului super dubio = *An, & cui sit adjudicandum Beneficium* = & hodie post secundam Causæ propositionem responsum habui = *esse adjudicandum Joachim*.

Ipse enim fuit præsentatus a Tito Livio Patre, qui habet majorem partem vocum Patronalium, unde erat ei adjudicandum Beneficium, excluso Dominico
16 præsentato a minori parte, cum major pars minorem suffocet ad Text. *in Cap. Quoniam de Jurepat.* Rota *coram Bicch. dec. 264. num. 13. in Abellina Jurispat. 28. Junii 1696. §. Siquidem, coram Reverendissimo Decano, & in Tuden. Parochialis de Bertuzsde 20. Junii 1701. §. Constitit, coram Mem.*

Quod autem Titus Livius ad sui favorem numeret majorem partem vocum, non videbatur posse dubitari, quia conveniebant hinc inde informantes, quod Iuspatronatus sit hæreditarium, quodque in illo successerint quatuor filii Marci Tullii Campaneæ, nempe Carolus, Petrus Paulus, Bernardina, & Zenobia; quapropter cum Titus Livius sit filius, & hæres Bernardinæ, Donatarius Zenobiæ, & Legatarius vocis Caroli; Exinde de plano consequebatur, quod in persona dicti Titi Livii residerant tres ex quatuor vocibus, & sic major pars Iurispatronatus, Rota *in Aprutina Parochialis 26. Junii 1703. §. Nec dicatur, cor. R. P. D. Priolo.*

Nec obstat, quod legatum vocis Caroli non fuerit ab Ordinario confirmatum, & ideo nullum remanserit, & consequenter dicta vox consolidata fuerit in Petro Paulo hærede, cujus est Donatarius Ioseph de Comitibus. Nam cum legatum fuerit factum
17 favore Compatroni, authoritas Ordinarii non erat necessaria, Vivian. *de Jurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 31. & cap. 4. num. 7.* Rota *coram Achill de Graff. decis. 30. de Jurepatr. coram Coccin. dec. 464. nu. 8. & coram Dunozett. Jun. decis. 79. num. 5. & decis. 96. num. 9.* & licet de tempore conditi Testamenti adhuc viveret Bernardina Mater, ideoque Titus Livius nondum esset Compatronus, tamen cum legatum esset conditionale, nec esset transferendum in Legatarios, nisi post obitum Petri Pauli hæredes, ibi = *vuole che succedano in suo luogo dopo la morte di Pietro Paolo* = sufficit, quod de tempore purificatæ conditionis concurreret in Tito Livio Legatario qualitas Patronalis, cum in legatis conditionalibus attendatur tempus purificatæ conditionis, & de eo tempore tantum fiat translatio Iurispatronatus, nec antea, conditione pendente, ullum Ius certum, & radicatum dicatur Legatario quæsitum, *l. Mater, §. Eundem, ff. de except. rei judic. l. 1. §. Servi appellat. ff. ad Syllan.* Rota *cor. Coccin. dec. 1462. num. 20. & seqq. coram Bicchio decis. 602. numer. 20. & decis. 625. num. 30.* & in proximis Terminis, Rota *in Tridentina Jurispatronatus super reservatis 6. Junii 1703. §. Etenim consensus, coram Mem.*

Non attenta replicatione, quod legatum fuerit ab initio purum, licet dilatum post mortem hæredis, cum dilatio respiciat executionem, non autem substantiam legati; Etenim objectum non subsistit in Facto, nec relevat in Jure. Non enim regit in Facto, quia verba legati = *succedano dopo la morte* = respiciunt substantiam legati, cum inducant vocationem Legatarii post obitum hæredis, adinstar
substitutionis fideicommissariæ, in qua aliquis vo- 18
cetur post obitum alterius, ut in terminis dictorum verborum probat Sanfelic. *decis. 278. num. 4. vers. & in proposita quæstione*; itaut si Legatarii prædecessissent hæredi, post cujus obitum fuerunt vocati, legatum remansisset caducum, nec fuisset transmissibile ad ejus hæredes, § *unica §. Sin autem sub conditione, Cod. de caduc. tollen.* Peregrin. *de fideicomm. art. 22. num. 4.* Rota *coram Dunozett. Jun. decis. 707. num. 13.*

Nec etiam objectum relevaret in Jure, quia dies incerta, qualis dicitur mors hæredis, semper reddit legatum conditionale, sive sit adjecta substantiæ, sive executioni ejusdem legati, ut tradunt Mantic. *de Conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 3.* Alingrad. *cons. 89. num. 13. libr. 2.* Card. de Legat. *disc. 59. num. 7. §. Verum*, Capyc. Latt. *decis. 107. num. 21. libr. 1.* Gratian. *dec. March. 153. n. 6.*

Cæterum quatenus etiam per possibile dicta vox Caroli esset numeranda favore Iosephi, qui præsen-
tavit Dominicum, itaut (quemadmodum prætende- 19
bant informantes pro eodem Dominico) uterque ex præsentatis haberet medietatem vocum, adhuc ea alin capite Beneficium erat adjudicandum Ioachim, quia nempe ipse est de sanguine Patronorum, unde in paritate vocum præferri debet Extraneo Compræsentato, juxta Gloss. *in Can Neminem distinct. 70.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 14. cap. 2. num. 67.* Lambert. *eod. tract. lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 4. per tot.* Rota *coram Boratt. decis. 647. num. 16. cum aliis concordam. in Mediolanen. Jurispatronatus 3. Julii 1684. §. Observarunt, cor. bon. mem. Paulnccio.*

Non obstante, quod prætenderetur Joachim non esse de sanguine Fundatoris, sed Patronorum, quia de Iure prælatio debita in paritate vocum Compræsentato de sanguine Fundatorum, locum habet etiam in Compræsentato de sanguine Patronorum, Lambertin. *de Jurepatr. dict. art. 4. num. 12.* Vivian. *eod. tract. lib. 14. cap. 2. n. 67.* Rota *post eundem decis. 66. num. 5.* Aden. ad Pamphil. *dec. 244. n. 11.* Rota *cor. Ubald. dec. 339. num. 7.*

Et hinc nullatenus attendenda erat gratia pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum a Sanctiss. per Dominicum reportata, quia cum Pontifici non fuerit expressum adesse alium præsentatum de Sanguine Patronorum gratia remanet subreptitia, & nulla, quia si Papa scivisset medietatem vocum præsentasse alium de Sanguine, cui debita erat de Iure prælatio, utique in illius præjudicium non concessisset gratiam derogationis, ut discusso articulo firmavit, Rota *in dicta Mediolanen. Jurispatronatus 3. Julii 1684. §. Quæ ratio, coram bon. mem. Paulnccio*; Cum præsertim

fertim in literis Apostolicis legatur clausula, *dummodo non sit alteri Jus quæsitum*, quæ præservat Jus Joachim acquisitum ex præsentatione, vigore cujus ipsi debita erat institutio, ut prosequitur mox allegata *Decisio Mediolanen. Jurispatr. §. dict. Quæ ratio, coram bon. memor. Pauluccio*.

Nec magis suffragari poterant ultimus, ac penultimus Status, quos prætenditur militare favore Josephi de Comitibus, qui Dominicum præsentavit, quia cum provisiones præcedentes emanaverint cum derogatione medietatis vocum, semper firmum rema-
20 net, quod altera medietas sit penes Titum Livium, ut etiam hodie ingenue admittebant informantes pro Dominico; & Iden non destruitur fundamentum mox dictum, quod in paritate vocum debita esset prælatio Joachim tanquam de sanguine Patronorum; Et tamen ex alio capite neque attendendus esset dictus ultimus Status, cum enim ex publicis documentis, & probationibus certis constet Titum Livium habere tres ex quatuor vocibus, ut fuit superius comprobatum, & res sit integra, scilicet ante Institutionem Dominici, ultimus Status in his terminis non suffragatur, cum petitorium absorbeat quancunque possessionem, & veniat instituendus Præsentatus a vero Patrono, non vero a putativo, Rota *coram Priolo decis.* 113. *num.* 35. & 36. *coram Emerix. Jun. decis.* 1320. *num.* 15. *in rec. decis.* 64. *num.* 33. *part.* 13. & *decis.* 153. *num.* 6. & 7. *part.* 18. Etiamsi Status anterior non resultet ex re judicata, confessione Patris, aut instrumento publico fundationis, quia sufficit, quod colligatur ex probationibus certis, & æquipollentibus dictis tribus, Rota *in Bononien. Parochialis super Manutentione* 26. *Januarii* 1682. §. *Siquidem, cor. bon. mem. Ursino*, & *in Colonien. Beneficii* 27. *Junii* 1696. §. *Nec magis, coram Illustriss. D. Magno Cancell. Mediol.*

Et ita utraque, &c.

Eadem coram eodem,

Super Sequestro,

OBtenta per Dominicum favorabili Sententia in Curia revocatoria alterius de partibus super adjudicatione controversi Beneficii; Institit in signatura Justitiæ pro appositione Sequestri super illius fructibus ad tenorem famigerati Text. *in Clem. unica de Sequestr. possess. & fruct.* quam tamen obtinere non valuit nisi cum clausula *arbitrio* Rotæ; Quapropter cum in hodierna Audientia una cum Dubio super negotio principali proposuerim etiam præsens = *An intret arbitrium pro appositione Sequestri* = Domini
21 arbitrium regulantes ad tramites juris juxta theoricam Bart. in Extravag. *ad reprimendum*, *v. videbitur*, *n.* 8. *Quomodo in crimine læsæ Majestatis procedatur*, Rota *decis.* 1106. *num.* 15. *coram Emerix. Jun.* non dubitarunt respondere, *non intrare arbitrium*, quia quemadmodum examinato negotio principali agnoverunt, Beneficium esse adjudicandum Joachim possessori ejusdem, ita etiam nec æquitas, nec Justitia exposcebat, quod idem Joachim legitimus possessor esset per appositionem Sequestri sua possessione privandus, cum Sequestrum tanquam accessorium sequatur naturam negotii principalis, & reguletur ad limites boni, vel mali Juris, quod assistit possessori in meritis, ut bene animadvertit *R. P. D. meus Ansald.* in Addit. *ad decis.* 71. *sub num.* 7.

Nec propterea obstare poterat, quod favore Dominici militaret Sententia in Curia lata, quæ stante dicebatur esse locum appositioni Sequestri, juxta *dict. Clem. unicam, de Sequestr. possess. & fruct.* Nam cum, assumpta cognitione super Justitia dictæ Sententiæ, Domini pro comperto habuerint, illam omnino in-
104 justam, cessabat consequenter præsumptio illa boni Juris, quæ regulariter promanat a judicato favorabili, quæque respective solet esse Mater Sequestri, cum sententia injusta non mereatur nomen sententiæ, ad quemcunque juris effectum habeatur, ac si lata non fuisset in nihilo veniat attendenda, ut in his terminis dixit Rota *in Cracovien. Scholasteriæ super Sequestro, coram R. P. D. meo Ansaldo inter ejus impressas decis.* 71. *num.* 2. & *seqq.*

Eoque magis, dum pro dicto Joachim stat non solum sententia Ordinarii, sed etiam possessio triennalis, quæ operatur, ut contra eundem non possit decerni Sequestrum, ut literaliter sancitur *in ipsa Clement. unic. de Sequestr. possess. & fruct.* & firmavit Rot. *coram Cassador. decis.* 4. *de Sequestr. coram Put. decis.* 347. *num.* 2. *lib.* 3. & *coram Bich. decis.* 198. *num.* 24.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. SCOTTO.

Alatrina Jurispatronatus.

Lunæ 7. Decembris 1705.

BEneficium de quo agitur, adjudicandum esse Joachim, respondit Rota *coram Me sub die* 15. *Junii proxime præteriti* duplici innixa fundamento, altero nempe, quia dictus Joachim fuerat præsentatus a Tito Livio Patre, qui habet majoritatem vocum patronalium, & altero, quia data etiam paritate vocum, idem tanquam de Sanguine Patronorum veniat præferendus Dominico præsentato ab altera medietate, & penitus extraneo; Cuoque unum, & alterum ex dictis fundamentis hodie quoque visum fuerit subsistere DD. non dubitarunt respondere pro persistentia *in decisis*.

Quoad primum enim retento themate, de quo in dicta mea præterita decisione, quod scilicet controversia Jurispatronatus spectaret ad quatuor filios Marci Tulii Campaneæ, nempe Carolum, Petrum Paulum, Zenobiam, & Bernardinam, cum Titus Livius habeat vocem Bernardinæ, cujus est filius, & hæres, alteram Zenobiæ, &c. vigore donationis per ipsam factæ favore Marci Tulii fratris dicti Titi Li- 22
vii, cui ab intestato successit, ac alteram Caroli in vim legati ejus favore exarati, exinde evidenter convincitur, quod Titus Livius habeat tres ex quatuor vocibus, & consequenter majorem partem, itaut propterea merito beneficium fuerit adjudicatum præsentato ab eodem ad Text. *in cap. quoniam ibique gloss. verbo qui majoribus de Jurepatr.* Rot. *coram Cels. decis.* 85. & *decis.* 19. *part.* 11. *rec. utrobique num.* 1.

Neque subsistit, quod non doceatur de acceptatione donationis per Zenobiam factæ favore Marci Tulii, quia cum iste fuerit præsens donationi, & illam acceptaverit ibi = *Marco Tullio præsenti, & acceptanti, &c.* = objectum corruit ex inapplicabilitate facti, & tamen nec relevaret in Jure, quia cum agatur de actu mere lucrativo, sufficit acceptatio Notarii pro absentibus, & omnibus, quorum interest. Rot. *decis.* 365. *numer.* 5. *part.* 13. *recens.* & *in Romana donationum* 17. *Junii* 1704. §. *postrema*, & *prima Decembris ejusdem anni* §. *Et demum, coram Reverendiss. P. D. meo Omana*.

Minus relevat, quod legatum vocis Caroli tanquam destitutum consensu, seu confirmatione Ordinarii fuerit nullum, & consequenter dicta vox di-
numerari nequaquam valeat favore Titi Livii: Nam 23
cum legatum esset conditionale, & de tempore purificatæ conditionis Titus Livius legatarius ob successionem in hæreditate Materna esset Compatronus, nulla exigebatur authoritas Ordinarii, quæ non est necessaria, ubi legatum est factum favore Compatroni, Lambertin. *de Jurepatron. artic.* 12. *quæst.* 1. *part.* 2. *libr.* 1. *numer.* 9. In legatis enim conditionalibus pendente conditione nullum Jus acquiritur legatario, & ideo attendi debet tempus quo purificatur conditio, cum tunc tantum dicatur in legatarium transferri legatum *leg. si cum* 4. *ff. quando legati dies cedat*, Rot. *decis.* 1462. *num.* 20. & 21. *coram Coccin.* cum aliis allegatis *in decisione, quæ revidetur.* §. *Nec obstat*.

Conditionalitas autem legati resultat ex quo illud collatum fuit in legatarium post mortem hæredis, & sic

in diem incertam, quæ in legatis semper importat conditionem, *l. heres meus* 78. *ff. de condit. & demonstr. l. si cum heres, & l. hujusmodi, ff. quando dies legati cedat, l. unica, §. si sub conditione, Cod. de caduc. tollen.*
24 licet enim mors hæredis sit certo extitura, incertum tamen est an dies legati vivo legatario cedat, & si ad eum perventurum, & ratione hujusmodi incertitudinis legatum fit conditionale, ut inquit Text. *in dicta l. heres meus, §. heres meus ff. de condit. & demonstr.* & tradunt communiter Fusar. *de substitut. quæst.* 488. *num.* 21. Peregrin. *de fideicomm. art* 32. *ante num.* 19. Bordon. *de legat. cap.* 1. *num.* 27. Simon. de Præt. *de Interpret. ultim. volunt. libr.* 3. *interpret. prima, dub.* 5. *solut.* 4 *n.* 47. Mantic. *de conject. volunt. lib.* 12. *tit.* 20. *num.* 3.

Nec obstat, quod legatum Juspatronatus controversi ab initio sit purum, & absolutum, quoad ejus substantiam, ut iodicant verba illa = *lascia, &c. de quali vuole, che sia, &c.* = licet illius executio dilata sit post mortem hæredis, quo casu tempus adjectum legato censetur appositum, ut faciat, seu denotet diem solutionis, non autem, ut importet conditionem; Siquidem nec in facto subsistit, quod tempus fuerit adjectum executioni non autem substantiæ
25 legati, nec relevaret in Jure, quatenus etiam factum assisteret; non enim subsistit in facto, quia verba = *dopo la morte di Pietro Paolo* = in quibus consistit virtus conditionis sunt immediate adjecta post verba = *vole, che sia, e che succedano* = unde dicuntur respicere substantiam legati, quod suum esse substantiale recipit a verbo = *succedano* = ut in puncto observat Sanfelic. *decis.* 278. *n.* 4. *versic. in proposita quæstione*, & generaliter, quod ubi tam legatum, quam illius præstatio reguntur ab uno verbo, & sub unica oratione, conditio dicatur adjecta substantiæ, non autem executioni Card. de Luca *de legat. disc.* 59. *numer.* 8. Rota *decis.* 291. *numer.* 10. *part.* 11. *recent.*

In Jure autem non relevaret, quia dies incerta, sive adjiciatur substantiæ legati, sive illius executioni semper reddit legatum conditionale, ea ratione, quia cum incertum sit, an vivo legatario legatum debeat adimpleri, semper dicitur dependere ab eventu conditionis supervivientiæ, qua non purificata legatum Corruit. *leg. quibus diebus, §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstr. gloss. communiter recepta in leg. Scius Saturninus, ff. ad Trebellian.* Simon. de Præt. *de Interpretat. ultim. volunt. dicta solutione*, 4. *numer.* 47. Fusar. *de substit. dicta, quæst.* 488. *numer.* Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 11, *tit.* 18. *num.* 21. *& seq. & tit.* 30. *numer.* 3. *&* 4. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 3. *part.* 2. *numer.* 2. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 32. *numer.* 19. Mont. *controvers.* 32. *numer.* 8. *&* 12. *& per tot.* Matt. *de success. leg. part.* 4. *quæst.* 18. *artic.* 8. *numer.* 62. Capic. *latr. decis.* 105. *per tot. & signanter, numer.* 31. *& seq. ubi alii Concordant.*

Et auctoritates contrariæ procedant, vel quando versamur in contractibus in quibus conditio adjecta executioni non facit dispositionem conditionalem juxta *decisionibus* 117. *n.* 3. *ibique* Adden. *n.* 13. *coram Gregor.* vel ubi dispositio confertur in tempus certum, & omnino futurum adhuc vivo legatario,
26 ut distinguendo inter unum, & alterum casum firmat Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 11 *tit.* 20, *n.* 4. Card. de Luc. *de legat. disc.* 59. *sub n.* 7. *§ contraria* vel demum quando concurrit expressa voluntas Testatoris, quod statim actio quæratur legatario, ut erat casus, super quo scripsit Gratian. *discept.* 136. & emanavit *decis.* 272. *cor. Coccin.* in contrarium laudata; ibi enim Testator legatario injunxerat, quod non posset molestare hæredem, neque in proprietate, neque in usufructu legati durante vita sua, quæ prohibitio necessario importat, ac supponit testatorem voluisse, purè, non vero sub conditione relinquere, alias enim dicta prohibitio superflua, & prorsus evanida redderetur, cum in legatis conditionalibus ante adventum conditionis nulla actio legatario quæratur, ut bene respondendo dictis auctoritatibus animadvertit Capyc. Latr. *decis.* 107. *numer.* 38.

Firmo itaque remanente, quod legatum esset conditionale non obstat, quod ante adventum conditionis Petrus Paulus hæres Caroli legantis donaverit Juspatronatus illi de Comitibus, qui Dominicum præ- 27
sentarunt; nam cum in donatione Petrus Paulus non expresserit se donare vocem Caroli, vel totum Juspatronatus in genere, censetur donationem exarasse de sua voce tantum, non autem de altera Caroli, quæ post ejus obitum fuerat Tito Livio ab eodem Carolo relicta *l. qui tabernas, ff. de contrahen. Empt. leg. si Dominus, §. fin. ff. de legat.* 1. Rot. *coram Cerr. decis.* 897. *num.* 6. *decis.* 253. *num.* 9. *part.* 17. *recent. & in Amerina fideicommissi* 15. *Junii* 1696. *§. quo vero, coram R. P. D. meo Muto*, præsertim quia metiendo voluntatem a potestate, donare non poterat vocem, quæ alteri vigore Testamenti, debebatur cum nequeat hæres contravenire dispositis a Defuncto, ut omissis generalibus in his terminis dixit Rot. *decis.* 372. *num.* 36. *part.* 11. *rec.*

Minus urget, quod illi de Comitibus sint in possessione præsentandi per quadraginta, & ultra annos, & ideo Juspatronatus præscripserint, tum quia in facto non subsistit possessio quadragenaria, cum prima præsentatio fuerit de anno 1660. a quo tempore, usque ad annum 1698. quo contigit ultima vacatio 28
non effluxerunt quadraginta anni tum etiam quia ad effectum præscribendi requiritur scientia, & patientia Compatroni, quæ non valet considerari in Tito Livio, tunc minore, cui negligentia Tutoris non potuit præjudicare Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 63. *num.* 13. Rot. *in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. *§. Non relevat, coram R. P. D. meo Muto*, tum denique quia in omnem casum ob negligentiam præsentandi in una, vel altera vacatione, Patronus non amittit Jus præsentandi in aliis futuris vacationibus juxta *Cons.* Federic. de Sen. 112. *in ult. dub.* quod sequitur Rot. *decis.* 115. *num.* 8. *coram Arguelles, & in Compostellana Parochialis* 28. *Novembris* 1696. *§. Non prima, coram R. P. D. meo Priolo.* Imo per præsentationem factam à Compatrono præservatur Jus non præsentantis, nisi expresse appareat, quod præsentans habuerit animum excludendi alios Compatronos, & isti scientes acquieverint juxta *Cons.* Caldecin. 15. *de Jurepatron.* Vivian. *de Jurepatr. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 2. *numer.* 37. *& seq.* Rot. *dicta decis.* 115. *num.* 9. *coram Arguelles, & decis.* 3. *num.* 4. *& seqq. cor. san. mem. Alex. VIII. & in Cracovien. Parochialis* 4 *Februarii proxime præteriti, §. quidquid, coram R. P. D. Caffarello.*

Nullatenus attenta replicatione, quod saltem ex præsentationibus factis per illos de Comitibus in annis 1660. & 1671. eorundem favore militet ultimus, & penultimus status, qui solus veniat attendendus, cum lis sit inter præsentatos super Institutione ad Text. *in cap. Consultationibus, de Jurepatr.* Nam cum ex publicis documentis constet Titum Livium habere tres ex quatuor vocibus, alteram, nempe uti filium, & hæredem Bernardinæ, secundam, ut Donatarium Zenobiæ, & tertiam tanquam legatarium Caroli, petitorium dicitur absorbere possessorium, itaut veniat instituendus præsentatus a vero Patrono, non autem a possessore, qui dicitur Patronus putativus, ut probat decisio, quæ revidetur, §. *Nec magis*, Et quamvis objiceretur, quod petitorium non poterat dici clarum, prout ad hunc effectum requiritur, ex quo vox Caroli dependeret ab interpretatione legati per eum facti, an esset purum, vel potius conditionale, nihilominus DD. visum fuit nullam in hac parte adesse turbiditatem tituli, quia cum disceptatio non versetur circa factum, sed tantum circa articulum Juris, qui ex apertura librorum statim definiri potest, non dicitur requirere illam altiorem indaginem, quæ mereatur ad petitorium rejici Rot. *decis.* 183. *num.* 6. *coram Seraphin. decis.* 375. *num.* 12. *part.* 19. *recent. & in Romana hæreditatis de Ruspolis* 2. *Martii* 1705. *§. Constabilita, coram Reverendissimo D. meo Decano.*

Ex his superfluum reddebatur examen secundi fundamenti, quod nempe data etiam paritate vocum

semper

semper præferendus esset Joachim tanquam de Sanguine Patronorum, cum ex hactenus firmatis Ti-
30 tus Livius, qui dict. Joachim præsentavit, habeat majorem partem vocum patronalium, & tamen quatenus opus esset recurrere ad dictum Subsidiarium fundamentum, DD. Censuerunt etiam ex eodem æque bene fundatam esse intentionem Joachim, cum enim ipse sit filius Titi Livii Patroni, in concursu extranei, & paritate vocum semper venit præferendus *Juxta gloss. in Can. neminem distinct.* 70. cum aliis cumulatis in præterita decisione, §. *Cæterum cum seqq.*

Absque eo quod efficeret iterum inculcata responsio, quod dicta prælatio debeatur tantum in Jurepatronatus gentilitio, & favore præsentati de Sanguine fundatoris, non autem Patronorum, quia cum ratio pro concedenda dicta prælatione fundetur in quadam Juridica æquitate exigente, quod cæteris paribus potius veniat instituendus ille, ex cujus bonis fundata est Ecclesia, quam penitus extraneus, ut innuit Gloss. *in dict. Can. neminem distinct.* 70. dicta ratio æque militat in descendente a fundatore, ac in hærede extraneo ejusdem, qui cum repræsentet Personam defuncti, subrogatur in omnibus Juribus eidem defoncto seu fundatori competentibus, ut probant authoritates relatæ *dicta præterita decis.* §. *Non obstante*, & in specie Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 2. *part.* 3. *quæst.* 5. *art.* 4. *num.* 11. *in fin.* ubi quod ita vidit millies observari in facto.

R. P. D. SCOTTO.

Alatrina Jurispatronatus super Sequestro.

Lunæ 7. *Decembris* 1703.

QUamvis ad normam famigeratæ *Clemen. unic. de Sequestr. possess. & fruct.* institisset Dominicus post obtentam in Curia favorabilem Sententiam super adjudicatione Controversi beneficii pro appositione Sequestri, nihilominus agnita per DD. Injustitia dictæ Scotentiæ, non minus ex dicto capite, quam etiam quia Joachim assistebat triennalis possessio; non dubitarunt sub die 15. Junii proxime præteriti respondere pro denegatione dicti Sequestri, ut habetur ex decisione tunc edita, quam hodie ex iisdem fundamentis approbandam censuerunt.

Injustitia enim dictæ Sententiæ aperte resultat ex iis, quæ late cumulata fuerunt in altera mea contemporanea decisione super bono Jure, seu adjudicatione Beneficii favore Joachim demandata, & exinde consequenter emergit, quod contra legitimum possessorem non sit decernendum Sequestrum, quia præsumptio illa boni Juris, quæ regulariter oriri solet a Sententia favorabili, cessat, ubicunque assumpta meritorum discussione judicatum appareat injustum, cum Sententia nulla, vel injusta nullum producere possit Juris effectum, Rota *coram Cavaler. decis.* 467. *num.* 2. *cum aliis adductis in decis. quæ revidetur*, §. *prim. & seqq.*

Prout etiam subsistit alterum fundamentum possessionis triennalis, quæ sicuti non controvertebatur per Dominicum ita eadem operatur, ut ille qui per triennium neglexit Jura sua in Judicio promovere, non possit amplius petere appositionem Sequestri super Beneficio, ut litteraliter sancitur *in d. Clement. unic. de Sequestr. possess. & fruct.* & probat *dicta præterita decisio*, §. *fin.*

Et ita utrinque, &c.

Cremonen. Beneficii,

ARGUMENTUM.

In Beneficio de Jurepatronatus reservato Personis Ecclesiasticis non intrant Reservationes Apostolicæ, quando fuerunt exclusæ etiam tacite in limine fundationis, & ex quibus verbis tacita exclusio deducatur,

SUMMARIUM.

1 *In limine fundationis possunt expresse, & tacite excludi Reservationes Apostolicæ, & numer.* 2.

3 *Legatum pium cum onere Missarum non est beneficium, nec cadit sub Reservationibus.*

4 *In erectione legati pii in beneficium potest quis præservare sibi jus nominandi perpetuo etiam in Mensibus reservatis prout illud habebat in statu legati pii.*

5 *Ex quibus conjecturetur exclusio tacita Reservationum in limine fundationis, seu erectionis, & n* 6. 7. & 8.

9 *Ad repellendum Provisum Apostolicum de reservato sufficit inturbidare reservationem.*

ALLEGATIO XXI.

USque de anno 1649. per Testatorem laicum legata fuerunt plura bona Confraternitati Sanctissimi Sacramenti erectæ in Ecclesia Parochiali loci de Vailate Cremonen. Diœcesis cum onere Missarum pro quarum adimplemento Confraternitas usque de eo tempore deputavit Presbyterum cum titulo Cappellani vitalitii assignando eidem fructus dictorum bonorum.

Defuncto primo Cappellano de anno 1669. Confratres insimul congregati determinarunt, & resolverunt Cappellaniam vitalitiam erigere in Cappellaniam perpetuam cum reservatione Jurispatronatus ad sui favorem, cum pacto, quod illud sibi perpetuo spectare deberet, ibi = *Quod Juspatronatus dicti Beneficii simplicis, seu Cappellaniæ perpetuæ, seu jus eligendi, nominandi, & præsentandi Beneficiatum Sacerdotem, &c. ad dictum Beneficium simplex, dum, & quoties quoquo modo vacare contigerit, reservetur, & perpetuis futuris temporibus spectare decernatur, & declaretur præfatæ venerabili Scholæ constituenti* = deputando cum hoc pacto Procuratorem ad obtinendam erectionem canonicam Beneficii.

Prout Procurator Confraternitatis supplicavit Ordinario pro erectione, assignando bona ut supra relicta per Testatorem laicum, & exponendo conditionem, quod Juspatronatus, & præsentandi ad Beneficium = *non solum hac prima vice ob illius primævam erectionem vacaturum; verum etiam dum, & quoties pro tempore vacare contigerit, prædictis Confratribus in perpetuum spectare habeat, & debeat, admissio autem, & approbatio, & confirmatio præsentationum, ut supra faciendarum, ac perfectio, & institutio Beneficiati sicut supra per tempora eligendi Ordinario reservetur, sicque ac cum, & sub qualitatibus, pactis, modis, formis, & conditionibus supradictis, & non aliàs, aliter, nec alio modo.* = Ordinarius devenit ad erectionem Beneficii reservando Juspatronatus his verbis = *Juspatronatus vero, sive jus eligendi, nominandi & præsentandi futurum beneficiatum ad dictum Beneficium, non solum hac prima vice, verum etiam dum, & quoties pro tempore vacare contigerit, prædictis Dominis Prioribus, & Confratribus dictæ Scholæ Sanctissimi Corporis Christi, & eorum futuris per tempora Successoribus in perpetuum; Admissionem vero, approbationem, & confirmationem præsentationum, ut supra faciendam, ac perfectionem, & Institutionem Beneficiati sicut supra per tempora eligendi, nominandi, & præsentandi Ordinario per tempora Cremonen. reservandum, ac eis respective spectare, & pertinere decernendum, & declarandum duxit, prout admisit, acceptavit, &c.*

Cum hodie vocaverit Beneficium in mense reservato; quæritur in sensu veritatis an Patroni potuerunt præsentare, & Ordinarius Institutionem concedere debeat præsentato; attento, quod videtur collationem spectare ad Papam; & Juspatronatus cadere sub reservationibus tanquam Personis Ecclesiasticis reservatum. Quo articulo mihi delegato, ut eum prout de jure resolvam examinato diligenter Instrumento fundationis, aliisque superius in facto relatis; Regulam reservatoriam Mensium nequaquam intrare, & esse locum Institutioni præsentati faciendæ ab Ordinario, verius de Jure censeo respondendum.

1 Moveor ex propositione hodie amplius non controversa, sed receptissima in Curia, quod nempe in limine fundationis possint excludi Reservationes Apostolicæ, non solum expresse, sed etiam tacite, & virtualiter per verba expressæ exclusioni æquipollentia, ut communiter scripserunt Adden. ad Pamphil. *decis.* 189. *num.* 27. Rot. *coram Royas decis.* 274. *numer.* 17. Pacion. *de locat. capit.* 14. §. 6. *num.* 19. *& in recent. decis.* 476. *num.* 3. *part.* 19. *tom.* 2. *novissime me scribente in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *final. coram R. P. D. Scotto*, *& in Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii* 1. *Decembris* 1684. §. *atque hinc coram clar. memor. Card. Matthajo*. Idque procedit in Jurepatronatus Ecclesiasticis
2 reservato; dummodo bona sint Laicorum, ut firmat Rot. *in dicta Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii* 1. *Decembris* 1684. § *minime, coram clar. mem. Card. Matthejo, & in dicta Parm. Beneficii* 28. *Junii* 1701. § *reservatio, coram R. P. D. Scotto apud me discept. Eccles.* 25 *num.* 41. *part.* 1.

In casu isto observando primævam originem, habemus, quod bona fuerunt relicta per Laicum fundatorem cum onere Missarum Confraternitati Sanctissimi Sacramenti; unde origo demonstrat, quod Fundator laicus noluit erigere Beneficium Ecclesiasticum, sed constituit meram officiaturam Missarum, seu Legatum pium cum onere Missarum, quod nullo modo est beneficium, nec venit appellatione Beneficii, juxta famigeratam in Curia *decisionem* 101. *coram Dunoz. Jun.* Card. de Luca *de benef. disc.* 61. *num.* 5. *& disc* 96. *num.* 3. Ideoque hujusmodi Lega-
3 tum pium, cum juxta voluntatem Testatoris non esset Beneficium, & deputatio Cappellani spectaret semper ad Confraternitatem juxta voluntatem Fundatoris, nec propterea caderet sub reservationibus Apostolicis. Rebuff. *de pacific. poss. n.* 287. *ad fin.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *n.* 22. Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 83. *& cap.* 2. *sub n.* 28. *&* 29. Et dixi Ego *discept. Eccl.* 25. *sub n.* 10.

4 Successive Confraternitas volendo reducere legatum pium ad statum Beneficii Ecclesiastici, potuit sine dubio reservare sibi Jus nominandi perpetuò, etiam stante vacatione in mensibus reservatis, eo modo quo habebat idem jus nominandi, antequam Beneficium fuisset erectum, seu tempore quo deputabat Cappellanos pro celebratione Missarum, quia per talem erectionem dicitur noluisse sibi præjudicare, sed se conservare circa Jus præsentandi seu nominandi eo modo, quo illud habebat antea in legato pio, seu Officiatura Missarum, juxta Gloss. *in Cap. Nobis de Jurepatr. in verb. in Cappella, vers. sed dato*. Rota *coram Coccin. decis.* 1423. *num.* 6. *& in recent. decis.* 12. *num.* 11. *part.* 17. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 66. Ad differentiam alterius Casus, quando scilicet Confraternitas simpliciter consensisset erectioni Beneficii absque verbis exclusivis Reservationum Apostolicarum, & sic absque præservantia sui juris nominandi integraliter, & in omni casu, & tempore, sicut poterat, quando Cappellania erat in statu simplicis Legati pii. Gloss. *in dicto Cap. Nobis, ubi supra*. Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 5. *num.* 12. *circa finem, vers. pro hac solutione*.

Videamus itaque, an Confraternitas in erectione, & fundatione Beneficii voluerit sibi præservare intactum Jus nominandi, sicut antea habebat exclusive ad reservationes Apostolicas; quod sane videtur indubitatum ex inferius dicendis. Apposuit enim legem, quod Juspatronatus, seu jus eligendi reservetur his verbis = *Dum, & quoties quoquo modo vacare contigerit, reservetur, & perpetuis futuris temporibus spectare decernatur, & declaretur* = Ex quibus verbis oritur tacita exclusio regulæ reservatoriæ.

Primo scilicet ex verbis = *Dum, & quoties quoquomodo vacare contigerit* = Si enim Confraterni- 5
tas habere & exercere voluit jus nominandi = *Dum, & quoties beneficium vacare contigerit* = hoc significat quod in omnibus vacationibus etiam succedentibus in mensibus Papæ debeat habere jus præsentandi, ut in puncto firmat *a Spiritu Sancto consult.* 30. *n.* 14. 15. *&* 16. *& n.* 19. *in fin.* Ubi quod hæc dictio *Quotiescunque* importat infinitum, itaut includat vacationem quancunque, licet succedentem in mense reservato, & firmavit Rot. *in Pampilonen. Beneficii de los Arcos* 19. *Junii* 1663. §. *justitia vero, coram Boulermont, & in rec. decis.* 476. *n.* 11. *part.* 19. *tom.* 2. *& in dicta Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii* 1. *Decembris* 1683. §. *minime, cor. clar. mem. Card. Matthajo*; & me scribente *in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *responsum, coram R. D. Molines Decano*; Licet hujusmodi dictio sola non sufficiat ad exclusionem reservationum, ut dixi *d. discept. Eccles.* 26. *n.* 15.

Secundo clarius id adducitur ex aliis Verbis, quod 6
Jus eligendi, & nominandi *perpetuis futuris temporibus* spectare decernatur, & declaretur Confraternitati, quæ verba totaliter excludunt Reservationes Apostolicas; dum si perpetuis futuris temporibus Confraternitas præsentare debet, non potest præsentatio omitti & tolli, quando Beneficium vacat in Mense reservato, ut est Communis Opinio Doctorum de qua Card. de Luc. *de benef. disc.* 6. *num.* 10. ubi loquitur de Jure patronatus Ecclesiastico; & pro exclusione Reservationum ponderat verba illa *perpetuis futuris temporibus* & concordant in terminis Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 6. *num.* 19. Adden. ad Pamphil. *decis.* 1089. *num.* 27. Et est constans Opinio S. Rotæ firmata in pluribus Decisionibus, nempe coram Royas *dec.* 274. *num.* 8. ubi de præsentatione reservata perpetuis futuris temporibus; & in *rec. decis.* 476. *num.* 10. *par.* 19. *tom.* 2. & me scribente *in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Quoniam quidem*, & 13. *Julii* 1701. §. *Sed quatenus, coram R. P. D. Scotto, &* 16. *Januarii* 1702. §. *Evidentius, coram R. P. D. Ansaldo*, ibi *Cum pariter minime habeamus certam normam, sive formulam Verborum, per qua debeat elucescere Fundatorem voluisse Juspatronatus per se erectum, nullatenus subjacere Reservationibus; adsunt, e. g. sufficiat Fundatorem dixisse, quod perpetuis futuris temporibus præsentatio semper pertineret ad Priorem, & Canonicos* = & 27. *Junii* 1703. §. *Quibus coram Reverendiss. D. Molines Decano*. In quibus omnibus Decisionibus firmatur ad excludendas Reservationes Apostolicas sufficere, quod reservatum fuerit jus præsentandi cum clausula, *semper vel in perpetuum, vel perpetuis futuris temporibus*.

Tertio evidentius hoc ipsum suadetur, ex quo Procurator Confraternitatis in Actu erectionis Beneficii dictam conditionem melius explicavit, dicendo, quod Jus eligendi; *non solum hac prima vice ob illius primævam erectionem, vacaturum, verum etiam dum, & quoties pro tempore vacare contigerit prædictis DD. Priori, & Confratribus in perpetuum spectare habeat,* 7
& debeat; considerando, & observando hic non solum verbum illud *in perpetuum*, occupans omne tempus, & omnes menses etiam reservatos; sed etiam verba illa = *Non solum hac prima vice, verum etiam dum, & quoties pro tempore contigerit* = Ex quibus dari non potest manifestior voluntas exercendi Juspræsentandi in omnibus vacationibus, etiam succedentibus in mense reservato; nam alias, si interruptum remaneret Jus præsentandi per regulam reservatoriam mensium, quæ occupat octo menses, & sic majorem partem anni, violaretur pactum, & conditio præsentandi non solum in prima vice, sed etiam in omnibus aliis vacationibus; ut in puncto firmavit Rot. me scribente *in Parmen. Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Quorum, cor. Reverendissimo Molines Decano*, ibi =

Plura

Plura desumpta fuere argumenta Reservationum Apostolicarum exclusiva, quorum primum est quod juxta voluntatem Fundatoris d. Circulus nullo tempore interrumpendus, sed perpetuo servandus erat, ibi = *pro prima vacatione, & pro cæteris omnibus sequentibus = Ex qua dictione, omnibus, manifeste colligitur comprehensio omnium vacationum in quibuscunque mensibus cadentium; nam intrantibus reservationibus remaneret interruptus ille circulus, &c.* =

Neque enim dubitari potest, quod post adjecta
8 verba = *Non solum hac prima vice* = successive dicendo = *Verum etiam dum, & quoties pro tempore vacare contigerit* = hæc verba ultima importent omnes alias vices, & vacationes in futurum, tum ex natura verbi *dum*, *& quoties*, tum etiam alterius verbi *pro tempore*, quod importat tractum temporis successivum, omniaque tempora complectitur ad exclusionem Reservationis Apostolicæ, ut in specie Rot. *dec.* 327. *sub numer.* 3. *versic. & sic continuare, & numer.* 4. *part.* 15. *recent. & decis.* 242. *num.* 6. *part.* 19. *recent.* quæ sunt in terminis fortioribus, & plene Ego dixi *Discept. Eccles.* 25. *numer.* 23. *versic. prima igitur*. Hinc cum Ordinarius admiserit talem conditionem, & ista fuerit volita anixe, & dum clausula ibi = *Sicque ac cum, & sub qualitatibus pactis, modis, & formis, & conditionibus supradictis, & non alias, aliter, & alio modo* = Exinde oritur, ut reservatio intrare non possit ob talem conditionem suspensivam; ob dilemma inevitabile; quod inde resultat, quod nempe, aut admittitur hujusmodi lex erectioni, & reservatio intrare non potest ex prædictis; aut non admittitur, & deficit mens erigendi Beneficium Ecclesiasticum, illudque remanebit, ut prius, in statu Legati pii, quod uti tale non cadit sub regula mensium, ut in terminis terminantibus ita discurrendo per dilemma concludit Rot. *dicta decis.* 228. *sub numer.* 7. *versic. & omnem casum, & num.* 8. *part.* 5. *recent.*

Unde ex prædictis, quæ simul juncta considerari debent, censeo non posse retardari Institutionem præsentato, neque Ordinarius potest abstinere, tum ratione justitiæ ex hactenus dictis, tum etiam quia per Institutionem, non infertur prejudicium Datariæ Apostolicæ; nam si hæc prætendet Beneficium esse reservatum, poterit semper conferre, & unusquisque impetrandi facultatem habebit, itaut solum damnum sit præsentati, si Beneficium cadat sub reservatione, ut quotidie contingit inter provisum ab Ordinario, & provisum Apostolicum uti de reservato, qui vigore Litterarum Apostolicarum obtinet contra Institutum ab Ordinario.] Quod dixi ex abundanti, cum censeam hujusmodi Beneficium non cadere sub reservatione Regulæ hodie 9. Cancellar. juxta fundamenta superius deducta; maxime quia, quando erit concessa Institutio, tunc rationes prædictæ fortius juvabunt contra Provisionem Apostolicam, quatenus superveniant in Persona alicujus Impetrantis; Hoc enim casu intrabit conclusio in-
9 dubitata, quod ad repellendum Provisum Apostolicum uti de reservato, sufficit inturbidare reservationem, itaut aliquatenus dubitari possit an Beneficium cadat necne sub reservatione, ut in puncto hujus nostræ quæstionis firmavit Rot. *decis.* 327. *nu.* 2. *part.* 15. *& decis.* 769. *numer.* 7. *versic. qua omnia, & num.* 8. *coram Dunoz. Jun.* & firmavit novissime in allegata *Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Cum enim, coram R. P. D. Scotta*, = ibi *Cum enim ad impediendam executionem Provisionis Apostolicæ innixæ reservationi mensium, sufficiat posse aliquatenus dubitari de comprehensione Beneficii per Papam collati sub hujusmodi regula reservatoria = Et in Neapolitana Beneficii* 29. *Martii* 1633. §. *Non obstante, coram bon. me. Bourlemont.* & me scribente in *Placentina Jurispatronatus* 20. *Julii* 1701. §. *final. coram Rev. P. D. Tremoville*.

R. P. D. MATTHÆJO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii.

Veneris prima Decembris 1684.

ADversus Sententiam Rotalem R. P. D. mei Florez præviis duabus decisionibus, altera 17. Martii, altera 23. Junii, proxime præteriti emanatam declarantem Litteras Apostolicas Randoli esse exequendas, reclamante Paulaccio Capitulo, & Causa mihi fuit per Signaturam commissa cum clausula = *Parite literis arbitrio* Rotæ. Unde proposito per me solito dubio, *An intret arbitrium pro retardatione litterarum Apostolicarum* = DD. affirmative resolverunt.

Perpensum enim fuit in supplicatione Randoli non fuisse expositum Canonicatum de quo agitur esse secundum legem fundationis exclusivum reserva- 10
tionum Apostolicarum ad instar Jurispatronatus Laicalis ad favorem Capituli, & Episcopi quin immo fuerit e converso suppositum illud cadere sub reservationibus, inde sequitur literas tanquam subreptitias, & obreptitias nec justificatas non esse exequendas Felin. *in capil. ad aures sub numer.* 4. *de rescript.* Rot. *coram Cels. decis.* 296. *numer. primo & coram Dunzet. Jun. decis.* 301. *numer.* 2. *in recent. decis.* 295. *nu.* 1. *par.* 6. *decis.* 248. *numer.* 11. *&* 12. *parte* 19.

Exclusionem autem reservationum Apostolicarum manifeste deducebant DD. ex modo, & forma a Testatore præscripta circa electionem, & deputationem Capellanorum, & Canonicorum cum clausula, *& non alias, &c.* videlicet, *quod præsentatio, nomi-*
natio, electio, ac deputato tam in prima constitu- 11
tione, quam perpetuis futuris temporibus dum quotiescunque, & quandocunque casus vacationis illorum, vel alicujus evenerit, spectet, & pertineat, prout dictus Testator spectare, & pertinere voluit, & mandavit ad Reverendissimum Episcopum pro tertia parte, & ad Reverendissimum Capitulum dictæ Ecclesiæ pro duabus aliis tertiis partibus; Institutio vero, seu collatio pro tempore nominatorum, & præsentatorum, ac electorum pariter perpetuis futuris temporibus dum casus vacationis contigerit, spectet ad Reverendissimum Episcopum, & ad dictum Capitulum, alternative tamen, itaut una spectet ad Reverendissimum Episcopum, altera vero immediate sequens ad Capitulum, & sic in perpetuum servari debeat.

Impossibile enim esset servare ipsum modum, & formam, & nunquam verificari posset, quod *præsentatio, electio, &c.* spectaret ad Episcopum, & Capitulum perpetuis futuris temporibus quotiescunque, & quandocunque casus vacationis evenerit, si in casibus vacationis contingentis in mensibus reservatis, provisio fieret per Datariam, quia aperiretur via providendi alio modo, & forma, quam fuit a Testatore præscriptum, nempe per Papam, ut ait Bald. *in leg. si quis ad declarandum num.* 8. *vers. Ego sæpe Cod. de Episc. & Cleric.* & in his, & similibus terminis articulo mature discusso ponderarunt *bon. memoria* Card. de Luc. *de benefic. discur.* 6. *numer.* 10. Rot. *coram Royas decis.* 94. *numer.* 13. *& seqq. & discurs.* 274. *numer.* 8. *& seqq coram Dunozet. Jun. decis.* 769. *numer.* 5. *& in recent. dec.* 327. *num.* 3. *& seqq. part.* 15. *& decis.* 342. *numer. primo cum plurib. seqq. par.* 19.

Sicut etiam inverificabile videretur, quod prima institutio, seu collatio spectaret ad Episcopum, altera vero immediate sequens ad Capitulum, si me- 12
dia inter utranque collatio Apostlica admitteretur, immediatum enim est illud, quod omnem intersecationem excludit, ut ait Barbos. *dict.* 150. *numer.* 3. *&* 4. Rota *coram Coccin. decis.* 1872. *n.* 1. *in rec. dec.* 491. *n.* 21. *p.* 13.

Et quidem sicut in prima vacatione præsentatio, & electio spectabat ex lege fundationis ad Patronos, cum

cum nulla nunc intret vacatio, seu reservatio favore Datariæ, ita & in aliis subsequentibus discurrendum est, cum virtus illarum dictionum *tam*, & *quam* sit correlativa, & omnino primam præsentationem subsequentibus æquipatet Barbos. *dict.* 400. *nu.* 1. Rot. *coram Peutinger. decis.* 166. *nu.* 5. *& Coccin. dec.* 2303. *n.* 3.

Minime refragante, quod verba illa = *quotiescunque & quandocunque casus vacationis evenerit*, & immediate intelligi possint discontinuative, seu disjunctive de mensibus non reservati, prout subjecta materia Jurispa-
33 tronatus Ecclesiastici expostulat, ut firmant decisiones contrariæ R. P. D. Florez, & signanter prima in §. *Quia licet*; Hoc enim esset violare sensum, & proprietatem verborum, & destruere modum, & formam tam enixe, geminatis verbis, a Testatore demandatam cum exclusione cujuscunque alterius ex vi clausulæ, *& non alias*, *&c.* Barbos. *clauf.* 81. *num.* 1. *& dict.* 220. *numer.* 1. Rot. *decis.* 61. *numer.* 4. *part.* 1. *& decis.* 95. *numer.* 5. *part. recent.* 17. quam formam admittit etiam Juspatronatus Ecclesiasticis relictum, cum sit de natura sua indifferens ad recipiendum quæcunque pacta, & conditiones Fundatori Laico benevisas, dummodo non impossibiles aut bonis moribus repugnantes ad Text. *in cap. nobis juncta cap. præterea* ubi Doctores de Jurepatronatus Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *part.* 10. *numer.* 4. Barbos. *de Jur. Eccles. univers. libr.* 3. *cap.* 12. *numer.* 12. Card. de Luca *de Benefic. disc.* 6. *numer.* 10. Rot. *in Romana Jurispatronatus, coram Sacrat. impress. apud* Vivian. *de Jurepatr. part.* 1. *libr.* 4. *cap.* 9. *sub numer.* 56. *coram Royas decis.* 152. *numer.* 3. *& decis.* 274. *numer.* 4. *&* 7. Dunoz. Jun. *decis.* 769. *numer.* 5. *in recent. decis.* 157. *numer.* 5. *part.* 7. *& in Florentina Cappellania* 7. *Martii* 1677. §. *Visum est*, *coram Bourlemant.*

Atque hinc constito de elata voluntate Fundatoris excludendi reservationes Apostolicas, & erigendi Canonicatum, & Cappellanias ad instar Jurispatronatus Laicalis si non expresse, saltem virtualiter, quod sufficere dixit Rot. *coram Royas decis.* 274. *a*
34 *numer.* 4. *usque ad finem* Dunozet. Jun. *decis.* 274. *nu.* 4. *& seqq. in recent. decis.* 327. *numer.* 4. *&* 5. *part.* 15. *decis.* 202. *numer.* 3. *& seqq. part.* 19. cessare visa fuit diuturna observantia, & ultimus status conferendi per Datariam consideratus in decisionibus contrariis. Aut enim loquitur de observantia interpretativa, & cum Testamentum Barbughi ex tot circumstantiis undequaque sit elatum, illa non meretur attendi Rot. *decis.* 223. *numer.* 8. *& seq. part.* 19. *recent. & alibi passim*, aut loquimur de præscriptiva etiam mutatione status perpetua, & non constita de voluntate Pontificis sine qua provisiones Apostolicæ nunquam mutant statum in præjudicium Patronorum, & in casum allegatur Ros. *de execut. litterarum Apostolicarum part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 112. *decis.* 252. *numer.* 11. *coram Priola*, *Eminentiss. Otthobon. decis.* 124. *numer.* 17. *recent. decis.* 330. *numer.* 31. *& seqq. part.* 9. *& decis.* 372. *num.* 13. *part.* 17. quæ voluntas Pontificis tantum abest, quod effulgeat in præsenti hypotesi, ut potius de contraria appareat ex clausula, *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, singulis provisionibus apposita per quam clare dignoscitur Papam noluisse mutare statum Beneficii, nullumque Patronis præjudicium inferre Barbos. *clauf.* 45. *numer.* 2. Rot. *post* Vivian. *de Jurepatronatus decis.* 29. *numer.* 4. *in recentior. decis.* 224. *numer.* 9. *& seqq. part.* 12. *& decis.* 421. *num.* 36. *par.* 18. *tom.* 2. *& decis.* 274. *num.* 6. *&* 7. *par.* 19.

Et ita utraque, &c.

Romana Cappellaniæ.

ARGUMENTUM.

Nominatio differt a præsentatione, & nullum dat Jus nisi exhibeatur intra terminum Juris coram Ordinario, nec sufficit exhibitio coram Judice Commissario, nec productio facta coram Notario Episcopali; & quid coram Datario, vel Auditore Rotæ? Renunciatio præsentationis potest fieri in manibus Patronis & plura alia notabilia in hac materia Jurispatronatus.

SUMMARIUM.

1 *Gratia si Neutri in omnibus justificata est exequenda.*
2 *Præsentatio facta Beneficio pleno est nulla, sed limita, & declara, ut n.* 6. *&* 7.
3 *Nominatio non transit in præsentationem, si producatur coram Notario ad alium effectum, quam præsentandi.*
4 *Nominatio differt a Præsentatione.*
5 *Ex Monitorio expedito super institutione, an argui possit factam fuisse præsentationem?*
8 *Nominatio licet rogata per acta Notarii Episcopalis non sit præsentatio.*
9 *Beneficium semel resignatum, amplius resignari non potest.*
10 *In cessione litis, seu Juris litigiosi super beneficio, non requiritur acceptatio Superioris.*
11 *Nec in renunciatione præsentationis, quæ potest fieri in manibus Patroni.*
12 *Auctoritas Superioris dicitur obtenta ad cautelam si non erat necessaria.*
13 *Exhibitio nominationis facta Ordinario elapso termino Juris, nihil suffragatur.*
14 *Præsentatio fieri non potest coram Judice Commissario, & n.* 32.
15 *Ubi Institutio spectat ad Papam, non potest fieri præsentatio coram Card. Vicario, & n.* 16.
17 *Defectus Jurisdictionis operatur, ut sit nulla tam Institutio, quam præsentatio.*
18 *Ultimus status litigiosus, & contradictus non attenditur.*
19 *Lex Fundationis non potest a Patrono ignorari, nec ejus ignorantia est allegabilis.*
20 *Quando institutio pertinet ad Papam, præsentatio ubi fieri debet?*
21 *Bona fides præsentationis nulliter facta, eam non reddit validam, sed operatur, ut quis possit eam de novo facere, & n.* 23.
22 *Jus futurum, & incertum non attenditur.*
24 *Præsentatio facta, lite pendente inter præsentatos est nulla.*
25 *Ad excludendam calumniam sufficit quicunque color litigandi.*
26 *Fratres Minoris Observantiæ an sint capaces Jurispatronatus hæreditarii, & gentilitii?*
27 *Ex sententia Judicis excluditur omnis umbra litis calumniosa; item ex aliis, de quibus num.* 28. *&* 29.
30 *Gratia derogatoria Jurispatronatus in totum attenta lite conceditur propter litem, quæ pendet indecisa inter Patronos ante Vacationem beneficii.*
31 *Regula de Triennali est exceptio personalis, ipsi tantum Possessori competens.*
33 *Præsentatio fieri potest coram Datario.*
34 *An possit fieri coram Auditore Rotæ?*
35 *Decisiones Causæ, & numer.* 36. *cum sequentibus.*

ALLE.

ALLEGATIO XXII.

EX Lege Fundationis præscripta in Brevi Apostolico San. Mem. Pauli V. Cappellania, de quia agitur, reservata fuit Institutioni ipsius Papæ, ideoque præsentatio coram ipso facienda venit, prout servata fuit hæc lex Fundationis usque ad annum 1685. ubi vacante Cappellania per obitum Hieronymi Carabelli quidam Jacobus de Rosis nulliter præsentatus, & institutus fuit in Tribunali Eminentiss. Vicarii; quo postea renunciante Cappellaniam ante lapsum triennium, fuit per Magdalenam Carabellam assertam Patronam, pariter præsentatus, & institutus in Tribunali Eminentissimi Vicarii Benedictus Grossus. Lapsis aliquibus annis P. Innocentius Carabellus Minorum de Observantia tamquam Patronus præsentavit R. D. Michaelem Angelum Olivetanum, qui obtinuit Provisionem Apostolicam de Cappellania, non quidem uti vacante per cessionem Iacobi de Rosis, sed per obitum Hieronymi Carabelli ejus Antecessoris; quod factam fuit ad finem impugnaodi præsentationem, & Institutionem prædicti de Rosis, necnon prædicti Grossi, tanquam contra Breve Fundationis præseotatorum, & instituororum in Tribunali Eminentiss. Vicarii; Quæ Provisio Apostolica accerrime audito, & contradicente Benedicto Grosso, fuit executioni demandata per sententiam Eminentiss. Vicarii; una cum captura possessionis ob transitum ejusdem sententiæ in rem judicatam; adeo ut idem Grossus omni spe destitutus libere renunciaverit juribus suis in manibus R. Annæ Angelicæ Fumagallæ assertæ Patronæ.

Insurrexit quidam Balzanettus, qui habita concertatione cum eodem Grosso, nec non eadem Patrona ad excludendum Olivetanum, multa excogitavit, & multa obtinuit. Primo enim loco non expectando quod Benedictus Grossus renunciaret, obtinuit ab hac Muliere asserta Patrona simplicem nominationem, & comparendo in actis Notarii Eminentiss. Vicarii, dictam nominationem produxit solum ad effectum conservandi. Postea agnoscendo, quod posuerat currum ante boves, & nimis festinaverat antequam Grossus renunciasset; facta demum ejus renunciatione, reportavit aliam nominationem ex integro. Demum reflectendo, quod vigore testamenti conditi de anno 1601. per Matthæum Carabellum Fundatorem jus præsentandi semper, & quandocunque spectabat ad proximiorem, & natu majorem sive masculum, sive fœminam de Familia Testatoris; quodque hanc qualitatem non habebat Anna Angelica, utpote nec proximior, nec natu major tertiam nominationem reportavit ab Anna Angelica, præstito tamen consensu per Martiam Fumagallam proximiorem Testatoris, & natu majorem. Hinc oblitus has nominationes præsentandi intra quadrimestre coram Superiore habente instituere, sese univit cum Patrona ad effectum litigandi contra Olivetanum Possessorem Cappellaniæ, & agnoscendo obstare ipsis sententiam Eminentissimi Vicarii transactam in Judicatum, adita Signatura, obtenta fuit commissio = *De causis restitutionis in integrum* = & commissa causa R. P. D. Vicentino per plura contradictoria fuit ibi disceptatum inter partes super Justitia, vel Injustitia Sententiæ Eminentissimi Vicarii.

Hoc Judicio pendente agnoscens Ego ad Olivetani defensam assumptus, quod ipse injuste sententiam reportaverat. & nullum jus habebat vigore præsentationis P. Carabelli Minoris de Observantia consului, quod statim signari faceret Gratiam *si Neutri*, prout illam obtinuit, & expedivit; Balzanettus autem etiam ipsa agnoscendo, quod nullum jus haberet, quæsivit etiam ipse Gratiam Apostolicam; sed erronee, & male, dum loco obtinendi Gratiam pro præsentato magis congruam, licet ex inferius
1 dicendi inutilem, reportavit Gratiam Apostolicam
cum Derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite.

Placuit R. P. D. Vincentino dare potius executionem huic Gratiæ Balzanetti, quam illi obtentæ ab Olivetano, me non leviter exclamante, quia agnoscebam manifeste Balzanetti Gratiam esse omnino nullam, sed in Rota remedium obtinui, quia licet me non defendente causam, sed cum solo Procuratore emanasset unica Decisio Balzanetto favorabilis; attamen me postea scribente fuit revocata, & processum ad sententiam mox in judicatum transatam, præviis duabus decisionibus, quas inferius registrabo.

Dicebam igitur in Rota, quod Gratia *si Neutri* erat exequenda, quia plenissime justificata remaneret in eo substantiali requisito, quod neutri parti jus competat; juncta verificatione vacationis Beneficii, & pendentiæ litis, ut apud Garz. *de benef. p.* 6. *cap.* 11. *num.* 211. Rot. *de execut. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 21. Rot. *coram Coccin. decis.* 1629. *num.* 1. & 2. & omissa probatione vacationis, pendentiæ litis, & non Juris Olivetani, quæ non cadebant in controversia, stricte super non Jure Balzanetti, dicebam illum in hac Cappellania tempore Gratiæ *si Neutri*, obtentæ ab Olivetano, nullum Jus habuisse neque in ea, neque ad eam, vigore ejus assertæ præsentationis ex tribus fundamentis. Primo scilicet quia non reportavit, nisi simplicem nominationem non præsentatam coram Superiore intra quadrimestre; itaut dicatur non habere aliquam præsentationem. Secundo quia ista præsentatio, quatenus probaretur facta coram Eminentiss. Vicario fuit nulla ipso jure, tanquam contra Decretum irritam adjectum in lege Fundationis, seu Brevi Apostolico Pauli V. quod constituit Papam pro Superiore habente instituere, coram quo, & non alio præsentatio facienda erat. Et tertio demum quia quævis præsentatio etiam facta coram Papa in casu isto, nunquam valere potuisset, tanquam facta lite pendente inter præsentatos.

Discurrendo quoad primum constat in facto Balzanettum obtinuisse pro se tres simplices nominationes, quarum nulla potest dici præsentatio, nec illi dedit jus aliquod ad Cappellaniam. Prima non solum
facta fuit nimis intempestive, antequam Grossus re- 2
nunciaret, & sic uti facta beneficio pleno non valuit juxta Text. *in cap. fin. de concess. preben.* Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 4. *art.* 2. *num.* 1. *& seqq.* Vivian. *eodem tract. lib.* 10. *cap.* 2. *num.* 1. & hoc probavit nominatio secundo loco facta ex integro post renunciationem Grossi.

Verum etiam quia fuit solum producta ad effectum conservandi, nec ideo habere potest viam præsentationis, ad quod assequendum necesse est produ-
ctionem fieri ad effectum præsentandi, & quidem 3
coram Ordinario; licet enim vera sit regula posse præsentationem fieri producendo, & exhibendo nominationem per acta Curiæ Episcopalis hæc tamen intelligitur, dummodo exhibitio fiat ad effectum præsentandi; & tunc fieri dicitur ad hunc effectum, quando nominatus comparet in Curia Episcopali; ibique producit nominationem per verba = *coram Domino, meque, &c. personaliter constitutus, &c. exhibuit, seu produxit Instrumentum nominationis* = una cum aliis verbis = *petens institui* = addito Decreto Superioris cum Clausula = *Admisit sic, & in quantum* = juxta praxim relatam apud Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 6. *art.* 1. *num.* 1. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 39. Corrad. *prax. de benef. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. Quæ omnia deficiunt in præsenti, dum Balzanettus produxit nominationem simul cum aliis Juribus ad effectum simpliciter in actis conservandi, & coram ipso Notario, non autem coram Eminentissimo Domino, & per consequens ista productio nunquam habere potest vim præsentationis dum facta fuit coram Notario, & non coram Superiore, & ad alium effectum, quam præsentandi, ut probat Lapp. *alleg.* 75. *num.* 7. Rocc. de Curte *de Jurepatr. in verb. Honorificum, num.* 27. *vers. Deferat.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 38. Rot. *cor. Cavaler. decis.* 197. *numer.* 6. Marant. *respons.* 82. *num.* 28. *in fin. & num.* 29. *part.* 3.

Ex

4 Ex quo sequitur nullitas inevitabilis quia nominatio differt a præsentatione, dum ista est simplex destinatio personæ præsentandæ: Præsentatio autem est exhibitio nominationis, & Personæ, coram Superiore habente instituere, ita, & taliter quod in Iure nostro paria sunt nullatenus præsentare, ac nominare, sed nominationem intra quadrimestre coram Superiore non exhibere, seu præsentare. Nam transacto tempore quadrimestris, & non exhibita nominatione Superiori, intrat devolutio indubitata, neque nominatus habet amplius jus, ut claræ sunt doctrinæ apud Lapp. *dicta alleg.* 75. *numer.* 3. & 6. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 7. *cap.* 4. *numer.* 31. Lambertin. *eodem tract. p.* 2. *lib.* 2. *qu.* 1, *art.* 22. *numer.* 1. *in fin.* Marant. *respons.* 82. *numer.* 1. & *seq. p.* 3. Ventrigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 1. §. 3. *num.* 17. Rot. *decis.* 665. *num.* 8. *p.* 18. *tom.* 3. *recentior.* & *decis.* 52. *sub numer.* 8. & 9. *coram R. P. D. Ansaldo*; & *in Nolana Beneficii* 30. *Januarii* 1690. §. *nec refragatur*, *coram Eminentiss. Caprara*.

5 Quibus non obstat, quod ex Monitorio desuper expedito super Immissione, & Institutione desumi posse fuisse per antecedens factam præsentationem coram Ordinario, sive eum admisisse nominationem productam in actis suæ Curiæ Episcopalis, Rot. *decis.* 176. *num.* 15. *part.* 15. *recent.* Quoniam hujusmodi Monitorium non legitur subscriptum ab Eminentissimo Vicario; minusque justificatum; quod fuerit reproductum. Unde tanquam actus, qui conceditur sub banca per Notarium, & tanquam non reproductus, habetur ac si non extaret in rerum natura, nec inducit præsumptionem, quod Ordinarius admiserit nominationem, aut apud Mandos. *in Regul.* 31. Cancell. *quæst.* 4. *num.* 12. Ubert. *de Citat. cap.* 2. *n.* 6. & 7. Et consequenter non applicantur Conclusiones, quod sufficiat voluntatem Patroni quoquomodo innotescere Ordinario, in præsenti talis notitia non possit deduci ex præsentatione facta coram Notario, & non coram Ordinario; neque ex Monitorio, quod non est in rerum natura, tanquam non reproductum. Minusque applicantur decisiones, quæ loquuntur de affixione Edictorum, justificatione Jurispatronatus, & aliis actibus, qui fieri non possunt, nisi antecedenter facta sit præsentatio, quam propterea factam fuisse demonstrant, ut in *decis.* 398. *numer.* 10. & 13. & tribus *decis.* 285. *num.* 1. *part.* 15. & *coram Cavaler decis.* 197. *numer.* 6.

Prout non adversatur, quod Conclusio supradicta, scilicet quod præsentatio facta beneficio pleno sit nulla, non procedat ubi facta fuit nominatio, seu præsentatio cum supposito quod beneficium
6 vacaret. Hoc enim non subsistit in facto, quia tunc dicitur fieri præsentatio sub credulitate; quod Beneficium vacaverit, quando Patronatus in actus præsentationis literaliter, & specialiter exprimit vacationem beneficii, dicendo se præsentare ad Beneficium tunc vacatum vel per obitum, vel per renunciationem; Et in his terminis loquuntur Card. de Luca *de Jurepatron. disc.* 64. *num.* 34. Vivian. *de Jurepat. lib.* 5. *c.* 6. *num.* 14. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 17. In præsenti autem Patrona nullam fecit mentionem beneficii vacantis, sed simpliciter nominavit Balzanettum ad effectum excludendi Olivetanum, qui reportavit sententiam contra eundem Grossum, & consequenter factum non assistit Conclusioni ex adverso prætensæ, sed imo resistit, dum Patrona non habuit credulitatem secutæ vacationis, sed totum oppositum; ex quo nominasse censetur Balzanettum sub spe futuræ renunciationis Benedicti Grossi, qui paulo post renunciavit in favorem ejusdem Patronæ; Actus enim, qui incontinenti sequitur ostendit collusionem & Animum præcedentem nominandi correspective ad renunciationem, & sic vacationem futuram ad Textus *in l. Si hi qui*, *C. de Adulter.* Gratian. *discept.* 58. *numer.* 25. *cum sequent.* Cyriac. *controvers.* 510. *numer.* 27. Barbos. *axiom.* 12. *numer.* 1. 2. & 3. Rot. *decis.* 153. *numer.* 5. *part.* 8. & *decis.* 223. *numer.* 11. *part.* 17. *recent.* & *coram Emerix Jun. dec.* 152. *n.* 5.

Rursus ubi verum foret hoc erroneum suppositum, adhuc non relevaret; quia Doctores, qui ex 7
adverso allegari possunt, distinguunt duos casus. Primus est, ubi beneficio pleno Patronus dedit mandatum ad præsentandum, cum supposito, quod Beneficium esset vacans, & in his terminis dicunt mandatum esse validum, ejusque vigore posse fieri præsentationem pro tempore, quo beneficium vere vacavit, ut apud Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 64. *num.* 34. §. *Si vero*: sed iste non est casus noster. Alius casus est ubi Patronus actualiter præsentavit cum supposito vacationis beneficii, & Doctores dicunt non quidem valere præsentationem tanquam factam beneficio pleno, sed quod eodem beneficio postea vacante, si Patronus præsentationem jam factam promoveat, ejusque vigore sive ipse, sive præsentatus de ipsius Patroni mandato, petat Institutionem, concludunt, quod talis actus petitionis, & instantiæ habeat vim novæ præsentationis, ut *ex nunc* non autem quod valeat præsentatio facta ut *ex tunc*, ut bene explicat Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 19. & 20. Vivian. *de Jurepatr. libr.* 5. *cap.* 2. *sub num.* 28. *vers.* & *præsentationi tacite*, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 6. *numer.* 20. ubi addit, quod si præsentatus pro institutione insistat, censetur etiam id facere in vim mandati præsumpti ipsius Patroni, qui semel ei voluntatem suam accommodavit, *ex dec.* 16. *sub n.* 3. *de renunc. in antiq.* Quod Ego intelligo, ubi Patronus habet notitiam nullitatis suæ præsentationis, sciendo quod beneficium non vacabat tempore, quo facta fuit; nam alias data ignorantia hujus nullitatis suæ præsentationis, non videtur dare præsentato tacitam licentiam petendi institutionem, nec persistere in prima voluntate, quia Patronus tacet, nec revocat præsentationem, ignorando quod potest revocare, cum ad effectum faciendi novum actum, requiratur scientia nullitatis primi; addit etiam Rot. *in Mediolanen. Jurispatron. coram Blancheto apud* Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 17. quod litigatur inter præsentatos, quorum unus fuit nulliter præsentatus beneficio non vacante, si Patroni adhærentes præsentato nulliter, prosequantur litem; hæc prosecutio litis post vacationem beneficii æquipollet novæ præsentationi, quæ lite pendente fieri potest de Collitigante tam per actum expressum, quam tacitum.

Et pariter iste non est casus noster, nec assistit factum, dum Patrona secuta vacatione per renunciationem Grossi sub die 21. *Decembris* 1704. nominavit ex integro Balzanettum, penitus derelicto primo actu nominationis, quæ nova nominatio ex integro inapplicabiles reddit omnes conclusiones, quæ ex adverso deduci possunt, circa quod Patronus promovendo priorem præsentionem, tacite præsentet de novo: quia ubi habemus novam præsentationem expressam, non habet locum tacita, nec ulla remanent vestigia præsentationis præcedentis *ad Text. in leg. Cum ex filio*. §. *Filio impubere*, *ff. de vulgar.* & *pupillar. in l. Maritus*, *C. de procurat.* cum aliis recollectis per Barbos. *axiom.* 89. *numer.* 3. Surd. *consil.* 157. *numer.* 22. Rot. *decis.* 34. *numer.* 3. *part.* 18. *Recent.*

Ex alio etiam Capite non assistit factum, quia sive agatur de expressa, sive de tacita nominatione; semper verum est, quod intra quadrimestre a die 21. *Decembris* 1704. non reperitur facta præsentatio coram Superiore; nam circa tacitam præsentationem non ostenditur, quod fuerit facta Instantia per Patronam coram Ordinario, nempe de instituendo Præsentatum in vim præsentationis antecedentis, nec minus eadem instantia facta legitur per præsentatum. Circa vero expressam, & de novo factam, nec minus ista reperitur exhibita intra quadrimestre coram Ordinario per Acta ejus Curiæ, & consequenter neque tacite, neque expresse adest vera præsentatio a die 21. *Decembris* 1705. per totum quadrimestre expiratum sub die 21. *Aprilis* 1705. Nec tegit in facto, quod secunda hæc nominatio fuerit exhibita in Actis Notarii Eminentiss. Vicarii, Etenim verum 8
quidem est illam fuisse rogatam ex rogito unius ex Notariis Vicarii per Instrumentum factum in domo

ipsius

ipsius Patronæ, sed verum non est, quod tale instrumentum fuerit postea exhibitum Eminentissimo Vicario, mediante solita Comparitione nominati in Actis Curiæ, una cum indicatione Instrumenti nominationis, sine qua exhibitione, seu indicatione non dicitur facta præsentatio, ex eo tantum, quod Instrumentum nominationis fuerit rogatum per Notarium Eminentissimi Vicarii, seu Ordinarii; alias enim sequerentur absurda consequentia, quod omnes nominationes evaderent præsentationes, si earum Instrumentum rogatum foret per unum ex Notariis Curiæ Episcopalis.

Hanc veritatem agnoscens Balzanettus, se restringit ad ultimam nominationem factam die 3. *Februarii* 1705. sed hæc nullius momenti est, cum non probetur exhibita coram Ordinario, intra quadrimestre, quod debet inchoari a die factæ primæ renunciationis 21. *Decembris* 1704. de quo tempore beneficium vacare cœpit, non autem de tempore se-
9 cundæ renunciationis, quia beneficium semel resignatum, amplius resignari non potest, & semel vacans amplius vacare non potest, ut probat Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 15. Nihil obstante, quod postea sub die 31. *Januarii* 1705. facta fuerit nova renunciatio per Grossum cum Auctoritate Superioris, & ideo hæc nova renunciatio sit attendenda, & ab ejus die regulandum sit quadrimestre; non autem a prima ex quo illa fieri non potuit in manibus Patro-
10 næ, sed facienda erat coram Ordinario, & cum ejus Auctoritate, & acceptatione; Etenim cum ageretur de Beneficio litigioso, cujus possessione jam spoliatus fuerat Grossus renuncians mediante sententia Eminentissimi Vicarii in judicatum transacta; idcirco fuit mera cessio litis, & Juris litigiosi, in qua non requiritur Auctoritas, seu acceptatio Superioris; ut in puncto Paris. *de resignat. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 104. Butr. *in cap. quod in dubiis, num.* 5. *de renunciat.* ibique Abbas *num.* 4. Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 149. Rota *in Barchinonen. Beneficii* 26. *Martii* 1703. §. *Quidquam, coram R. P. D. Lancetta*,

Fortius autem, quia cum de tempore dimissionis Grossus non esset Possessor Beneficii, sed expulsus
11 per rem judicatam; proinde non videtur renunciasse nisi jus ad rem, videlicet jus suæ præsentationis, quo casu cum non renunciaret beneficium, sed Jus, & actionem ad beneficium, sive Jus ad rem, non autem in re, nulla erat necessaria Auctoritas Superioris, sed potuit renunciatio præsentationis libere fieri in manibus Patronæ, immo etiam simplicis Notarii, ut probat Paris. *de resignatione dicto libr.* 7. *quæst.* 1. *num.* 76. *& num.* 96. *&* 98. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 147. Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 45. *&* 46. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *quæst.* 5. *artic.* 5. *num.* 3. Rot. *decis.* 8. *num.* 2. *&* 3. *de Jurepatr in novis, & dec.* 7. *num.* 1. *& seqq. de Jurepatr. in antiquis* Rocchus de Curte *de Jurepatr. in verb. honorificum num.* 84. Et ideo cum non esset necessaria Auctoritas Superioris propter dimissionem Juris ad rem, & quidem litigiosi, Auctoritas Ordinarii reportata dicitur ad meram Cautelam, non autem ad necessitatem validitatis actus, ut firmavit Rot. *in Monasterien Canonicatus* 17. *Mar-*
12 *tii* 1707. §. *non obstante, coram R. P. D. Scotto, & in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. §. *final. coram bon. mem. Muto, & coram Cerro dec.* 905 *numer.* 18. *& coram Celso decis.* 123. *num.* 7. *& coram Ottbobon. decis.* 141. *num.* 23.

Nec proinde obstat indicatio tertiæ nominationis facta coram R.P.D. Vincentino sub die 11. Maii 1705. cum enim Quadrimestre desumi debeat a die primæ renunciationis 21. *Decembris* 1704. Indicatio nominationis coram R. P. D. Vincentino facta, remanet extra terminum Quadrimestris; & sic nulla-
13 tenus suffragatur, Marant. *respons.* 82. *numer.* 1. *& seqq. part.* 3. Rot. *decis.* 461. *num.* 8. *part.* 18. *tom.* 2. *recent. & in Nolana Beneficii* 30. *Januarii* 1690. §. *nec refragatur, coram Eminentiss. Caprara.* Insuper ex alio fundamento non obstat supradicta Indicatio, seu exhibitio Nominationis facta 11. *Maii* 1705. quia facta non fuit ad effectum præsentandi coram Ordinario, & in actis Ordinarii; sed solum coram R. P. D. Vincentino tanquam Judice Commissa- 14
rio, loco Jurium; ideoque frustra disputamus an hoc tempore esset lapsum, necne quadrimestre, quando non fuit exhibita nominatio nisi coram Judice Commissario, loco Jurium, & ad alium effectum, quam præsentandi, Judex enim Commissarius habet quidem facultatem instituendi jam præsentatos per præsentationem legitime factam coram Ordinario, non autem habet jus percipiendi nominationes, seu præsentationes, quas nunquam auditum fuit fieri posse coram Judice Commissario, qui debet solum decidere quis ex præsentatis, non autem quis ex nominatis sit instituendus, & proinde semper verum est, quod productio, seu inductio simplicis nominationis coram Judice Commissario causæ non potest baptizari pro præsentatione coram Ordinario, & in actis Ordinarii; & hoc sufficit ad tollendam omnem difficultatem, cum nullibi reperiatur, quod secunda, autem tertia nominatio Balzanetti fuerit producta coram Eminentissimo Vicario, & in hoc retorquentur omnes Doctrinæ in contrarium adductæ loquentes de productione nominationis in Curia Ordinarii, & coram Ordinario, ut in *dec.* 176. *num.* 14. *&* 15. *par.* 15. *& dec.* 665. *num.* 10. *part.* 18. *recent.*

Subsistit pariter aliud Fundamentum, quod nempe ubi etiam verum foret nominationem Balzanetti fuis- 15
se præsentatam Eminentissimo Vicario intra quadrimestre, adhuc nullum jus dare potuit, quia facta fuisset coram altero Superiore, quam Papa, & sic coram alio, quam habente instituere; unde nullitas est rotunda, & literalis, quia de jure communi nunquam fieri potest præsentatio, quam coram illo Superiore, ad quem spectat Institutio, & facta coram alio non sustinetur, Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 4. *num.* 1. Lotter. *de re benef. libr.* 2. *qu.* 6. *num.* 33. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 8 *cap.* 7. *numer.* 1. *&* 2. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 3 *num.* 14. *&* 15. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 64. *num.* 31. Corrad. *in prax. benef lib* 4. *cap* 7. *in princ* Rot. *cor. Priolo dec.* 2. *num.* 9. *& coram Merlin. dec.* 889. *sub num.* 1. *vers. instituitque facta est.*

Responsio, quod Breve Fondationis Pauli V non dicat faciendam esse præsentationem coram Papa, sed tantum institutionem ab eo reportandam, nullatenus subsistit, quia posito hoc principio, quod Superior, qui habet instituere in casu isto sit solus Papa juxta legem fundationis, quodque de Jure communi præsentatio non valeat, nisi fiat coram habente instituere, oritur consequentia clara, quod lex fundationis prohibendo institutionem fieri alibi, quam 16
coram Papa, pernecesse prohibeat ipsam præsentationem etiam fieri alibi, quam coram Papa, ut in terminis terminantibus decisum fuit in *Mediolanen Præpositura* 23. *Januarii* 1705. §. *nec minoris coram Reverendiss. D. Molines Decano*; ubi dictum fuit tum Institutionem, quam præsentationem esse nullam, tanquam non factam coram Papa, licet Bulla reservationis Jurispatronatus Nicolai V. solum disponeret Institutionem esse petendam ab ipso Summo Pontifice tantum.

Non obstantibus Doctrinis contrariæ decisionis in hac Causa editæ 3. *Junii* 1707. §. *Breve autem coram R. P. D. Scotto*, quod tali casu corruat Institutio, non autem præsentatio, tanquam procedentibus in casu diverso; ubi nempe Institutio fuit data nulliter e. g. ob non servatam formam Concilii, vel Sacrorum Canonum, ut explicat Seraphin. *dec.* 1238. *numer.* 3. secus vero ubi Institutio fuit nulla ex defectu Jurisdictionis, tanquam data per Superiorem non habentem instituere; Tunc enim defe- 17
ctus Jurisdictionis operatur, ut sit nulla tam Institutio, quam præsentatio, cum eadem ratio, quare non valet Institutio tanquam data ab illo, qui illam dandi potestatem non habebat, procedat quoad præsentationem, tanquam factam coram alio, quam habente potestatem instituendi. Crescen. *dec.* 6. *num.* 9. *de Jurepatr.* Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 3. *num.* 14. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 64. *num.* 31.

Cor-

Corruit etiam aliud motivum Decisionis fundatum in bona Fide mulieris Patronæ propter ultimum, & penultimum statum, juxta quos præsentatio facta fuit coram Eminentissimo Vicario: Etenim
18 ultimus status, qui fuit Benedicti Grossi computari non potest; quia fuit litigiosus, & contradictus & revocatus per sententiam Eminentissimi Vicarii, & ideo potius retorquetur, Rota *decis.* 73. *numer.* 16. *part.* 19. *recent.* Penultimus autem Status Iacobi de Rosis, nec minus computari potest, quia Olivetanus illum impugnavit, & litigiosum reddidit reportando Provisionem Apostolicam Cappellaniæ, non quidem uti vacantis per cessionem ipsius de Rosis; sed ut prius per obitum Hieronymi Carabelli ejus Antecessoris; & consequenter nec etiam iste status dare potuit bonam fidem, sicut nec dedit ultimus Benedicti Grossi, cum uterque fuerit controversus, & impugnatus per D. Olivetanum; & mulier Patrona habuit notitiam provisionis obtentæ per dictum Olivetanum, nominando Adversarium cum assertiva, D. Olivetanum esse Beneficii possessorem; Unde corruit quævis bona Fides desumpta ex duobus statibus judicialiter contradictis, & impugnatis Rot. *decis.* 265. *num.* 1. *& decis.* 30. *num.* 5. *part.* 16. *& dec.* 358. *n.* 9. *p.* 18. *rec.*

Sed cessat omnis difficultas, quia Patrona ista non potest allegare bonam fidem, aut justam credulitatem, quando prout hic agebatur de Lege Fundationis cum Decreto irritanti, quam non solum ignorare non potuit, sed nequaquam ignoravit, dum in ipsamet nominatione Adversarii, literis rotundis eam devenire dixit in vim Brevis Apostolici Pauli V. & proinde non est amplius allegabilis bona fides; quando agitur de lege Fundationis, quæ ignorari non potuit, nec fuit ignorata, Marant. *respons.*
19 28. *numer.* 8. *& part.* 3. Card. de Luca *de Jurepatr. disc.* 47. *numer.* 5. Rot. *coram Cavaler. decis.* 231. *numer.* 3. *& post* Vivian. *de Jurepatr. disc.* 185. *nu.* 5. Et sicut non excusat ignorantia Fundationis, ita nec ignorantia præsentandi alibi, quam coram Papa, tanquam Ignorantia Juris, quæ nec rusticos, nec mulieres excusat eo magis, quia omnes præsentationes factæ post fundationem fuerunt scriptæ in actis Cameræ, seu Cancellariæ, & sic coram Papa ad Text. *in l. Juris ignorantia*, *& leg. regula est Cod. de Jur. & Fact. ignor.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *numer.* 10. Rot. *decis.* 435. *numer.* 6. *p.* 36. *rec.*

Non subsistente motivo, scilicet validam esse præsentationem factam coram Eminentiss. Vicario etiam si Institutio pertineat ad Papam, quia Cardinalis Vicarius, ejusque vices gerens repræsentant Papam tanquam Episcopum particularem Urbis non autem tanquam Papam cujus Personam repræsentat Eminentissimus Datarius, Vicecancellarius, aliique Officiales deputati ad ea, quæ respiciunt regimen universale Summi Pontificis, ut advertit Card. de Luc. *de Regular. disc.* 32. *numer.* 11. *& de Matrim. disc.* 1. *num.* 3. *& in Relat. Rom. disc. Cur. disc.* 4. *num.* 8. *disc.* 53. *num.* 2. *& de Judic. disc.* 3. *sub numer.* 13. Et propterea omnibus notum est, quod ubi Institutio pertinet ad Papam præsentatio non possit fieri,
20 nisi in actis Notariorum Cameræ, seu Cancellariæ; & aliter facta, non dicitur coram Papa, ut probant in puncto Corrad. *in prax. benef. libr.* 4. *cap.* 7. *num.* 34. Vivian. *lib.* 6. *cap.* 8. *sub numer.* 23. *vers. & si fiat* Rot. *decis.* 352. *num.* 15. *part.* 16. *recent.* *& in Nolana Beneficii* 30. *Januarii* 1690. §. *cessat*, *coram Eminentiss Caprara*, & dixi Ego *Discept. Eccles.* 22. *n.* 45. *vers. cor. Papa*.

Cæterum ubi etiam dubitari posset super hac bona, vel mala fide; adhuc ista præsupposita, bona fides ad propositum nostrum non concluderet; quia bona fides non operatur, quod actus factus valeat;
21 & sic quod valeat præsentatio ad effectum ejus vigore obtinendi institutionem; sed solum quod Patronus possit suum corrigere errorem, & a die notitiæ nullitatis præsentationis, novam facere præsentationem validam, & legitimam, in quo sensu loquuntur Vivian. *de Jurepatr. lib.* 5. *cap.* 2. *sub num.* 23. Corrad. *in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 1. Rot. *decis.* 99. *numer.* 15. *part.* 17. *recent.* ita, & taliter, quod præsentatio ratione bonæ fidei solum valida est ad impediendam devolutionem, atque deveniri possit ad novam præsentationem; & sic intelligo, quæ dicit Rot. *in Mediolanen. Jurispatr. coram Blanchetto apud* Garz. *de benef. part.* 10. *cap.* 3. *num.* 8. Dum igitur Balzanettus de tempore Gratiæ *si Neutri*, non reportavit novam præsentationem validam, curiosa res esset dicere = *Ego habeo Jus, quia Patrona potest præsentare me de novo* = quia eo ipso, quod Patrona eum non præsentavit ante nostram gratiam, semper verum est, quod ipse non habebat Jus, sed solum quod Patrona poterat præsentare non tam ipsum, quam alium extraneum; ex eo igitur quod Patrona potest præsentare de novo, non sequitur quod ille, qui non est præsentatus, dicatur habere Jus; nam esset allegare jus futurum, & incertum, 22
sub spe futuræ præsentationis, quod non attenditur, ut firmat Rot. *decis.* 354. *numer.* 12. *coram Cels. & decis.* 196. *num.* 13. *coram Cerro*, Rosa *de execut. liter. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 120. seu etiam allegare Jus tertii, seu Patronæ de novo præsentare valentis, & quæ de novo non præsentavit, quod in Jure non licet ad allegandum Jus, quod quis non habet ex firmatis in *Forolivien. Canonicatus Theologalis* 25. *Junii* 1700. § *nihilominus*, *coram R. P. D. Ansaldo*; & in puncto Rot. *coram Coccin. decis.* 1505. *numer.* 9. *&* 10. Quod autem bona Fides non reddat actum validum, est evidens, quando agitur de ignorantia Fundationis cum Decreto irritanti, & de ignorantia Juris, quæ 23
neminem excusat, disponendo quod fiat præsentatio coram Superiore habente instituere. Hine præterea dicunt Doctores, quod bona fides excusat quidem a pœna devolutionis in ordine ad Patronam, non perdat jus præsentandi, sed possit a die notitiæ præsentare de novo, sed nunquam dixerunt, quod bona Fides actum præsentationis reddat validum, maxime contra legem Fondationis, & contra Decretum irritans ibi adjectum, ut legere est apud Corrad. Vivian. *& alios superius adductus*; & generaliter Rot. *dec.* 399. *num.* 56. *p.* 17. *recent.* *& in Colonien. Canonicatus prima gratia* 25. *Junii* 1699. §. *minus demum*, *cor. R. P. D. Scotto*.

Denique solidum, & insuperabile est tertium fundamentum, dum præsentatio etiam legitime facta remansit nulla, & irrita tanquam facta lite pendente inter præsentatos, contra prohibitionem Text. *in cap.* 1. *&* 2. *ut lite penden. in* 6. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 218. Rot. *decis.* 660. *num.* 30. *p.* 19. *& in Faventina Beneficii* 18. *Decembris* 1704. §. *Demum*, *cor. bo. me. Muto*. 24

Cui motivo non obstat vanum, assumptum litis calumniosæ, quia noti Juris est, quod ad excludendam calumniam sufficit quæcunque dubietas, & probabilis color litigandi; itaut calumnia adesse non dicatur, nisi malum jus sit tale, quod nullo colore, aut velamine possit offuscari, Rot. *decis.* 217. *num.* 9. *part.* 16. *& decis.* 91. *numer. ultimo part.* 17. *& dec.* 281. *num.* 11. *&* 12. *part.* 19. *tom.* 1. *recentior. cum alis in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *Responsum*, *coram Reverendiss. D. Molines Decano*. 25
In præsenti cessat calomnia ex pluribus; & Primo, quia licet P. Carabelius Minoris Observantiæ esset 26
incapax Jurispatronatus hæreditarii, attamen non erat ex notorio Iure incapax Iurispatronatus gentilitii, quod defertur jure sanguinis; quia Paupertas altissima cujuscunque Religionis nunquam tollit Jura sanguinis, quæ sunt naturalia, & infixa ossibus ipsius Religiosi, ut in puncto firmarunt duo Doctores nempe Pasqualig. *qu. moral. can. qu.* 16. *per tot.* Pignatell. *qu.* 82. *numer.* 122. *& seqq. tom.* 9. quæ opinio etiamsi haberet alios in contrarium, prout eam reprobavit, Rot. *in dicta Mediolanen. Præpositura* 3. *Martii* 1703. §. *profecto cum seq. coram R. P. D. Ansaldo*; ubi quod si Monasterium est incapax, Iuspatronatus etiam si deferatur Iure sanguinis, potius pertinet ad alios Successores, prout est incapax Religio P. P. Minorum de Observantia; attamen hæc opinio etiam de Iure minus vera sufficit ad effectum

ctum excludendi calumniam, ubi satis est opinio unius Doctoris, Adden. ad Gregor. *dec.* 149. *sub num.* 5. *vers. ubi fuit dictum* eoque magis, quia præsentatio facta fuit per P. Carabellum antequam opinio *Pignatell. & Pasqualig.* fuisset reprobata per Rotam ubi supra, ex adductis apud me *Discept. Eccl.* 21. *n.* 15.

Secundo ex sententia Eminentissimi Vicarii transacta in Judicatum, quæ sine dubio excludit omnem umbram litis calumniosæ, quia sententia Judicis ha-
27 bet præsumptionem pro se, vel saltem facit abesse calumniam, ut in puncto Rot. *de execut. Litter. Apost. par.* 1. *cap.* 172. *in fin.* Rot. *coram Cels. decis.* 369. *num.* 7. Emer. Jun. *decis.* 779. *num.* 8. *& decis.* 847. *num.* 2. Cel. *dec.* 399. *num.* 7. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 97.

Tertio ex renunciatione facta per Grossum colli-
28 tigantem, quæ ratificat supradictam sententiam, & inducit præsumptionem boni Juris pro eo, cujus favore lata fuit, Bald. *in l. postquam litis par.* 4. *C. de pactis*, Gallerat. *de renunciat. centur. prima, renunciat.* 28. *n.* 34. *vers. est tamen* Rot. *coram Cerro decis.* 205. *n.* 5. *& 6. & in Hispalen. jurisvotandi* 2. *Februarii* 1697. §. 20. *cor. Eminent. Caprara.*

Quarto ex tolamet Confessione Balzanetti, qui Gratiam Apostolicam cum derogatione Jurispatronatus in totum obtinuit; attenta lite vere, & legitime introducta; quæ confessio superat omne genus probationis, quia sine lite vera, Papa non derogat Jurispatronatus, juxta Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 100. Nec responderi potest, quod talis expressio intelligatur de lite ipsius Balzanetti; quoniam, ut notum est omnibus practicis; Gratia derogatoria Jurispatronatus in totum attenta lite, solum conceditur propter litem, quæ pendet indecisa inter Patronos super pertinentia ante vacationem Beneficii; non au-
29 tem de lite illa, quæ promovetur post vacationem Beneficii inter Præsentatos, ut probat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 8. *nu.* 100. *& magistraliter* Rot. *coram R. P. D. Ansaldo dec.* 35. *num.* 1. *& seqq. & dec.* 1247. *numer.* 1. *cor. Emerix Jun. & in Vercellen. Canonicatus* 30. *Junii* 1704. *coram Illustriss. Gubernatore Urbis, & in Faventina Beneficii* 24. *Aprilis* 1705. §. *Injustitia cum seqq. &* 20. *Junii ejusdem anni*, §. *lis quippe*, *coram R. P. D. Kaunitz.* & explicavi Ego *Discept. Eccles.* 48. *numer.* 12. *&* 13. Et propterea supponere, quod Papa concesserit Gratiam propter litem introductam inter Balzanettum, & Olivetanum post renunciationem Grossi, & vacationem Beneficii, esset supponere manifestam insubsistentiam, & erroneitatem Gratiæ; quæ nunquam conceditur, nisi quando de tempore vacationis Beneficii lis pendet indecisa; & sic verba illa, *attenta lite vere, & legitime introducta*, non possunt de alia lite intelligi, nisi de illa, quæ ante vacationem, & renunciationem Grossi pendebat indecisa Rot. *de execut. Litt. Apost. cap.* 77. *num.* 169. *& in addit. nu.* 4. cum alia *in Cortonen. Beneficii* 1. *Julii* 1697. *coram R. P. D. Ansald. dec.* 78. *sub num.* 3. *vers. Juremerito;* Seraph. *dec.* 990. *n.* 7.

Ex his tollitur omnino suppositum Calumniæ etiam ex alio Capite deductum, scilicet litis motæ contra Triennalem Possessorem, quia cum hoc non obstante Olivetanus obtinuerit sententiam transactam
30 in Judicatum, exinde tollitur præsumptio calumniæ ob possessionem triennalem. Sententia enim Judicis præsumere facit, quod Grossus vel non haberet possessionem triennalem pacificam, vel quod ejus exceptionem non allegaverit, cum regula de triennali sit exceptio personalis, ipsi tantum possessori competens, non autem successori in Beneficio, ut probat Sarnen. *ad regul. de triennal. quæst.* 13. *num.* 9. Castrop. *Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 3. *punct.* 23. *num.* 8. *vers. Dixi*, Rot. *coram Zarat. dec.* 27. *numer.* 19. *& seqq.* Cocchier. *ad regul. de Triennal. numer.* 85. *versic. Sed an titulus cum aliis in Hypporegien. beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Absque eo, quod coram bo. me. Muto.* Licet contrarium sustineat Rebuff. *in tract. de pacific. possess. numer.* 185. *cum pluribus seqq.* Rot. *decis.* 51. *num.* 13. *p.* 7. *Rec. & alii*, quorum opinio procedit in successore per Resignationem, aut permutationem, qui possessione sui Auctoris Resignantis, aut Permutantis juvari potest, nullatenus autem procedit in Successore, qui sit novus Provisus ex integro, & veniat ex Jure novo, & omnino independenti ab Antecessore, ut distinguit Rot. *in dicta Hypporegien. ubi proxime* §. *Probato*, *cum duobus seqq.* esset autem Successor dependens, qui juvaretur possessione Antecessoris ille, qui obtineret beneficium ex capite Affectionis resultantis ex titulo Commendæ; cujus vigore possidebat Antecessor: nam pro validitate Gratiæ hujus Commendæ, a qua dependet affectio, & validitas gratiæ Successoris, potest hic 31
allegare Triennalem, quam poterat allegare Antecessor, ut in *dec.* 51. *n.* 13. *p.* 7. *rec.*

Superius dixi, quod præsentatio fieri non potest coram Judice Commissario, & approbavit Rot. *in se-* 32
cunda decisione hujus causæ 3. *Februar.* 1708. §. *Quod sane*, sed bene fieri potest coram Eminentiss. Datario, ut est clarum, & decisum refert Vivian. *de Jurepatr. lib.* 33
5. *c.* 2. *nu.* 31. Quæstio est an possit fieri coram Auditore S. Rotæ, ubi pendet lis, quod dubium promovet, Vivian. *ubi proxime*, & nihil concludit se remittendo ad decisionem S. Rotæ *in Mediolanen. Jurispat.* 29. *Januar.* 1596. *cor. Card. Blanchetto* quam inveni registratam apud Garz. *de benef. part.* 10. *cap.* 34
3. *num.* 8. sed in tali decisione non video, quod exprimatur hæc conclusio, quamvis implicite ex facto deduci videatur fuisse peractam novam præsentationem in Rota; ex quo prima præsentatio fuerat nulliter facta coram eo, quem Patronus credebat habere jus instituendi, & tamen vere non habebat, & S. Rota dedit Institutionem præsentato, supponendo tunc factam fuisse novam præsentationem, licet non exprimatur *coram quo*: præscindendo autem ab indagine hujus decisionis, videtur præsentationem fieri posse coram Auditore S. Rotæ, ex quo succedit in locum Ordinarii, vigore Text. *in Clem. Auditor. de rescript.* sicut succedit in locum Ordinarii quoad provisiones in forma dignum directas Ordinario, Cæsar. *de Grass. decis.* 14. *num.* 9. *de praten.* nec non quoad verificationem Jurispatronatus, quæ pertinet ad Ordinarium, vigore Clausulæ in Litteris Apostolicis apponi solitæ = *Verificato prius coram te, quod Juspatronatus ex Fundatione, & Dotatione existat* = nam quamvis S. Rota *coram Emerix Jun. decis.* 324. *& dec.* 345. *per totas*, declaraverit hanc verificationem Jurispatronatus in suo Tribunali locum habere, quando Ordinarius fuisset primo loco aditus, qui instantiam rejecisset, & causa fuisset commissa in gradu Appellationis, nullatenus autem quando in Tribunali Rotali causa pendet in prima instantia super Executione Literarum Apostolicarum, attamen hoc procedit in verificatione Jurispatronatus, quæ cum facienda sit, citato, & audito Procuratore Fiscali, de cujus interesse agitur, proinde non est alibi facienda eo inaudito, ut advertit Rot. *dicta decis.* 325. *numer.* 6. *coram Emerix Jun.* unde si in Rota citetur Procurator Fiscalis videtur cessare difficultas; vide Rotam *in Mediolanen. Jurispatronatus super executione litterarum* 21. *Februarii* 1707. §. *finali*, *coram Rev. P. D. Scotta* actus autem præsentationis non requirit citationem Promotoris Fiscalis unde sine necessitate adeundi Ordinarium potest fieri in Rota, quæ succedit in locum ipsius Ordinarii ex præallegata *Clement. Auditor.* cujus vigore si potest instituere, ut ait Rot. *in dicta Mediolanen. Jurispatr. apud* Garz. *part.* 10. *cap.* 3. *numer.* 8. potest etiam admittere præsentationem, quia præsentatio fieri potest coram eo, qui habet Jus instituendi ex *allegatis supra num.* 15. quæ ratio cum non procedat in Judice Commissario extra Rotam, idcirco apud ipsum fieri, non valet præsentatio, ut in hac causa censuit Rota ex supra *animadversis, numer.* 14. *&* 32. hic enim Judex Commissarius in gradu appellationis licet pronunciare possit aliquem Præsentatum instituendum fore, & esse, non tamen potest instituere, sed institutionem remittere debet ad Ordinarium juxta Text. *in cap. super eo de offic. deleg. Mantic. decis.* 212. *num.* 3. Rot. *in Mediolan. Paroch.* 16. *Martii* 1588. *coram Plato apud* Mar-

Marchesan. *de commis. part.* 1. *fol.* 310. *num.* 5. *&* 6. ubi quod in commissione apponenda est facultas instituendi ad effectum, quod Delegatus possit instituere, *coram Bich. decis.* 363. *numer.* 6. quamvis contrarium substineat Lotter, *de benef. lib.* 2. *quæst.* 13. *num.* 74. *& seqq.* Cogita an assumptum sit verum, & an sicut coram Auditore Rotæ, ac etiam coram Judice non potest fieri resignatio beneficii Paris. *de resignat. lib.* 7. *quæst.* 18. *&* 26. Ita nec etiam fieri possit præsentatio, & ao Rota succedat in locum Ordinarii, quantum ad cognoscendum, & exequendum. Emerix Jun. *decis.* 324. *num.* 3. & sic nullatenus ad admittendas præsentationes, quod non videtur pertinere ad cognoscendum, & exequendum. Ego vero probabiliter dicerem, quod coram Auditore Rotæ posset fieri præsentatio, in eo tantum casu occasione Institutionis, quo verteret ibi lis, an esset locus novæ præsentationi, exempli gratia ob nullitatem primæ tanquam factæ bona fide coram alio, quam habente instituere, ut erat casus in *dicta Mediolanen. Jurispatronatus* 29. *Januarii* 1596. *coram Blanchetto*; posset enim fieri in Rota præsentatio nova ad effectum ibi obtinendi Institutionem, cum in hoc casu verificari posse videatur, quod succedat Auditor in locum Ordinarii.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Cappellaniæ,

Veneris 25. *Novembris* 1707.

EX facti circumstantiis in hodierna Audientia per Defensores Michaelis Angeli clarius dilucidatis, & de novo etiam animadversis, Domini recesserunt a decisis sub die 3. Junii proximi præteriti coram me, arbitrantes gratiam, *si neutri*, quam super controversa Cappellania idem Michael Angelus a Sanctissimo reportaverat, esse plene justificatam, & consequenter exequendam.

Totum enim fundamentum præcedentis decisionis in eo consistebat, quod per dictum Michaelem Angelum nequaquam justificaretur, nullum Jus super
35 controversa Cappellania competere Joanni Nicolao colliriganti, quinimo e converso jus eidem Joanni Nicolao quæsitum præcedenter ad dictam gratiam, *si neutri*, manifeste resultaret ex præsentatione reportata ab unica, & legitima Patrona Cappellaniæ, per quam præsentato acquiritur Jus ad rem, quod censetur præservatum in gratia, *si neutri*, stante clausula in eadem apposita, *dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri jus quæsitum*, ut in specie dixit Rota *in Beneventana Vicariæ, coram Sacrato apud* Amayden. *de styl. Datar. cap.* 23. *sub num.* 18. cum aliis cumulatis in decisione, quæ revidetur, §. *Minusque*, *&* §. *Breve autem*.

Verum hodie fundamentum hujusmodi, quod fuit basis præcedentis resolutionis, in facto corruere visum fuit; Quamvis enim Joannes Nicolaus tres nominationes a Patrona reportaverit, alteram nempe sub die 23. Novembris 1704. (de quo tempore Cappellania nondum vacaverat, dum Grossus Antecessor illi renunciavit tantum sub die 21. Decembris subsequentis) alteram vero sub eadem die 21. Decembris, quo fuit a Grosso emissa renunciatio, & tertiam tandem sub die 5. Februarii 1705. nulla tamen ex prædictis nominationibus potuit illi Jus aliquando
36 tribuere ad Cappellaniam, quia non fuerunt intra quadrimestre exhibitæ coram Superiore debente instituere. Cum enim præsentatio ad sui essentiam requirat concursum trium personarum, videlicet præsentantis, præsentati, & debentis instituere, ut inquit Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 33. sola nominatio non exhibita infra legitima tempora coram Superiore habente Jus instituendi, nullum tribuit Jus considerabile ipsi nominato cum sit potius quædam destinatio personæ præsentandæ, quam vera præsentatio, ut tradunt Abb. *in cap. ultim. num.* 4. *de Jurepatronat.* Lap. *allegat.* 75. *num.* 3. *&* 6. Lotter. *dicta quæst.* 6. *num.* 35. *& seqq.* Vivian. *de Jurepatronat. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 31. Lambertin. *eodem tract. part.* 2. *lib.* 2. *quæst. prima artic.* 22. *numer.* 1. *in fin. & quæst.* 4. *artic.* 2. *numer.* 1. Rot. *decis.* 665. *numer.* 8. *part.* 18. *recent. & coram R. P. D. meo Ansaldo decis.* 52. *sub numer.* 9.

Neque obstat, quod prima nominatio fuerit in actis Eminentissimi Vicarii exhibita, & subinde capeditum Monitorium super immissione, & institutione; Tum quia productio fuit facta *ad effectum conservandi* in dictis actis, non autem præsentandi, *hodierno Summario Michaelis Angeli numer.* 3. Tum 37
fortius quia in actis prædictis fuit exhibita tantum prima nominatio reportata sub die 23. Novembris 1704. & sic per mensem ante renunciationem Grossi, quæ successit 21. Decembris subsequentis, *dicto Summ. numer.* 1. 2. *&* 3. quæ ideo nullum jus tribuere valuit, tanquam facta beneficio pleno, & sapiens odibilem expectativam omni jure damnatam ad Text. *in cap. final. de concess. Præb. & capit. ne captan. eod. tit. in* 6. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 10. *capit.* 2. *num.* 2. Rot. *in Colonien. Beneficii* 27. *Junii* 1696. §. *Verum ex alio capite, cor. Reverendiss. D. Conchen. & in Melevitana Beneficii* 19. *Junii* 1702. §. *Quod autem, coram R. P. D. meo Ansaldo*.

Minus relevat, quod (omissa mentione de secunda, cum nullibi appareat exhibita) ultima nominatio fuerit producta coram R. P. D. Vincentino; Etenim animadversum fuit, quod coram eodem tanquam Judice Commissario facta fuit simplex indicatio Instrumenti nominationis in actis Notarii loco Jurium, non autem ad effectum præsentandi, prout requiritur 38
una cum præsentia, & acceptatione Superioris per solitum Decretum *admissi sit, & in quantum*, justa praxim relatam apud Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 2. *part.* 2. *quæst.* 6. *art.* 1. *num.* 1. Vivian. *eod. tract. lib.* 8. *cap* 7. *num.* 39. Corrad. *prax. benef lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. & in omnem casum, cum hujusmodi indicatio facta fuerit sub die 11. Maii 1705. & sic elapso jam quadrimestre, a die renunciationis Grossi, & vacationis Beneficii secutæ sub die 21. Decembris 1704. hodierno *Summario Michaelis Angeli num.* 1. in nihilo suffragatur tanquam facta extra legitimum tempus Patronis Laicis præscriptum ad præsentandum, Marant. *respons.* 82. *num.* 1. *& seq. part.* 3. Ventrigl. *in prax, part.* 2. *annot.* 1. §. 3. *num.* 17. *cum aliis allegatis in Superiori*, §. *Verum*.

Eodemque defectu laborat instantia coram Eminentissimo Prodatario, facta pro institutione sub die 25. Septembris 1705. tum quia coram eodem nulla exhibita fuit nominatio, tum etiam quia jam lapsum erat quadrimestre, tum demum quia de facto Eminentissimus Prodatarius institutionem nequaquam concessit, sed tantum gratiam derogatoriam Jurispatronatus in totum, attenta lite, quæ tamen gratia eidem Joanni Nicolao suffragari non potest, non solum quia est posterior gratiæ, *si Neutri*, a Michaele 39
Angelo reportatæ, & ideo ista, & non illa executionem promeretur, *cap. si eo tempore, & cap. duobus de reservat. in* 6. *cap. eum, cui de præben. in* 6. Rot. *dec.* 1133. *num.* 1. *coram Emerix. Jun.* sed etiam quia fundatur in nullitate sæpe dictæ gratiæ, *si Neutri*, qua nullitate non probata, gratiam ipsam concurrere oportet Rot. *decis.* 469. *& decis.* 1352. *utrobique num.* 1. *coram Emerix. Jun.*

Præterea Domini animadvertebant, quod præsentatio Joannis Nicolai, etiam ex alio capite nulla, & irrita fuit tanquam facta pendente lite inter Michaelem Angelum, & Grossum a diversis Patronis præsentatos, unde cum Grossus pendente hujusmodi lite, Juri suo cesserit, non poterant Patroni devenire ad novam præsentationem dicti Joannis Nicolai, cum per dictæ litis pendentiam ligatas haberent manus 40
in casu cessus, vel decessus unius ex collitigantibus, ne superstiti novum dare possent Coopositorem, *ad litteram* Text. *in cap.* 1. *&* 2. *ut lit. penden. in* 6. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 218. Rot. *decis.* 660. *n.* 30. *part.* 19. *rec. & in Faventina Beneficii* 18. *Decembris* 1704. §. *Demum*, *cor. bon. mem. Muta*.

Neque urgere visa fuit responsio decisionis, quæ revidetur, videlicet quod lis mota per Michaelem Angelum esset calumniosa, & consequenter inepta ad impe-

impediendum Patronum legitimum, ne per obitum, vel cessionem sui præsentati iterum valeat præsentare. Etenim cum Michael Angelus coram Eminentis-
41 simo Urbis Vicario reportaverit sententiam favorabilem in Judicatum etiam transactam, exinde excluditur omnis umbra calumniæ, quia Sententia Judicis habet præsumptionem pro se, vel saltem facit procul abesse omnem calumniam, Ros. *de execut. litt. Apost. part. 2. cap. 172. in fin.* Rot. *cor. Cels. decis.* 369. *n. 7. coram Emerix Jun. decis.* 779. *numer.* 8. *& decis.* 847. *numer.* 2. *& in recent. decis.* 164. *numer.* 8. *parte* 10.

Addito quod ipsemet Jo: Nicolaus provisionem hujusmodi Cappellaniæ a Sanctissimo reportavit cum derogatione Jurispatronatus in totum *attenta lite*, unde ex confessione ejusdem excluditur qualibet calumnia, & magis magisque confirmatur nullitas præsentationis ob litis impedimentum, quia Papa dictam
42 gratiam derogationis Jurispatronatus in totum tunc demum concedere solet, quando Patroni impediuntur propter litem præsentare, ad terminos Text. *in dicto cap.* 1. *&* 2. *ut lit. pend. in* 6. *ut observat.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 100.

Prædictis geminis nullitatibus nominationis a Jo: Nicolao reportatæ, videlicet propter litis pendentiam, & non factam intra legitima tempora præsentationem, coram Superiore instituere debente, tertiam superaddebant, Informantes pro Michaele Angelo; Ex
43 quo nempe cum Institutio ad formam Brevis san. mem. Pauli V. munitæ decreto irritanti, concedenda esset a solo Pontifice, coram eodem etiam facienda esset præsentatio, illam exhibendo coram Notario Cancellariæ, vel Cameræ ad recipiendum consensus beneficiales deputato, juxta praxim quam tradit Corradin. *in prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 34. itaut propterea præsentatio aliter facta a nullitatis vitio salvari non possit, ut dixit Rota *in Mediolanen. Præpositura* 25. *Januarii* 1705. *§. Nec minoris, cor. Reverendissimo Domino meo Decano.* Non obstante asserta bona fide Patronorum desumpta ex ultimo, & penultimo statu, juxta quos præsentatio fuit facta coram Eminentissimo Vicario. Quia præsupposita etiam dicta bona fide, adhuc respondebatur, illam non operari, quod præsentatio facta contra formam Brevis valeat, sed tantum quod Patronus a die habitæ notitiæ nullitatis primæ præsentationis, possit novam, & legitimam facere, ut tradunt Vivian. *de Jurepatr. lib.* 5. *c.* 2. *sub n.* 23. Corrad. *prax. benef. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 1. Rot. *decis.* 99. *n.* 15. *part.* 17. *recent.* sed Domini superfluum existimarunt hujusmodi tertiæ nullitatis examen assumere, cum incassum disputetur, an præsentatio esset facienda coram Sanctissimo, vel potius sufficeret coram Eminen. Vicario, quando nec coram uno, nec coram altero fuit unquam legitime facta, quinimmo nec fieri poterat, stante litis impedimento, ut fuit superius probatum.

Firma itaque remanente nullitate præsentationis Jo: Nicolai, & consequenter ejus non jure, levioris momenti apparuerunt cœteræ nullitates, quæ adversus gratiam, *si Neutri*, impingebantur. Non enim subsistit prima, quod Michael Angelus narraverit Summo Pontifici, quod Cappellania vacabat, ut prius per obitum Hieronymi Carabelli, & quod ipse fuerat præsentatus a tunc vero unico Patrono, Nam hujusmodi narrativa respicit tenorem gratiæ Apostolicæ, quam ipse Michel Angelus præcedenter reportaverat tanquam præsentatus a legitimo Patrono, quæ erat omnino Pontifici exprimenda, ad salvandam a subreptione secundam gratiam, ideoque nequaquam dici potest, quod sit narrativa facta pro obtinenda secunda gratia, *si*
44 *Neutri*, cum immo dicta narrativa, quod Michael Angelus fuerit præsentatus ab unico, & legitimo Patrono, sit incompatibilis cum gratia, *si Neutri*, per quam impetrans fatetur, se nullum jus habere, Rot. *decis.* 205. *n.* 3. *coram Cerro dec.* 358. *n.* 5. *cor. Bich. & in Monasterien. Canonicatus* 18. *Martii* 1707. *§. fin. cor. me.*

Nec majoris roboris erat secunda nullitas, ex quo scilicet gratia, *si Neutri*, concessa fuerit sub illis verbis *attenta lite prædicta vere, & legitime introducta*, cum tamen lis esset calumniosa, & introducta contra Grossum triennalem possessorem. Etenim recurrit respon- 45
sio superius in §. *Neque urgere, & seq.* tradita, videlicet, quod cessat qualibet umbra calumniæ, dum Michael Angelus in dicta lite Sententiam favorabilem, & rem judicatam reportaverat, quodque magis est, sub eadem narrativa Jo: Nicolaus obtinuit suam gratiam derogatoriam Juripatronatus in totum; unde non potest nunc de calumnia redarguere litem illam, quam ipse tanquam vere, & legitime introductam Pontifici expressit vulgata *leg. cum precum de lib. caus.* Rot. *decis.* 1176. *n* 4. *cor. Emerix. Jan.*

Insubsistens pariter apparuit tertia, quod narratum fuerit Pontifici, Michaelem Angelum, pendente lite
inter Ipsum, & Jo: Nicolaum, possessionem Cappel- 46
laniæ reportasset, cum tamen illam obtinuerit, dum lis pendebat cum Grosso. Nam cum generaliter fuerit Papæ expressum, quod Michael Angelus in dicta lite possessionem nactus fuerat ibi = *possessione ad dicti Oratoris favorem subsecuta* = & subinde fuerit habita generalis relatio ad acta, possessio intelligi debet de illa capta pendente lite cum Grosso, tum propter dictam relationem ad acta, tum etiam ad salvandam falsitatem narrativæ, quæ debet concludentissime ab allegante probari, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 34. *n.* 77. Rot. *dec.* 108. *n.* 1. *&* 2. *cor. Ludovis. & dec.* 8. *n.* 4. *part.* 4. *rec.*

Et demum irrelevans visa fuit quarta, eo quia Pontifici reticitum fuerit, Cappellaniam esse devolutam ob non factam præsentationem infra legitima tempo-
ra; Quia Papa voluit gratiam, *si Neutri*, concedere, 47
etiam in casu, quo Cappellania esset devoluta ibi = *sive præmisso, sive alio quovis modo vacet, etiamsi devolutum, affectum specialiter, vel alia quavis ex causa generaliter reservatum, &c.* = Unde objectum corruit ex facto, & non relevaret de Jure, quia ex non enunciatis verbis, saltem negari non potest, quod Papa in genere cogitare potuit de vacatione ob devolutionem, quod sufficit ad salvandam gratiam a subreptione, Felin. *in c. nonnulli n.* 18. *de rescript.* Card. de Luc. *de benef. disc.* 42. *numer.* 11. Rot. *cor. Cerro decis.* 549. *num.* 10. *& in Lauden. Vicaria* 14. *Junii* 1694. *§. Primum enim, coram Eminentissimo Caprara.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. SCOTTO,

Romana Cappellaniæ.

Veneris 3. Februarii 1708.

SEdulo hodie per Dominos libratis fundamentis geminatarum inter se adversantium decisionum, editarum coram me sub diebus 3. Junii, & 25. Novembris proxime præteriti, majoris ponderis visa sunt illa, quibus innitebatur posterior diei 25. Novembris, ideoque responderunt pro persistentia in *secundo loco decisis.*

Quod enim nullum jus super controversa Cappellania competeret Joanni Nicolao, & consequenter gratia, *si Neutri*, a Michaele Angelo reportata, esset ple-
ne justificata, ex quo resultare iterum apparuit, quod 48
Joannes Nicolaus ex tribus nominationibus a Patrona ejusdem Cappellaniæ diversis temporibus reportatis nullam exhibuit intra legitima tempora coram Superiore debente instituere, unde nec ex illis potuit acquirere aliquod jus in re, vel ad rem, cum præsentatio antequam fuerit exhibita coram Ordinario non dicatur vera præsentatio, sed potius quædam destinatio personæ præsentandæ, ut præter adductos in *dicta postrema decisione §. Verum hodie dixit* Rot. *dec.* 459. *numer.* 25. *par.* 19. *to.* 2. *recent. & in Nolana Beneficii* 30. *Januar.* 1690. *§. Nec refragatur, coram Eminentissimo Caprara.*

Prima siquidem nominatio sub die 23. Novem-
bris 1704. quamvis fuerit in actis Eminentissimi Vi- 49
carii producta, & successive expeditum fuerit monitorium super immissione, & institutione, adhuc tamen ex duplici capite attendi non poterat. Altera nempe

quia productio fuit facta non coram Superiore debente instituere, sed coram Notario, ad effectum tantum conservandi in actis, non autem præsentandi, unde non poterat haberi pro vera præsentatione, Rocc. de Curt. *de jurep. verb. honorificum, n. 27. vers. deferat*, Lap. *alleg. 75. sub n. 7. vers. Item fuit*, Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 6. n. 38.* Rot. *cor. Cavaler. dec. 197. n. 6.* non obstante monitorio subinde expedito super immissione, & institutione, ex quo inferebatur ad præcedentem admissionem præsentationis factam ab Eminentiss. Vicario monitorium concedente; Quia monitorium non apparet subscriptum a dicto Eminentiss. Vicario, nec docetur fuisse reproductum, unde ex illo desumi nequit scientia præsentationis, aut illius admissio facta per instituere debentem, cum hujusmodi monitoria passim concedantur sub banca a solo Notario, & absque ulla Judicis cognitione, ut tradunt Ubert. *de cit. c. 2. n. 6. & 7.* Mandos. *super reg. 31. q. 4. n. 12.*

Altera vero ratio, propter quam dicta nominatio haberi non poterat in consideratione, ea est, quia eadem fuit omnino nulla, & irrita, tanquam facta Beneficio pleno, & antequam Benedictus Grossus renunciaret, ut observat *dicta postrema decis. §. Neque ob-*
50 *stat.* Parum urgente, quod Patrona præsentaverit, ducta erronea credulitate, quod Beneficium vacaret, unde cum præsentatio ab initio non fuerit reproba, secuta vacatione reconvalescat; Nullibi enim constat, quod nominatio, seu præsentatio fuerit expleta cum supposito, quod Beneficium vacaret, ut requiritur ad hoc, ut præsentatio eveniente vacatione convalidetur, Card. de Luc. *de Jurep. disc. 61. n. 34. circa fin.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 5. c. 6. n. 14.* Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 33. n. 17.* Quinimo potius contrarium elicitur ex ipsa præsentatione, dum in illa nulla habetur mentio, quod Beneficium vacaret, & paulo post Benedictus Grossus renunciavit in favorem ejusdem Patronæ cum donatione fructuum favore præsentati ab eadem, ut *hodierno Summ. responsionis Michaelis Angeli n. unico.*

Et tamen ubi etiam probaretur, quod dicta præsentatio fuisset facta sub credulitate vacationis Beneficii, non propterea suffragaretur ad intentum, de quo agitur, quia ad hoc, ut præsentatio facta sub dicto erroneo supposito vacationis reconvalescat, requiritur quod Patronus in eadem voluntate perseveret, & præsentationem jam factam promoveat, instando quod illius vigore præsentatus instituatur, quo casu præsentatio valet, ut ex nunc tanquam ex nova tacita præsentatione, non autem ut ex tunc, ut explicant Ma-
51 rescott. *dicto c. 33. n. 19. & 20.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 6. n. 20* Vivian. *de Jurep. lib. 5. c. 2. sub n. 28.* In præsenti autem Patrona licet post vacationem ob renunciationem Grossi perseveraverit in eadem voluntate præsentandi Joannem Nicolaum, non tamen perseveravit in prima nominatione, illam promovendo, ut ejus vigore Jo: Nicolaus institutionem reportaret, sed eadem die secutæ renunciationis derelicto primo actu nominationis, nominavit ex integro eundem Jo: Nicolaum, declarans ibi = *ad novam nominationem devenire, attenta renunciatione per Benedictum Grossum sub hodie facta* = itaut propterea nulla amplius haberi valeat ratio de prima nominatione, quam Patrona noluit confirmare, dum ad novam ex integro devenit, Rot. *dec. 157. n. 9. & 10. part. 6. & decis. 379. n. 12. part. 16. recent.*

Nova vero, & secunda hæc præsentatio facta sub die 21. Decembris 1704. licet fuerit rogata per unum ex Notariis D. Cardinalis Vicarii, tamen Instrumentum fuit confectum in Domo ipsius Patronæ, nec unquam exhibita coram eodem D. Card. Vicario, mediante solita comparitione in actis cum indicatione
52 Instrumenti, & instantia pro institutione, ratione cujus Superior certam notitiam habere potuerit dictæ præsentationis, quæ scientia semper exigitur ad validitatem præsentationis, ut firmant ipsæmet in contrarium laudatæ *dec. 176. n. 15. & 16. part. 15. & dec. 665. n. 10. part. 18. rec.*

Quod bene agnoscentes Defensores Joannis Nicolai, recurrebant ad tertiam nominationem expletam sub die 3. Februarii, & indicatam 11. Maii 1705. coram R. P. D. Vicentino Judice Commissario; sed ista 53
quoque eodem defectu laborabat, non solum quia nunquam fuit producta, aut exhibita coram Ordinario, sed tantum loco jurium indicata coram R. P. D. Vincentino, qui poterat quidem institutionem concedere tanquam Judex appellationis legitime præsentato, non autem recipere nominationem, quod spectat ad Ordinarium, ut observat *dicta ultima mea dec. §. Minus relevat*; Sed etiam quia indicatio coram dicto R. P. D. Vicentino facta fuit elapso jam quadrimestri, dum Grossus renunciaverat sub die 21. Novembris, & indicatio evenit sub die 11. Maii subsequentis, & sic nullatenus suffragatur, Rot. *dec. 665. n. 8. p. 18. tom. 2. rec. & prosequitur dicta mea dec. §. Minus relevat.* Neutiquam relevante, quod prima renunciatio facta a Grosso fuerit nulla tanquam facta in manibus Patronæ, nulla interveniente auctoritate Superioris, unde tempus ad præsentandum incipere debeat a die 31. Januarii 1705. quo deventum fuit ad novam renunciationem ab Ordinario admissam. Nam cum ageretur de Beneficio litigioso, prima renunciatio etiam sine auctoritate Superioris fuit valida, & ab illa die cœpit vacare Beneficium, cum dicatur mera cessio litis, seu juris litigiosi, in qua acceptatio Superioris non est necessaria, ut tradunt Butr. *in c. quod in dubiis n. 5. de renunt. ibique* Abb. *n. 4.* Paris. *de resignat lib. 7. cap. 1. 54
n. 104.* Garz. *de Benef. part. 11. c. 3. n. 249.* Præsertim quia Grossus per sententiam Eminentissimi Vicarii in Judicatum transactam, fuerat expulsus a possessione Beneficii, unde non dicitur renunciasse Beneficium, sed tantum jus ad rem, quod habebat vigore præsentationis super illo, quo casu auctoritas Superioris non exigitur, Paris. *dicto lib. 7. q. 1. n. 76.* Garz. *dicto c. 3. n. 247.* Corrad. *prox. benef. lib. 5. c. 1. n. 45. & 46.*

Firmo itaque remanente, quod nulla ex tribus nominationibus apta sit jus aliquod tribuere Jo: Nicolao, superfluum reddebatur recurrere ad secundum fundamentum ultimæ decisionis, quod tamen etiam Domini approbarunt; Quia scilicet præsentatio ubi etiam esset facta coram Ordinario, adhuc corruet, tanquam expleta lite pendente inter Grossum, & Michaelem Angelum, unde ligatæ erant manus Patronæ, ne posset per cessum, vel decessum unius, superstiti novum dare 55
Compositorem ad Text. *expressos in c. 1. & 2. ut lit. pend. in c. 6. cum aliis adductis in dicta dec. §. Præterea.*

Nequaquam subsistente, quod lis esset calumniosa,
quia quælibet calumniæ suspicio tollitur tum ex sen 56
tentia favorabili reportata a Michaele Angelo cum successiva re judicata, quæ non fuit contumacialis, ut supponebant Informantes pro Joanne Nicolao, sed in contradictorio Partium Judicio, ut in hodierna propositione fuit justificatum, Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 20. n. 94.* Ros. *de execut. litt. Apost. p. 1. cap. 17. num. 172.* Tum etiam ex ipsamet confessione Jo: Nicolai, qui gratiam Apostolicam reportavit cum derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite vere, & legitime introducta ibi = *attenta lite prædicta vere, & legitime introducta existente* = Unde adversus propriam confessionem, in qua fundavit suam gratiam, audiri non poterat, ut probat *sæpe citata decis. cor. Me §. Additio, & §. Nec majoris.*

Quin suffragetur responsio, quod expressio facta per Jo: Nicolaum Pontifici intelligi debeat de lite inter ipsum, & Michaelem Angelum, non autem de lite cum Grosso. Nam cum Papæ narrata fuerit lis
cum Grosso, verba illa *attenta lite vere, & legitime* 57
introducta, non poterant intelligi de alia, quam superius Pontifici exposita, Rot. *decis. 18. sub numer. 3. vers. Juremerito, coram R. P. D. meo Ansaldo.* Nec alias Papa concessisset gratiam derogationis Jurispatronatus in totum, quam indulgere non solet nisi propter litem, quæ ante vacationem pendet indecisa inter Patronos, ratione cujus mutuo se impediunt, ne possint præsentare, non autem propter litem, quæ promovetur inter præsentatos post vacationem Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 8. n. 100.* Rot. *cor. R. P. D. meo Ansaldo dec. 35. n. 2 & in Faventina Beneficii 24. Aprilis 1705. §. Injustitia, & §. Continuatio in fine, & 10. Junii ejusdem anni §. Lis quippe, cum seq. coram R. P. D. meo Kaunitz.*

Ex

Ex qua sententia, & confessione partis tollitur etiam aliud caput calumniæ deductum, ex quo dicta lis fuerit mota contra triennalem possessorem; Quia cum hoc non obstante Michael'Angelus reportaverit sententiam transactam in Judicatum, præsumptio,
58 quæ assistit pro justitia ejusdem, facit cessare calumniam, & inducit præsumptionem, vel quod Grossus non haberet possessionem pacificam triennalem, vel quod ejus exceptionem non allegaverit, aut saltem quod illam neglexerit, dum permisit transitum sententiæ in Judicatum, & deinde liti & juri, quod habebat, renunciavit; Ideoque hoc stante non potest nunc Jo: Nicolaus veniens ex jure novo, & independente ab Antecessore, juvari dicta regula de triennali ad tradita per Rot. *in Hipporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Absque eo cum seqq. cor. Muto, ubi concordantes.* Et ita utraque, &c.

Giennen. Juris Visitandi.

A R G U M E N T U M.

Quamvis Fundator mandaverit deputari a Patronis Visitatorem Ecclesiæ de suo Jurepatronatus, ut inquirat super adimplemento onerum, & administratione redditum hoc tamen non excludit Visitationem Episcopi, ut ipsi, seu ejus Visitatori sit reddenda ratio una cum Visitatore per Patronum deputato.

S U M M A R I U M.

1 *Visitare Ecclesias, & alia Loca pia, est propria Episcopi Jurisdictio.*
2 *Episcopus non potest visitare Ecclesiam, quando in limine fundationis, est expresse exclusus ab ejus visitatione, secus quando non est sic exclusus, ut n. 3.*
4 *Quibus conjecturis arguitur Fundator non exclusisse Episcopum a Visitatione Ecclesiæ a se fundatæ? Vide ibi, & n. 5. 6. & 7.*
8 *Observantia est fidelis interpres omnium dispositionum, cui standum est.*
9 *Confirmatio dat vires actui confirmato, sed non ampliat eum ultra id, quod disposuit; & n. 11.*
10 *An preservata Jurisdictione ordinaria in concernentibus spiritualia, preservatur etiam Jus visitandi?*

ALLEGATIO XXIII.

Mendus de Benavides Episcopus Carthaginensis de licentia, & auctoritate Ordinarii Giennen. construxit Ecclesiam sub titulo S. Jacobi in Oppido de Castellar. comitatus Sancti Stephani Giennen. Diœcesis; & in ea fundavit, & dotavit vigintiquinque Cappellanias ad nutum amovibiles; reservando Juspatronatus favore suorum de familia, & simul dando facultatem Patrono deputandi Visitatorem Ecclesiasticum ad effectum examinandi an observentur onera injuncta per Testatorem, & quomodo redditus Ecclesiæ expendantur. Cum autem Visitator generalis Episcopatus de anno 1700. denunciasset visitationem Ecclesiæ ad effectum exigendi rationem administrationis, idque per Patronum controverteretur hinc orta est quæstio; *An ratio administrationum redditum, & Fabrica sit reddenda Episcopo, seu illius Visitatori?*

Pro cujus resolutione affirmativum responsum intrare de Jure censeo; visitare enim Ecclesias, nec non opera, & Loca pia, & ab eorum Ministris rationes exigere, propria est, & præcipua Episcopi Jurisdictio,
1 & sollicitudo, ut fideliter administrentur redditus Ecclesiastici, & omnia per pios Fundatores demandata exacte adimpleantur, ut disponit Text. *in Clement. Quia contigit versic. sin autem de relig. domib. nec non Conc. Trid. sess.* 22. *c.* 8. *&* 9. *de Reformat. & tradunt* Gratian. *discept.* 395. *n.* 1. Tusch. *de Visitat. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 27. Pignatell. *consult. canonic. to.* 9. *consult.* 164. *n.* 2. *Genuen. in prax. c.* 21. *n.* 1. Escobar. *de ration. cap.* 7. *n.* 15. Rot. me scribente *in Visitationis* 30. *Aprilis* 1700. *in princ. cor. Reverendiss. Domino Molines Decano.*

Nec obstat, quod in Statutis fundamentalibus Ecclesiæ concessa fuerit Patrono facultas deputandi Visitatorem ab effectum examinandi, an bene observentur, & adimpleantur quæcunque volita per Fundatorem, & quomodo redditus Ecclesiæ expendantur; ideoque non possit Episcopus visitare, seu deputare Visitatorem, nec habere facultatem exigendi computa, & redditionem rationis, propter contrariam legem fundationis, quam præservavit *Concil. Tridem. dicta sess.* 22. *c.* 9. *de Reformat.* in illis verbis ibi = *Nisi secus forte in Institutione, & Ordinatione talis Ecclesiæ, seu Fabricæ expresse cautum esset* =

Occurrit enim solida responsio, quod Lex fundationis, de qua agitur, tametsi concedat facultatem Visitatori per Patronum deputando, circa exigendum, & recipiendum computa, & rationem administrationis; non tamen per hoc dicitur exclusisse Visitationem Episcopi, nec facultatem ei tributam per Sacros Canones, & Concilium Tridentinum circa exigendam rationem de administratis, quod assumptum ex pluribus apertissime suadetur.

Et primo, ex quo nullum in Statutis fundationis legitur verbum exclusivum Episcopi, ejusque Canonicæ superintendentiæ; unde eo ipso resultat, quod non fuerit sublata illius ordinaria potestas, & jurisdictio, ea ratione, quia Concilium Tridentinum *dicto c.* 9. sub illis verbis = *Nisi secus forte in Institutione &c.* 2
expresse cautum esset = intellexit præservare legem fundationis, quæ expresse excluderet Episcopum per verba prohibitiva scilicet ordinando, quod ille *se non intromittat* in visitatione, & redditione rationis, non autem, quando fundatio simpliciter committit alteri visitationem, & exactionem Computorum; hoc enim 3
casu non censetur exclusus Episcopus, neque intrat limitatio Concilii, ut firmat Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *c.* 2. *n.* 42. *in fin.* ibi = *Necessarium est enim ut expresse interdicatur* = Pax Jordan. *to.* 2. *Lucubra lib.* 7. *tit.* 9. *n.* 30. Barbos. *ad Concil. dicta sess.* 22. *capit.* 9. *num.* 10. ibi = *nisi in fundatione cautum esset aliter, nempe, quod rationes nec Ordinaria redenda essent* = & inferius *n.* 27. ibi = *Intellige quando in ipsa fundatione per Fundatorem Laicum ex consensu Episcopi, vel alterius Superioris Ecclesiastici expresse cautum esset, ne Episcopus interveniat, vel Administratores non teneantur suis rationibus adhibere Episcopum, id enim postulare hujus Capituli verba citata* = Et articulo mature digesto resolutum fuit a Sacra Congregatione Concilii in *Abulen. Visitationis;* quod nempe stante facultate concessa Priori in limine fundationis circa visitandum Hospitale, & exigendi redditionem computorum, & inquirendi de adimplemento onerum a Fundatore relictorum, exinde non censeatur exclusus Episcopus a visitatione, & exactione rationis, & computorum administrationis, quam resolutionem *Abul.* reportat per extensum Gallemart. *ad Concil. dicta sess.* 22. *c.* 9. *n.* 4. *&* 6. Rot. *dec.* 33. *n.* 1. *p.* 1. *Recen.* Leon. *de offic. Capell. sect.* 5. *q.* 12. *n.* 207. Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 5. *n.* 48. *in fin.* Crispin. *in tract. della Visita Pastoral. part.* 2. *c.* 28. *n.* 1. *cum duobus seqq.* Zerol. *in prax. Episc. in verb. Hospitale* §. 30. *fallit primo,* Sel. *in select. Canon. c.* 23. *n.* 2. quem refert Barbos. *dicta sess.* 22. *cap.* 9. *n.* 10. Castropal. *oper. moral. tract.* 13. *de benefic. disput.* 1. *punct.* 7. *n.* 3. *versic. quod si expresse* Antonell. *de regimen. Eccl. lib.* 1. *capit.* 3. *numer.* 9. Barbos. *de Jure Eccles. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 48. *& de potest. Episcop. allegat.* 75. *n.* 6. *& seqq. & alleg.* 127. *nu.* 17. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 99. Ceccoper. *lucubr. Canon. lib.* 3. *n.* 149. *in fin.* Ricc. *in prax. part.* 4. *resol.* 579. *num.* 12.

Secundo, quia Fundatio concessit Patrono Jus de- 4
putandi Visitatorem ad effectum de quo supra, per modum facultatis œconomicæ ibi = *faciendo hujusmodi Visitationem in vim Jurisdictionis, & potestatis Æconomicæ* =; ideoque hæc potestas Visitatoris restricta ad merum Jus œconomicum dat intelligere non fuisse quicquam sublatum Episcopo circa suam Jurisdictionem ordi-

ordinariam ex theorica *Innocen. c. fin. num. 9. de Offic. Archidiacon.* Rot. *in Turraconen Jurisdictionis* 30. *Maii* 1700. §. *Multoque minus circa finem, cor. Magno Mediolani Cancell. & in Illerden juris mulctandi super negotio principali* 23. *Jan* 1702. §. *& præscindendo, cor. R. P. D. Muto*, Neque enim potestas œconomica est incompatibilis cum jurisdictione ordinaria, sed immo ambæ se invicem compatiuntur, ex firmatis in *Dertusen Jurisdictionis* 6. *Febr.* 1697. §. *Postremo, coram R. P. D Pio*, & potestas œconomica censetur concessa ad majorem fidelitatem, & cauthelam administrationis redituum, & bonorum Ecclesiæ, quæ proinde coadjuvat, sed non tollit Jurisdictionem Visitatoris supremi, qui est Episcopus *Can. perlectis dist.* 25. Beto *conf.* 22 *num.* 23. *& seqq. libr.* 1, Rot. *coram Seraphin. decis.* 613. *num.* 1. *versic. secundo, circa jus*.

Tertio, hoc ipsum resultat ex eisdem statutis fun-
5 damentalibus, ubi Fundator postquam reservavit Patrono facultatem deputandi Visitatorem pro visitando, & inquirendo rationem de administratis adjecit in fine ibi = *Omina hoc titulo contenta ad praxim deducantur, quatenus Sanctitas sua nobis non concedat exemptionem petitam, qua concessa reservamus nobis potestatem disponendis modum Visitationi, & regiminis* = Quod clare demostrat Fundatorem per dictam facultatem deputandi Visitatorem non intellexisse eximere Ecclesiam a Visitatione Episcopi, & ab ejus superintendentia in redditione rationis, dum ita disposuit, quando non posset obtinere exemptionem Ecclesiæ, qua obtenta declaravit aliter, se velle disponere circa Visitationem, & regimen ejusdem Ecclesiæ; signum evidens, quod non disposuerat circa Visitationem nisi *Æconomice*, non autem *Jurisdictionaliter*; neque consequenter abstulerat Episcopo potestatem ordinariam in concernentibus ipsam Visitationem, & redditionem rationis, a qua potestate Ecclesiam supposuit non esse exemptam ad Tex. *in cap. cum persona, in fin. de privil. in* 6. *& c. de Xenodochiis de re eg. domib. ubi* Gloss. *in verb. in quorum Diœcesi, & can. si quis Episcopum* 16. *q.* 5. *& can. Monasteria* 18. *q.* 2.

Quartum assumptum clarificatur ex declaratione,
6 & facto ipsiusmet Fundatoris, qui vivens requisivit Episcopum, ut deputaret Visitatorem pro visitando Ecclesiam, & exigendo redditionem rationis a Cappellanis, addita consequentia ibi = *Che con cio comincierà l' E. V. ad esercitare la sua giurisdizione nella mia Cappella* = prout effectuatum fuit ab Episcopo. Ex quo sane actu duo promanant fortissima argumenta; Tum quod Lex fundationis tametsi esset dubia, remanserit declarata per ipsummet Fundatorem, ut non excluserit Visitationem, & jurisdictionem Episcopi in computis rationum exigendis; cum nulla melior interpretatio Constitutionum fundamentalium dari possit ea, quæ resultat ex facto ipsius Fundatoris, qui fecit easdem Constitutiones juxta Text. *in leg. non ambigitur, ff. de legibus*, Rot. *cor. Otthebon. dec.* 161. *num.* 11. *& cor. Ubald. decis.* 14. *numer.* 18. *& in recen. decis.* 48. *num.* 23. *parte.* 13 & in his terminis firmavit Rot. *in Hispalen. Visitationis* 30. *Aprilis* 1700. §. *preterea, coram Reverendiss. Molines Decano*. Tum etiam quod per dictum actum Episcopus acquisiverit plenam Jurisdictionem visitandi, & exigendi rationes de consensu, & voluntate Fundatoris, etiam in derogationem Constitutionum fundamentalium; quatenus istæ aliquid contrarium disposuissent, ut tradit Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 75. *n.* 10 *vers. excepto casu*. Dubitari enim non potest quin Fundator possit aliquid ea dispositis in fundatione, aut tollere, aut immutare de consensu Episcopi, quando immutatio respicit favorem Ecclesiæ, seu Jurisdictionis Ordinariæ, & rem primævæ naturæ restituit, Rotæ *decis.* 593. *n.* 3. *part.* 5. *recent. tom.* 2. Lamberun. *de Jurepatronat. lib.* 2. *part.* 1. *qu.* 9. *art.* 2. *sub n.* 18. *vers. confirmatur* Seraphin. *decis.* 1414. *num.* 1. *vers. nec difficultatem*, Card. de Luc. *de Jurepatron. disc.* 18. *sub n.* 4.

7 Quinto demum omnia ponit in claris Observantia subsecuta post obitum Fundatoris, dum Cappellani Ecclesiæ dubitando; an posset Episcopus visitare, & exigere ab ipsis redditionem rationis, postquam prævio. Advocatorum consulto agnoverunt Episcopum super his habere plenariam jurisdictionem, cui non derogabant Constitutiones fundamentales, admiserunt Visitatorem Episcopi, eique rationem reddiderunt, quod hactenus inconcusse servatum fuit: quanti autem roboris. & efficaciæ in omni materia sit observantia, docent notorii Text. *in cap cum dilectus de consuetud.*
& l. de quibus, ff. de leg. est enim proba, & fidelix 8
interpres omnium dispositionum, & constitutionum, ejusque interpretationi standum est, etiam si contrarius intellectus esset de Jure verior; Honded. *conf.* 92, *n.* 30. *lib.* 1. Adden. ad Gregor. *dec.* 184. *nu.* 1. Rot. *coram Dunozet. Jun. decis.* 966. *num.* 17. *& in Barchinonen. Vexilli* 16. *Februar.* 1685. §. *Cæterum, cor. R. P. D. Florez. & in Marsicana, seu Montis Cassinen. jurisdictionis* 22. *Martii* 1686. §. *final. cor. clar. mem. Card. Matthæo, & me scribente in Urbanien. Canonicatus* 23. *Januar.* 1697. §. *Ommisso, cor. magno Mediolani Cancell.* Præsertim quia hujusmodi Observantia non emanavit oscitanter, sed causa cognita, & præviis Advocatorum consultis, quo casu eo magis attendi debet ad probandum, quod per Constitutiones fundamentales Ecclesiæ Episcopus non fuerit exclusus a Jure visitandi, & exigendi computa ab Ecclesiæ ministris, ut in puncto Observantiæ in hac materia Visitationis firmavit Rot. *in dicta Hispalen. Visitationis* 30. *Aprilis* 1700. §. *quo vero, cor. Reverendiss. D. Molines Decano*.

His omnibus adversari non potest, quod Observantia processerit ex eo, quod Constitutiones fundamentales nondum fuerant confirmatæ nec per Episcopum, nec per Sedem Apostolicam; & per consequens mutato rerum sistemate; dum hodie hujusmodi Constitutiones fuerunt per Sedem Apostolicam approbatæ prævio examine Sacræ Congregationis Concilii, Episcopus amiserit omne Jus visitandi; & exigendi rationes, quod ante habebat. Hoc enim objectum supponit quidquid est in quæstione; quod nempe tales Constitutiones excludant Episcopum a Jure visitandi, & exigendi computa; quod tamen ex prædictis convincitur insubsistens; dum ex earum lectura dilucide constat Episcopum non fuisse exclusum, & ita declarasse ipsummet Fundatorem viventem; Quo casu nihil refert, quod Constitutiones fuerint postea per Sedem Apostolicam confirmatæ, cum trita sit regula, confirmationem dare quidem vires actui confirmato, nullatenus autem eum extendere, aut ampliare ultra id,
quod disposuit; ut tradunt Canonistæ *in c.* 1. *de confir-* 9
mat. util. vel inutil. Pignatell. *consult.* 71. *num.* 2. *&* 3. *to.* 5. Card. de Luc. *de regal. disc.* 172. *sub n.* 8. Gregor. *decis.* 267. *& decis.* 611. *utrobique numer.* 1. *& in recent. decis.* 175. *numer.* 7. *&* 8. *part.* 5. *& decis.* 229. *n.* 15. *part.* 19. *& decis.* 557. *num.* 11. *part.* 19, *tom.* 2,

Prout etiam non relevat, quod præfatæ Constitutiones in titulo, in quo agitur de Visitatione Ecclesiæ fuerint confirmatæ per Sacram Congregationem Concilii cum claosula = *Salva quoque Jurisdictione Ordinaria in concernentibus spiritualia, & Sacramentorum administrationem* = Ideoque ex hac præservativa Jurisdictionis Ordinariæ in concernentibus spiritualia, & administrationem Sacramentorum inferatur ad exclusionem juris exigendi redditionem rationis, ex regula, quod exceptio circa Spiritualia, & Sacramentalia firmat regulam in aliis casibus non exceptuatis; quodque sicut Sacra Congregatio præservavit prædicta Jura circa Spiritualia, & Sacramentalia, ubi voluit; ita præservasset jus exigendi rationes, si voluisset.

Urget enim clara responsio, quod præservativa Ju- 10
risdictionis Ordinariæ in concernentibus Spiritualia aperte comprehendit nedum jus visitandi, sed etiam exigendi redditionem rationis; quia habere jurisdictionem circa Spiritualia nihil aliud est, quam habere jus visitandi circa onera Missarum; an adimpleantur, an Officia Divina, aliæque Sacræ Functiones exacte celebrentur, & redditus Ecclesiæ convertantur in usus pios juxta mentem Fundatoris, ut in specie Antonell. *de regimen. Eccles. libr.* 1. *capit.* 3. *num.* 10, Barbol. *de potest. Epis. alleg.* 75, *numer.* 6. *& seqq.*

Ad

Ad quem effectum per necessarium antecedens debent inspici Codices rationum, & revideri computa administrationis, ut in specie; quod jus visitandi comprehendat redditionem rationis, tanquam partem formalem visitationis firmat Pax Jordan. *to. 2. lucubrat. lib. 7. tit. 9. sub n. 25.* ibi = *Sicut pluries visitatio fieri potest, ut supradictum fuit, sic etiam rationum redditio; quæ pars est Visitationis* = Crispin *de Visit. parte 2. §. 28. n. 1.* Cumque propterea Sacra Congregatio expresse præservaverit Jurisdictionem Ordinarii in concernentibus Spiritualia, sub quibus verbis nemo dubitat venire jus visitandi; redditio rationum ejus Visitatori reddenda est, qui concessa visitatione censentur concessa, & omnia, quæ ipsam concomitantur, quorum unum est revidere computa administrationum, ut dignoscatur, an onera adimpleantur, & redditus Ecclesiæ bene erogentur in usus per Fundatorem destinatos ad Text. *in cap. Propterea, cap. significasti, & cap. sane de offic. delegati*, Rot. *in Derthusen. Jurisdictionis 26. Aprilis 1694. §. Cum Canonici, coram R. P. D. Caprara, & in Hispalen. Visitationis super secundo dubio 1700. §. Cæterum, cor. Reverendissimo D. Molines Decano.*

Neque super hoc ulla cadere potest ratio dubitandi, dum ex lectura Constitutionum fundamentalium clare probatum fuit Fundatorem noluisse excludere
11 Episcopum a Jure visitandi, & exigendi redditionem rationum, quod ipse etiam Fundator post factas Constitutiones apertissime declaravit, rogando Episcopum, ut deputaret Visitatorem pro exigendis rationibus expressa causa = *Che concio comminciarà ad esercitare la sua giuridizione nella mia Cappella* = si ergo neque verba Constitutionum, neque mentio Testatoris excluserunt Episcopum a Jurisdictione, de qua agitur erroneum prorsus esset asserere, quod Sacra Congregatio in confirmatione Constitutionum, earumque examine, voluerit præjudicare Ordinario, eique tollere eam Jurisdictionem, quam Fundator ipse non abstulit, sed concessit, quod esset contra naturam confirmationis ampliare illam ad ea, quæ non continentur in acto confirmato; *l. heredes palam §. Siquidem, ff. de testam.* Menoch. *conf. 85. num. 32. lib. 1.* Ripa *respons. 40. numer. 7. de offic. deleg.* Rot. *coram Coccin. decis. 1958. num. 31 & 32. & in recen. dec 395. numer. 3. & coram Bich. decis. 660. numer. 8. & in Firmann Jurisdictionis super reservatis 17. Martii 1702 §. Multo minus, coram Reverendiss. D. Molines Decano.*

Eoque magis crescit absurditas contrariæ intelligentiæ reflectendo, quod Sacra Congregatio per supradictam Clausolam = *Salva quoque Jurisdictione Ordinaria* = Nihil aliud voluit, quam tollere præjudicium Episcopi, & in favorem suum disponere, unde si exclusisset illum ab exigendis rationibus operum piorum in fundatione dispositorum, quando illum non exclusit Fundator; sed admisit, inclusit, & invitavit, sequeretur quod Sacra Congregatio eodem tempore, quo disposuit in favorem Episcopi, versa dispositionis favorabilis natura, in ejus odium, & præjudicium disposuisset contra Text. *in l. quod favore, cod. de legibus, cap. Quod ob gratiam de regul. jur. & l. nulla juris ratio 24. ff. de legib.* Barbos. *axiom. 96. n. 1.*

Et sequitur etiam alia dissonantia, quod nempe Episcopus fuisset exclusus implicite, & per illationem subauditam, quando tamen *S. Concilium Trident. sess. 22. cap. 9. de reformat.* requirit, quod excludatur expresse ibi = *expresse cautum esset* = & Sacra Congregatio inhærendo ejus verbis semper declaravit Episcopum posse visitare, & exigere redditionem rationum, quotiescunque non fuerit expresse prohibitus cum verbis = *se non intromittat* = vel aliis æquipollentibus, juxta longam seriem Doctorum, & decisionum S. Rotæ, de quibus supra *§. & primo n. 2.* quod pariter præsumendum non est in hoc supremo Senatu a quo jura nascuntur, ut ait Text. *in l. meminerint Cod. unde vi* ibi = *Ne inde injuriarum nascatur occasio, unde jura nascuntur* =.

Et ita fuit resolutum a S. Congregatione Concilii 30. *Augusti* 1704. nempe *rationem administrationis redditum, & fabrica reddendam esse Episcopo, seu illius Visitatori una cum Visitatore a Patrono deputato.*

Verulana Cappellaniæ.

ARGUMENTUM.

Lex Fundationis circa præsentandum consanguineum de linea fœminina ad Beneficium Ecclesiasticum, cum his verbis, quod = ne sia Patrone solamente sino che ci sarà Sacerdote, ò Chierico de domo Fundatoris =, an sit contraria substantia beneficii, ad effectum, ut admitti non potuerit ab Ordinario Præsentatus vitâ durante in Beneficio Manuali, an removeri valeat per vocatum Jure proprio hæredem ejus, qui sic præsentavit ad materiam.

Text. l. cum a Matre C. de rei vindic.

SUMMARIUM.

1 *Facti species.*
2 *Semel canonice institutus, amplius non removetur.*
3 *Supervenientia vocati in Jurepatronatus passivo non facit cessare institutionem extranei.*
4 *Lex Fundationis Juri contraria valet in limine fundationis; secus contraria substantia beneficii.*
5 *Contra substantiam beneficii est, dare illud sub conditione, vel ad tempus.*
6 *Collatio beneficii non debet stare in pendenti.*
7 *Lex fundationis reddens collationem beneficii conditionalem, seu temporalem per solum Papam validari potest.*
8 *Pactum fundationis, quod si extiterit aliquis de progenie fundatoris, instituatur, remoto alio Cappellano interim instituto, validum est secundum Lambertinum, contrarium vide, n. 10. & seq.*
9 *Manualitas beneficii non est contraria ejus substantia, quia sufficit esse perpetuum aptitudine, vide n. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Collatio non fit perpetuo ubi lex fundationis ordinat, quod præsentatus sit Dominus beneficii usque ad certum tempus, & conditionem duntaxat; & n. 17. vide n. 34.*
18 *Beneficium non est perpetuum aptitudine propter ejus temporalitatem, vel perpetuitatem dependentem a conditione purificanda, vel non.*
19 *In Cappellaniis laicalibus tantum deputatio fieri fieri potest ad tempus, vel sub conditione.*
20 *Habens Jus removendi præsentatum vita durante, non potest removere, si sit heres ejus, qui perpetuo præsentavit: vide distinctionem n. 21.*
22 *Substitutus non revocat bona fideicommissi alienata per gravatum, si sit ejus heres.*
23 *Examinatur decis. Rota 317. part. 13. rec. & refellitur.*
24 *Etiam in beneficiis de Jurepatronatus habet locum Text. in l. cum a Matre C. de rei vindic.*
25 *Plus valet una doctrina in terminis, quam mille a remotis.*
26 *Limitatur Text. in l. cum a Matre, quando quis venit ex nova causa, seu novo Jure supervenienti.*
27 *Ratio non contraveniendi facto Auctoris non fundatur in solo motivo evictionis, sed etiam in repræsentatione personæ defuncti.*
28 *Idem importat vita durante, ac in perpetuum.*
29 *Generalitas verborum intelligitur juxta subjectum personæ, cui illa adjiciuntur.*
30 *Relatio intelligitur in aliis, præterquam in expresse correctis.*
31 *Non potest Episcopus ordinare ad titulum Cappellaniæ amovibilis.*

32 *Ad eum ordinatus non potest removeri*, *vide num.* 33.

ALLEGATIO XXIV.

ORdinaverat Fundator Juspatronatus passivum Cappellaniæ Ecclesiasticæ pro Clerico de sua Domo Stefania, hac tamen lege, & conditione, quod in
1 defectum Clerici de sua Domo, hæredes præsentarent Clericum de linea fœminina; qui possidere deberet Cappellaniam, donec, & quousque superveniret Clericus de eadem Domo, his verbis = *Se non vi saranno Sacerdoti, ò Chierici di Casa Stefani, possino gl'heredi di Casa Stefani far la presentata à un Sacerdote, ò Chierico parente della linea femminina; e detto Sacerdote, ò Chierico ne sia patrone solamente, fino che ci sarà Sacerdote, ò Chierico di Casa Stefanii* =

Ascanius Stephanius in defectum Clericorum de Domo usque de anno 1681. præsentavit Constantinum de linea fœminina, faciendo præsentationem vita ejusdem Constantini durante, qui fuit ab Ordinario institutus, & ad titulum hujus Cappellaniæ ordinatus. Post viginti, & ultra annos supervenit Joseph Stephanius hæres Ascanii, qui avocare prætendebat Cappellaniam ab eodem Constantino juxta legem fundationis, de qua supra, & favorabilem sententiam reportavit super institutione, expulso Constantino.

1 In gradu Appellationis coram R. P. D. Cincio assumptus ego ad defensam Constantini dicebam, ex duplici capite rejiciendam esse prætensionem Josephi, altero scilicet, quia lex fundationis esset valida, quod Cappellania posset conferri ad tempus, & sub conditione, & altero, quod in omnem casum cum Joseph esset hæres Ascanii, qui præsentaverat Constantinum vita ejus durante, non posset facto auctoris contravenire, revocando ex persona propria, quidquid ejus Auctor concesserat perpetuo, seu ad vitam Constantino præsentato.

Quo igitur ad primum fundabat in recepta Juris Canonici propositione, quod cum reperiretur provisus ad præsentationem legitimi patroni, qui vigore institutionis Ordinarii possidebat beneficium, non po-
2 terat amplius ab eo removeri propter expressam resistentiam Juris, juxta quam semel canonice institutus, amplius removeri non valet, juxta Text. *in c. consultationibus de Jurepatronatus* ibi = *Institutus non debet ab ipsa propter hoc removeri* = *ubi gloss. in verb. removeri*, Lancell. *de Attent. lite penden. in præfat. n.* 154. *in fin.* ibi = *quia legitime institutus removeri non debet* = Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 33. *vers. quia legitime institutus*,

Quod absolute procedit, etiamsi supradictus Joseph, tanquam de linea masculina, seu de Domo Stephania, juxta legem fundationis præferri debeat eidem Constantino existenti de linea fœminina, quia cum ab initio, seu de anno 1681. iste fuerit bene institu-
3 tus propter defectum Clericorum de linea masculina, institutio retractari non potest ex causa supervenienti, ubi scilicet superveniat Clericus de linea masculina, sed iste expectare debet obitum legitime provisi, & instituti, ut in terminis, Pignatell *consult.* 36. *num.* 1. & 2. *tom.* 10. ubi firmat descendentem ex fæmina jam admissum ad Cappellaniam, non posse removeri ex supervenientia descendentis ex masculo, qui non habet Jus, ut removeatur jam institutus, etiamsi agatur de Cappellania Manuali, si hæres removeri nolit, & concordant Gratian. *decis. March.* 198. *in addit. num.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *num.* 127. *in fin.* Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. libr.* 10. *artic.* 27. *numer.* 24. Amostaz. *de causis pus libr.* 3. *capit.* 8. *num.* 74.

Nec obstare dicebam legem fundationis, de qua supra mandantem in defectum Clerici de Domo Stephania præsentari Clericum de linea fœminina, cum pacto, quod = *ne sia patrone solamente, fino che ci sarà Sacerdote, ò Chierico di Casa Stefani* = quasi ex his ultimis verbis provisio Cappellaniæ in personam Clerici de linea fœminina debeat esse temporalis, donec, & quousque superveniat Sacerdos, vel Clericus de Domo Stephania, eoque superveniente, removendus sit ille de linea fœminina, & institui aliter de masculina.

Occurrebam namque cum solida responsione, quod lex fundationis in hac parte non esset attendenda tan- 4
quam nulla, & contraria substantiæ, seu essentiæ beneficii Ecclesiastici, quia potest quidem fundator apponere conditiones Juri contrarias, non autem contrarias naturæ, & substantiæ ipsius beneficii; etiamsi conditiones hujusmodi fuissent appositæ de consensu, & approbatione Ordinarii in ipso limine fundationis, ut communiter firmant Corrad. *in prax. benef. libr.* 2. *c.* 10. *num.* 166. Tondut. *quæst. benef. part.* 1. *capit.* 5. *num.* 4. Adden. ad Pamphil. *dec.* 54. *num.* 8. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 68. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 70. *num.* 40. Adden. ad Buratt. *decis.* 223. *numer.* 18. Rot. *coram Priolo decis.* 332. *numer.* 18. & dixi ego *dissept. Eccles.* 25. *sub num.* 9. *vers. dummodo*, & *novissime* Rot. *in Gerunden. beneficii* 9. *Maii* 1704. §. *non obsistente*, *coram Reverendissimo Molines Decano*.

Quod autem conditio, de qua supra, esset contra substantiam beneficii, ex eo desumebam, quia cum fundator voluerit erigere beneficium, seu Cappellaniam perpetuam, & Ecclesiasticam ibi = *si faccia Cappella con il titolo di Santa Croce, e quella sia perpetua* = non potuit in aliquo casu disponere, quod col- 5
latio beneficii esset temporalis, & sub conditione, quatenus seu donec, & quousque superveniret Clericus, vel Sacerdos de domo Stephania, quia de natura beneficii est, ut non conferatur ad tempus, nec sub conditione, sed libere, & in perpetuum, ut docet *gloss. in can. pastoralis* 7. *q.* 1. *in verb. gubernare* ibi = *beneficia sub conditione non dantur, nec ad tempus* = ibique notant Geminian. *n.* 3. Bellamer. *sub n.* 1. *versic. istud valde*, Turrecremata *n.* 7. Archidiac. *num.* 4. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 65. ubi pro quinto requisito beneficii enumerat illud, quod non conferatur ad certum tempus ibi = *quintum requisitum, quod sit perpetuum, idest quod non conferatur ad certum tempus, sed perpetuo, & ad vitam illius cui confertur* = Bordon. *de legat. c.* 13. *n.* 11. ibi = *cum sit beneficium, confertur, non ad tempus, nec ad nutum revocabile, sed perpetuo* = Cassador. *dec.* 4. *num.* 2. *de praben.* Amostaz. *de causis piis lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 26.

Ea ratione, quod dare beneficium sub conditione, vel ad tempus, nihil aliud est, quam ejus collationem reddere in pendenti, & beneficium in eo statu constituere, ut beneficium quasi loco depositi retineat restituibile ad tempus, & purificata conditione, quod sane repugnat potissimæ essentiæ beneficii, cujus col- 6
latio stare non valet inpendenti, ut bene probat Garzias *de benef. part.* 11. *c.* 9. *n.* 12. ibi = *renunciatio beneficii, & collatio ipsius non debet esse in pendenti, sed debet esse perpetua, stabilis, & non temporalis* = Corrad *in prax. dispens. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 22. ibi = *collatio non debet esse in pendenti, quia debet esse perpetua, & stabilis non autem temporalis* = Rodriguez. *in sum. qu. regul. tom.* 2. *cap.* 7. *n.* 2. & absurdissimum est, quod collationes beneficiorum maneant in suspenso, itaut vicissitudinem beneficia sortiantur ex tempore, vel casu ad Text. *in capit. querimoniam, de Jurepatronatus* ibi = *absurdum videtur omnino, ut ad singulas patronorum, secundum humanam conditionem, mutationes Ecclesiarum ordinationes mutentur.* =

Hinc inferebam, quod lex ista fundationis destruens unum ex constitutivis essentialibus beneficii Ecclesiastici, non potuisset admitti ab Ordinario in limine fundationis, sed pernecesse auctorizanda fuisset per Summum Pontificem, sine cujus beneplacito Aposto- 7
lico nequaquam sustineretur, sicut enim hoc constitutivum beneficii Ecclesiastici de Jure positivo est, & ex institutione ipsius Papæ, ita ad istum solum pertinebat dispensare & relaxare prohibitionem sui Juris positivi in limine fundationis, ut tradit Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 79. *in fin.* ibi = *Auctoritate tamen Papæ bene poterit esse, & dari beneficium ad certum tempus, cum esse perpetuum solum sit de Jure positivo, & ex institutione ipsius Papæ* = Gloss. *in can. Pastoralis* 7. *qu.* 1. *in verb. Gubernare* ibi = *Papa sub conditione, vel*

ad

ad certum tempus potest aliquem instituere = Corrad. *in prax. libr. 1. capit. 6. numer. 281. & num. 288. & seqq.* Paris. *de confident. quæst. 18. num. 4.* Mandos. *in reg. 3. Cancell. quæst. 11. n. 3.* ibi = *Beneficia sæcularia, de sui natura perpetua, possunt, & quandoque consueverunt fieri temporalia, seu pro temporalibus haberi, & ad tempus concedi per Summum Pontificem* = Gloss. *in C. si gratiose in verb. a Romano de rescriptis in 6.* ibi = *A Romano Pontifice, qui solus sub conditione, & ad tempus, sicut vult, potest beneficia conferre, &c. alius autem hoc non potest* = ibique Barbos. *n. 7.* Covar. *variarum resolut. lib. 3. cap. 16. sub n. 2.*

8 His tamen omnibus opponebat Judex in contrarium punctualem doctrinam Lambertini *de Jurepatr. lib. 1. part. 1. quæst. 9. artic. 2. nu. 13.* ubi ponit auctoritatem Stephani Gaii *in capit. final. de electione in 6. columm. 22. ante finem vers. si non potest reservare*; dicentis non valere conditionem istam in limine fundationis adjectam per Patronum, nempe = *quod si extiterit aliquis Presbyter de sua progenie, ibi instituatur, remoto alio Cappellano ibi interim instituto.* = quam auctoritatem postea refellit idem Lambert. *sub num. 13. vers. similiter solvitur*, dicendo, quod non potest Patronus apponere conditionem prædictam absque consensu Ordinarii, secus eo interveniente; tunc enim valeret conditio, & præter hujusmodi auctoritatem allegabat etiam Rotam *decis. 325. sub numer. 3. & 4. part. 17. rec.* ubi de casu, quo vocatus erat consanguineus de Domo Testatoris, & in illius defectum extraneus, qui cum fuisset jam admissus ad Cappellaniam, decisum fuit pro ejus remotione ob supervenientiam consanguinei, quem semper Testator præferri voluerat cum illis verbis = *ogni e qualunque volta vi sarà* = quæ ut inquit Rota respiciunt futurum, & successivitatem perpetuam, quæ momento temporis non impletur.

Addebat acutissimus, & ingeniosus Judex exemplum, seu paritatem beneficiorum Manualium, in quibus valet lex fundationis super manualitate, ut

9 nempe Beneficiatus possit per patronum removeri ad libitum, & sine ulla causa, non obstante, quod talis amovibilitas repugnare videatur essentiæ & constitutivo beneficii Ecclesiastici, ea ratione, quod in manualibus collatio non fit sub conditione, neque ad tempus, quatenus, seu donec, & quousque removeatur institutus; sed ex parte sui dicitur fieri perpetuo, quia beneficium perpetuo retineri potest, si Beneficiatus non removeatur, unde deducunt Canonistæ, quod beneficia manualia, saltem aptitudine sunt perpetua, in qua perpetuitate aptitudinali salvant substantiam beneficii, ut notat Garz. *de benef. part. 1. cap. 2. n. 79.* = ibi *potest etiam dici esse de essentia beneficii, quod sit perpetuum saltem aptitudine qualia sunt Manualia, quæ possunt esse perpetua, &c. & ita post hæc visus tenet Azorius, &c. ubi ait Manuale beneficium esse vere, & simpliciter beneficium, nam non confertur ad tempus certum, ac definitum, hoc enim cum beneficii natura, & ratione pugnat, sed tempus incertum, & infinitum scilicet quoad illud revocabit Superior, quod quidem beneficii rationem non tollit, aut minuit, nisi ut ad certum, & finitum tempus non conferatur. Perpetuum enim in Jure dicitur, quod potest esse perpetuum, & quod certo tempore non terminatur* = Lara *de Anniverf. & Cappell. lib. 2. capit. 1. n. 7. & seqq.* Amostaz. *de cauf. piis, lib. 3. cap. 1. n. 10.* Corrad. *in prax. benef. lib. 1. cap. 6. n. 280.*

Ex quo exemplo dicebat determinari casum istum, ubi ordinatum erat, quod institutus removeri deberet, quando superveniret Clericus de domo Fundatoris, cum ista conditio non tolleret perpetuitatem beneficii in aptitudine, ex quo poterat esse perpetuum, si Clericus de domo non superveniret, vel superveniens non compareret, nec petere vellet beneficium, eligendo potius matrimonium carnale, & vitam sæcularem, quam Ecclesiasticam, ultra aliud accidens, quod posset eidem Clerico supervenire, ut *præmori*, ex quibus perpetuitas aptitudinalis remanebat probata, non obstantibus doctrinis, superius in contrarium adductis tanquam loquentibus de collatione limitata ad certum tempus, puta sex, vel septem annorum, in quibus terminis illas procedere Judex supponebat.

Contrariam tamen opinionem, his non obstantibus, credebam posse sustineri, etenim quidquid dixerit, Lambertinus sine ulla auctoritate, & ratione, 10
præsertim in diversis terminis beneficii manualis, de quo unice tractat, cæteri Doctores stabant pro hac parte, nempe Stephanus de Gaiis *in c. final. de electione in 6.* expresse dicens non posse patronum reservare in limine fundationis, quod si extiterit aliquis de sua progenie instituatur, remoto alio Cappellano interim instituto, idemque tenet Philippus de Saraccenis *in rubr. de Jurepatr.* ut testatur Lambertin. *lib. 1. p. 1. quæst. 9. art. 1. numer. 32. & art. 2. numer. 13. & 23.* & licet ipse interpretando allegatos Doctores supponat, eos loqui, quando deficit consensus Ordinarii, ut nempe non possit conditio, de qua supra apponi absque consensu Ordinarii, attamen divinativa est ejus interpretatio, dum nullum Juspatronatus, & nulla lex fundationis propria auctoritate reservari, & apponi solet, sed semper intercedit auctoritas Ordinarii, tanquam causa efficiens ipsius Jurispatronatus, si ergo præallegati Doctores loquuntur de legibus fundationis, præsupponendum est, quod loquantur accedente consensu Ordinarii, qui pernecesse intervenire debet pro causa productiva Jurispatronatus, quod in Instrumento fundationis contemporaneæ, & unico contextu reservatur simul pactis, & conditionibus fundanti bene visis, juxta praxim deductam a communiter contingentibus, & juxta quam dicta Doctorum interpretari debemus ad Text. *in l. certi condictio §. si nummos, ff. si certum petatur*, cum aliis *apud* Barbos. *loc. 20. n. 1. & seq.* Eoque magis cum Stephanus de Gaiis loquatur etiam de conditione, *quod Ecclesia non subsit Episcopo*, quæ non valet, etiamsi apposita fuerit de consensu Ordinarii, cum repugnet esse Ecclesiam, & non subjacere Superiori Ecclesiastico, juxta Text. expressum *in Can. sic quidam, & Can. noverint 10. qu. 1.* Ripa *in cap. cum M. Ferrariensis num. 81. de Constitut.* quidquid secus si illam fundator subjecisset alteri, quam Ordinario, puta Archiepiscopo, Patriarchæ, vel Papæ, ex firmatis apud me *discept. Ecclef. 22. sub n. 42. & discept. 25. sub num 11.* unde assequimur præallegatum Doctorem, quatenus post conditionem, quod Ecclesia non subsit Episcopo, recenset aliam, de qua supra, loqui de conditionibus, quæ non valent, etiamsi fuerint appositæ de consensu Ordinarii in limine fundationis.

Ultra duos antiquissimos Doctores proxime relatos adducebam magis punctualem in terminis traditio- 11
nem Sanchez. *conf. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 31. nu. 1.* ubi quærit de hoc casu ibi = *Testator instituit Cappellam collativam, jussitque, quod conferretur Petro, qui cum primum filius Testatoris perveniret ad ætatem requisitam, huic ipse Petrus Cappellam renunciaret. Dubitatur, an ad hoc Petrus obligetur? & resolvit, quod talis conditio nihil valet, quia contra Jus est conferre beneficia ad tempus, ideoque ea non obstante Petrus retinere potest Cappellaniam, quoad vixerit* = testando ita respondisse quendam Jurisconsultum admodum doctum ab ipso requisitum, qui casus videtur idem, ac ille, de quo quæritur in præsenti, cum idem sit Cappellanum institutum cessare debere, postquam supervenerit aliquis de Domo fundatoris, ad quod teneatur Cappellaniam renunciare illi ad ætatem requisitam pervento. Doctori autem punctuali in terminis deferendum esse tanquam facienti casum legis, tradunt relati apud me *discept. Ecclef. 13. n. 37. ibique* Rota *in Siracusana Præpositura coram bon. mem. Muto n. 56. & novissime in Legionen. Parochialis 2. Julii 1706. §. admissa enim, cor. R. P. D. Kaunitz.*

Paritas autem beneficiorum Manualium inapplicabilis videbatur, ex quo in illis beneficia non limitantur ad tempus certum, & determinatum, sed conferuntur indeterminate, & in infinitum, ut ponderat 12
Garz. *supra in objecto relatus*, & solum pendet ex arbitrio patroni, resolvere hanc perpetuitatem, removendo institutum, quod non contingit in casu isto, ubi collatio limitata fuit ad tempus certum ibi = *Nessa Patrone solamente, sino che sarà Sacerdote, è Chia-*

rico di Cafa Stefani = quæ quidem dictio = *Sino che* = latino fermone = *Donec* = eft limitativa, & reftrictiva temporis, habetque naturam fufpenfivam, & actum seddit temporalem, ut apud Barbof. *diction.* 93. *numer.* 3. *cum fequ. & numer.* 12. ubi quod importat tempus, & conditionem, & per confequens per talia verba collatio, feu inftitutio dici non poteft, fieri in tempus indeterminatum, & infinitum, ficut in Manualibus, fed potius e contra, cum limitet ipfum titulum beneficiati ad certum tempus, & cafum.

Minufque applicatur paritas rationis, quod ficut
13 Manualia faltem aptitudine, & in potentia funt perpetua, fi non fuccedat remotio, ita in præfenti fi Clericus de domo, aut non fupervenіat, aut nolit confequi beneficium; etenim in Manualibus eatenus dicunt Doctores, adeffe perpetuitatem in potentia, quatenus ea conferuntur in tempus infinitum, & indeterminatum, & fic perpetuo ad vitam beneficiati, quam perpetuitatem non tollit Manualitas faltem in potentia, dum poteft non fuccedere remotio, & fic continuare titulus indeterminate collatus. Secus autem eft in Themate noftro, ubi collatio non fit indeterminata, fed imo reftrictive ad tempus limitatum = *Ne fia patrone folamente, fino che ci farà, &c.* = quæ limitatio, & reftrictiva tollit perpetuitatem etiam in potentia, ea ratione, quod fi fupervenіente Clerico de domo, & petente beneficium, tanquam purificata conditione, expirat collatio feu amplius non durat, non poteft utique in hoc cafu confiderari aliqua perpetuitas aptitudinalis, feu in potentia, tanquam infracta per implementum conditionis, minufque perpetuitas ifta figurari valet, quando ille Clericus, aut non fupervenіat, aut non petat beneficium; ea enim fuccedit per accidens ob non purificatam conditionem collationis limitatæ, ideoque perpetuitas beneficii non poteft dari per accidens, quia natura conditionis, quæ poteft effe, & non effe, non poteft certitudinaliter reddere beneficium perpetuum, fed dicendum erit, quod illud aptitudine, & potentia non minus fit perpetuum, quam temporale, & fic totaliter dependens ab incerto contra fubftantiam beneficii.

Hanc autem incertitudinem, & conditionalitatem non habent beneficia Manualia, quia dantur ad vi-
14 tam, & indeterminate, itaut temporalitas propter remotionem fuccedat per accidens, & fic tota differentia confiftit in hoc, quod Manuale beneficium habet perpetuitatem, quæ per accidens reddi poteft temporalis, illud autem de quo agitur habet temporalitatem, quæ per accidens tranfire poteft inperpetuitatem, & per confequens non currit paritas de uno cafu ad alium *l. Papinianus ff. de minorib.* Rot. *decif.* 98. *numer.* 35. *& decif.* 234. *numer.* 18. *part.* 17. *recent. & coram Emerix. Jun. decif.* 368. *numero* 5.

Quod dilucidatur exemplo Canonicatuum, Dignitatum, aliorumque beneficiorum, quæ funt perpetua, & tamen non definunt effe talia, licet Superior poffit beneficiatos removere a beneficiis ex cau-
15 fis legitimis in Jure fcriptis, puta ob non refidentiam, vel ob delictum inducens privationem beneficiorum, quia talis remotio eft accidentalis nec accidens tollit fubftantiam perpetuitatis, ficut eam non tollit in beneficiis Manualibus, ut docte explicat Lotter *de re benef. lib.* 1. *quæft.* 7. *numer.* 17. *& feqq.* ubi per hanc rationem dicit manualitatem non effe contrariam fubftantiæ beneficii, eo quia beneficium providetur in perpetuum, licet provifus removeri poffit ad nutum patroni, ficut in aliis non Manualibus removetur per Epifcopum ex caufa, & fequitur Amoftaz. *de caufis piis lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 11. *& num.* 14. ubi quod beneficium Manuale habet perpetuitatem neceffarium, quia non confertur ad vitam ibi = *Si vero Cappellania fit Ecclefiaftica ad nutum amovibilis proprie eft beneficium, &c. perpetuum enim dicitur, quod ad vitam confertur, &c. cum ergo ex natura rei Cappellania ifta ad vitam conferatur, habet perpetuitatem neceffaria* = ex quibus infertur, aliud effe, quod beneficium conferatur pure, & indeterminate, licet per accidens fiat temporale, & refolubile, aliud vero, quod conferatur fub conditione, & ad tempus, licet perpetuitas fuccedere poffit per accidens, fi conditio temporalitatis non fuccedat.

Difficultas ergo fola remanet, an ficuti in Manualibus collatio fit ad vitam, ita etiam in cafu ifto fieri debeat perpetuo, feu ad vitam, fi enim fieret ad vitam, haberet locum paritas beneficiorum manualium, & conditio valida effet, Verum in hoc dicebam beneficium non conferri ad vitam, quando 16
lex fundationis præfcribit certum tempus ufquequo poffidere debet Cappellanus ibi = *Ne fia patrone folamente, fino che ci farà Sacerdote, e Chierico di Cafa Stefanii* = neque propterea applicatur exemplum beneficiorum manualium, ubi remotio Cappellani facienda per Patronum fupponit, perdurare collationem beneficii ab initio factam perpetuo, & ad vitam Cappellani, quam perpetuitatem revocare eft opus per remotionem *l. decem, ff. de verbor. obligat. capit. ad diffolvendum, de defponfat. impub.* Rot. *decif.* 320. *n.* 4. *p.* 17. *& decif.* 293. *n.* 3. *& dec.* 306. *n.* 1. *part.* 18. *recent.*

Diverfum eft in cafu præfenti, ubi præfixum fuit certum tempus, ad quod limitatus fuit titulus Cappellani ibi = *Ne fia patrone folamente, fino che, &c.* = ubi non proceditur per remotionem, fed per refolutionem. Limitatus enim titulus limitatum producit effectum & permiffum ad tempus, poft tempus cenfetur prohibitum *l. fi unus, ff. de pactis l. Imperator, ff. de poftulando*, Surd. *decif.* 75. *numer.* 10. Caldas *de numerat. Emphiteuf quæft* 10. *numer.* 1. Salgad. *de fupplicat. ad Sanctiffimum part.* 1. *capit.* 10. *n.* 38. Rot. *dec.* 617. *numer.* 2. *part.* 1. *& decif.* 475. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* & fic adveniente conditione, feu tempore, actus collationis refolvitur, nec opus eft remotione, ubi actus eft temporalis, ergo temporalitas collationis in ifto themate eft evidens, & beneficium non poteft ab initio conferri indeterminate, & ad vitam dum effet contra legem fundationis, & fine alio difcurfu id probat Sanch. *conf. moral. lib.* 2. *capitul.* 2. *dicto dub.* 38. *numer.* 1. ubi dicit, tali cafu collationem fieri ad tempus, loquendo de lege fundationis, per quam Cappellania confertur extraneo, ut ifta renunciaret eam filio Fundatoris, cum primum is perveniret ad ætatem requifitam, qui præcife eft cafus nofter.

Ad falvandam namque conditionem, de qua loquitur *Sanch.* obftare etiam poterat objectum fupra deductum, quod Cappellania effet faltem aptitudine perpetua, quia filius Teftatoris poterat præmori, & non pervenire ad ætatem requifitam, & ulterius poterat non petere aut nolle Cappellaniam, quæ tali 17
cafu manfiffet perpetuo apud extraneum inftitutum, & tamen refolvit Sanch. de voto Jurifperiti admodum docti, quod talis conditio non valeret, ex quo contra Jus eft, conferre beneficia ad tempus ibi = *Talis conditio, feu gravamen nihil valet, & ita ea non obftante, Petrus quoad vixerit illam retinere poterit, quia Teftator nil poteft difponere contra Jus, & contra Jus eft conferre beneficia ad tempus* = ergo fupponit ifte Doctor, quod propter talem conditionem collatio beneficii fiat ad tempus, & fic ceffet perpetuitas volita per Sacros Canones ad fubftantiam beneficii.

Neque idcirco confiderari valet perpetuitas potentialis, & aptitudinalis; nam ifta locum habet, quando collatio fit ad tempus indeterminatum, feu ad vitam, ubi nifi removeatur, & nifi eveniat conditio, beneficiatus continuare poteft beneficium ufque ad vitam fibi collatum, fecus, quando collatio fieri debet ad tempus, nam tunc temporalitas infringit potentialitatem, & aptitudinem; nemo enim continuare poteft qualitatem, quam habet limitatam, feu titulum reftrictum ad tempus, & conditionem ad Text. *in l. in agris ff. de aquirend. rer. domin.* Gonzal. *ad reg.* 8. §. 5. *proœm. numer.* 6. *& gloff.* 52. *numer.* 38. Rot. *coram Emerix Jun. decif.* 982. *numer.* 6.

Motivabat Judex, quod fi hoc procederet, fequere-

quæretur, quod superveniente Clerico de domo Fundatoris, & adhuc eo non petente, nec valente beneficium, cessare deberet titulus beneficiati de linea fœminina, qui ut continuare posset, haberet opus nova Episcopi collatione, quod pro absurdo considerabat, & proinde addebat, quod illa verba = *Ne sia Patrone solamente, fino che ci sara Sacerdote, ò Chierico di Casa Stefanii* = supplere deberent, prout de Jure, scilicet = *fino, che ci sarà, e verrà il beneficio* = ita quod collatio, seu institutio, deberet ab initio fieri indeterminate.

18. Respondebam, quod etiam supplendo, ut supra fundationem, exinde non cessabat temporalitas, & conditio, tanquam volita, & adimplenda duntaxat in casu Clerici de Domo *supervenientis*, *& simul volentis beneficium*. Neque valebat consequentia, quod sicut perpetua, & pura remanebat collatio in casu, quo non esset purificata conditio Clerici *supervenientis*, *& volentis*, ita ab initio fieri deberet indeterminate, & pure non attento, quod postea conditio purificata remaneret, quia in conditionalibus, quæ possunt esse, & non esse, collatio non potest fieri determinate, sed semper sub conditione, & per consequens semper verum erat, quod beneficium conferrendum esset sub hac conditione ad tempus, itaut remaneret collatio in pendenti, exinde discurrebam per dilemma, quod aut conditio non eveniet, & beneficiatus continuabit sine nova collatione, aut eveniet, & collatio erit resoluta ita, & taliter, quod nunquam evitari posset absurdum collationis tam temporalis, quam conditionalis, & beneficii manentis in pendenti, sicut advertunt Garz. *de benef. part. 11. capit. 9. numer. 12.* Corrad. *in prax. dispensat. lib. 6. cap. 2. numer. 22.* Rodriquez. *in summ. quæst. regular. tom. 2. capit. 7. numer. 2.*

Et sufficiebat conditionalitas, seu eventualitas, ut repugnaret substantiæ beneficii, quod debet conferri pure, & simpliciter, non autem sub conditione, ut late ostendit Garz. *de benefic. part. 8. cap. 2. n. 1. & seqq.* & in isto casu propter legem fundationis, collationem, seu institutionem fieri debere sub conditione supponebam de plano, dum collator conferre tenetur beneficium sub conditionibus expressis in Instrumento fundationis, quæ ordinando, quod Sacerdos, seu Clericus de linea fœminina = *Nesia Patrone solamente, fino che ci sarà Sacerdote, ò Chierico di Casa Stefanii* = pernecesse limitat titulum Cappellani instituti, itaut iste conferri non possit ad vitam, seu pure, sed sub conditione, ad differentiam beneficiorum manualium, quæ conferuntur pure simpliciter; & indeterminate, non autem sub conditione, quatenus patronus non removeat.

19. Nihil vero applicabatur auctoritas Rotæ *dec. 325. part. 17. rec.* dum ea loquitur de Cappellania laicali, ubi enim fundator mandavit erigi Ordinarum, illudque hæredem scripsit cum onere quatuor Missarum celebrandarum per Cappellanum eligendum per ejus filias Moniales, adjecta lege nominandum unum de familia Bellona ipsius fundatoris = *Ogni volta vi sarà, e non essendovi tale, esse haveranno da elegere, & amovere à suo beneplacito il Cappellano* = quæ verba important Cappellaniam mere laicalem existentem in plena dispositione patronorum, seu fœminarum absque interventu; seu deputatione, & collatione Superioris Ecclesiastici, ut in puncto, quod in Cappellaniis laicalibus possit fieri assignatio sub conditione, & ad tempus, aliisque modis patrono benevisis ad differentiam beneficiorum advertit Sanch. *cons. moral. dicto lib. 2. cap. 2. dub. 31. num. 5. in fin.* Bordon. *de legat. cap. 12. numer. 11. & 12.*

Alterum caput, seu fundamentum, quod in hac causa allegabam, in eo consistebat, quod ubi etiam
20. valida foret lex fundationis, adhuc tamen cum Joseph hæres esset Ascanii, qui præsentaverat Constantinum, vita ejus durante, intrabat vulgata exceptio Text. *in l. cum a matre, Cod. de rei vindic.* quod nempe non posset facto proprii auctoris contravenire, & in terminis firmant. Vivian. *de Jurepatr. lib. 4. cap. 9. num. 48.* Card. de Luc. *de Jurepatr. discurs. 60. n. 22.* Palma Nepos *allegat. 159. sub n. 22. vers. unde, & allegat. 165. n. 3.* Nogueroll. *allegat. 17. n. 70. in fin.*

Non obstat primum objectum, quod liceat successori contravenire facto defuncti, quando hoc est ipso Jure nullum, cum hæc Conclusio sit extranea
a terminis nostris, tanquam locum habens in ca- 21
su, quo nullitas oritetur ob aliquam vehementem resistentiam Juris, propter quam ipsimet etiam Defuncto licitum foret, adversus suum factum venire, prout casus esset, si defunctus revocasset onus celebrandi Missas pro Anima Testatoris, vel conditionem apposuisset de Jure prohibitam, ut firmat Card. de Luca *de Jurepatr. disc. 15. n. 5.*

Secus vero est, quando nullitas est inducta in favorem vocatorum in Jurepatronatus, sive activo, sive passivo, tunc enim si ille, in cujus favorem lex fundationis fuit adjecta, sit hæres defuncti, qui dictam legem revocavit, aut alteravit, non potest ejus facto contravenire, etiamsi veniat independenter, & Jure proprio propter duplicitatem Perso-
næ, dum licet possit contravenire tanquam vocatus 22
jure proprio, prohibetur tamen tanquam hæres, & repræsentans personam defuncti, ut videmus in alienationibus bonorum factis per hæredes gravatos, quæ revocari non possunt per ulteriores successores, etiam ex propria persona vocatos, si sint hæredes alienationum, ut præter Card. de Luca *de Jurepatr. disc. 15. numer. 5.* firmant. Surd. *dec. 99. numer. 10.* Rot. *dec. 89. n. 8. & 10. & coram Emerix. Jun. dec. 138. numer. 13. & decis. 277. numer. 1. & 2. & in Perusina Reintegrationis 20. Junii 1701. §. Constabilita, coram bon. mem. Pio, & in Romana fideicommissi 12. Junii 1702. §. Non obstat, circa medium, coram R. P. D. Kaunitz, & in Romana locorum Montium 30. Januarii 1703. §. Quia ad suadendum, in fin. coram R. P. D. Lancetta.*

Obstare tamen videtur Rot. *dec. 217. n. 12. p. 13. rec.* ubi cum Fundator reservasset sibi Jus nominandi Hyppolito, & post ejus mortem ejusdem primogenito, quoad Cappellanias laicales, cum facultate
tributa Patronis amovendi Cappellanos toties, quo- 23
ties ad libitum, licet Hyppolitus nominasset Evandrum Cappellanum perpetuum, seu ad vitam, deciditur, quod primogenitus posset eum removere, non obstante quod esset hæres Hyppoliti, in qua decisione fundatur votum editum a R. P. D. Passerino primo Judice hujus Causæ.

Sed respondeo, quod in iisdem terminis Cappellaniæ Manualis contrarium firmant duo punctualissimi Doctores nempe Marant. *respons. 13. part. 4. &* Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 1. n. 43.*

Quorum auctoritas prævalere debet relatæ decisioni 217. *part.* 13. dum eadem causa postea re proposita sub die 9. Maii 1660. nulla capta fuit resolutio, itaut linsopita fuerit per concordiam, ut testatur Card. de Luc. qui in ea Causa scripsit *de Jurepatr. disc. 15. n. 2. in fin.* ubi amplius firmat in sensu veritatis, resolutionem Rotæ in eo casu non subsistere, eo quia agebatur de Cappellania laicali, & licet dubitet, quando agitur de vero beneficio, ubi supponit intervenire debere consensum Ordinarii, ut legere est *numer. 6.* adhuc hæc difficultas in præsenti non intrat, dum principalis præsentatio facta per Ascanium, vita ejus durante, fuit admissa ab Ordinario, ut superius dictum est.

Quodque Text. *in l. cum a matre C. de rei vindic.* locum habeat etiam in beneficiis de Jurepatrona-
tus, ita, & taliter, quod jure proprio vocatus ne- 24
queat contravenire facto Auctoris, est opinio, quæ hodie amplius non controvertitur in foro, dum licet agatur de Jurepatronatus gentilitio, factum Auctoris nocet successori, seu hæredi, qui propter qualitatem hæreditariam prohibetur infringere factum Auctoris sibi præjudiciale, nisi dimittat hæreditatem, ut in pluribus causis, in quibus scripsi nupertime decisum fuit per Sacram Rotam, signanter *in Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. §. Corroborantur,*

coram

coram R.P.D. Anfaldo, & *in Firmana Jurifpatronatus* 21. *Aprilis* 1704. §. *Sexta demum*, *coram R. P. D. Muto*, & *in Majoricen. Beneficii* 11. *Maii* 1705. §. *Haud relevanti*, *coram eodem*, & *in Florentina Canonicatus* 8. *Maii* 1705. §. *Et per confequens*, *coram R.P.D. Lancetta*, & 2. *Julii* 1706. §. *Firmata ex his*, *coram R.P.D. Priolo*.

In quibus ultimis decifionibus agebatur de Jurepatronatus familiari, & unus de familia per donationem illud tranftulerat in extraneum, exiftente adhuc alio defcendente de familia vocato, qui cum effet hæres donantis, dictum fuit, quod non poterat factum Auctoris infringere, contraveniendo donationi, & dixi ego *Difcept. Ecclef.* 53. *num.* 19. *p.* 2. & meam opinionem fecuta eft Rota *in prædicta Majoricen. beneficii*, *coram R.P.D. Muto*.

Ex quibus doctrinis individualibus in materia beneficii Ecclefiaftici, & Jurifpatronatus gentilitii omnino inapplicabiles remanent doctrinæ, & limitationes, quæ in materiis profanis allegantur in contrario voto primi Judicis, cum nota fit regula, quod plus valet una doctrina in terminis, quam
25 mille a remotis; & infœlix eft ratiocinium, ubi affiftunt doctrinæ in individuo, ne alias incurramus illud, quod dicit Ciriacus *contr.* 28. *n.* 22, cujus dictum eft mentio tenendum.

Præfertim quia illa limitatio, quæ in dicto voto afferitur, digito notanda, fcilicet quod Afcanus fe non obligaverit manutenere præfentatum vita durante, corruit totaliter ex facto, cum delegando præfentationem factam 10. Decembris 1680. patet, ibi Afcanium pro omnibus, & fingulis fuperius expreffis obligaffe in ampliori forma Reverendæ Cameræ Apoftolicæ, quod importat fefe obligaffe ad obfervandam promiffionem, feu præfentationem factam vita durante, & fic retorquetur, Rot. *dec.* 363. *n.* 9. & 10. *p.* 5. *rec.*

Aliæ autem limitationes defumptæ ex hac *decif.*
26 363. *nu.* 11. & *feqq. part.* 5. *rec.* pariter non applicantur. Non prima quod Text. *in l. cum a matre* locum non habeat refpectu Juris fupervenientis poft factum defuncti, id enim intelligitur, quando Adverfarius haberet Jus ex nova caufa, veluti fi concurreret nova fundatio, aut novus titulus, fecus dum fuum Jus defumit a fundatione præexiftenti, ut explicant Surd. *conf.* 15, *n.* 27. aliæque doctrinæ, quas ibi allegat Rota.

Non etiam fecunda, quando Jufpatronatus competit Jure proprio, liceat defuncti factum impugnare, quia eft opinio falfiffima, & reprobata ab omnibus pofterioribus decifionibus Sacræ Rotæ fupra relatis §. *Quodque Textus*, & firmat Card. de Luc. *de Jurepat. difc.* 15. *num.* 5. Amoftaz. *de cauf. piis lib.* 3.
27 *cap.* 1. *n.* 43. Marant. *refponf.* 13. *part.* 4. *per tot.* & demum limitatio, quod Text. *in l. cum a matre* non procedat in materia præfentationis ad beneficium, ubi non eft locus evictionis, redditur infœlix ob doctrinas punctuales, de quibus fupra loquentes de præfentatione ad beneficia, & de Jurepatronatus, cujus non debetur evictio, & in Jure fupradicta regula fervandi factum defuncti non fundatur unice in motivo evictionis, fed in repræfentatione perfonæ defuncti, itaut factum Auctoris, dicatur factum hæredis, Caftren. in *l. cum a Matre num.* 3. *verf. fimiliter C. de rei vendic.* Peregrin. *de fideicom. art.* 33. *fub num.* 6. *verf. Quæ quidem Jura*, & *num.* 7. *cum duobus feqq.* Rot. *in Prævestina fideicommiffi* 24. *Novembris* 1792. §. *Licet enim*, *coram R. D. Molines Decano*.

Alterum motivum, quod Afcanius præfentando vita durante, non intellexerit derogare legi fundationis mandantis Cappellanum de linea fœminina durare temporaliter, eo quia dixit; *cum omnibus pactis*, & *conditionibus adimplendis juxta Cæfaris donationem*, convincitur erroneum, quia idem importat *vita durante*, ac in perpetuum, donec vixeris, excludendo
28 totaliter temporalitatem, ut ait Marant. *dicta refponf.* 13, *num.* 39. & confequenter verba illa, *cum omnibus conditionibus adimplendis*, tanquam relata ad Cappellanum, unufquifque videt, quod fignificant ea onera Miffarum, & alia, quæ adimplere tenetur Cappellanus juxta legem fundationis, nullatenus autem important remotionem fui ipfius, quæ non eft adimplementum faciendum per Cappellanum, fed per hæredes fundatoris, & quidem non obftante generalitate verborum, quæ femper intelliguntur juxta 29
fubjectum perfonæ, cui illa adjiciuntur per Text. *in l. fi cui fimplici*, *ff. de fervitutibus*, & *l. obligationi generali*, *ff. de pign.* Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 13. & *lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 32. Rot. *decif.* 48. *num.* 7. *part.* 17. *recent.*

Ultra quod cum Afcanius voluerit Conftantinum effe beneficiatum vita ejus durante, & fic incompatibiliter cum temporalitate adjecta per fundatorem, verba generalia relativa ad omnes conditiones fundatoris intelliguntur de aliis conditionibus, excepta illa, quæ tunc fuit expreffe correcta, & immutata, 30
ut probant Surd. *conf.* 440. *n.* 51. & *dec.* 18. *num.* 27. Torr. *de fucceff. in primogen. tom.* 2. *quæft.* 23. *n.* 45. Rot. *coram Cerro dec.* 30. *num.* 8. & *coram Dunozet. Sen. dec.* 293. *num.* 14. & *in rec. dec.* 233. *n.* 11. *part.* 17. & *in Perufina Immiffionis* 17. *Februarii* 1692. §. *Et verba relativa*, *coram bon. mem. Urfino*.

Et quod illa verba = *vita durante* = fint incompatibilia cum qualitate remotionis, feu amovibilitatis, probat etiam factum Ordinarii, qui ad titulum hujus Cappellæ ordinavit Principalem, quod fane fieri non potuiffet, fi Cappellania fuiffet in 31
ftatu amovibilitatis, ut tradit Parif. *de refign. lib.* 2. *quæft.* 6. *n.* 2. & 3. Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 83. & *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. & Piafec. *in prax. Epifc. part.* 1. *cap.* 1. *art.* 7. *n.* 11. Barbof. *de poteftat. Epifc. alleg.* 19. *n.* 25. Panimoll. *dec.* 14. *annot. n.* 75. dum ergo ordinavit, per neceffarium antecedens cognovit, Cappellaniam fuiffe conceffam irrevocabiliter, & ad vitam Cappellani, & fine alio difcurfu hoc probant verba præfentationis ibi = *Patto expreffo, che morendo effo Signor Conftantino prima al fudetto Afcanio, ogni volta fia Prete, recada, a fucceda il detto Afcanio.* =

Hinc oriebatur ultimum fundamentum pro Con- 32
ftantino, quod nempe, tanquam ordinatus ad titulum hujus Cappellaniæ, non poteft removeri, nifi habita alia provifione fufficienti, etiam in præjudicium patronorum, qui fibi ipfis imputare debent, quod talem permiferint ad hujufmodi Cappellaniam promoveri, ex traditis per Antonel. *de regim. Eccl. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 1.

Nihil relevante, quod hoc procedat, ubi patronus præfentaffet cum expreffione ordinandi præfentatum, 33
ut dicitur in contrario voto, §. *final.* quoniam eo ipfo, quod Patronus præfentavit *vita durante*, fufficienter declaravit, poffe præfentatum ad titulum Cappellaniæ ordinari, dum confenfus Patroni requiritur ad effectum, ne ordinatus removeatur, eoque accedente, poteft quis ordinari ad Titulum hujus Cappellaniæ, Bordon. *de legat. cap.* 6. *num.* 37. *verf. ego puto*, fi tamen Jufpatronatus effet hæreditarium, nam alias non poffet Epifcopus ordinare, etiam accedente confenfu Patronorum, qui non poffent ligare manus fucceffôrum in Jurepatronatus gentilitio, Amoftaz. *de cauf. piis lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 42. Portell. *in dubiis regul. part.* 2. *Caf.* 75. *n.* 5. nifi ifti effent hæredes eorum, qui confenfum dediffent ordinationi, & promiffioni de non removendo, vel nifi quis fuiffet inftitutus in beneficio manuali per Ordinarium, & deinde obtinuiffet confirmationem Apoftolicam ex certa fcientia perpetuo, & ad vitam; cum enim tunc non poffit inftitutus removeri ex firmatis *apud* Gonzal. *ad reg.* 8. *glof.* 5. §. 6. *n.* 25. poterit ordinari ad titulum hujus beneficii.

Dicebam tamen in cafu ifto, quod lex fundationis pro unica vice potuit non fervari, cum ipfe etiam Fundator, ftante hac neceffitate ordinationis, fi prævidiffet, verifimiliter conceffiffet confanguineo de linea fœminina, itaut dicatur potius explicatio ejus voluntatis facta per Afcanium primum hæredem de intentione Fundatoris in promotum, quæ proinde omnino fuftinetur, & difcutit Card. de Luc. *de Ju-*

repat.

repatronat. discurs. 15. *numero* 8. *versic. Ideoque*,

Ex fundamentis hactenus deductis, Judex, rejecto primo circa invaliditatem pacti, seu legis fundationis, movebatur tantum ex secundo deducto ex Text. *in l. cum a matre C. de rei vindic.* juxta quem non poterat hæres infringere factum Auctoris, & quia Pars allegabat, se non esse hæredem, tota proinde quæstio redacta fuit ad hoc factum; ego autem reflectendo ad veritatem circa primum fundamentum, credo tenendum esse pro validitate conditionis, ea ratione quod perpetuum dicitur etiam illud, quod potest esse perpetuum, licet etiam possit esse temporale per doctrinam Felin. *in cap. ex literis de constit. n.9.* & Rotam *dec.1, n.4. de praben. in antiquioribus*, ubi loquitur de Commenda facta per Papam ad incertum tempus, donec assecutus fuerit possessionem Episcopatus, quam Rota dicit videri perpetuam propter dubium eventum conditionis; quæ potest non existere, & propter hoc censeo Ordinarium non teneri institutionem dare limitatam, aut conditionatam, sed illam facere debere simpliciter, & indeterminate, & ita concludo, non obstante doctrina *Sanchez*, de qua supra *num.* 11. omnia autem per me superius adducta procedunt in casu, quo verba fundatoris directa sint ad Collatorem, ordinando, quod instituere debeat ad tempus, vel sub conditione, unde sequitur, quod in præsenti casu nulla fuisset lex fundationis, si Fundator dixisset, quod in defectum masculorum de Domo Stefania beneficium conferendum esset Clerico de linea fœminina temporaliter, & conditionaliter *donec, & quousque supervenirec Clericus de Domo Stefania*, cum collatio, seu institutio sub conditione, vel ad tempus fieri non posset, nisi per Summum Pontificem tanquam contra substantiam beneficii, sed quia Fundator non direxerat verba ad Collatorem, neque apposuerat conditionem in collatione, seu institutione facienda, idcirco conditio valuit, quia non impediebat collationem beneficii faciendam simpliciter, & indeterminata; licet adinstar beneficii Manualis eveniente conditione collatio resolvi posset.

Romana, seu Albiganen, Juris dispensandi Dotes.

ARGUMENTUM.

Vocatis a Testatore hæredibus nomine collectivo; & extraneis nomine appellativo ad distributionem dotium; hæc fieri debet collegialiter in domo hæredum; & alia prout in corpore.

SUMMARIUM.

1 *Unus appellative vocatus a Testatore, an habeat tantam portionem; quantam habent plures alii collective vocati? & n.2.*

3 *Secundum diversas dispositiones, diversa etiam judicatur vocatio.*

4 *An Testator vocando suos heredes, intelligatur vocasse heredes heredum.*

5 *Actus dispensationis dotium ex observantia fieri solet collegialiter, & n.6.*

7 *Quanam sit natura distributionis dotium ostenditur.*

8 *In dispensationibus dotium, quæ fiunt per familiam Testatoris, omnes veniunt in capita.*

9 *Textus in l. si quis Attio. 3. ff. de usufruct. accrescend. cum sequacibus; in quo sensu loquatur?*

10 *A Regula juris circa vocatos nomine appellativo, vel collectivo, receditur per quamcumque conjecturam contrariæ voluntatis Testatoris, n.13. & 16.*

11 *Voluntas, & predilectio Testatorum censetur directa potius ad consanguineos, quam extraneos.*

12 *An appellatione heredum, & successorum, veniant tam primi, quam secundi heredes?*

14 *Adjuncti non debent esse melioris conditionis, quam illi, de quibus principaliter est dispositum.*

15 *Est inverisimilitudo, quod Testator velit Extraneos habere majorem portionem, quam Consanguineos.*

17 *An Congregatio pro distribuendis dotibus habenda sit Domi heredum?*

18 *Heredes personam Defuncti repræsentant, & num. 19.*

20 *In Congregationibus pro distribuendis Dotibus precedentia in proponendo, seu nominando danda est heredibus, & non extraneis; Quid autem in sedendo? Vide n. 21.*

22 *Electio Procuratoris ad exigendos fructus pro dotibus spectat ad heredes tantum.*

23 *In his, quæ alteri specialiter non sunt commissa, tota facultas remanet apud heredem.*

ALLEGATIO XXV.

IN suo novissimo Testamento Franciscus de Vivaldis disposuit, quod ex Capitali Locorum Montium annuatim distribuerentur Scuta 130. pro subsidio dotali quatuor puellarum Loci Tabiæ, quæ essent honestæ, & bonæ famæ dicendo, ibi = *Del che si dovrà pigliar Informazione dalli Dispensatori di detta Elemosina, che saranno oltre li miei Eredi, e Successori il più attempato della famiglia Vivaldi, il Priore del Corpus Domini, il Priore del Santissimo Rosario, il Priore della Santissima Trinità, & il Priore del Confalone in S. Sebastiano.*

Hæredes autem universales in eodem Testamento sibi scripsit Joannem Lercarium, Joannem Benedictum, nec non Nicolaum omnes fratres de Lercariis filios Joannis Thomæ de Lercariis, & Catharinæ de Vivaldis Sororis ipsius Testatoris.

Ex his hæredibus institutis Joannes, & Joannes Benedictus absque Liberis decesserunt, ex Nicolao autem tres supersunt filii masculi, nempe D. Joannes Thomas, Franciscus Xaverius, & Joannes Benedictus fratres de Lercariis.

Inter istos, aliosque superius Deputatos dispensatores Dotium nonnullæ insurgunt difficultates, & dubia, super quibus meum pro veritate votum Partes explorarunt, dubia autem sunt infrascripta.

Primum = *An heredes, & Successores Testatoris in distributione Dotium habeant tantum unam vocem, seu potius plures, & tot voces, quot sunt personæ* =

Secundum = *An Congregatio pro distribuendis dotibus habenda sit Domi eorundem heredum, & Successorum, vel potius aliorum ex nominatis.* =

Tertium = *Quatenus affirmative, quomodo sit regulanda precedentia in sedendo proponendo, seu nominando, & votando.* =

Quartum = *An electio Procuratoris ad exigendum fructus Locorum Montium destinatorum pro dotibus pertineat ad heredes tantum, vel alios ut supra nominatos.* =

Quibus dubiis diligenter in sensu veritatis examinatis censeo prout infra verius de Jure respondendum.

Et quidem in ordine ad primum concludendum videtur omnes hæredes, & Successores Testatoris non habere, nisi unam vocem, ex quo Testator dixit, quod Dispensatores = *Saranno oltre li miei Eredi, e Successori il più attempato della famiglia Vivaldi, il Priore del Corpus Domini, il Priore del Santissimo Rosario, il Priore della Santissima Trinità, & il Priore del Confalone* = cum enim hæredes, & Successores vocati fuerint nomine collectivo, alii vero nomine appellativo, inde sequitur unumquemque ex istis appellativo nomine vocatis habere suam vocem distributivam, illos autem collective vocatos, licet plures fuisse, consideratos per modum unius, & unico tantum suffragio potiri debere juxta Textum litteralissimum

lissimum in *l. Si quis Attio 8. ff. de usufruct. accresc.* ibi = *Si quis Attio, & hæredibus suis usumfructum legaverit, dimidiam Attius, dimidiam hæredes ejus habebunt, quod sit ita scriptum sit Attio, & Mevio cum hæredibus meis, tres partes fient, ut unam habeant hæredes, alteram Attius, tertiam Mevius.* =

2 Ex quo Textu edocemur inter plures appellativo, & collectivo nomine vocatos, tantum portionem habere unum appellativo nomine vocatum, quantum plures alios collective vocatos, ut sunt hæredes, & successores, de quibus loquitur Textus, quem in terminis Jurispatronatus sequuntur Dec. *cons.* 122. *n. c.* Barbos. *de potest. Episcop. allegat.* 72. *sub num.* 198. *vers. alius*, Campanil. *in diversor. Jur. Canonic. rubr.* 11. *cap.* 13. *n.* 385. Card. de Luc. *de Jurepatron. discurs.* 34. *n.* 3. *modernus Episcop.* Cyrill. *quæst. Jur. c.* 84. *sub n.* 29.

Nihil obstante quod hæredes, & successores fuerint in eodem Testamento appellativo nomine expressi in actu Institutionis, quia cum pro legato Juris dispensandi dotes fuerint collective nominati hoc sufficit, ut quantum ad istum effectum dicantur considerati per modum unius, licet postea in Institutione fuerint propriis nominibus appellati, quia secundum diversas dispositiones, diversa etiam judicatur vocatio

3 ea firmatis apud Simon. de Pretis *lib.* 3. *solut.* 1. *n.* 5. §. *Ex quibus*, Fusar. *de substit. quæst.* 477. *num.* 35. & 44. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *n.* 32. *in fine vers. extenditur secunda*, Bellon. *de Jur. accresc. c.* 5. *q.* 31. *n.* 31. *& seqq.*

Fortius autem, quia si admitteramus tres hæredes fuisse proprio nomina nuncupatos hoc tamen prædicatur de primis hæredibus scriptis, qui succederent in capita, & tres haberent voces, secus vero in eorum Successoribus, prout est Casus præsens, ubi ex Nicolao uno ex tribus hæredibus scriptis supersunt tres filii, qui non possunt succedere in Capita, sed solum in stirpes repræsentative ad eorum Patrem habentem unam tantum vocem, ut firmant Adden. ad Buratt. *decis.* 481. *num.* 13. Panimoll. *decis.* 137. *num.* 50.

Vox autem aliorum duorum hæredum non potest influere in filios Nicolai, quia respectu illorum sunt hæredes non Testatoris, sed Patruorum, & Testator vocando suos hæredes non intelligitur vocasse hære-

4 des hæredum Peregrin. *de fideicomm. art.* 32. *num.* 74. *vers. Quia hi.*

His tamen non obstantibus in contrariam sententiam inclinandum censeo; præmittendo enim, quod tota quæstio pendet ab eo, an dispensatio dotium facienda sit collegialiter, & per Concursum simultaneum omnium Deputatorum tanquam efformantium unicum Corpus, vel potius explenda veniat singulariter per actus, & voces distinctas, ut observat Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 34. *sub num.* 1. *vers. Respondi.*

Utque in casu isto actum dispensationis reperio ex observantia fieri solere collegialiter omnibus si-

5 mul Congregatis in domo, qua stante observantia dubitari non potest, quin Concursus esse debeat Collegiativus, ut concludit, Card. de Luc. *de Jurepatr. discurs.* 61. *num* 26. *vers. Sed etiam* Rota *in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. §. *Tertio demum, coram Reverendissimo Domino Molines Decano*, quoque etiam Patroni singulares teneantur collegialiter nominare, & præsentare, si ita ferat observantia legitime præscripta, ut docent Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. Lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 194. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 19. *num.* 19.

Accedente etiam qualitate subjectæ materiæ quæ non patitur actum practicari aliter posse, quam col-

6 legialiter, & per Concursum simultaneum, dum agitur de dotibus dispensandis ubi sumi debent Informationes de puellis, quibus facienda venit dispensatio, & omnibus collegialiter congregatis, Dispensatores secum conferre debent qualitates puellarum, easque proponere, & secundum vota ibi concludere juxta praxim solitam etiam in Confraternitatibus, quæ habent Jus dispensandi dotes, & consequenter

non est procedendum cum terminis Jurispatronatus, sed cum terminis diversis dispensationis requirentis Concursum simultaneum, & actum Collegialem Card. de Luca *de dote disc.* 174. *n.* 1. *vers. hinc observantia Jurepatr. disc.* 34. *n.* 7.

Natura enim hujus distributionis ea est, quod fieri dicatur per ipsum Testatorem tanquam viventem, ejusque nomine Dispensatores actum exerceant, ut in-

quit Card. de Luc. *de fideic. discurs.* 237. *sub num.* 3. 7

vers. in hac vero, ideoque omnes Dispensatores censentur vocati per modum unius nulla data discretione vocum majorum vel minorum, ut firmant Campanil. *in diversor. Jur. Canonic. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 186. Panimoll. *dec.* 137. *n.* 46. *& seqq.* Card. de Luc. *de Jurepatron. d. disc.* 34. *per tot.*

Quo supposito quomodocunque facta fuerit vocatio hæredum, & successorum sive nomine appellativo, sive collectivo propter actum collegialem omnes personæ veniunt in Capita ad proferendum votum in

Congregationibus desuper habendis, ut practicatur in 8

dispensationibus, quæ fiunt per familiam Testatoris, ubi omnes veniunt in Capita, dum omnes concurrunt tanquam universi, & per modum unius, juxta Casum decisum per Card. de Luc. *discurs.* 34. *de Jurepatronat.* ubi de vocatione Fabriceriorum simul cum Petro Paulo Odescalco, ejusque familia, Panimol. *dec.* 137. *n.* 46. Rota *in Mediolanen. Jurispatronatus* 15. *Junii* 1705. §. *Et demum cum sequen. coram R.P.D. Priolo*, ubi quod veniunt in Capita, quando actus exercetur collegiative.

Neque in his terminis applicatur Text. *in l. si quis*

Attio 8 *ff. de usufruct. accresc. cum sequentibus* = Lo- 9

quitur enim in terminis Legati ususfructus, quod unicuique vocato singulariter defertur, & unusquisque in eo recognoscit suam portionem distinctam, nec ideo procedit in actibus, qui collegiative exercentur per plures vocatos, ubi non datur separatio vocum, seu distinctio earum quotæ, sed omnes vocari veniunt in Capita, & per modum unius repræsentando personam Testatoris, ut limitat Card. de Luca *dicto discurs.* 34. *Jurepatr.*

Regula namque Juris circa vocatos nomine appel- 10

lativo, vel collectivo est levis armaturæ, & propter multas limitationes, quas patitur, ab ea de facili receditur per quamcunque conjecturam, quæ contrariam designet Testatoris voluntatem, juxta notabile dictum Decii *cons.* 22. *num* 2. *vers Non obstant* Buratt. *cons.* 134. *n.* 17. *lib.* 3. Card. de Luc. *de Jurepat. d. discurs.* 34. *n.* 4.

Unde, cum juxta subjectam materiam, & juxta observantiam agatur de pluribus vocatis ad faciendum actum collegialem repræsentando personam Testatoris, sicut nulla datur vox distincta per quotas, & ratas, & quæ possit exerceri singulariter extra Collegium, ita non intrat ratio vocationis collectivæ, vel appellativæ, cum omnes per modum Collegii, & unici Corporis invitati censeantur ad præsentandum votum in Congregationibus habendis pro dispensatione dotium, ubi omnes suffragantur in Capita, nec datur quota, aut repræsentatio in stirpes.

Minusque adversari potest absurdum quod admissis omnibus hæredibus, & Successoribus inutilis reddi posset vox aliorum quinque specialiter vocatorum; in actibus enim Collegialibus, quicquid sit, an intret hujusmodi ratio tanquam proprie applicabilis ad actus singulares, & in vocibus inter se distinctis, certum est, quod ea procederet, si hæredes essent minus dilecti quoad alios specialiter vocatos, sed cum isti sint magis dilecti tanquam de sanguine Testatoris comparative ad quatuor Priores extraneos, in his terminis non solum cessat ratio absurdi, sed immo potius retorquetur, etiamsi essemus in casu actus singulariter exercendi, ubi Consanguinei collective vocati non censentur per modum unius considerati in concursu aliorum appellativo nomine vocatorum, quando isti sunt extranei, ne contingat istos habere majorem vocem, quam habeant Consanguinei, juxta doctrinam Bartol. *in l. Lucius.* §. *Lucius, ff. de legat.* 2. cum aliis relatis apud Fusar. *de substitut. q.* 477. *numer.* 28.

Non

Non relevante, quod Priores extranei dicantur vocati tanquam personæ sanioris, & maturioris Judicii, de quo confidit Testator in distributione Dotium, etenim hoc operari potest, quod in actu Collegiali isti possint esse Directores, & Illuminatores hæredum persuadendo illis justam dispensationem pro puellis magis honestis, & pauperibus juxta praxim, & naturam actus Collegialis, ubi unus trahere potest multos alios in suam sententiam ex vehementia rationum, & efficacia persuadendi, *ut in l. Si in tres ff. de receptis Arbitris, in fine* ibi = *& potuit præsentia ejus trahere eos in aliam sententiam* = & tenet Panormitan. *in c. Cum omnes de Constitut. sub n. 7. in fine vers. Et est ratio*, ibi = *& est ratio quia, ex quo ex dispositione Juris valent disposita per majorem partem debet minor pars vocari, ut sic possit minor pars ad suam sententiam majorem ducere* Matta *de caus. Consistorial. sect. 22. n. 85.* Mantica *dec. 268. n. 5. in fine, vers. Quod sane.*

Nullatenus autem operari potest, quod Testator voluerit dare majorem vocem extraneis, quam consanguineis suis, quod est contra commune votum Testatorum, quorum voluntas, & prædilectio dire-
11 cta censetur potius ad Consanguineos suos, quam extraneos, ut inquit Fusar. *de substitut. d. qu. 476. numer. 26.*

Nec vocatio hæredum suorum restringi potest ad primos, dum Testator dixit = *li miei Eredi, e*
12 *Successori* = quorum appellatione veniunt tam primi, quam ulteriores hæredes hoc denotante ampliativa illa, *& successorum*, necnon perpetuitate Legati Juris dispensandi dotes, quæ tanquam perpetua, pernecesse supponit perpetuam quoque vocationem hæredum in infinitum, *l. hæredis appellatione, & l. sciendum, ff. de verbor. signific.* Peregr. *de fideicommiss. art. 32. num. 60.* Rota *coram Bich. decis. 608. num. 6. & seqq. & apud* Balduec. *decis. & rer. Judic. tit. decis. 28. n. 7. & 8. & in Maceraten. fideicommissi 10. Martii 1688. & 13. Martii 1709. coram bon. mem. Benincasa, & in recent. decis. 193. num. 1. part. 17.*

Præsertim quia Testator eosdem Dispensatores vocavit etiam in Eleemosyna distribuenda pauperibus per verba perpetuitatem denotantia ibi = *voglio che li Distributori di quest' Elemosina siino sempre li miei Eredi, e Successori in perpetuo*, itaut pernecesse dicantur vocati omnes, & quicunque hæredes tam immediati, quam mediati, & tam primi, quam ulteriores in infinitum, ut probant Peregr. *de fideic. art. 32. n. 70. & 73.* Rocca *disput. Jur. cap. 50. n. 75.* Rota *cor. Coccin. decis. 178. n. 55.*

Quando etiam ex omnibus prædictis dubitari adhuc posset quin hæredes; & successores collective vocari, essent admittendi in Capita, veluti, quia non ageretur de actu exercendo in forma Collegiativa, nihilominus obstare non posset ratio Collectivæ, a qua de facili recedi solet, quoties aliqua conjectura
13 illius efficaciam removet, ut præter Decium, Bursatum, & Cardinalem de Luca superius adductos *in §. regula* communiter scribunt Mantic. *de conjectur. lib. 4. tit. 9. n. 9.* Gratian. *discept. 70. num. 19.* Bellon. *de Jur. accrescen. cap. 5. qu. 35. n. 52.* Crass. *in §. Jus accrescen. q. 13. n. 6.*

Prima autem conjectura in Casu isto, ut recedamus a collectiva insurgit ex tenore verborum,
14 ibi = *si doverà pigliare Informazione dalli dispensatori, che saranno oltre li miei eredi, e successori il più attempato della famiglia Vivaldi, il Priore del Corpus Domini, il Priore della Santissima Trinità, & il Priore del Confalone*, quæ verba evidenter ostendunt seniorem familiæ de Vivaldis, & quatuor Priores non fuisse a Testatore vocatos, ut disjunctos, sed ut adjunctos, seu suis hæredibus superadditos, quo casu adjuncti non debent esse melioris conditionis, quam illi, de quibus principaliter est dispositum, sed omnes uti accessorii, & copulati cum suo Principali cui adjiciuntur, faciunt unum corpus cum illo; itaut omnes personæ veniant in Capita, & habeant viriles partes, non obstante Collectiva, advertit Baldus *in l. final. num. 9. in fin. Cod. de Impuber.* & aliis substitutionibus ibi = *Item ibi specialiter nominatus fuit adjunctus, & videretur iniquum, quod Adjunctus esset melioris conditionis quam illi, de quibus principaliter est dispositum; nam verisimile est, quod voluerit Testator adjunctum esse unum inter cæteros non unum pro cæteris* = & egregie Belloo. *de Jur. accrescen. cap. 5. quæst. 35. n. 64. ubi etiam allegat* Polit. *in l. re conjuncti n. 43. ibique* Alciat. *n. 39. §. de legat. 1.*

Testatorem vero processisse propriam adjectionis Senioribus familiæ de Vivaldis probat illa dictio, *oltre li miei Eredi, &c.* quæ significat adjectionem aliorum factam hæredibus Testatoris, quasi Testator dixisset hæredibus, & successoribus meis adjungo Seniorem familiæ meæ, & quatuor Priores, Peregr. *de fideicom. art. 16. n. 17. in fin. & num. 18.* Surd. *dec. 285. n. 12. vers. ubi inquit.*

Altera autem conjectura est, quod adjecti fuerunt quatuor Priores extranei, qui si haberent quatuor distinctas voces, unam vero tantum hæredes, & aliam senior familiæ de Vivaldis juxta rigorem Collectivæ sequeretur maximum absurdum, & inverisimilitudo, 15
quod Testator voluisset Extraneos habere majorem portionem, quam Consanguineos suos, quorum vox, semper remaneret inutilis, & suffocata per Extraneos, ad quod evitandum recedimus a vi collectivæ, propter contrariam conjecturam fundatam in verisimili mente Testatoris, juxta doctrinam Bartoli, quam refert, & sequitur Fusar. *de substit. quæst. 477. num. 28. & 29.* ubi etiam allegat *Aretinum, & Decium.*

Quæ sane unica conjectura mihi persuadet Testatorem nunquam conformare se voluisse cum regula collectivæ, sed omnes quomodolibet vocatos voluisse succedere in capita ad evitandam absurdita- 16
tem dispositionis, juxta quam voluerit pinguius honorare Extraneos, quam proprium sanguinem, propter quod licitum est recedere etiam a proprietate verborum, & illorum significatum impropriare, ut generaliter dixit Rota *in Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. quinto, coram Reverendissimo Decano, & in Interamnen. Jurispatronatus 22. Martii 1706. §. Rursus, coram R. P. D. Scotto, & in Gerunden. Beneficii apud* Bertachin. *vot. 89. n. 14.*

Difficultas remanet super eo, an sicut tres fuerunt hæredes scripti, ita eorum Successores, licet essent plures, non possint majorem vocem prætendere, quam si essent tres, in quo articulo respondeo, quod aut actus Dispensationis exercetur in forma singulari, ut quia unusquisque suffragari valet separatim, & de per se, absque eo quod teneatur collegialiter se cum aliis congregare, & tali casu, licet Successores trium hæredum essent mille, semper tamen habere debent vocem trium repræsentative ad eorum stipites justa Adden. ad Buratt. *dec. 451. num. 11.* Panimoll. *dec. 137. n. 50.*

Aut actus dispensationis exercetur in forma Collegii, & tunc quia omnes considerantur per modum unius, omnes propterea veniunt in Capita, sicut in exemplo Jurispatronatus, quod competit familiæ Panimoll. *dicta dec. 137. n. 46.* Card. de Luc. *de Jurepatr. discurs. 34. n. 14.* Rota *dec. 82. n. 8. p. 7. recentior.*

Et ratio est evidens, quia tali casu voces non sunt distinctæ in partes, vel quotas, nec ideo dari potest repræsentatio in stirpes, sed omnes quotquot sunt, veniunt in Capita ad faciendum Collegium repræsentando omnes personam Testatoris.

Alterum dubium fit: *An Congregatio habenda sit* 17
Domi hæredum, vel potius aliorum ex nominatis; in quo breviter dico illam habendam esse in domo hæredum, quia cum legatum dotium proveniat ex persona Testatoris, idcirco dispensatio dotium resolvenda est in domo hæredum, qui personam De- 18
functi repræsentant, & in hoc legato repræsentatur persona Defuncti, perinde ac sic ipse viveret, ac distribueret juxta ea, quæ ponderat Card. de Luc. *de fideicommiss. discurs. 457. sub numer. 3. versic. in hac vero.*

Cunque

Cuoque in Priores sint mere adjuncti ad dispensandum simul cum hæredibus omnis Juris, & congruentiæ ratio exposcit, ut ipsi accedere teneantur ad domum hæredum, qui repræsentant personam
19 Testatoris, Pignatell. *consult.* 17. *n.* 10. *tom.* 8. Rota *in Hispalen. Visitationis* 30. *Aprilis* 1700. §. *Hinc propterea, cor. R.P.D. Molines Decano.*

Tertium dubium circa præcedentiam *in sedendo, proponendo, seu nominando*, de facili resolvitur fa-
20 vore hæredum; cum enim isti sint caput Domus, & prædilecti a Testatore non solum tanquam hæredes, sed etiam tanquam consanguinei ejusdem Testatoris, ipsi omnino præcedere debent, ut scribunt Decian. *cons.* 67. *n.* 12. *&* 13. *lib.* 2. Solorzan. *in allegation. pro Supremo Indiar. Consil. n.* 92. Pignatell. *consult.* 14. *n.* 2. *tom.* 3.

Et propterea ad hæredes pertinebit primo loco loqui proponendo, seu nominando, & votando, Cecoper. *lucubr. Canonic. lib.* 4. *num.* 54. Cassaneus *in Cathalog. Gloria Mundi part.* 4. *consideratio.* 45. cum aliis apud Rotam *in Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo* 2. *Julii* 1700. §. *Licet nanque, coram Rev. dell' Olmo.*

21 Bene verum est, quod circa sessionem hæredes tanquam in domo propria honorare debent Cattaneos, eisque dare præcedentiam in sedendo juxta communem praxim omnibus notam, quæ exercetur in nostra Curia etiam in Congregationibus, quæ habentur in propriis Palatiis per Cardinales, & Prælatos.

22 Quo denique ad quartum dubium, in quo quæritur = *an electio Procuratoris ad exigendum fructus locorum Montium pro dotibus pertineat ad hæredes tantum, vel alius nominatus* = affirmative concludo quoad primam partem, quia Testator circa omnia Legata gravavit hæredes, eisque illorum curam commendavit, nihil vero concessit Dispensatoribus præter nudum Jus dispensandi dotes;
23 ideoque intrat recepta conclusio, quod in iis, quæ alteri specialiter non fuerunt commissa, tota facultas remanet apud hæredem, itaut ei soli competat Jus deputandi Procuratorem ad exigendum, ut per Text. *in l. alio herede, ff. de aliment. & cibar. legat.* in terminis nostris firmant Balducc. *decis. & rer. judicat. tit.* 3. *decis.* 55. *num.* 14. *& seqq. & decis.* 56. *num.* 3. *&* 16.

Eo magis autem, quando Testator hoc ipsum voluisse censetur disponendo, quod hæredes = *Siano obligati di tenere un Libro de' conti delli sudetti Legati da me lasciati*, = quod præsupponit hæredibus fuisse injunctum onus administrationis Legatorum, & consequenter deputatio Procuratoris ad exigendum fructus locorum ad hæredes tantum pertinet, & non ad alios, ut optime Balducc. *d. tit.* 3. *dec.* 55. *n.* 12. *& seqq. & dec.* 56 *n.* 16.

Sed clarius, quia tenitentibus hæredibus conficere Librum rationum, dixit = *In tal caso sia deputato un Computista dal Capitolo di Taggia, o Dispensatori di sopra nominati* = Si ergo solum in casu negligentiæ hæredum possunt se ingerere Dispensatores circa Legata, eorumque effectus per deputationem Computistæ, utique clarum est, quod facultas deputandi Procuratorem pro exigendis fructibus Locorum pertineat primo loco ad hæredes per regulam, de qua Textus *in l. quæsitum*, §. *Denique, ff. de fund. instruct.* Alexand. *cons.* 125. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 2. Rota *coram Gregor. dec.* 257. *n.* 4. *& in recent. dec.* 204. *n.* 9. *part.* 3. *& decis.* 6. *num* 4. *part.* 18. & in specie probat Balducc. *tit.* 3. *dec.* 55. *num.* 12. *& decis.* 56. *num.* 3.

Neque Dispensatores tanquam substituti excludere possunt hæredes primo loco vocatos, Alex. *cons.* 139. *n.* 4. *lib.* 6. Cæsal. *cons.* 349. *n.* 11. *lib.* 3. cum aliis apud Fusar. *de substitut. q.* 456. *sub n.* 10. & in terminis Balducc. *tit.* 3. *dec.* 55. *n.* 13. *dec.* 56. *n.* 11.

Super quo articulo tanquam indubitabili me ulterius non diffundo.

In eadem Causa.

ARGUMENTUM.

Habens jus dispensandi dotem in certo loco simul cum aliis ibi præsentibus, an possit illam dispensare per Procuratorem?

SUMMARIUM.

1 *Geri non potest negotium per Procuratorem; quando est electa industria Personæ, num.* 2. *&* 3.

4 *Potest quis per Procuratorem, quod potest facere per se ipsum, n.* 5.

6 *An actus per Procuratorem dicatur prohibitus, quando non agitur de negotio arduo?*

7 *Dispensatio dotis facienda puellis, præviainformatione de earum vita, & honestate, non est negotium arduum, & difficile.*

8 *Regula juris semper est inhærendum, donec limitatio clara incontrarium non adducatur.*

9 *In Electionibus Canonicis, ab absente præstari potest votum per Procuratorem.*

10 *Quæ requirantur in Electione Canonica, ut admittatur votum Procuratoris?*

11 *In quibus casibus agi potest negotium per Procuratorem? n.* 12. *&* 13.

14 *Maxima distantia loci, in quo juxta mentem Testatoris expleri debet aliquod negotium ab herede; argumentum est, ut possit illud expleri per Procuratorem.*

15 *Observantia præbet interpretationem in casibus ambiguis.*

16 *Ille, cui commissum est aliquod Ministerium, per Papam, non potest illud alteri subdelegare?*

17 *An executor electus ad distribuendam Eleemosinam pauperibus, possit alteri officiem suum committere?*

ALLEGATIO XXVI.

VIX calamum elevaveram a prioribus dubiis, super quibus fueram interrogatus, quod quintum quoque dubium mihi superadditum fuit nempe = *An Dominus Joannes Thomas de Lercariis pro dispensatione dotium possit dare votum per Procuratorem* = quo exacte in sensu veritatis discusso, censeo prout infra respondendum.

Et prima fronte negativam sententiam persuadebat natura negotii per Testatorem hæredibus suis commissi, scilicet dispensatio dotium facienda simul cum seniore familiæ de Vivaldis, & quatuor Prioribus totidem Locorum piorum, habita prius matura, & diligenti informatione de honestate, bona fama, & moribus Puellarum, quibus dotes dispensandæ veniunt ibi = *Desiderando io, che dette Zitelle sopra il tutto siano honeste, e di buona fama, e costumi, e che di esse non si ne sia mai sentite scandalo alcuno, del che si deverà pigliare informazione dalli Dispensatori di detta elemosina*
= quando enim in quo aliquo negotio electa ap- 1
paret industria personæ, tunc nemini licet per Procuratorem gerere, & adimplere opus sibi commissum, ut est Textus *in capit. finali* §. *Is autem, de Offic. & potest. Judic. deleg.* ibi = *Cum in his omnibus casibus industriam, & fidem personæ, cui talia committimus eligere videamur* = *& in cap. Is cui eodem tit. in* 6. ibi = *quia circa eligendam personam, ejus industria tunc videtur electa* = Rota *decis.* 38. *numer.* 24. *cum pluribus seqq. part.* 6. *recent.*

In præsenti autem electam fuisse industriam, & 2
fidem Personæ, insinuare videtur, tum circumstantia inquirendi super honestate, bona fama, & moribus Puellarum dotandarum, tum etiam natura ipsa negotii, seu deputationis certæ personæ ad dispensandas dotes, ut in terminis deputationis certæ perso-

personæ ad faciendam certam eleemosinam pauperibus firmat Bald. *in l. nulli num.4. C. de Episc. & Cleric.* Dec. *cons.492. ante n.1.* Rota *dicta dec.38. n.35. part.6. rec.* Grassus in §. *Executores ultimarum voluntatum, quæst.4. n.1.* Molin. *de primogen. Hisp. lib.2. c.4. n.62.*

3 Immo exinde deduci videtur talem actum suscipiendi Informationes de vita, & honestate Puellarum, easque eligendi, & ad dotalia subsidia admittendi, exposcere præsentiam personæ in Loco earundem Puellarum, propter quod actus iste nequit explicari ab absente per Procuratorem, ut docet Textus *in §. Tutor autem, Instit. de auctorit. Tutor.* Jov. *de solemnit. in contract. minor. gloss.15. §.7. n.76.*

Sed his non obstantibus contrariam sententiam in præsenti casu veriorem existimo, quia regula Juris est, ut possit quis per alium, seu per Procura-
4 torem, quod potest facere per se ipsum, juxta Textum *in cap. potest 68. de regul. Juris in 6.* Tondot. *de pension. cap.29. num.5.* Unde cum agatur de materia permissiva, succedit Conclusio, quod in omni-
5 bus casibus actus per Procuratorem censetur permissus, quoties in aliquo eorum non reperitur prohibitus; ad Textum *in l. Ne quando §. Quod eis, ff. ex quibus Causis major. cap. Inter corporalia de translat. Episcop. circa medium*, & optime Lambertin. *de Jurepatr. lib.2. part.1. quæst.4. art.1. n.6. vers. Dicit etiam*, Rocchus de Curte *eodem tract. in verb. honorificum n.23. vers. Item probatur*, Rota *in Giennen. Juris votandi 9. Februarii 1705. §. Absque eo quod, cor. R. P. D. Scotto.*

Nulla autem prohibitio Juris hic obstare videtur, ne per Procuratorem fieri possit dispensatio dotium erga pauperes puellas, licet enim in hujusmodi actu requisita videatur aliquis industria personæ, attamen exinde non resultat, illum explicari non posse per Procuratorem, cum nunquam actus dicatur per-
6 sonalis; & per organum Procuratoris geri prohibitus, quando non agitur de negotio arduo, & difficili, in quo magna cadat, seu versari possit industria personæ, cum ad conjecturandum, quod fuerit electa industria personæ, non sufficiat negotium exposcere simplicem ejus industriam, nisi ea requiratur magna, & agatur de negotio arduo, & difficili, ut firmant Menoch. *cons.93. n.34.* Mascard. *de probat. conclus.595. n.1. seqq.* Tondot. *de præbent. part.1. c.3. n.26. & de pension. c.29. n.6.*

7 Dispensatio autem facienda pauperibus puellis, prævia informatione de earum vita, & honestate, non est negotium arduum, & difficile, in quo verificari valeat magna industria personæ, ideoque non est recedendum a regula, quod potest quis per alium, quod potest facere per seipsum; semper enim regulæ
8 inhærendum venit, donec limitatio clara in contrarium non adducatur, *l. ab ea parte, ff. de probat. & l. illud C. de Sacrosanct. Eccles.* Spud. *decis.255. numer.2.* Gonzal. *ad regul.8. gloss.8. numero 70. cum seqq. cum aliis recollectis per* Barbos. *axiom. 198. numer. 1.*

Ex qua regula generali, deveniendo ad particularia; Jus istud dispensandi dotes firmiter puto expleri posse per Procuratorem ex pluribus.

Et primo, quia hujusmodi dispensatio nihil aliud est, quam electio personarum habilium, & dignarum subsidio dotali, & consequenter per Procuratorem omnino permittitur ex dispositione Juris, dum etiam
9 in electionibus Canonicis, ubi requiritur industria Electorum in eligendo Pastorem, seu Episcopum sanctiorem, & digniorem, Sacri Canones permittunt ab Absente votum præstari posse per Procuratorem, juxta Text. *in cap. Quia propter de electione, & in cap. Si quis justo, eod. tit. in 6.* Lambertin. *de Jurepatr. lib.2. part.1. quæst.4. art.1. n.5. vers. Verum est advertendum*, Barbos. *de Jur. Eccl. lib.1. cap.18. n.100.* Passerin. *de Electione cap. 10. n. 35.* Lavor. *de Elect. cap.17. n.62.*

Si igitur in materia adeo delicata, & ut ita dicam, Zelotipa, electionis Canonicæ, ubi præstatur Juramentum de eligendo digniorem, & versatur industria personæ, circa merita, & qualitates eligendi, adhuc licitum est votare per Procuratorem; a fortiori non erit prohibitum in aliis electionibus non Canonicis, prout est actus eligendi puellas, & dispensandi dotes, cum nulla reperiatur in utroque Casu dif-
ferentia, nisi quod in Electione Canonica, ut ad- 10
mittatur votum Procuratoris, plura requiruntur, quæ in aliis materiis electivis non sunt necessaria, prout est, quod absens sit justo impedimento detentus, & degat in loco, unde commode evocari possit cum aliis requisitis, quæ ponit Passerin. *de Elect. cap.10. n.37. & seqq.* & quæ in aliis materiis locum non habere egregie advertit Lambertin. *de Jurepatr. lib.2. p.6. q.4. n.5. vers. Nihilominus.*

Secundo, etiam in aliis Electionibus non Canoni- 11
cis, ubi pariter versatur industria personæ, Jura civilia permittunt posse negotium expleri judicio Procuratoris, ut est Text. *in l. Item eorum, §. Si Decuriones, ff. quod cujusque Universitatis nomine* ibi = *Parum enim refert ipse Ordo eligat, an is cui Ordo negotium dedit* = & concordat Textus *in l. Si is, qui Stichum 66. ff. de Procurator.* Rocchus de Curte *de Jurepatr. in verb. honorificum n.23. in fine vers. & pro eo etiam facit*, Lambertin. *de Jurepatr. lib.2. p.4. q.4. art.2. n.6. in fine.*

Tertio in optionibus Præbendarum, quæ fiunt per 12
Canonicos Ecclesiarum Cathedralium, vel Collegiatarum ad formam Textus *in cap. final. de consuetud. in 6.* receptum habemus, quod licita est constitutio Procuratoris ad optandum Præbendas vacantes meliores, & pinguiores; & tamen optio aliud non est; quam Electio, ut docet Gloss. *in dicto cap. final. in verb. per alios de consuetud. in 6.* Barbos. *de Canonic. cap.30. n.14. & de Jure Eccles. lib.3. c.15. num.10.* Monet. *de option. cap.4. quæst.3. num. 31. & seqq.* Gsvant. *in manual. in verb. Canonicatuum optio, num.12. & 13.* Gonzal. *ad regul.8. Cancell. gloss.34. n.123.* quod dico exabundanti, cum hoc exemplum non concludat, sicut electio ad dignitates Ecclesiasticas, ubi requiritur maturitas judicii, & industria personæ.

Quarto, maxime stringit exemplum Jurispatronatus 13
cui assimilatur in hac parte Jus dispensandi dotes, pertinens ad hæredes Testatoris, ubi præsentatio licite per Procuratorem explicatur, tam si Patronus sit absens, quam si præsens, non obstante quod præsentatio industriam requirat circa eligendum meliorem, & magis servitio Ecclesiæ proportionatum, præsertim si agatur de Parochialibus, ut late probat Rocc. de Curte *de Jurepatr. in verb. honorificum, n.23.* Lambertin. *eodem tract. lib. 2. part. 1. quæst. 4. art. 1. per totum* Vivian. *de Jurepatr. lib.5. capit. 6. numer. 1.* Sanchez *cons. moral. libr. 2. capit. 3. dub.71. numer. 1.*

Quinto, accedit mens ipsa Testatoris, quæ in hac materia totum facit; etenim Jus hoc dispensandi dotes reliquit tribus hæredibus, nempe Joanni, Joanni Benedicto, & Nicolao de Lercariis, quorum primi duo usque de anno 1626. erant domiciliati in Urbe; idque sciebat Franciscus de Vivaldis Testator, qui etiam de anno 1663. præsentiam suam præstitit matrimonio tunc contracto in Urbe per supradictum Joannem Benedictum, unde postea in Testamento condito de anno 1671. in quo illis reliquit Jus dispensandi dotes, non potuit intelligere, quod hujusmodi hæredes deberent personaliter acce-
dere ad locum Tabiæ distantem ab Urbe per 410. 14
milliaria, sed pernecesse dicendum est, quod Jus istud permiserit expleri posse per Procuratorem, argumento verisimilitudinis, & respective inverisimilitudinis, juxta receptam *glossam in l. tale pactum §. final. ff. de pact.* Peregrin. *de fideicomm. art.2. num. 32.* Menoch. *lib.4. præsumpt.67. numer.18.* Gabriel. *cons. 95. nu. 14. libr.1.* Fusar. *de substitut. quæst.276. numer. 14.*

Si enim Testator optime sciebat, duos ex prædictis hæredibus fuisse domicilium in Urbe per spatium tot annorum, ab anno scilicet 1626. non potuit unquam cogitare, eos esse recessuros ab eadem Urbe, & domum jam fixatam transportaturos ad locum Tabiæ, & per consequens eos relinquendo hæ-

tedes

redes una cum Jure dispensandi dotes, impossibile est, quod hæc dispensatio volita fuerit personaliter, & cum præsentia in loco, & impossibile etiam est, quod excluserit actum faciendum per Procuratorem, Rota *coram Cortino dec.897. num.13. & dec.521. n. eod. & coram Cerro dec.350. n.14. & coram Pamphilio dec.524. n.6. & 10. & cor. Merlino dec.692. n.45. & in recent. dec.169. n.13.*

Et sicut quoad præfatos duos hæredes Jus dispensandi dotes intelligi non potest personaliter injunctum, sed per Procuratorem, ita etiam quoad Nicolaum tertium hæredem, seu cohæredem; ne una determinatio inæqualiter determinet, ad notum Textum *in l. nam hoc Jure, & l. Lucius, ff de vulgar. & pupillar.* Gratian. *discept.70. n.39.* Rot. *dec.275. n.4. p.16. & dec. 98. n.14. part.18. & dec. 138. num. 19. coram Bichio.*

Sexto, demum concurrit observantia interpretativa, juxta quam D. Joannes Thomas semper votum suum delegavit per Procuratorem, eligendo unum de gremio Congregationis Dispensatorum, quæ observantia
15 optimam præbet interpretationem in qualibet materia ambiguitatibus obnoxia, juxta Text. *in cap. cum dilectus, de consuetud.* Rot. *dec.266. n.2. part.15. & dec. 260. n. 14. part. 16. rec. & coram Buratto dec. 944. num. 6.*

Quibus omnibus obstare non valent allegata in contrarium, signanter Text. *in c. final. de Offic. deleg. & c.15. cui eod. tit. in 6.* quia loquuntur, quando
16 fuit commissum nudum ministerium per Papam, quo casu non potest alteri subdelegari; ea ratione, quod ille Commissarius, seu Delegatus non procedit auctoritate sua, sed alterius; secus autem in præsenti, ubi dici non potest commissum nudum ministerium, quod cognoscitur, quando quis procedit auctoritate sua, non autem alterius, prout hæredes in casu isto, quibus fuit relictum Jus dispensandi dotes, procedunt auctoritate sua, sicut procedunt Patroni, quibus Fundator reliquit Jus præsentandi, ut ex doctrina Innocentii *in cap final. de Offic. deleg. num.2.* ibi = *Quando aliquis sua auctoritate potest aliquid facere, tunc non est vis, sive per se, sive per alium faciat, nisi specialiter prohibeatur, ut in contrariis, sed ubi sua auctoritate non potest facere, sed alterius, tunc locum habet, quod hic dicitur, scilicet quod non potest alias committere* = & bene declarat Rot. *decis. 38. numer. 54. & seqq. part. 6. recentior.*

Minusque adversatur auctoritas Bald. *in leg. nulli num.4. Cod. de Episc. & Cleric.* cum aliis relatis per Rotam *decis.38. numer.35. & 64. part.6. recentior.* quoniam loquitur de Executore electo ad distribuendam Eleemosynam pauperibus, qui executor non potest alteri Officium suum committere,
17 ut declarat Grass. *in §. Executores ultimar. volunt. quæst.4. n.1.* Nos autem non versamur in terminis Executoris, sed hæredum, quibus nempe legatum fuit Jus eligendi puellas, eisque dispensandi dotes, unde applicantur alii termini Juris eligendi, seu Jurispatronatus, in quod unice resolvitur tale Jus nominandi puellas; & in terminis nostris, quod hæres, cui relictum fuit Jus dispensandi dotes puellis; non sit reputandus merus Executor, firmavit me scribente Rota *in Lauden. Canonicatus 16. Martii 1196. §. Parum suffragante, coram Emerix Junior. & 27. Junii 1696. §. Prout similiter, coram eodem, & 3. Martii 1607. §. Huic enim objecto, coram Eminentiss. D. Card. Tremoville.*

Civitatis Castellanæ Beneficii,

ARGUMENTUM.

Cappellania erecta in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata, habens annexum ex Lege Fundationis servitium Chori, est Residentialis.

SUMMARIUM.

1 *Cappellania requirens personalem residentiam, vacat per assecutionem incompatibilis.*
2 *An Cappellania, aliaque Beneficia simplicia de Jure communi residentiam requirunt? Quid autem ex consuetudine? Vide n.3.*
4 *Beneficium quando efficitur residentiale? & numer. 5.*
6 *Servitium Chori non potest adimpleri per substitutum.*
7 *Canonici tenentur ad servitium personale Chori per Residentiam præcisam, & non causativam.*
8 *Dictio Prout, & verbum residere, quid importent? & n.9.*
10 *Verbum Continuo, importat omne tempus.*
11 *Dictio Et, continuative ad sermonem præcedentem.*
12 *In Cappellaniis Sacerdotalibus requiritur servitium personale per se ipsum.*
13 *Testator potius censetur se conformare cum Jure communi, quam cum Consuetudine.*
14 *Ad inducendam Residentiam præcisam an sit semper necessaria appositio pœnæ privationis Tituli?*
15 *Residentia causativa non causat incompatibilitatem cum Beneficio Residentiali.*
16 *Cappellania habens annexum opus Chori est incompatibilis cum alio Beneficio Residentiali.*
17 *Ad inducendum onus præcise Residentiæ, non semper requiritur clausula per se ipsum.*
18 *Verbum, teneatur, quid importet?*
19 *Dictio, Etiam diebus festivis, includit dies feriales.*
20 *Quo tempore sit magis necessarius munus Parochi?*
21 *Antonell. de Regim. Eccles. lib.3. cap.3. num.6. Et Decisiones Cerri, Cavaler. Priol. & Bich. in hac materia explicantur, num. 22. usque ad 25.*
26 *In materia incompatibilitatis beneficiorum, attenduntur declarationes S. Congregationis, potius, quam S. Rotæ? Vide alia n.27.*

ALLEGATIO XXVII.

Literæ Apostolicæ sunt exequendæ, justificantur enim in præcipua eorum substantia, quod controversa Cappellania tanquam personalem residen- 1
tiam requirens, vacaverit per assecutionem incompatibilis ad vulgatum Text. *in cap. Si capitulo, ubi Gloss. in verb. exequatur, de concess. prebend. in 6. & in terminis* Rota *dec.156. n.1. part.12. & decis.457. n.1. & 2. part.18. recent. & in Leodien. Aquisgranen. Decanatus 20. Martii 1699. §. Impetravit, coram R. P. D. Caprara.*

Cappellaniam vero esse residentialem omnino evi- 2
dens, ac indubitatum puto; præmissa namque recepta Theorica, quod etiam Cappellaniæ, aliaque beneficia simplicia de Jure communi, residentiam requirant, ut in puncto Garz. *de benef. p.3. c.2. n.1.* Lotter. *de re benef. lib.3. q.27. n.8.* Layman. *in Theolog. moral. lib.4. tract.2. cap.6. n.1. & me scribente dixit* Rot. *in Valentina Beneficii super gratia subrogationis 17. Februarii 1696. §. Nec obstat, coram magno Mediolani Cancellario.*

Quodque solum ex consuetudine universali, ta- 3
lis residentia in Cappellaniis minime desideratur; Garz. *dicta part.3. cap.2. num.3. cum aliis in dicta Valentina Beneficii, ubi proxime, §. Nec obstat,* & dixi Ego *Disceptat. Eccles. 4. numero 3. part. 2. fol. 17.*

Inde sequitur, ut quando ex Lege Fundationis col- 4
ligi potest Residentiam fuisse volitam expresse, vel tacite, tali casu, non obstante quod agatur de Beneficio simplici illud efficitur residentiale, tanquam conforme dispositioni Juris, & causat incompatibilita-

tiatem cum alio residentiali. Barbos. *de Jur. Eccles.*
l. 3. *cap.* 5. *num.* 39. *in fin.* Merlin. *decis.* 399. *num.* 4. *&*
5. Card. de Luc. *in annot. ad Concil. disc.* 4. *numer.* 12.
vers. in aliis. Ricc. *in prax. part.* 3. *resolut.* 403. *num.*
3. Gara. *de Benef. part.* 3. *capit.* 2. *num.* 18. Bicch. *decis.*
13. *num.* 6.

Applicando ad rem habemus, quod Fundator eri-
gere voluit Cappellaniam prout de Jure communi,
scilicet cum residentia personali, & præcisa, non au-
tem causativa, ut clare resultat ex pluribus, quæ in
Instrumento Fundationis continentur.

Primo, siquidem concurrit, quod agitur de Cappel-
lania erecta in Ecclesia Cathedrali non solum cum
onere trium Missarum qualibet, hebdomada, sed et-
iam cum obligatione inserviendi in Choro, & pro-
cessionibus prout faciunt Canonici. ibi = *Et ultra
prædicta onera voluit etiam, quod quilibet Cappellanus
teneatur etiam diebus festivis inservire in dicta Eccle-
sia Cathedrali hujus Civitatis in Choro cum* Cotta, &
Biretto, *ac in processionibus prout Canonici ejusdem
Ecclesiæ Cathedralis inserviunt* = Quando autem
5 Cappellanus habet annexum servitium Chori in Cathe-
drali, vel Collegiata, tunc Cappellania dicitur resi-
dentialis, ut resolutum fuit per S. Congregationem
Concilii, *in una Ferrar. 4. Decembris* 1627. *apud* Barb.
ad Concil. sess. 7. cap. 4. de reform. n. 10. ibi = *Cappella-
nus in Ecclesia Cathedrali tenetur ad residentiam stante
fundatione sua Cappella cum onere quarumdam Missa-
rum, & inserviendi in Choro* = & *de Potest. Episc. p.* 2.
alleg. 24. *num.* 47. *in fin. in summ. Apost. decis. in verb.
Cappellanus, n.* 18.

Idemque decisum fuisse in una Viterbien. 11. *Januar.*
1620. refert idem Barbos. *in summ. Apost. dec. in verb.
Cappellanus n.* 13. ibi = *Cappellanus per se ipsum te-
netur Divinis inservire, posita Institutione Cappellæ
infrascripti tenoris = Quidem Cappellanus teneatur,
& obligatus sit qualibet hebdomada dicere in ipsa Eccle-
sia pro Remissione Peccatorum Testatoris duas Missas,
& deservire Ecclesia in Divinis* = *Et de Jur. Eccles.
lib.* 3. *capit.* 5. *numer.* 40. *vers. Cappellanus, & egregie*
Fagnan. *in cap. ut* Abbates *num.* 89. 91. *&* 92. *cum seqq.
de atat. & qualit.* Panimol. *dec.* 130. *num.* 12. Garz. *de
Benef. part.* 7. *cap.* 1. *n.* 89. *in fin.* Lata *de Anniversf. &
Cappell. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 6.

Ea ratione evidenti, quod servitium Chori non po-
6 test adimpleri per substitutum, sed debet per se ipsum
obiri, ut disponit *Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 12. *de refor.*
ibi = *Omnes vero Divina per se, & non per substitu-
tum compellantur obire officia* = Cujus dispositio lo-
cum habet etiam in Cappellaniis habentibus obligatio-
nem Chori, ut censuit S. Congregatio apud Fagnan. *in
dicto cap. ut* Abbates *n.* 91. *& seqq. & n.* 100. *in fin. de
atat. & qualit.* Ubi late hunc punctum examinat circa
Cappellaniam Residentialem.

Et ultra punctuales resolutiones S. Congregationis
hoc ipsum firmavit Rot. *cor. Merlin. d. dec.* 399. *num.*
2. *cum seqq. signanter, num.* 5. Ubi de Cappellania cum
onere Missarum, inserviendi in Choro, & associandi
in processionibus Alphons. de Leon. *de Offic. Cappell.
p.* 1. *quæst.* 4. *prax.* 1. *n.* 103. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.*
4. *cap.* 5. *numer.* 40. *& novissime me scribente in dicta
Valentina Beneficii* 17. *Febr.* 1696. *§. nec obstat. cum
seqq. cor. Illustr. dell' Olmo.*

Secundo hanc qualitatem Residentialem, & onus
inserviendi per se ipsum ostendit illa expressio, quod
servitium præstandum a Cappellano in Choro, &
Processionibus, esset prout illud Canonicorum ibi =
*Prout Canonici ejusdem Ecclesia Cathedralis inser-
viunt* = Unde sicut Canonici sunt obligati ad servitium
7 personale per se ipsum, & non per substitutum, &
sic per Residentiam præcisam, & non causativam, ita,
& Cappellanus hanc obligationem habet annexam,
cum illa Dictio, *prout*, idem importat ac, *eodem mo-*
8 *do*, & totaliter equiparet Cappellanum Canonicis in
servitio Ecclesiæ, itaut cum incorporet Choro, & ef-
ficiat de Choro, sicut Canonicum, ex recollectis per
Barbos. *diction.* 296. *n.* 18. & in his terminis Rot. *dec.*
140. *n.* 2. *p.* 4. *tom.* 1. *rec.*

Tertio transit in evidentiam hujusmodi Assum-
ptum, ex quo Fundator voluit, quod Cappellanus
continuo commorari deberet in loco Beneficii, ibi
= *Et vitam continuo agere debeat in hac Civita-
te, & teneatur ad omnia, & singula onera infra
dicenda* = Quis enim dubitabit hanc Cappellaniam
non esse residentialem, si Cappellanus ille eligen- 9
dus est, qui continuo vivere debeat in loco Bene-
ficii; residere enim nihil aliud est, quam commo-
rari in loco Beneficii, ut apud Bonaccin. *disput.* 5.
punct. 1. *numer.* 1. *tom.* 1. Adden. *ad decis.* 576. *numer.*
139. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* cum aliis per me relatis *Di-
scept. Eccles.* 1. *num.* 52. *& in puncto* Garz. *de benef. p.*
7. *capit.* 1. *numer.* 87. *in fine*, & Sacra Congregatio
Concilii apud Fagnan. *in capit. ut* Abbates *num.* 78.
de atat. & qualit.

Absque eo quod urgeat responsio, quod prædicta
verba intelligantur de eo, qui de tempore Electio-
nis habitet in Civitate, quia littera fundationis ho-
jusmodi intelligentiam aperte rejicit dicendo, non
quidem quod Cappellanus eligendus vitam agat
in Civitate, sed quod *continuo vitam agere de-
beat*; illud enim verbum *continuo* importans o-
mne tempus tam præteritum, quam futurum, non 10
patitur restrictionem ad habitationem in Civitate,
solum de tempore Electionis, sed eam expolcit et-
iam postea, & quam diu electus possidebit Cap-
pellaniam Rot. *decis.* 327. *sub numer.* 3. *part.* 15.
Recent.

Maxime cum illa necessitas habitandi continuo
sit relata immediate ad onera Cappellaniæ ibi =
*Et teneantur ad omnia, & singula onera infra di-
cenda* = Unde dicitur expressa, & volita habitatio
continua in loco Cappellaniæ ad effectum adimplen-
di onera illius per se ipsum juxta naturam ejus Di-
ctionis, *Et*, quæ stat continuative ad sermonem præ-
cedentem eumque complicat, & informat Barbos. *di- 11
ction.* 220. *num.* 4. Gregor. *decis.* 308. *num.* 3. Gratian.
discept. 147. *num.* 16.

Quarto, quia jussit Fundator eligi unum ex proge-
nie Josephi Curiolæ ejus consanguinei, addendo quod
in defectum istius, vel non extantis, vel non effecti
Sacerdotis eligeretur extraneus, pro illa vice tantum
ibi = *Et si evenerit quod aliquando aliquis ex pro-
genie dicti Josephi Curiola non existeret, aut existens
non evasit Presbyter, electio Cappellani pro illa vi-
ce tantum spectet ad Episcopum*. Unde assequimur
fuisse volitam Cappellaniam Sacerdotalem cum onere
celebrandi per se ipsum, quia requisivit, quod Cap-
pellanus eligendus ex dicta familia Curiola esset Pres-
byter, & si non esset talis, electio devolveretur ad
Episcopum, ut in specie Corrad. *in prax. benef. libr.*
2. *cap.* 10. *num.* 116. *in princ. & in fin. & numer.* 117.
cum. seqq. Rocc. *disp. Jur. cap.* 190. *n.* 1. *& seqq. signan- 12
ter numer.* 12. *& seqq. tom.* 2. In Cappellaniis autem
Sacerdotalibus requiritur servitium personale per se i-
psum, ut dixi *Discept. Eccles.* 40. *num.* 3. *vers. Ulte-
rius.* Rocc. *dicto capit.* 190. *num.* 11. *& seqq.* quam-
vis hæc regula non sit perpetuo vera, quia potest
Cappellania esse Sacerdotalis, & non habere onus
celebrandi per se ipsum, ut dixi *in Parergon. ad di-
scept. Eccles. n.* 51. Bordon. *de legat. cap.* 6. *num.* 43. Fa-
gnan. *in cap ut* Abbates *n.* 6. *in fine, & n.* 7. *&* 75. *in
fin.* Rot. *dec.* 335. *n.* 2. *p.* 19. *rec. & in Placien. Jurispa-
tronatus* 16. *Jan.* 1708. *§. Absque eo quod, coram Re-
verendissimo D. Molines Decano.*

Quinto demum, quia etiam in dubio judican-
dum est pro qualitate residentiali, & præcisa Resi-
dentia, cum sit Juri communi consona, cum quo
potius, quam cum consuetudine universali exclusiva 13
Residentiæ Testator se conformasse censetur, ut opti-
me Panimoll. *dec.* 130. *num.* 15. *& dixit* Rot. *in dicta
Valentina Beneficii* 17. *Febr.* 1696. *§. Nec obstat, co-
ram Illustrissimo dell' Olmo.*

His omnibus clare ostendentibus residentiam præ-
cisam, non obstat, quod cum non fuerit adjecta
pœna privationis Tituli non servientibus personali-
ter Residentia dicatur causativa, non præcisa ex Rot.
coram Cavaler. decis. 351. *num.* 6. *&* Bich. *decis.* 13.
num. 7.

Quoniam ad effectum inducendi Residentiam præ- 14
cisam non est semper necessaria appositio pœnæ pri-
vatio-

vationis Tituli, sed satis est, quod qualitas hujusmodi residentiæ præcisæ colligatur ex oneribus Cappellano adjectis, Bich. *dicta decis.* 13. *num.* 6. ideoque cum obligatio Chori sit onus importans Residentiam præcisam, exinde talis Residentia dicitur imposita sine expressione privationis Tituli, ut in puncto respondet Rot. *in dicta Valentina Beneficii, coram Illustrissimo dell' Olmo.*

15 Idque ulterius probatur, ex quo Residentia causativa non causat incompatibilitatem cum Beneficio residentiali. Rota *coram Bich. decis.* 13. *n.* 9. ergo non potest dici causativa Residentia volita ex lege nostræ Fundationis, sed præcisa propter onus inserviendi in Choro, dum eo concurrente Cappellania causat incompatibilitatem cum alio beneficio residentiali, ut in puncto, quod vigore Concilii Tridentini Cappel-
16 lania habens annexum onus Chori sit incompatibilis cum Canonicatu, vel alio beneficio residentiali resolvit Sacr. Congr. in Dec. relato apud Garz. *de Benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 243. *in respons. ad tertiam* ibi = *Cappellania, cui adjunctum est onus deserviendi, in Choro obtineri non potest cum Canonicatu per hoc decretum* = Barbos. *in summ. Apost. decis. in verb. Cappellania num.* 2. ibi = *Cappellania quibus incumbit onus celebrandi Missas, & in Choro inserviendi, non sunt compatibiles cum Canonicatibus, & Parochialibus* = *Et de Jur. Eccles. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 28. ibi = *Cappellania, cui adjunctum est onus deserviendi in Choro, obtineri non potest cum Canonicatu* = Antonell. *de regimin. Eccles. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 6. *in fin.* ibi = *Idemque dicendum est de obtinente Cappellaniam, cum onere celebrandi certas Missas, & inserviendi in Choro; hoc enim Beneficium incompatibile est cum alio Beneficio personalem residentiam requirenti, ut censuit S Congregatio* = *&* Fagnan. *in dicto c. Ut* Abbates *n.* 91. *de ætat. & qualitat.* ibi = *Cum dubitatum fuerit an Cappellania, quibus incumbit onus celebrandi Missas, & in Choro inserviendi sint compatibiles cum Canonicatibus, & Parochialibus, &c. Sacra Congregatio censuit non esse compatibiles.* =

Minusque obstat, quod cum in fundatione non legantur verba inserviendi per se ipsum, exinde non inducatur onus formalis, ac præcisæ Residentiæ ex Priol. *decis.* 84. *num.* 9. Cerr. *dec.* 747. *num.* 7. Bich. *dec.* 13. *num.* 12.

17 Quippe non est necesse, quod hæc verba, *per seipsum*, concurrere debeant ad inducendum Residentiam præcisam, esset enim judaice mentem Fundatorum exquirere, sed sufficit, quod per alia verba æquipollentia id colligi possit, ut loquuntur Doctores, & firmat Rot. *dec.* 335. *n.* 9. *p.* 19. *rec.* ibi = *Nisi ulterius fuerit dictum, quod Cappellanus per se ipsum celebrare teneatur, vel nisi per similia verba removisset Fundator hanc qualitatem, seu facultatem celebrandi per alios* = *Et* Bicch. *dicta decis.* 13. *num.* 6. Duran. *decis.* 12. *n* 6.

Dum ergo Fundator apposuit Cappellaniæ servitium Chori, quod non potest adimpleri per substitutum, sed tantommodo per seipsum, evidens est fuisse volitam residentiam præcisam, ut late disputat Fagnan. *in dicto cap Ut* Abbates, *& numer.* 89. *cum pluribus seqq. de ætat. & qualit. & Sacra Congregatio apud* Barbol. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 40. *vers. Cappellanus*; Et sicut quoad servitium Chori Cappellanus tenetur per ipsum, ita & quoad celebrationem Missarum, ut ait Lata *de Anniverf. & Cappell. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6 Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 1. *num.* 89. *in fine*, licet de cætero non repugnet, quod Cappellania sit precise residentialis, & tamen non habeat onus celebrandi per se ipsum, ut per Merlin. *decis.* 399. *& Sacr. Congregatio in Nepesina Cappellania* 16. *Novembris* 1708. *&* 5. *Septembris* 1710.

Eo magis dum Cappellania est Sacerdotalis cum onere commorandi in loco Beneficii ex superius ostensis, quæ omnem removent rationem dubitandi super obligatione servitii per se ipsum, & consequenter super Residentia præcisa, quam etiam præfert illud verbum, *teneatur*, in fundatione appositum tanquam præ-
18 cisum, & coactivum, ut considerat Rota *in dicta Valentina Beneficii*, *ubi supra*.

Prout dici nequit non adesse incompatibilitatem, ex quo residentia volita fuit discontinue, nempe pro servitio Chori diebus festivis ex Bich. *decis.* 13. *numer.* 14. Cerr. *decis.* 747. *n* 6. Hoc enim onus Chori non fuit impositum restrictive in diebus festivis, sed etiam in aliis, ibi = *Voluit etiam Testator, quod quilibet Cappellanus teneatur etiam diebus festivis inservire in Choro* = Quæ dictio *Etiam diebus festivis*, non excludit alios dies feriales, sed includit, & implicat, Barbos. *di-*
stinc. 112. *num.* 1. & ostendit evidenter illa expressio, 19
ibi = *prout Canonici ejusdem Ecclesiæ inserviunt* = Quæ demonstrat voluisse Fundatorem imponere Cappellano onus Chori sicut est impositum Canonicis, non autem discontinue *dicta decis.* 140. *num.* 2. *&* 7. *part.* 4. *tom.* 1. *rec. &* Panimoll. *decis.* 130. *numer.* 12. maxime quia pro deservitura etiam diebus festivis necnon pro celebratione Missarum fuit dictum, quod Cappellanus continuo commorari deberent in Civitate, & in omnem casum; cum ista residentia diebus festivis sit omnino incompatibilis cum Beneficio cu-
rato; quod Adversarius obtinuit; dum munus Paro- 20
chi, præcipue Dominici, & festis diebus est necessarium, unde resultat unius Beneficii cum alio incompatibilitas manifesta, ut respondit Rota *dicta dec.* 140. *n.* 7. *p.* 4. *tom.* 1. *rec.*

Hinc patet responsio ad omnes Doctrinas, & Decisiones in contrarium adductas.

Etenim Antonell. *de Regim. Eccles. lib.* 3. *p.* 3. *num.* 21
6. clare retorquetur, ex quo firmat Cappellaniam cum onere Missarum, & servitio Chori esse incompatibilem cum alio residentiali. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *n.* 88. *&* 89. refert non esse Beneficium Sacerdotale, quamvis dictum fuerit in fundationem, quod Cappellanus debeat celebrare Divina Officia diu, noctuque, sicut cæteri Cappellani faciunt, & sic loquitur de celebratione Divinorum in Ecclesia non Cathedrali, nec Collegiata, quæ non importat servitium Chori; secus autem quando fuit impositum servitium Chori Cappellaniæ erectæ in Collegiata, seu Cathedrali, ut in puncto Fagnan. *in dicto Cap. Ut* Abbates *num.* 105. *de ætat. & qualit.* ubi ad rem nostram adducit pro residentia præcisa plures resolutiones Sacræ Congregationis signanter *numer.* 91. 92. 93. 103. *&* 104.

Cerrus *decis.* 747. non applicatur, quia ibi concur- 22
rebat Bulla Sixti V. in qua dicebatur = *Sine ullo tamen onere, aut obligatione, itaut neque ad interessendum provisus unquam cogi, vel compelli possit* = Et sic exclusa erat obligatio Chori, & Residentia præcisa, & rursus neque circa celebrationem Missarum illa erat adjecta, sed solum causativa ob pœnam ibi appositam, certæ dumtaxat pecuniariæ quantitatis, ut legere est *n.* 1. *&* 8.

Cavalc. *decis.* 551. non agit de Cappellania erecta 23
in Cathedrali cum servitio Chori, sed in alia Ecclesia cum onere celebrandi Missas; quod onus dicit posse adimpleri per substitutum.

Priol. *decis.* 84. tractat Casum Beneficiorum simpli- 24
cium erectorum in Parochiali cum onere coadjuvandi Ecclesiæ inservientes sub pœna privationis fructuum, ut videre est *n.* 11. & sic bene ibi firmatur Residentiam non esse præcisam, sed causativam, ultra quod ibi non agebatur de obligatione Chori, cum non esset Ecclesia Collegiata, nec Cathedralis, juxta Fagnan. *ubi supra n.* 105.

Denique Bich. *decis.* 13. resolvit Mansionarium in 25
Cathedrali Reghien. non habere Residentiam præcisam, sed causativam ex onere canendi Primam, & Completam, & sic non loquitur de servitio, & Officiatura Chori simul cum Canonicis, quod idem est, ac facere Capellanum de Corpore Chori, & Ecclesiæ, cujus servitium, & non solius Cappellaniæ volitum fuit, ut est casus noster, & observat Fagnan. *in dicto cap. Ut* Abbates *de ætat. & qualit. num.* 105. *in fin. vers. atque*; & alias decisio *Bichii* mala loqueretur, nec esset attendenda, cum in contrarium sit communis opinio Doctorum, & contradicunt ad literam resolutiones S. Congregationis Concilii, & ipsa etiam S. Rota in *dicta Valentina Beneficii* 27. *Febr.* 1696. *coram Olmo*; quæ decisio uti posterior unice attendenda venit, ut dixi *Discept. Eccles.* 43. *n.* 11.

Ma-

26 Maxime cum agatur de materia incompatibilitatis beneficiorum; quæ reservata est interpretationi Sac. Congregationis Concilii, adeout in judicando attendi debeant ejus resolutiones superius adductæ, non autem Decisiones Sac. Rotæ, si quæ essent in contrarium ut in specie Pignatell. *consult. Canonic. tom. 1. consult. 1. num. 53.*

Et ita judicatum fuit pro executione litterarum in hac causa per R. P. D. Balestram de anno 1706.
27 & addo, quod postea habui casum in Rot. *in una Monasterien Vicariæ 6. Decembris 1706. coram R. P. D. Lancetta*, ubi agebatur de Vicaria erecta in Collegiata cum onere residendi, & adjecta fuerat pœna amissionis fructuum in casu non residentiæ, quæ licet inferret residentiam causativam, adhuc resolutum fuit residentiam esse precisam, quia agebatur de beneficio erecto in Collegiata respondendo, quod pœna amissionis fructuum non importabat necessario residentiam causativam, quia etiam in Beneficiis precise residentialibus, ut sunt Canonicatus antequam procedatur ad privationem, gradatim primo loco non Residentes mulctantur in fructibus *ut in sess. 24. cap. 12. de reform. Conc. Trid.*

Ad materiam vide resolutionem Sacræ Congregationis in Casalen. *Cappellaniæ apud* Garz. *de benef. p. 7. capit. 1. numer.* 87. ubi erat casus, quod Testator demandaverat, ut edificaretur Domus pro Cappellano, in qua inhabitaret, & divinis officiis inserviret, & nisi habitaret, & inserviret, posset amoveri, & Cappellania alteri conferri; & resolutum fuit *Cappellanum non teneri residere, & personaliter Missam dicere*, quæ resolutio videtur pati difficultatem, sicut observat ipse Garz. *ubi proxime* ad quod enim requirere habitationem Domus in loco, nisi Cappellanus deberet inservire per se ipsum? Et tamen contrarium censuit Sacra Congregatio interpretando quod demandata fuisset Ædificatio, & habitatio Domus, ut Cappellanus, vel commodius inserviret, vel faceret inservire Ecclesiæ, ut refert Garzias.

Pariter in una *Asten. 14. Febr.* 1699. erat Casus, quod Cappellanus tenebatur habere domicilium in Oppido Villanovæ & celebrare personaliter Missas sex qualibet Hebdomada in Cappella B. Mariæ Virginis Gratiarum: & disputato dubio in S. Congregatione Concilii = *An Orator teneatur ad onus Personalis residentiæ, & Celebrationis per se ipsum* illud fuit negative decisum, *& in libr. 49. decretorum S. Cong. fol. 152.* quæ resolutio conformis est cum illa *Casalen.* proxima relata. sed neutra loquetur de Cappellania erecta in Cathedrali, vel Collegiata.

Nepesina Cappellaniæ.

ARGUMENTUM.

De eadem materia residentialitatis Cappellaniæ; in cujus Fundatione dictum fuit, quod Sacerdos eligendus per Patronos debeat celebrare Missas, & assistere in loco Cappellaniæ, & omnibus Functionibus in Ecclesia peragendis.

S U M M A R I U M.

1 *Ubi celebratio Missarum demandata non fuit cum clausula per seipsum, potest adimpleri per alium, sed limita, ut n. 2.*

3 *Verba = Prete Sacerdote = an significent Presbyterum actu celebrantem?*

4 *Quo casu verba = debba celebrare le Messe = inferant celebrationem volitam per se ipsum?*

5 *Ex impositione oneris residentiæ, in loco Beneficii, & assistentia omnibus Divinis officiis, an arguatur Cappellanum celebrare teneri per se ipsum? Vide ibi, & n. 6.*

7 *Verba = Ordina, vuole, e commanda, che debba assistere in Città = importans residentiam præcisam.*

8 *Simplices Cappellaniæ de Jure communi residentiam non requirunt; secus de consuetudine ut num. 9.*

10 *Testator volendo residentiam in loco intelligitur se voluisse conformare Jure communi.*

11 *Ex pinguibus Redditibus Cappellaniæ, an argui possit residentialitas illius?*

12 *Resolutiones Congregationum non attenduntur, nisi sint subscripta a Secretario.*

ALLEGATIO XXVIII.

Vigore Testamenti Antonii Fælicis de Terris Mazzani Parochiali Ecclesia ejusdem Terræ erecta fuit Cappellania, ad quam voluit Testator eligendum esse per Patronos Sacerdotem Sæcularem = *Il quale debba celebrare trè Messe la settimana in detta Cappella per l'Anima di esso Testatore, & altri suoi Morti, quali Messe si debbano celebrare in perpetuo; quale Sacerdote esso Testatore vuole, ordina, e comanda, che debba assistere in Mezzano, & a tutti li divini Offici, e Funzioni, che si faranno in qualsivoglia tempo nella Chiesa Parocchiale di S. Nicolò di Mazzano* = Secuto obitu ultimi Cappellani, & electo Propersio Galeotto Adversario iste assistentiam divinis Officiis, & functionibus Ecclesiasticis denegare cœpit, celebrationi Missarum per alium satisfaciendo, & minime residendo in loco Beneficii, itaut illud sibi reddiderit simplex contra mentem Fundatoris. Quo circa habito recursu ad Sacram Congregationem Concilii pro parte Communitatis Terræ Mazzani; proposita ibi fuerunt disceptanda sequentia dubia.

Primo. *An Cappellanus Cappellæ Sanctissimæ Virginis Rosarii Terræ Mazzani teneatur Missas celebrare per se ipsum?*

Secundo. *An teneatur personaliter inservire omnibus divinis Officiis, & functionibus peragendis infra annum in Ecclesia Parochiali dicti loci, vel potius valeat illis inservire per Presbyterum substitutum?*

Tertio. *An teneatur continuo residere in eadem Terra?*

Pro negativa resolutione horum dubiorum plura congerebantur perscribentes pro Galeotto; etenim in ordine ad primum dubium dicebatur, quod cum Fundator dictæ Cappellaniæ non demandaverit expresse Cappellanum celebrare debere Missas *per se ipsum*, minusque prohibuerit, ne illas per alium celebrari faceret; res videretur clara, quod illas celebrare posset per alium; quia in hoc casu non dicitur electa industria qualitas Personæ, sed volitus solius, & unicus effectus Sacrificii Missarum, qui eodem modo obtinetur, sive Cappellanus celebret per se ipsum, sive per alium, Gratian. *decis. Marth.* 155. *numer. 4. & seqq. ibique late* Scopp. *in addit. & signanter, num.* 3. Pignatell. *consult. 2. num. 15. tom. 7.* Antonell. *de Jur. cleric. lib. 1. cap. 29. num. 11.* Rot. *decis. 175. num. 3. coram Priol. & decis. 835. num. 4. & seqq. & decis. 13. num. 11. coram Bicch. & decis. 335. numer. 2. part. 19. recent.*

Respectu secundi dubii variæ adducebantur Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii, & Sac. Rotæ; scilicet *in nullius 29. Maii* 1694. *& 12. Aprilis* 1602. *Teste* Pignatell. *consult. 2. numer. 10. & 13. tom. 7. In Casalen. Cappellaniæ relata apud* Garz. *de benefic. part. 6. capit. 1. numer. 87. & in una Asten. 14. Februarii 1699. & decisio* Cavalerii 551. nec non Card. de Luc. *de benef. disc. 57. n. 7.* dicentes non inferri residentiam personalem, & præcisam ex onere interessendi horis canonicis, & processionibus.

Ex quibus deducebatur etiam negativa resolutio Tertii Dubii; nam eo ipso quod dict. Cappellanus non tenetur Missas per se ipsum celebrare, minusque personaliter inservire divinis Officiis, & functionibus per annum peragendis, in dicta Ecclesia Parochiali, cessat omne motivum, omnisque congruentia continuo residendi in dicta Terra Mazzani, in qua non alio fine residere teneretur, quam ad assistendum dictis functionibus Cavaler. *decis.* 551. *n. 4. & seqq.* cum aliis apud me relatis Alleg. 27. *sub n.* 27.

Ego autem ista omnia nullius roboris esse, & quoad primum dubium affirmative esse respondendum dicebam; quamvis enim regula sit, quod ubi celebratio
2 Missarum demandata non fuit cum clausula *per se ipsum* possit adimpleri per substitutum; hæc tamen regula non est judaica, sed sufficit, quod onus celebrandi per se ipsum deducatur etiam tacite, & per æquipollens; ut firmat. Fagnan. *in c. ut* Abbates *de ætat. & qualit. num.* 76. Rot. *dec.* 335. *num.* 9. *p.* 19. *rec. & cor. Bich. decis.* 13. *n.* 6. *& cor. Duran. dec.* 12. *n.* 6. & supra *in alleg.* 27. *n.* 17.

In præsenti plures assistunt demonstrationes personalem celebrationem importantes, quarum prima consistit in verbis = *Si debba eleggere un Prete Sacerdote, il quale debba celebrare* = sicut enim Fundator voluit Cappellanum esse debere Sacerdotem actualem de tempore electionis, tum ex verbis = *Prete Sacerdote*
3 = significantibus Presbyterum actu celebrantem juxta punctualiter firmata per Rocc. *disput. Jur. cap.* 190. *num.* 4 *in fin.* Seraphin. *dec.* 871. *num.* 1. tum ex qualitate Sacerdotii requisita de tempore Electionis, ut tradunt Amostaz. *de causis piis lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17. *& seqq.* Rot. *coram Emerix Jun. decis.* 278. *numer.* 4. *&* 5. *& decis.* 312. *num.* 3. *& decis.* 364. *sub n.* 1. *& in Regien. Juris pat.* 16. *Januarii* 1708. §. *Quod autem, cum seqq. coram Reverendissimo D. Molines Decano.*
4 Ita subsequentia verba, quod iste Presbyter Sacerdos = *debba celebrare tre Messe*, *&c.* = inferunt per necesse celebrationem volitam per se ipsum, alias ad quid requirere Presbyterum Sacerdotem de tempore electionis, si celebrare debuisset per alium, ideoque qualitas Sacerdotii dicitur requisita ad celebrandum, ut probat Castill. *controv. lib.* 5. *cap.* 90. *nu.* 41. Amostaz. *de causis piis lib.* 3. *c.* 5. *n.* 8. *&* 9. ubi quod dicitur electa industria Personæ Rota *dec.* 496. *num.* 2. *&* 7. *p.* 1. *recent.*

5 Secunda est, quod Fundator imposuit onus residentiæ, ibi = *Qual Sacerdote esso Testatore ordina, e vuole, e commanda, che debba assistere in Mazzano* = Quæ assistentia sicut importat residentiam, ut inferius probabitur, ita hanc designat requisitam fuisse pro celebratione personali per se ipsum, ut resolvit S. Congregatio die 20. Julii 1600. relata apud Fagnan. in c. *Ut* Abbates, *num.* 78. *de ætat. & qualit.* ubi quod Fundatio mandans præsentari Sacerdotem, & Cappellanum, qui ibi Divina celebret, & residentiam continuam faciat, importat onus residendi, & inserviendi per se ipsum.

6 Tertia consurgit ab onere imposito assistendi = *A tutti li Divini Officii, e funzioni, che si faranno in qualsivoglia tempo nella Chiesa Parochiale* = quod pariter arguit personalem operam Cappellani, tam in celebratione Missarum, quam in functionibus Parochialibus, pro quibus electa dicitur industria personæ, Rot. *in Gerunden. beneficii* 25. *Junii* 1696. §. *Ex hujusmodi, coram Eminentiss. Cardin. Caprara*, ubi quod sicut onus interessendi horis Canonicis debet adimpleri per se ipsum, ita etiam onus celebrationis Missarum, & generaliter Garz. *de Benef. p.* 7. *c.* 1. *nu.* 89. *in fin.* Lara *de anniversf. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 6. Amostaz. *de Causis piis lib.* 3. *c.* 5. *n.* 23. *in fin.* Filliuc. *de benef. tract.* 41. *c.* 1. *n.* 15.

Sed ubi etiam negative decidendum foret quoad hoc primum dubium, adhuc quoad primam partem secundi dubii, uti etiam in ordine ad tertium dubium, affirmative respondendum esse dicebam; quia nihil repugnat, quod Cappellania non habeat onus celebrandi per se ipsum, & tamen sit præcise residentialis juxta punctualem *dec.* 399. *coram Merlin.* Hæc autem Residentia præcisa volita a Testatore in Terra Mazzani est indubitata, & quæ non meretur disputationem, ibi = *Ordina, vuole, e comanda, che debba assistere in Mazzano* = hæc enim verba sunt coactiva, & præceptiva, ut est illud, *debba*; ideoque important residen-
7 tiam præcisam, & non causativam, ut me scribente firmavit Rot. *in Valentina Beneficii super gratia subrogationis* 18. *Martii* 1695. *cor. Emerix Jun. dec.* 1240. *numer.* 3. *confirmata* 17. *Februarii* 1690. §. *Tum quia, coram Illustrissimo dell'Olmo*. Hoc etiam importantibus verbis = *Assistere in Mazzano, & alli Divini Officii* = quæ inferunt nedum residentiam in Civitate, sed etiam interessentiam resultantem ex illo verbo, *Assistere*, quæ assistentia, & interessentia est personalissima nec potest adimpleri per substitutum, ut in puncto Panimoll. *decis.* 130. *num.* 12. *&* 13. ad Text. *in l. ultima, C. de Advoc. divers. judic.* Jovius *de solemn. in contract. minor. gloss.* 15. §. 7. *num.* 125. *in fin.* Adden. *ad decis.* 176. *num.* 140. *p.* 4. *tom.* 3. cum aliis apud me relatis *discept. Eccles.* 1. *num.* 25. Ceccoper. *lucubr. canonic. lib.* 2. *num.* 171.

Quæ voluntas Fundatoris, eo magis servanda venit, & benigne interpretanda, quia conformatur cum assistentia Juris communis, juxta quam etiam simplices Cappellaniæ residentiam requirunt, ut tra- 8
dunt Lotter. *de re benef. lib.* 3. *qu.* 27. *num.* 8. Layman. *Theolog. Moral. libr.* 4. *tract.* 2. *capit.* 6. *numer.* 1. Paz Jordan. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 40. *n.* 10. Amostaz. *de caus. piis, lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 1. *&* 21. Panimoll. *dec.* 130. *numer.* 15. *cum aliis apud* Rot. *in dicta Valentina Beneficii* 17. *Februarii* 1696. §. *Nec obstat, coram Illustrissimo dell'Olmo*. Ideoque facienda est interpretatio, per quam fiat reditus ad Jus commune, dum beneficia simplicia ex consuetudine tantum residentiam 9
non requirunt, ut inquit Lotter. *ubi proxime num.* 9. unde Testatur volendo Residentiam in loco, intelligi- 10
tur se voluisse conformare cum jure communi, & recedere a consuetudine generali, quod est favorabile, ut advertit Panimoll. *dicta decis.* 130. *num.* 15. Rota *in dicta Valentina Beneficii* 17. *Februarii* 1696. §. *Nec obstat, coram Illustrissimo dell'Olmo*. Reflectendo insuper, quod reditus Cappellaniæ sunt valde pingues, scilicet annui fructus scut. 130. quod est po- 11
tissimum argumentum arguendi residentialitatem Cappellaniæ simplicis, ex quo cessat motivum tenuitatis beneficiorum simplicium, super quo fundata fuit consuetudo non residendi, ut in puncto Gonzal. *in cap. Conquirente, num.* 2. *de Cleric. non resid.* Rot. *in dicta Valentina Beneficii* 17. *Februar.* 1696. §. *Hinc cum Testatoris, cor. Illustriss. dell'Olmo.*

Quibus omnibus accedit Observantia interpretativa ab anno 1670. usque in præsens, juxta quam Beneficiati semper fecerunt residentiam, & inservierunt per se ipsos, quando autem concurrit observantia, tunc frustra disputatur, an debeat, nec ne, onus residendi; quia standum semper venit intelligentiæ datæ ab observantia, etiamsi ab initio contrarius intellectus esset forte verior, ut in his terminis animadvertunt Rocc. *disput. Jur. cap.* 190. *numer.* 57. *& seqq.* Card. de Luca *de Benef. disc.* 58. *num.* 4. Rot. *coram Emerix Jun. decis.* 278. *num.* 7. *& decis.* 364. *sub* 2.

Neque adversantur prædictis filacteriæ resolutionum hujus Sacræ Congregationis, quia nulla ex illis applicatur ad casum. Etenim resolutio relata per Pignatell. *consult.* 2. *num.* 13. *tom.* 7. sub aliis verbis casus figurati, quod Cappellanus maneat in Ecclesia, & celebret, non importat residentiam in loco, sed existentiam Beneficiati in Ecclesia, ut ibi celebret, quod potest adimpleri per substitutum, ultra quod non debemus stare ad literam verborum, quæ transcribit 12
Pignatellus, sed oportet exhibere verba præcisa cum resolutione authentica subscripta manu R. P. D. Secretarii, alias resolutiones non attenduntur juxta Decretum sanctæ mem. Urbani VIII. apud Lezzan. *in sum. quæst. regul. in verb. S. Congregatio, num* 5. sic etiam non obstat alia resolutio *in Casalen. Cappellania* relata apud *Garz.* quia ibi agebatur de casu differenti, & alias eam resolutionem impugnat *Garz.* exadverso allegatus *de Benef. part.* 7. *capit.* 1. *num.* 87. *in fin.* Alia resolutio in *Asten.* 14. *Febr.* 1699. deberet exhiberi in forma authentica, quia circumstantiæ casus possunt concurrere in uno casu, quæ non concurrunt in alio, ut notat Card. de Luca *in annotat. ad Concil. disc.* 4. *num.* 11. Pignatell. *consult.* 1. *n.* 18. *tom.* 2. *& consult.* 2. *num.* 12. *tom.* 3. *& apud me discept. Eccles.* 50. *num.* 19. Et sufficit respondere quod in illo casu non concurrebat onus residendi in loco Beneficii una cum onere assistendi omnibus functionibus Parochialibus præter celebrationem Missarum; neque volita fuerat electio = *Di un Prete Sacerdote* = neque

demum

demum concurrebat observantia 40. annorum a die fundationis usque in præsens; quod Sacerdotes electi semper fecerant residentiam, & inserviverant per se ipsos, ut in puncto Cappellaniæ fundatæ in Ecclesia Parochiali, ut est nostra, cum verbis importantibus interessentiam divinis Officiis firmat Pannimoll. dec. 130. num. 12. & seqq.

Decisio Cavalerii 551. ubi non obstante onere residendi, & celebrandi in Altari dictum fuit residentiam esse causativam non applicatur ad casum nostrum, ubi volita fuit residentia in loco, una cum assistentia omnibus functionibus Parochialibus, ut distinguit Pannimoll. dicta decis. 130. num. 12. ultra quod ibi non fuerat volitus Presbyter Sacerdos una cum observantia residendi, neque enim reperitur casus magis clarus, quando habemus Cappellaniam esse Sacerdotalem cum residentia in loco, & assistentia in functionibus Ecclesiæ, quod si volumus facere beneficium simplex, erit tollere omnes dispositiones Testatorum, & reducere materiam ad solum casum materialem, qui non admittit quæstionem; ubi nempe adest clausula = per se ipsum = & sic nulla unquam intrabit disputatio, quæ solum datur, ubi casus æquipollet expresso, ut in proximis terminis dixi Discept. Eccles. 25. n. 26. in fin. contra regulam quod in hac materia admittitur æquipollens, ut ex doctrinis supra allegatis, & standum est posterioribus decisionibus editis in dicta Valentina Beneficii, cor. Emerix Jun. dicta decis. 240. n. 5. & 17. Februarii 1696. §. Tum quia, cor. Illustrissimo dell'Olmo ubi dictum fuit residentiam præcisam importari ex verbis præceptivis, nec non Garz. de Benef. part. 7. cap. 1. num. 87. & 89. in fin. Et in terminis præcisis habemus resolutionem Sacræ Congregationis apud Fagnap. in dicto, cap. ut Abbates, n. 78. de ætat. & qualit. ubi de casu, quo erat præsentandus Sacerdos cum onere residendi, & inserviendi in Divinis eidem Cappellæ, & resolutum fuit adesse residentiam præcisam.

Firmata qualitate residentiali Cappellaniæ in consequentiam venit, quod Beneficiatus teneatur per se ipsum assistere Divinis, & Functionibus Ecclesiæ Parochialis juxta punctualem resolutionem Sacræ Congregationis apud Fagnan. in cap. ut Abbates, n. 78. de ætat. & qualit.

Proposita causa in Sacra Congregatione Concilii fuit resolutum, quod Cappellanus non teneretur quidem celebrare per se ipsum, sed adhuc teneretur continue residere in Terra Mazzani, & personaliter inservire omnibus divinis Officiis, & functionibus peragendis infra annum in Ecclesia Parochiali ejusdem Terræ, ut ex duabus resolutionibus editis sub diebus 16. Novembris 1708. & 5. Sept. 1710.

ARGUMENTUM.

Jus alimentorum in casu inopiæ non solum competit Patronis Descendentibus a Fundatore; sed etiam aliis quibuscunque licet Extraneis, qui habent Juspatronatus per reservationem, & successionem, vel donationem ad intelligentiam Textus in can. quicunque 16. q. 7.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur sententia Lotterii, Gratiani, & Ventriglia, eorumque rationes, & refelluntur, ut n. 2. 3. 4. 11. 13. 14. & 16.*

5 *Existens in possessione per centenariam percipiendi Candelam ceream in die Purificationis, juxta Legem Fundationis, præsumitur descendere a Fundatore.*

6 *Alimenta debentur cuicunque Patrono, etiam Extraneo in casu inopiæ.*

7 *Juspatronatus transferri potest in Extraneum per filios Fundatoris; qui tali casu perdunt Jus alimentorum.*

8 *Jus alimentorum est unus ex fructibus Jurispatronatus.*

9 *Translato Jurepatronatus, transferri oportet omnes, & singulos ejus fructus.*

10 *Respondetur Rotæ dec. 454. p. 2. recent.*

12 *Patronus, retento apud se Jurepatronatus, non potest transferre in alium Jus alimentorum.*

14 *Textus in Can. Quicunque 16. quæst. 7. loquitur de Filius demonstrativè, non autem taxativè.*

15 *Jus præsentandi, Advocationis, & Processionis competit quibuscunque hæredibus extraneis.*

17 *Alimenta debentur Patrono, deductis prius omnibus necessariis pro Beneficio, & Beneficiato.*

18 *Beneficiatus in distributione redituum superstitum, non debet præferre Pauperes extraneos Patronis indigentibus.*

ALLEGATIO XXIX.

IN hac quæstione, an jus alimenta petendi ab Ecclesia in casu inopiæ competat solis Descendentibus a Fundatore, vel etiam quibuscunque ejus consanguineis, aut Extraneis, qui Patroni reperiuntur, studio veritatis rejectis confusionibus Doctorum, quid sentiam libere explanabo.

Quod tale Jus competat solis filiis, & descendentibus Fundatoris probare videtur Rot. decis. 454. n. 2. pa. 2. rec. ubi cum constaret Gurellum Oliriam fundasse Monasterium, S. Rota Equiti Januario Patrono denegavit alimenta dicendo ibi = *Non probat descendentiam a dicto Fundatore, & quatenus illam probasset, non constat de requisitis a Jure, &c.* = Ex quibus primis verbis videtur inferre, quod necessarium sit pro consecutione alimentorum probare descendentiam ab ipso Fundatore, cujus decisionis auctoritate motus, ita etiam censuit Lotter. de re be- 1
nef. lib. 2. quæst. 5. num. 4. ubi proinde asserit non sufficere, quod quis ostendat se esse Patronum, cum potuerit Juspatronatus acquirere titulo hæreditario, vel alio simili, quando hoc jus permittitur solis descendentibus; & hanc opinionem secuti sunt Ventrigl. in prax. part. 2. annot. 1. §. 4. num. 18. Gratian. discept. 167. n. 9. & discept. 552. num. 31. Palma Nepos allegat. 159. num. 46. & alleg. 162. num. 13. & alleg. 163. n. 29. in fin. & numer. 30. cum seqq. & alleg. 164. per totam, alleg. 165. n. 6. tom. 2. Rot. cor. Penia dec. 601. n. 6.

Moventur hujusmodi Auctores ex pluribus ratio- 2
nibus, primo scilicet quia Jus alimentorum concessum reperitur in Can. quicunque 16. quæst. 7. qui loquitur de solis filiis, & descendentibus, ergo extendi non potest ad alias personas ibi non expressas, ut discurrunt Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 5. numer. 4. Palma Nepos allegat. 164. numer. primo, cum duob. seqq. tom. 2. maxime cum agatur de jure oneroso Ecclesiæ, quod non patitur ampliationem, ex regula, quod in exorbitantibus, & odiosis nulla permittitur extensio.

Secundo, quia prædictum jus est personalissimum, 3
& inhærens ossibus Personæ privilegiatæ, quod propterea non potest transire in extraneos, ut dicunt Grat. discept. 177. num. 9. & seqq. Palma Nepos alleg. 64. n. 3. 5. & 6. tom. 2. qui allegant doctrinam Surd. de aliment. tit. 7. q. 32. num. 13. cum plur. seqq. non obstante motivo, quod sicut Juspatronatus potest transire in extraneos, ita etiam jus alimentorum, quod est unum ex fructibus ipsius, Palma Nepos alleg. 160. n. 51. quoniam Jus petendi alimenta non est de substantia Jurispatronatus nec de illius natura, ex Surd. de Alim. tit. 9. quæst. 22. num. 33. in fin. Sed censetur Jus personale competens ex naturali quadam ratione, qua Ecclesia tenetur ei benefacere, qui fundavit, & dotavit, quæ ratio militat in ejus tantum Filiis, & descendentibus, non autem aliis extraneis, qui non fundarunt, neque dotarunt; Palma dicta Alleg. 163. n. 30. & 31. alleg. 64. n. 5. & 6. tom. 2.

Beneverum est, quod si agatur de Patronis qui per 4
centenariam seu immemorabilem reperiuntur in quasi possessione præsentandi, tunc præsumptio est, quod descendant a Fundatore, & hæc præsumptiva

probatio admittitur apud Rot. *coram Penia dec. 691. numer. 7.* quamvis contrarium teneat Lotter. asserendo quod Actus, unde desumitur hæc præsumptiva probatio, esse debeant certi, & non æquivoci, seu æque convenientes descendenti ac Patrono extraneo, ut est Jus præsentandi, asserens exemplum non æquivocum, ubi Lex fundationis mandaret præstari De-
5 scendentibus Fundatoris unam Candelam ceream in die Purificationis, tunc enim si Patroni essent in quasi possessione percipiendi hanc candelam ceream in die Purificationis, præsumptio esset, quod descenderent a Fundatore, *ut dicto lib. 2. quæst. 5. numer. 6. & sequentibus*, Gratian. *discept. 552. numer. 31, & sequentibus* quod videtur intelligendum ubi ageretur de observantia Ordinaria, non autem de Centenaria, & immemorabili, quæ præsumie meliorem titulum de Mundo, in quibus terminis loquitur Penia.

Ego autem non obstantibus prædictis censeo contrariam Opinionem esse de Jure veriorem, quod
6 nempe alimenta debeantur cuicunque Patrono etiam extraneo, & contrarios Auctores infeliciter errasse, neque in consulendo, aut judicando esse sequendos, sive attendamus Auctoritates, sive momenta rationum, & sane ita fuit de mente Glossæ *in Can. considerandum 16. quæst. 7.* ubi quærit an si Patronus conferat Ecclesiæ, vel Extraneo Juspatronatus, perdat Jus advocationis, & alimentorum, & primo loco affirmative recordet, deinde argumentatur contra, quod nequeat Patronus renunciare, ita, & taliter, quod si Filii abstineant ab hæreditate non ideo perdant Juspatronatus, & denique concludit affirmative ut supra dicendo, ibi = *Ego credo quod tali Juri possit renunciari cum donari possit* = Et ita firmare videtur quod
7 donari, & transferri possit Juspatronatus in Extraneum per filios Fundatoris, & tali casu illi perdant Jus advocationis, & alimentorum; quod transeat in Donatarium per translationem Jurispatronatus: In terminis autem terminantibus ita magistraliter firmavit doctissimus Lambert. *de Jurepatr. lib. 3. qu. 3. art. 13. num. 2.*, & reprobata sententia Ventrigl. tradit etiam Carol. Ant. de Loc. *in observ. ad ipsum in prax. par. 2. annot. 1. §. 4. num. 2. & in obser. ad* Grat. *discept. 552. num. 8. vers. oppositum*, & sic quoque judicatum legitur apud Palmam Nepotem *alleg. 167. sub n. 64. vers. licet enim & num. 65. tom. 2.* qui plene commendat, & extollit opinionem *Lambertini*, quemadmodum Ego illam pro veritate sustinui *Discept. Eccles. 39. n. 1. & seqq. part. 2.* ubi nominatim allegavi, & reprobavi *Lotter. Gratian. & Ventrigliam*.

Ratio autem descendit ex primis principiis, super quibus non percipio quomodo erraverint contrarii scribentes; Etenim Jus alimentorum est unus ex fru-
8 ctibus Jurispatronatus, sicut est Juspræsentandi, necnon Jus processionis, & Advocationis, ut fatetur ipse Lotter. *dicta libr. 2. quæst. 5. numer. 1.* Sicut ergo Juspatronatus transire valet ad Extraneos, sive quando fuit eis ab initio reservatum in actu Fundationis, sive quando in illos translatum fuit titulo Donationis, aut hæreditario; Ita per necessarium consequens in Extraneos transire debet etiam Jus alimentorum, tanquam unus ex fructibus accessoriis ad Juspatronatus, quo translato tanquam principali transferri oportet omnes, & singulos fructus ex eo provenientes, alias dicendum foret, quod Juspatronatus
9 concernens quid universum, seu totalitatem rei in extraneum non transiret integrum, sed diminutum, truncum; quæ ineptia non fuit hactenus audita, & notat Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. par. 2. annot. 1. §. 4. num. 3. vers. Retorqueri*, & ego *dicta discept. Eccles. 39. num. 2.*

Sequeretur etiam alia absurdissima dissonantia, quod nempe si Fundator non habens consanguineos ab initio reservaret Juspatronatus extraneis, hoc Juspatronatus non contineret Jus Alimentorum; idemque admittendum esset, si Fundator non habens filios, reservaret Juspatronatus suis fratribus, vel eorum filiis, ex quo cum non sunt descendentes a Fundatore, non haberent Jus alimentorum; & denique sequeretur quod omnia Jurapatronatus hæreditaria, quæ vel constituuntur per legem fundationis, vel ita fiunt in ultimo de familia, & quæ in praxi sunt frequentiora, & a Jure præsumpta *in Clem. Plures de Jurepat.* si possiderentur ab extraneis carerent hoc fructu Juris alimentorum, quod sane intentioni Sacrorum Canonum omnino repugnat, qui Jus alimentorum assignarunt pro uno ex fructibus integrantibus totalitatem Jurispatronatus, neque hujus concessionem restrinxerunt ad descendentes Fundatoris, sed tribuerunt hæredibus quibuscunque tanquam in materia indifferenti.

Non obstant auctoritates in contrarium; nam Rot. *decis. 454. part. 2. recent.* illis duobus aridis verbis di-
cendo *quod Patronus non probat descendentiam a Fundatore*, locuta est juxta contingentiam facti, eo quia 10
Patronus forte in illo casu allegaverat se descendere a Fundatore, quod negavit *Rota* dicendo, quod hanc descendentiam non probabat, nec ideo aliquid firmavit de Jure, ut plene Ego scripsi *discept. Eccles. 17. num. 8.* ut enim de Jure aliquid firmasse videretur, debuisset se explicare respondendo, quod petens alimenta, *non probaret descendentiam, prout de Jure requirebatur*, & ulterius allegare debuisset aliquem Canonem, vel Doctorem, alias breviter loquendo in facto, nihil allegando de Jure non meretur allegari ad resolutionem hujus articuli cum decisiones Rotæ non sint interpretabiles, & glossabiles sicut Textus, & Canones, nec faciant auctoritatem, nisi in eo puncto, quod formiter examinant, & firmant, non autem si obiter, & per transennam loquantur Rot. *dec. 17. n. 9. p. 7. & decis. 196. n. 38. n. 11. & decis. 358. n. 15. & decis. 413. n. 7. p. 16. rec.*

Neque ideirco curandum est de *Lotterio*, qui sim- 11
pliciter se fundavit in hac decisione, minusque attendendus *Ventrigl.* qui est simplex relator *Lotterii, & decisionis, de qua supra*, eorum verba amplectendo, neque funditus articulum penetrando; ea vero, quæ consarcinavit *Gratian.* sunt potius inepta, quam legalia, dum confundendo terminos unius casus cum altero dicit Jus alimentorum non posse transferri, aut cedi juxta sententiam Surd. *de Aliment. tit. 7. quæst. 32. num. 13 & seqq.* qui loquitur, quando Patronus retento apud se Jurepatronatus vult alteri cedere solum Jus alimentorum, quod inhæret ossibus Patroni, ut dilucidavi *dicta discept. Eccles. 39. num. 2.* quod nihil commune habet cum altero casu, quan-
do transfertur ipsum Juspatronatus, non autem Jus 12
alimentorum cum aliud sit transferre jus particulare, ut est alimentorum, & aliud transferre jus universale, ut est Patronatus; nam jus alimentorum est quidem personale, sed restrictive ad Personam Patroni habentis Juspatronatus, unde translato Jurepatronatus transfertur sub hac universalitate etiam ipsum jus alimentorum, quod tali casu non discedit ab illo, qui est Patronus, & possessor Jurispatronatus, sed solum transit de uno Patrono in alium, quicquid secus ubi Patronus retinendo apud se Juspatronatus, cederet alteri non Patrono jus alimentorum, quod inhæret personæ solius Patroni, & optime advertit Carl. Ant. de Luc. ad Gratian. *discept. 552. num. 8.*

Rota coram Penia *decis. 691. sub num. 6.* nihil fir-
mat, sed solum ponit objectum, quod sit necessarium 13
probare descendentiam a Fundatore, quodque Jus alimentorum non potest alio titulo in alium transferri juxta auctoritatem *Surdi* ibi allegatam, cui objecto illa respondet, quod descendentia erat probata præsumptive per possessionem præsentandi spatio 200. annorum, & consequenter non affirmavit Conclusionem positam in objecto, quæ etiam est erronea, quia se fundat in Doctrina *Surdi* loquentis de cessione particulari ipsius juris alimentorum, retento apud Cedentem ipso Jurepatronatus, quemadmodum superius hoc æquivocum explicavi *sub n. 12.*

Allegationes Palmæ Nepotis 169. 162. 163. 164. & 165. retorquentur manifeste; etenim sunt informationes factæ in quadam causa beneficiali, quibus non obstantibus prodiit decisio, seu resolutio Judicis, quod Jus alimentorum posset competere etiam non descendenti a Fundatore per doctrinam *Lambertini*, quam ibi amplectitur, & laudat, ut legere est dicta *alleg. 167. num. 64. & 65. tom. 2.*

Re-

14 Respondeo ad rationes in oppositum adductas, quod sunt frigiditatis, & æquivoca manifesta, & quidem Text. *in Can. Quicumque* 16. *qu.* 7. licet loquatur de filiis, attamen vel intelligendus est de Filiis uti hæredibus, ut ex sequenti *Can. filiis, & Can. considerandum* 16. *quæst.* 6. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 5. *&* 6. vel saltem demonstrativa loquitur, non taxative ad excludendos hæredes extraneos, & patet ex alio successivo Text. *in Can. decernimus* 16. *quæst.* 7. ubi loquitur de Jurepræsentandi, & solam mentionem facit de Fundatore; Unde sicut ridiculum foret argumentum dicere, quod sola persona Fundatoris ibi expressa consequi debet Iuspræsentandi, ita & dicendum de expressione filiorum habita in præcedenti *Can. Quicumque*.

Et sane, quod omnes fructus resultantes ex ipso Iurepatronatus per Sacros Canones reservati fuerint ipsi personæ Fundatoris, ostendit Text. *in dict. Can. Decernimus*, ubi Ius advocationis, & præsentandi tributum legitur solis Fundatoribus, ibi = *Decernimus, ut quandiu Fundatores in hac vita superstites fuerint pro eisdem locis curam habeant sollicitam, atque Rectores idoneos in eisdem Basilicis, iidem ipsi Episcopo offerant ordinandos* = Quis non diceret hæc verba esse personalissima, & importare Ius advocationis, & præsentandi restrictum, ad personam, & vitam Fundatorum; Ita enim præseferunt verba = *Quandiu Fundatores in hac vita superstites fuerint* = Ita etiam ostendit ea dictio personalissima, *iidem*; pariter Jus processionis legitur reservatum Personæ Fundatoris, *ut in cap. nobis, de Iurepat.* ibi = *Pro fundatione quoque Ecclesiæ honor processionis Fundatori servatur* = & nihilominus habemus quod hæc reservatio Jurispræsentandi, advocationis, & processionis non est restricta ad Perso-
15 nam Fundatoris, sed competit quibuscunque hæredibus extraneis, ergo si præallegati Textus sub nomine Fundatoris non excludunt ejus hæredes quoscunque a prædictis juribus præsentationis advocationis, & processionis, quia non loquuntur taxative, & si talia Jura transeunt ad extraneos, quomodo transire non debebit etiam Jus alimentorum, quod eisdem verbis reservatum fuit, ac Jus processionis, advocationis, & præsentationis, *ut in dicto Can. Decernimus, ubi supra, & in dicto capit. Nobis*, ibi = *Pro fundatione quoque Ecclesiæ honor Processionis Fundatori servatur, & si ad inopiam vergat ab Ecclesia illi modeste succurritur* = quando præsertim hæc omnia Jura sunt fructus Jurispatronatus, & fructus competentes Patrono, ergo qui erit Patronus, & habebit Juspatronatus, & consequenter sive sit extraneus, sive de sanguine, habebit jus alimentorum, nec percipio, quare insignes cæteroquin Doctores dilapsi fuerint in hanc ineptiam, & inexcusabilem errorem.

Æque infelix est alia ratio Juris personalissimi ali-
16 mentorum, quia procedit, quando cederetur per Patronum Jus alimentorum separatum ab ipso Jurepatronatus, secus quando transfertur totum Juspatronatus, cui sunt accessorii omnes fructus tam Jurispræsentandi, quam alimentorum processionis, & advocationis ex animadversis *sub numer.* 12. *&* 13. & est error pejus priore, quod jus alimentorum non sit fructus Jurispatronatus, est enim errare in primis principiis; verum nanque est, quod tale Jus fuerit Patrono concessum ex obligatione antidotali, sed hæc dicitur ratio, quare fuit concessum, non vero facit, quod ista concessio non sit unus ex fructibus Iurispatronatus, immo ipsum quoque Iuspatronatus fuit per Sacros Canones concessum in retributionem, & intuitum antidotalem, & tamen non exinde sequitur, quod non transeat in extraneos; quid magis personalissimum, quam Ius processionis, quod fuit concessum Fundatori in signum reverentiæ, & honoris erga benefactorem, & quod est personalissimum sicut Ius alimentorum, itaut cedi, & vendi non possit juxta Lambert. *de Iurepat. lib.* 3. *quæst.* 3. *art.* 15. *num.* 1. & tamen illud competit quibuscunque hæredibus, seu Patronis extraneis, & quamvis isti non sint descendentes ab illo, qui fundavit, & dotavit Ecclesiam, sufficit tamen, quod sint Patroni, quibus Fundator reservavit Iuspatronatus, quo loco suorum Consanguineorum elegit, & subrogavit, ad effectum, ut participare debeant de eodem favore, & privilegio, quia hæredes extranei, & Donatarii, seu Reservatarii Juspatronatus repræsentant semper Personam Fundatoris, a quo causam habent. Exemplo prælationis in paritate vocum, quæ licet competat illis, de quorum bonis fundata est Ecclesia juxta *gloss. in Can. Neminem, distinct.* 70. & locum habeat in Consanguineis Fundatoris, attamen conceditur etiam Consanguineis Patroni extranei ex motivo, quod extraneus repræsentat Personam Fundatoris, & subrogatur in omnibus Juribus eidem Fundatori competentibus, ut dixi supra *allegat.* 20. *n.* 6. Rota *in Alatrina Jurispatronatus 7. Decembris* 1705. *§. final. coram R. P. D. Scotto impressa post dictam allegat.* 20. *sub n.* 38. neque enim novum, est ut in hæredes, & Successores fluant omnia privilegia, & favores suorum Auctorum, ut ait R. P. D. Corradin. *de prælat. qu.* 42. *sub n.* 22. *vers. Tale Jus*, eoque magis, quia si transit in illos Iuspatronatus, quæ est causa universalis productiva multorum fructuum, impossibile est, quod non transeat unus tantum ex ejus fructibus, alias enim ut dixi cum totum Iuspatronatus concessum fuerit in retributionem operis pii, sequeretur, ut extincto Fundatore, qui non haberet descendentes, sed fratres, vel nepotes, vel alios hæredes consanguineos, seu extraneos reliquisset, Iuspatronatus expirare deberet, nec posset obtineri a Patronis extraneis, vel Consanguineis tanquam non descendentibus ab illo, qui fecit beneficium, & opus pium, quæ est ineptia valde illegalis.

Prout gravius æquivocum est illud assumptum, quod Ius alimentorum non veniat in generali translatione, ut putavit Grat. *discept.* 177. *num.* 11. quoniam si translatio fit de toto Iurepatronatus, & juxta ejus opinionem Ius alimentorum est inseparabile ab ipso Iurepatronatus, ibi = *Cum hoc Jus sit personalissimum, & ita annexum Juripatronatus, ut ab eo separari non possit* = est apertissima contradictio asserere, quod in generali translatione Jurispatronatus non veniat Ius alimentorum, qui est unus ex fructibus accessoriis ad Iuspatronatus, & ab eo separari non potest, & observat Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. to. p.* 2. *annot.* 1. *§. Quarta n.* 3. *vers. Retorqueri*, neque contrarium somniavit Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 32. *n.* 17. qui solum dicit, quod ibi etiam Ius alimentorum foret cessibile, tamen non veniret in locatione, seu venditione, nisi de eo facta fuisset mentio specialis, quod non importat, ut in generali translatione Iurispatronatus, non veniat Ius alimentorum, sed solum, ut sub venditione generali omnium suorum redituum non veniat Ius petendi alimenta ab Ecclesia patronata, ex quo remanet apud Patronum, qui retinet adhuc Iuspatronatus, & in his terminis intelligitur alia assertio, quod Ius alimentandi non censeatur donatum, ut apud Ricc. *in prax. p.* 3. *resol* 282. *n.* 7. Ventrigl. *p.* 2. *annot.* 1. *n.* 20. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 90. quia nempe isti Auctores reddunt rationem, quod tale Ius cohæret Personæ Patroni inseparabiliter, & sic supponunt, quod Patronus non donaverit ipsum Iuspatronatus, sed retineat penes se; nam alias quod Patronus possit donare, & cedere Iuspatronatus itaut spolietur etiam Iure alimentorum docet aperte *gloss. in dicto Can. Considerandum* 16. *q.* 7. cujus verba superius retuli *n.* 6.

Pariter illa ratio, quod donatio semper præsumitur facta *deducto ne egeat*, quam excogitavit Ricc. *dicta resol.* 282. *sub nu.* 8. & copiavit Antonell. *ubi supra nu.* 90. applicatur donationem redituum, qui bonorum temporalium, non autem ad donationem Iurispatronatus, quod spirituale est, seu spiritualitati annexum juxta *consil.* 625. *Decij*, ex ratione videmus, quod Iuspatronatus non subjacet Creditorum hypothecis Rot. *in Asculana subhastationis hæreditatis 6. Junii* 1704. *§. Etenim, coram bon. mem. Muto*, & licet ex Iurepatronatus oriatur Ius alimentorum, id sequitur per consequentiam, & per accidens ex futuro, & incerto eventu dependens, quatenus Patronus vergat ad inopiam, quod non habetur in considerationem, Rota *decis.* 150. *num.* 12. *part.* 11. *recent.* pro-

 K 4

propter quam incertitudinem non posse ipsum Jus
alimentorum vendi in totum asserit Lambertin. *lib.*
3. *q.* 3. *art.* 15. *num.* 1. *vers. Unde*; ultra quod semper
attenditur, quod principaliter agitur, cumque dona-
tio cadat super Jurepatronatus, non initat ratio *de-
ducto, ne egeat*, quæ locum non habet in Jurepatro-
natus.

Ratio obligationis antidotalis, quam durare erga
Patronum observant Antonell. & Ricc. *ut supra* pro-
cedit, quando ille non se spoliavit Jurepatronatus,
nam alias si illud abdicavit a se, & transtulit in a-
lium, ista obligatio sequitur personam ejus, qui re-
peritur Patronus, & possessor Jurispatronatus, alias
ut dixi, cum ipsum quoque Juspatronatus fuerit con-
cessum ex obligatione antidotali, sequeretur, quod
translato Jurepatronatus omnes ejus fructus tam præ-
sentandi, quam processionis, & aliorum remanerent
apud donantem ratione obligationis antidotalis, quod
est clarissima frigiditas, & æquivocum supra æqui-
vocum, in quo præcitati Doctores in hac materia
monstroose se involvunt quatenus intelligant trans-
latum Jurepatronatus, remanere apud transferentem Jus
alimentorum, & denique in puncto quæstionis habe-
mus *gloss. in dicto Canon. considerandum*, expresse fir-
mantem, quod potest Patronus donare, & cedere Jus-
patronatus, quodque per donationem remanest spo-
liatus etiam Jure alimentorum, ut supra *num.* 6. &
ita etiam firmavit Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *q.* 3.
art. 13. *num.* 2. ubi solum dicit de æquitate naturali,
& voluntarie posse Rectorem Ecclesiæ dare alimenta
Patrono, qui transtulit Juspatronatus, non autem ex
actione aliqua, aut coacte, ibi = *Non tamen dice-
rem ad hoc posse compelli Rectorem, sed benefaceret
Rector illum præferre aliis Pauperibus, & hoc ex sua
voluntate ex quadam naturalitate debita, non autem
ex illo debito, quo teneretur Patrono* = Quidquid
erronee dixerit Riccius *ubi supra*, qui intellexit in
contrarium verba Lambertini, & *glossa in Canon.
Considerandum* 16. *quæst.* 7. Unde bene dicebat Lot-
ter. de hujusmodi Doctoribus, quod abyssus abyssum
invocat *in tract. de re Benefic. libr.* 2. *quæst.* 35. *nu-
mer.* 35.

17 Neque obstat odibilitas materiæ onerosæ, quia ali-
menta debentur Patrono, deductis prius omnibus ne-
cessariis pro Beneficio, & Beneficiato, & ideo si Be-
neficiatus de redditibus, quæ superabundant, tene-
tur Pauperibus erogare, eo magis data tenetur Patro-
no indigenti, & sic nullum onus, aut gravamen re-
cipit Ecclesia, si de superfluo alimentat Patronum,
quando eosdem superfluos reditus extraneis Pauperi-
bus dispensare deberet, ut considerat Lambertin. *de
Jurepatr. lib.* 3. *q.* 3. *art.* 6. *num.* 3. *versic. Nec obstat,
quod dicetur*, *fol.* 1040. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *an-
not.* 1. §. 4. *num.* 34.

Et videtur extravagantia magna, quod Beneficia-
18 tus de redditibus superabundantibus debeat potius
distribuere pauperibus extraneis, ut tenetur, vel po-
tius (quod non debet) habere causam thesaurizan-
di, vel luxuriandi, quam subvenire Patronis indi
gentibus, qui etiam extranei repræsentant Personam
Benefactoris, seu Fundatoris; & ex ejus persona sunt
honorandi, & recompensandi, & denique in hanc
sententiam inclinandum censeo, quia alias hoc Jus
alimentorum per sacros Canones tributum pro uno
ex fructibus Jurispatronatus, reduceretur ad nihilum,
& raro contingibilem casum, quando tamen est jus
utile, & magis proficuum Patrono, quam cætera Ju-
ra honorifica, quandoquidem excepto casu Funda-
toris, qui relinqueret Juspatronatus suis filiis, & de-
scendentibus, & excepto casu, quod hi existerent,
nec deficerent, Jus alimentorum nunquam compete-
ret in Jurepatronatus, dum in praxi omnes fere casus
consistunt in Jurepatronatus hæreditario juxta præsum-
ptionem Juris *in Clem. Plures, de Jurepat.* quia Instru-
menta fundationum regulariter non reperiuntur in
antiquis, ita ut incognitum sit, an Possessores Juri-
patronatus recognoscant illud ex fundatione Ante-
cessorum, vel Extraneorum, vel si Instrumenta repe-
riuntur, Fundatores aut non semper habent filios,
aut descendentes, aut si illos habent, isti in primo,
aut secundo gradu deficere solent, vel si Juspatronatus
sine Instrumento fundationis ex observantia est fami-
liare, aut gentilitium, impossibilis est effectiva pro-
batio descendentiæ a Fundatore per gradus distin-
ctos, præsumptiva autem probatio deducta ex quasi
possessione præsentandi, redditur æquivoca, quia po-
tuit in familiam intrare Juspatronatus ex donatione,
vel successione habita ab Extraneis, nisi ageretur de
observantia centenaria, quæ præsumit meliorem ti-
tulum de Mundo, ejusque vigore allegari posset Ti-
tulus Fundationis peractæ ab Antecessoribus familiæ,
& præsumptiva probatio descendentiæ a Fundatoribus
juxta Penium *dicta decis.* 691. *numer.* 7. & dictum est
supra num. 5. ex quibus rationibus, ita in hac quæ-
stione censeo concludendum, & in contingentia fa-
cti judicandum, quibus addo aliam rationem con-
vincentem, quia nempe Patroni habent onus restau-
randi Ecclesiam, quando ejus fructus, seu proventus
non sufficiunt ex illo fundamento, quod ipsi perci-
piunt fructum ab Ecclesia, ut disponit *Sac. Concilium
Tridentin. sess.* 21. *cap.* 7. §. *Parochiales de reformat.* 19
& dicunt Doctores hujusmodi fructum, cujus ratione
obligantur Patroni ad restaurationem Ecclesiæ, con-
sistere in Jure præsentandi, & aliis Juribus, & si-
gnanter quia percipiunt alimenta ab Ecclesia in casu
inopiæ, ut exponit Barbos. *ad Concil. dicta sess.* 21.
capit. 7. *num.* 8. ibi = *Ideo Patronos ad hujusmodi re-
staurationem teneri, quia percipiunt emolumentum a
Jurepatronatus, quod in præsentatione consistit, &
habent honorantias primi loci in processionibus, &
sessionibus, & percipiunt alimenta ab ipsa Ecclesia
in necessitate* = & hoc ipsum tradunt Bellett. *dis-
quis. Cleric. part.* 1. *tit. de Cleric. debitor.* §. 14. *numer.*
20. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 18. §. *Unico n.* 15.
Strictum ergo onus restaurandi Ecclesiam non est in-
junctum solis filiis, & descendentibus Fundatoris, sed
spectat ad quemcunque Patronum etiam extraneum;
Ita etiam ad quemcunque Patronum spectare debet
jus alimentorum, tanquam fructus, & commodum,
cujus ratione datur Patronis incommodum, & onus
restaurandi Ecclesiam ex regula Text. *in l. secundum
naturam, ff de regul. Jur.* Barbos. *axiom.* 169. *numer.*
3. Rot. *coram Emerix Jun. decis.* 538. *num.* 10. & *in* 20
recent. decis. 465. *num.* 35. *part.* 14. Post hæc scripta
inveni Lælium Mancinum *tom.* 1. *Sacri Juris contro-
versi in titul. de Jurepatr. dissert.* 9. *capit.* 16. ubi fir-
mat dispositionem Text. *in Can. Quicunque* loquen-
tem de alimentis præstandis Fundatoribus, eorum-
que filiis magis loqui enunciative, quam dispositive,
eo quia juxta ea, quæ frequentius accidunt, solet Jus-
patronatus transferri ad filios, & Nepotes: rursus
ait, quod non modo in extraneos hæredes jus tran-
seat, sed filiis quoque, & consanguineis non aliter
obveniat, quam si hæredes sint, non obstante quod
si ad obsequii causam alimentorum obligatio perti-
net, non possit in extraneos cum Jurepatronatus
transferri, etenim ut ipse respondet sic certo Jure de-
finitum est, idque favore publico, ut magis homi-
nes ad fundandas, construendasque, & dotandas Ec-
clesias invitentur, ut legere est *dicto cap.* 16. *sub n.* 4.
vers contrarium, sub num. 9. *vers. ad Can. Quicunque*,
& *num.* 16.

Camerinen. Beneficiatus.

A R G U M E N T U M.

In electione facienda per Patronos ad Bene-
ficia, si Fundator dixerit = Ricordan-
do, che si abbia sempre riguardo di dar-
li Juvenibus bonis, & in servitio Ec-
clesiæ existentibus = an exinde censeatur
pro illis ordinasse Juspatronatus passi-
vum.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Præsentato intra legitima tempora, danda est Institutio.*
2 *Lex generalis non comprehendit casum determinatum ex speciali Lege Fundationis.*
3 *An, & quando Canonicus consanguineus possit votare in Capitulo?*
4 *Legi Fundationis Synodus derogare non potest.*
5 *Quando adesse dicatur Juspatronatus passivum pro certo genere personarum?*
6 *Quanam qualitates consideranda sunt in provisionibus Beneficiorum?*
7 *Exhortatio obligationem non inducit, & numer. 10.*
8 *Textus in Can. Hortamur, quomodo intelligatur?*
9 *Clericus Ecclesia inserviens est preferendus non inservienti, non ex necessitate, sed ex mera convenientia; sed limita, ut n. 14.*
11 *Secluso prejudicio gravasn non remanet conscientia facientis actum nullum.*
12 *Jura minus favent Juripatronatus passivo, quam activo; Amplia, ut in n. 13.*
15 *Statuta Ecclesia Calaguritana obligant ad conferendum beneficia inservientibus Ecclesia.*
16 *Clausula = Conscientiam suam oneramus = an inducat simplicem monitionem?*
17 *Genus antecedens qualificationis universalis non restringitur per subsequentem speciem.*
18 *Si præsentatus comprehendatur intra genus qualificationis universalis, sufficit, ut ejus præsentatio sustineatur, & n. 20.*
19 *In dubio facienda est interpretatio pro validitate actus favore Patroni.*
21 *In Concurrentia plurium, Judex inspicere debet, quid Testator verisimiliter voluisset.*
22 *Prolatio alicui debita in beneficiis Ecclesia, cui inservivit, ex quo motivo procedat.*
23 *Recompensa servitii non applicatur, nisi ad laborem gratuito præstitum?*
24 *Ut præsentatio sit annullanda, ostendi debet facta contra fundationem.*
25 *Jus in provisionibus beneficii hortatur eligi meliores, & in servitio Ecclesia existentes.*
26 *De Jure communi non cassatur electio, si eligantur extranei ab Ecclesia.*
27 *Regula, quod in ultimis voluntatibus Verba hortatoria importent necessitatem, quando procedat?*
28 *Tota dispositio dicitur adimpleri; quando adimpletur in parte, qua est obligatoria.*
29 *Ad inducendam observantiam requiritur qualitas coactiva?*
30 *Resolutio causa, ejusque difficultates.*

ALLEGATIO XXX.

1 DAnda venit Institutio Madagnino, qui docet se infra legitima tempora præsentatum per Capitulum, & Canonicos Collegiatæ de quorum Jurepatronatus non dubitatur, & per contrarium deneganda est Adversario, qui nullam habet præsentationem, ut inquit Marant. *resp.* 82. *n.* 1. *lib.* 3. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 34.

Non obstat, quod Madagninus principalis fuerit electus per Capitulum, in quo votum suum dedit etiam Canonicus de Augustinis ejus Avunculus contra prohibitionem Synodi Diœcesanæ sub pœna nullitatis actus, quia cum lex fundationis longe præcedat constitutionem Synodalem, & ibi caveatur Juspræsentandi spectare debere ad Capitulum, & omnes Canonicos nemine excepto, utique præallegata Constitutio locum non habet in electione ad hoc beneficium de Jurepatronatu, quia lex generalis nun-
2 quam comprehendit casum determinatum ex speciali Lege Fundationis *L. cum in Testamento*, §. *fin. ff. de hered. Instituen.* Barbos. *axiom.* 73. *num.* 9. Rot. *decis.* 960. *n.* 15. *coram Dunoz. Jun.* & *dec.* 1083. *n.* 15. *cor. Emerix Jun.*

Præsertim quando de Jure communi Canonicus con- 3
sanguineus potest votare in Capitulo, ubi agitur de Electione Consanguinei ad Canonicatum, seu Præbendam juxta Text. *expressum in l. illud*, & *leg. item eorum*, *ff. quod cujusque univers. nomin.* Ubi quod Pater potest in publica Universitate, seu Collegio votare pro Filio, R. P. D. Maral. *in voto impresso apud* Matt. *de caus. Concistor. sect.* 22. *n.* 76. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 72. *n.* 94. Pignattell. *consult.* 53. *n.* 6. *tom.* 6. Ubi in terminis Canonici consanguinei refert ita decisum per Sacram Congregationem Concilii, Vivian. *de Jurepatr. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 23.

Ideoque Lex Fundationis reservatoria Juris præsentandi favore Capituli Canonicorum, cum debeat intelligi, seu interpretari juxta dispositionem Juris, sine dubio tribuisse censetur Jus præsentandi Capitulo, & Canonicis, absque exclusione Consanguineorum *pro ut de Jure*, & consequenter huic Legi Fundationis, cum Synodus derogare non potuerit, idcirco sub generalitate Verborum, derogasse non censetur, arguendo voluntatem a potestate, juxta Text. 4
in l. Lucius §. *Imperatores*, *ff. ad municipal.* & *leg. si tibi*, §. *unius*, *ff. de option. legat.* Rota *dec.* 90. *n.* 15. *dec.* 240. *n.* 9. & *dec.* 293. *n.* 9. *p.* 16. *rec.* & *dec.* 84. *n.* 23. *coram Cerro.*

Minus obstat, quod concurrat Juspatronatus passivum favore illorum Clericorum, qui Ecclesiæ servitium præstiterunt, nec propterea potuerit Capitulum præterire Adversarium qualificatum hujusmodi servitio Ecclesiæ, & eligere Madagninum, ut prætenditur, nullatenus qualificatum.

Etenim non subsistit adesse aliquod Juspatronatus 5
passivum pro certo genere Personarum, hoc enim adesse dicitur, quoties Fundator per viam præcepti ordinavit præsentandum esse unum de familia sua, vel extranea, seu aliquem de certa Civitate, loco, vel Collegio, vel denique Doctorem Theologum, & similes ex firmatis apud Carol. Anton. de Luc. *lin. legal. lib.* 1. *art.* 24. *num.* 3. Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 26. *n.* 1. & *seqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 109. Monet. *de Commutat. ultim. volunt. capit.* 10. *numer.* 200.

In præsenti autem Fundator solum demonstravit; seu comendavit Capitulo quicquid subintelligebatur de Jure, quod nempe eligeret bonus, & meritum habentes, alias gravabat ejus conscientiam, ibi = *Se non eleggeranno i buoni e meritevoli, onero conscientias eorum* = successive explicando quomodo intelligeret hujusmodi bonos, & meritum habentes, dicendo scilicet, quod boni essent illi bonæ vitæ, habentes autem meritum, essent illi, qui aliquod servitum præstitissent Ecclesiæ ibi = *ricordando in oltre che nell' elezione de' Beneficiati s' habia sempre riguardo di darli à quelli Giovani di buona vita* (ecce primum requisitum bonitatis) *che haveranno servito per qualche tempo la Chiesa, e si saranno allevati tra loro Canonici* (ecce secundum requisitum meritorum) *Se ve ne saranno; e l' addimanderanno* = quæ verba solum important generalem recordationem, seu exhortationem Capituli, ut faceret electionem prout de Jure, de bonis, & meritum habentibus, ut has qualitates esse regulariter, & ex natura rei con- 6
siderandas in provisionibus Beneficiorum docet Text. *in cap. innotuit de elect.* & *in cap. quoniam, de Jurepatr* & *in Can. si forte dist.* 63. Rot. *in Hortanen. Beneficii* 23. *Martii proxime præteriti*, §. *final. coram R. P. D. Scotto.*

Sed exinde non bene infertur Juspatronatus passivum = *per i buoni, e meritevoli* = *nempe giovani di buona vita, e che averanno servito la Chiesa* = quia cum Fundator sciret has qualitates de Jure subintelligi, & debere præ oculis Patronorum haberi, solummodo processit per viam recordationis, ibi = *ricordando in oltre* = Unde talis recordatio ejus, quod de jure erat, non potest inducere Juspatronatus passivum per viam præcepti annullantis actum in contrarium, sed resolvitur in meram demonstrationem, 6
& ex-

& exhortationem; quæ regulariter non obligat Pa-
8 tronum, ut in puncto est Text. *in Can. hortamur, dist. 81.* ubi licet ordinetur quod Civis præferatur extero, attamen, quia Text. loquitur hortatorie dicendo, ibi = *hortamur* = omnes concludunt hoc esse de honestate, & convenientia, non autem necessitate: *Garz. de benef. p. 7. cap. 9. num. 7.* Genuen. *in prax. Episcop. capit. 66. numer. 13. vers. quod quidem, bene* Passerin. *de elect. capit. 25. n. 649.*

9 Hinc licet Clericus Ecclesiæ inserviens sit præferendus alteri qui nullum ei præstitit servitium juxta Text. *in Can. nullus invitis, dist. 61.* ibi = *Ut quilibet habeat fructum suæ militiæ in Ecclesia, in qua suam transegit ætatem* =; attamen hoc non esse præceptum annullans electionem, sed meram convenientiam, qua non servata, adhuc electio sustinetur, tradit Gloss. *in dict. Can. nullus invitis in verb. Civitatis*, ibi = *Tenebit electio Extranei* = *& in cap. ne pro defectu 41. de Elect. in verb. ipsius*, ibi = *Dico quod primo debet inquirere personas Ecclesiæ vacantis, & eligere de gremio ipsius Ecclesiæ, & illud debuit fieri per illa Jura, sed si hoc non fecerit nihilominus valebit electio, &c. & nusquam invenies, quod propter hoc cassetur* = Passerin. *dict. capit. 25. n. 649. & 654.*

In hoc sensu non obligatorio, sed mere hortatorio, & commendatitio processit Testator, quando recordatus est Capitulo, quod erat de Jure, electionem scilicet bonorum, & habentium meritum servitii Ec-
clesiæ, non solum propter verbum illud = *ricor-*
10 *dando* = sed etiam propter illam expressionem, quod in casu contraventionis, onerabat conscientiam Canonicorum; quæ expressio demonstrat Fundatorem se voluisse in omnibus, & per omnia conformare cum dispositione, & ad limites Juris communis; ubi si non fiat electio de Personis, quæ in Ecclesiæ servitio suam transegerunt ætatem, electio quidem valet, sed gravatur ex hoc conscientia Eligentis, ut in puncto Lambert. *de Jurepatr. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 3. n. 23 vers in Patronis vero*, ibi = *Quando eis esset injunctum, ut præsentarent idoniorem per Superiorem, &c. nam sibi bene teneret præsentatio, &c. tamen poterit dici præsentantes vulnerasse conscientias eorum, quia contra illam ædificant, & Superioris spernunt jussionem, seu exhortationem* = & hoc ipsum docet Text. *in cap. bonæ 4. de postulat. prælat.* ibi = *quia non poteramus salva conscientia eidem Ecclesiæ de Persona alterius Regni providere* = Passerin. *dict. cap. 25. numer. 652.* Rot. *decis. 16. numer. 9. & 10. part. 2. diversor.*

Si igitur Fundator in casu contraventionis solum contentus fuit gravare conscientiam Canonicorum, utique non intellexit inducere præceptum annullans actum in contrarium, sed sese expressit eodem modo, & forma, quibus Sacri Canones hortantur, præfici Ecclesiæ bonos, & de ejus gremio existentes, per viam nempe exhortationis, & gravaminis conscientiæ, absque eo, quod actus reddatur nullus; nam alias, si actus redderetur nullus, nullum præjudicium pateretur
11 qualificatus, & secluso ejus præjudicio, gravata non remaneret conscientia facientis actum nullum, & inutilem, seu effectu carentem, juxta Text. *in cap fin. de sponsalib. ubique* Gloss. *in verb. conatus*, Gilet. *in margarit. casuum conscien. in verb. effectus*. Barbos. *axiom. 17. n. 1.* Ricc. *dec. 70. n. 6. p. 1.*

Quæ omnia facilius procedunt, quando agitur de eximendo Patronum ab onere Jurispatronatus passivi; quod tanquam durum, & reddens quasi inutile Juspatronatus activum, quantum fieri potest excludendum venit, cum jura nostra minus faveant Juri-
12 patronatus passivo, quam activo, ut bene advertit Rot. *in Romana Cappellania 25. Novemb. 1705. §. addito, coram R. P. D. Ansaldo*; itaut etiam in dubio
13 favendum sit Patrono, maxime ad effectum sustinendi ejus præsentationem, ut dixi *disrept. Eccles. 7. num. 14. & 30. vers. vel saltem*; Rot. *in Valentina Benef. 7. Junii 1694. §. addebatur, in fin. coram R. P. D. Priolo.*

Præsertim quando ista recordatio Patroni etiam hortatoria habet suam operationem, & effectum in casu suo pro ut de Jure disponitur, ubi nempe vota Canonicorum scinduntur in partes æquales, & duo concurrant præsentati in paritate vocum: tunc enim juxta dispositionem Juris de necessitate præfertur, qui 14
in Ecclesiæ servitio reperitur, ut in individuo tradunt Lana *de Anniverſ. & Cappellan. lib. 2. cap. 3. num. 19.* Garz. *de benef. p. 7. cap. 9. numer. 8.* Unde oritur legalis interpretatio, quod Fundator censeatur obligasse Patronum, in hoc tantum casu juxta dispositionem Juris communis, cum qua præsumitur se voluisse conformare. Lotter. *de re benef. l. 2. q. 27. n. 37.* Rot. *in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. §. Nam quamvis, coram R. P. D. Scotto.*

Quibus non adversantur decisiones, & Auctoritates in contrarium allegandæ, signanter Rot. *dec. 393.*
numer. 17. part. 17. rec. loquitur enim de Statutis Ec- 15
clesiæ Calaguritanæ, quæ obligant ad conferendum beneficia inservientibus Ecclesiæ. Passerin. *dicto cap. 25. num. 654.* nec ideo applicatur ad terminos nostros ubi non adest obligatio per viam Statuti; lex autem Fundationis non obligat, sed est hortatoria, quæ licet aliquando inducat necessitatem, attamen regula hæc fallit, quando contrarium resultat ex aliqua conjectura positiva, ut in præsenti, ubi Fundator in casu contraventionis solum oneravit conscientiam Patroni ad limites Juris communis, non autem annullavit actum Text. *in l. cum Pater, §. mando filiæ meæ, ff. de leg. 2. & in l. ex verbo cod. de fideicomm. libert.* Mantic. *de conjectur. lib. 8. tit. 1. n. 12.* Rot. *decis. 124.*
n. 1. p. 16. Et in specie, quod clausula = *Conscientiam* 16
tuam oneramus = inducat simplicem monitionem tenet Barb *clausi. 24. n. 2.*

Accedit prædictis aliud fundamentum, quod nempe cum Fundator jusserit eligi = *i buoni, e meritevoli* = licet postea expresserit = *I giovani di buona vita* = & inter habentes meritum apposuerit illos = *Che averanno servito per qualche tempo la Chiesa* = attamen ista qualitas specialis venit exemplificative non autem restrictive ad illam generalem = *meritevoli* = quia meritum non consistit tantum in servitio Ecclesiæ, sed etiam in aliis qualitatibus, aut
æquipollentibus, aut majoribus, ob quas prælatio de- 17
beri potest, quod genus antecedens ejus qualificationis universalis, = *Meritevoli* = non restringitur per subsequentem speciem = *Che averanno servito la Chiesa* = juxta Theoricam Bartol. *in l. quæsitum 12. §. Si quis fundum, num. 11. & seqq. ff. de fund. instruct.* Baldus *cons. 329. in fin. vers. in contrarium libr. 1.* Barbos. *ax. 107. num. 19. vers. limita 2.* Card. Tusc. *pract. conclus. lit. G. conclus. 36. numer. 79.* Gratian. *discept. 692. num. 50.* Cavalcan. *dec. 23. num. 2. p. 3.* Rot. *dec. 257. n. 7. & 9. coram Greg. & decis. 1372. n. 8. coram Emerix Jun.*

Neque enim dici potest quod Juspatronatus passivum potius assistat illis = *Che averanno servito* = quam illis, qui sunt, *meritevoli*; eo ipso quod Fundator utrosque expressit per genus, & speciem; Etenim adjiciendo genus significare voluit omnem speciem meritorum in hac materia dabilem, & prælatione dignum, adjiciendo autem speciem servitii Ec-
clesiæ significavit unum tantum ex meritis, quæ da- 18
ri possunt, & consequenter cum Madagninus sit qualificatus ex aliis meritis, & comprehendatur intra genus volitum, *de meritevoli*; hoc sufficit, ut ejus præsentatio sustineatur, ut probat Bartol. *in dicta l. quæsitum, § si quis fundum num. 6. ff. de fund. Instruct.* Card. de Luca *de præeminent. disc. 13. numer. 22. vers. indubitanter*, Rot. *coram Merlin. decis. 685. num. 17. repetit. in dec. 59. p. 7. rec. & bene confert.* Passerin. *de Elect. cap. 30. n. 261.* Pax Jordan. *lib. 10. tom. 8. num. 204. & cap. 25. n. 651.*

Et contrarium procederet in eo dumtaxat casu, quo Fundator copulative requisivisset servitium Ecclesiæ, cum aliis meritis, secus quando voluit, *i meritevoli*, & intra hoc genus exemplificavit, seu demonstravit illos, qui habent servitium Ecclesiæ, Rota *coram Emerix Jun. dicta decis.* 1372. *num.* 8. Tunc enim unice videndum est, an merita præsentati sint talia, quæ adæquent illa adversarii; Si enim adæquant, tali casu non est annullanda præsentatio, quæ quan-

tum

tum fieri potest, semper sustinenda venit, faciendo
19 interpretationem in dubio pro validitate actus, & favore Patroni ad evitandum ejus delictum, & contraventionem legi Fundationis, ut bene Rot. *in dicta Valentina Beneficii* 7. *Junii* 1694. §. *addebatur vers. & demum, coram R. P. D. Priolo, impressa apud me discep. Eccles. in fin. fol.* 173. quod insuper comprobatur ea urgenti consideratione, quod alias figurando Juspatronatus passivum pro habentibus servitium Ecclesiæ post factam expressionem, *de i buoni, e meritevoli*, sequeretur, quod Testator voluisset præferri Gremiales Ecclesiæ ipsis Bonis, & meritum habentibus, itaut morum honestas, & meritorum qualitas postponenda foret servitio Ecclesiæ, quod quidem absurdum videtur, ut Juvenis propter aliquale servitium Ecclesiæ cæteroquin sine aliis meritis, & excellentia morum, immo etiam vitiosus excludere debeat *i buoni, e meritevoli*.

Quod autem merita Principalis nostri adæquent meritum adversarii, est evidens ex pluribus; Primo
20 enim ipse est Civis magis qualificatus loci; Secundo studiis, & virtutibus incumbit hic in Urbe, & magnæ expectationis ingenium est, ex quo non levis utilitas resultare potest Ecclesiæ. Tertio præstitit etiam ipse servitium Ecclesiæ inserviendo Missis, & indutus Cotta, Thuribolum, & Crucem tulit. Quarto, est Nepos unius ex Canonicis habentibus Jus eligendi, seu præsentandi, quamvis enim Canonici eligant ratione Ecclesiæ, non autem tanquam particulares personæ, itaut non dicantur habere Consanguineos in ordine ad Juspatronatus, ut plene scripsi *supra alleg. 4. fere per totam*, negari tamen non potest, quominus aliquid operetur hæc circumstantia consanguinitatis cum Canonicis Electoribus saltem, ut ea conjungenda sit cum aliis qualitatibus proxime relatis ad Text. *in leg. Spadonem*, §. *qui jura, ff. de execut. Tutor.* Gabriel. *de probat. conclus.* 1. *n.* 1. Menoch. *conclus.* 284. *n.* 43. Surd. *cons.* 245. *n.* 31. Rot. *dec.* 774. *n.* 7. *p.* 2. *recentior.*

Quæ omnia insimul cumulata sine dubio faciunt principalem nostrum unum, *de i meritevoli*, volitum a Fundatore, & prælatione dignum in concursu adversarii, solum habentis servitium Ecclesiæ, & destituti altero indispensabili requisito honestatis vitæ, & ignobilitate natalium obscurati; si vera sunt quæ dicuntur in facto; In hac enim materia Judex in Con-
21 currentia inspicere debet, quod ex istis prudens Fundator si viveret, præferri verisimiliter voluisset, Text. *in l. Cum res, ff. de legat.* 1. ibi = *Ubi Testator voluit, vel ubi verisimile est eum voluisse* = Alba *cons.* 325. *n.* 15. *cum aliis apud* Roccam *disput. Jur. tom.* 2. *cap.* 190. *n.* 53. *& seqq.*

Tertium denique fundamentum ad excludendam oppositionem Adversarii consistit in defectu requisitorum fundationis, nedum respectu morum, sed etiam servitii Ecclesiæ, etenim adversarius non præstitit, aut præstat illud servitium Ecclesiæ, de quo Fundator intelleait, dum attente observando ea verba = *Che averanno servito per qualche tempo la Chiesa, e si saranno allevati tra loro Canonici, come spesso accade; se ve ne saranno* = manifeste assequimur fundatorem intellexisse de servitio gratuito, quod aliquis Juvenis præstitisset Ecclesiæ convivendo cum Canonicis, eosque coadjuvando. Quam intelligentiam suadet ratio juris, quod prælatio alicujus debita in beneficiis ejus
22 Ecclesiæ, cui inservivit, ea unica procedit motivo recompensandi labores præteritos, juxta Text. *in can. miramur, dist.* 61. ibi = *Non potest de ejus provectione dubitari; cui pro laboribus multis, &c. celsioris loci præmium debetur* =: sicut habemus in materia Coadjutoriæ, ubi Summus Pontifex in præmium præteriti servitii concedit gratiam futuræ successionis in beneficio. Rot. *cor. Merlin. dec.* 768. *sub numer.* 3. *vers. alterum, & in recentior. decis.* 112. *numer.* 25. *& seqq. part.* 16. *& decis.* 13. *numer.* 12. *post Remocamp. de Coadjutor.*

23 Recompensa autem servitii non applicatur nisi ad laborem gratuito præstitum Ecclesiæ, non autem ad illud præstitum cum salario, & pacta mercede, a qua omnis labor recipere solet remunerationem suam, ut probat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 15. Rot. *coram Putto dec.* 225. *n.* 17. *lib.* 3. *in correctis.*

Idque comprobatur ex illis verbis = *se ve ne saranno* = quæ sicut designant dubietatem, & incertitudinem ab eventu dependentem, ita dant intelligere Fundatorem non intellexisse nisi de illis, qui gratuitum servitium Ecclesiæ præstitissent, quorum existentia est incerta, & potest esse, & non esse, secus autem de illis, qui sunt Ordinarii Ministri Ecclesiæ menstruatim salariati, quibus tanquam certis, & finis, & necessariis Ministris de numero existentibus, non applicatur dubietas illa = *se ve ne saranno* = & per consequens nec dispositio applicatur *l.* 4. §. *toties, ff. de damno infecto.* Ossaeh. *dec.* 49. *n.* 9. Capyc. Galeotta *controv.* 64. *n.* 11. *lib.* 2. Rot. *dec.* 394. *n.* 17. *p.* 16. *recent.*

Dum ergo Adversarius fuit simplex Coadjutor Parochi, & Archipresbyteri menstruatim salariatus ab illis, utique non est qualificatus ad formam Fundationis requirentis servitium Ecclesiæ gratuitum, cui solum adaptatur recompensa assignata per Fundatorem.

Ex quibus concludo, quod Adversarius nullo modo est qualificatus, dum nec habet servitium gratuitum Ecclesiæ, nec habet requisitum honestatis morum propter diffamationem, & scandala, quæ supponuntur in facto, per contrarium vero Madagninus juvenis literatus, habens aliquod servitium Ecclesiæ, unus ex principalibus Civibus Loci, ac etiam habens Judicium Capituli, quod illum unanimiter elegit, dici debet qualificatus ad formam fundationis loquentis = *per i buoni, e meritevoli* = nec ideo ulla ratio concurrit, ob quam præsentatio Capituli sit annullanda, & Capitulum Patronum in hac vacatione privandum Jure suo.

Etenim ad effectum ut præsentatio facta per Pa- 24
tronum sit annullanda, oportet ostendere, quod peccaverit contra apertam legem fundationis, probando quod concurrat Juspatronatus passivum pro certo genere personarum; in quibus terminis loquitur Rot. *in Valentina Beneficii, coram R. P. D. Priolo impress. apud me Discept. Eccles.* 7. *sub n.* 31. cum aliis ex adverso adductis.

In præsenti non probatur Juspatronatus passivum ex verbis = *Se non eleggeranno i buoni, e meritevoli, onero conscientias eorum, ricordando, &c. che si abbia sempre riguardo a quei giovani di buona vita, che averanno servito, &c.* = quia sunt verba mere recordatoria earum qualitatum, quæ spectandæ
sunt pro facienda præsentatione, juxta dispositionem 25
Juris, quæ hortatur eligi meliores, & in servitio Ecclesiæ existentes; ut in *Can. hortamur dist.* 81. *& in Can. nullus invitis dist.* 61. *& in cap. innotuit de elect. & in cap. quoniam, de Jurepatr.*

Quemadmodum igitur de Jure communi non cas- 26
satur electio, si eligantur ut extranei ab Ecclesia, sed tantum oneratur conscientia eligentium, & quemadmodum de jure solum in paritate votorum præferuntur hujusmodi qualificati; ita etiam dicendum venit in præsenti casu, ubi Fundator noluit aliquid plus addere supra Jus commune, sed cum illo se conformavit, onerando tantum conscientias Canonicorum in caso contraventionis, & procedendo per verba simpliciter recordatoria ejus, quod de jure erat, ut docet Text. *in leg. cum pater*, §. *mando filiæ meæ, &c. de legat.* 2. *& in l. fideicommissa*, §. *si ita quis scripserit, ff. de legat.* 3. *& in l. ex verbo, C. de fideicommissariis libert.* Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 1. *n.* 12. *&* 15. Rot. *dec.* 124 *n.* 1. *p.* 16.

Nequaquam obstante regula, quod in ultimis vo- 27
luntatibus verba hortatoria, & deprecativa important necessitatem. Hæc enim procedit non quidem virtute verborum, sed potius contra eorum tenorem, sequendo duntaxat mentem, & non verba, ideoque applicatur, quando ita fert mens Testatoris, ut inquit Text. *in l. fideicommissa*, §. *hac verba, ff. de leg.* 3. *ibique* Gloss. *in verb. contineri*, hanc necessitatem procedere dicit = *inspecta potius mente Testatoris, quam ipsius verbis* = Mens autem Testatoris in casu isto fuit tantum onerare conscientias Canonicorum;

tum; ergo non eos necessitavit, sed reliquit eorum facto, de quo reddere tenerentur rationem soli Deo, non autem Judici, & per consequens, cum mens Testatoris contrarium non suadeat, recedendum non venit a proprietate verborum quæ exhortationem tantum, & recordationem, non autem præceptum continent, cum hæc materia sit tota voluntatis, quæ unice rimanda venit, ad tradita per Castren. *in leg. cum Pater 79. §. mando filiæ meæ, num. 4. ff. de legat.* 2. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc. 30. num. 6. versic. & quoad Verbum.*

Neque stringunt conjecturæ, nam prima quod Testator instituendo hæredes Canonicos, eos obligaverit jurare ut adimplerent = *Tutta la disposizione fatta nel testamento* = nullius momenti convin-
28 citur, dum tota adimpleri dicitur dispositio, quando adimpletur in parte, & partibus, quibus est obligatoria, non autem ubi non obligat, sed hortatur, & arbitrio hæredis remittit, alias esset adimplere dispositionem plusquam verba ejus importarent, ut firmant Rocc. *disput. Jur. cap. 106. n. 69.* Rot. *decis. 266. n. 6. p. 16. & dec. 103. n. 2. & seqq. p. 17. & dec. 595. n. 29. part. 19. recent.*

Prout quod Testator in erectione Collegiatæ voluerit ad quinque Canonicatus præsentari personas de Gremio Ecclesiæ existentes, potius retorquetur, quia ubi voluit obligare respectu Canonicatum, id specialiter dixit ibi = *Cum onore tamen præsentandi, &c.* = Ergo ubi non dixit per verba præceptiva, sed solum per commendatitia, & hortatoria signum est quod noluit juxta argumentum discretivæ, de quo Rot. *decis. 36. n. 11. part. 16. & decis. 102. n. 11. & decis. 118. n. 22. part. 17. recent.*

Observantia ex adverso data non est præcisa, & ad casum, cum non sufficiat quod ad Beneficiatus electi aliquando fuerint Clerici Ecclesiæ inservientes, quia potuit esse per accidens, ex quo Capitulum unanimiter seu concorditer illos eligere volue-
29 rit, & tamen ad inducendam observantiam, necesse est probare, quod Capitulum eligere voluerit alios in concursu habentis servitium Ecclesiæ, quodque ejus electio effectum non habuerit, ut in specie probat Ceccoper. *lucubr. Canon. lib. 4. n. 61.* Rot. *cor. Merlin. dec. 106. n. 9. cum aliis apud Me relatis discept. Eccl. 24. n. 31.*

Hæc erant, quæ deducebam in hac causa ad de-
30 fensam in duabus propositionibus habitis in S. Rota, ubi favorabile judicatum obtinui juxta prædicta, ut ex decisionibus editis 2. *Julii* 1708. & 10. *Maii*
31 1709. *coram Reverendiss. D. Molines Decano.* Cæterum, ut verum fatear, gravem difficultatem sentiebam in hac causa antequam proponeretur in Rota, & magis contrarium, quam favorabile exitum expectabam. Etenim urgebat regula, quod in ultimis
32 voluntatibus, verba hortatoria, & deprecativa inducebant necessitatem, & præceptum, ut in his terminis Card. de Luc. *de Jurepatr. disc. 30. n. 5. & 6.* Rot. *dec. 68. n. 4. & seqq. p. 12. rec. & in Cusentina Cappellania 12. Februarii 1703. coram R. P. D. Scotta.* Nec obstare videbatur, quod Fundator simpliciter insinuare, & recordari voluisset quicquid subintelligebatur de Jure circa præferendos Gremiales Ecclesiæ; cumque de jure non cogatur eos eligere Patronus, vel alius nisi de honestate, idcirco verba Fundatoris nihil plus operarentur supra dispositionem Juris, quoniam ubi Fundator mandat eligi Gremiales Ecclesiæ, qui secundum Juris dictamen de honestate, non autem necessitate sunt præeligendi, intelligitur inducere necessitatem, & addere supra Jus commune præceptum, & obligationem omnino servandam sub pœna nullitatis actus, ut in puncto ait Lambertin. *de Jurepatr. libr. 2. p. 1. q. 7. art. 24. n. 18. fol. 590.* & concordat Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 21. n. 59. & seqq.* Qua regula præexistente opus erat ostendere limitationem in dubio non præsumendam, quod nempe Fundator revera noluisset per verba illa recordatoria inducere præceptum; in quo articulo talis limitatio non videbatur certa dum ea verba = *S'abbia riguardo di darli* = non erant proprie, aut saltem clare hortatoria, sed potius verbum illud *S'abbia*, inferebat obligationem, & præceptum junctis præsertim verbis = *di darli sempre* = perpetuitatem denotantibus, quæ perpetuitas sicut enixam Testatoris voluntatem designat, ita magis præcepto, quam consilio, & commendationi applicabatur non obstante verbo = *riguardo* = importante considerationem, quia tantum est dicere, quod in eligendo = *S'abbia riguardo di darli* = quantum dicere, quod = *S'avverta di darli* = itaut verba magis accedere videatur ad necessitatem, & enixam voluntatem quam simplex consilium & commendationem; eoque magis quia quoad istos Gremiales Testator adjecerat = *se ve ne saranno, e l'addimanderanno* = quæ erat conditio propria passive vocatorum, qui debent se opponere & instare, & de cætero hæc oppositio, & instantia assimilatur præsentationi juxta Pamphil. *dec. 99. num. 3.* alias ista petitio fuisset superflua, si non intellexisset Fundator, quod petentibus daretur beneficium; Neque obstabat oneratio illa conscientiæ Eligentium si non eligerent, *i buoni, e meritevoli*, non solum quia non tollebat quominus in suis casibus actus esset nullus seu annullandus, dum electio non bono, seu indigni gravat conscientiam, & tamen in foro fori non sustinetur, aut irritatur, *Cap. si electio, de elect. in 6.* Passerin. *eod. tract. 29. n. 63.* sed etiam quia convincebatur illam esse superius appositam per separatam onerationem, quæ non influebat ad conditionem eligendi Juvenes Gremiales Ecclesiæ, quæ legebatur distincta cum illa dictione *in oltre*; neque propterea ex diversis currebat illatio, licet ego responderem, quod si Testator gravaverat conscientiam Canonicorum, *sa non elegeranno i buoni, e meritevoli*, qui erat casus fortior, & durior multo magis censeretur hoc conscientiæ gravamen retulisse ad casum immediate expressum, in quo recordabatur Capitulo respectus eligendi Juvenes inservientes Ecclesiæ ex firmatis Me scribente *in Asten. Prioratus super pertinentia 7. Decembris 1708. §. frustraque, & 20. Martii 1709. §. nullatenus, coram R. P. D. Aldrovando*; quo vero ad servitium Ecclesiæ hoc non videbatur verificari in Madagnino existenti extra Gremium Ecclesiæ, licet in puerili ætate quandoque inservisset Missis.

Verum his non obstantibus contrarium fuit decisum, ex quo concurrebat evidentissima discretiva in hac ipsa electione facienda ad Beneficiatus, ubi quando Fundator voluerat necessario præsentari certas Personas, id expresserat cum illo verbo præsciptivo = *ordino, e voglio* = quæ discretiva persuadebat quod noluisset ligamen apponere quoad eligendos Juvenes in servitio Ecclesiæ existentes, quorum respectu usus fuerat verbis recordatoriis, & commendatitiis = *ricordando, che s'abbia riguardo* = junctis aliis, de quibus supra, & in decisionibus causæ expressis, quæ simul omnia poterant insinuare Judici mentem Fundatoris potius consultivam, quam præceptivam, cum illa regula, quod in ultimis voluntatibus verba hortatoria habeant vim præcepti, tota fundetur in præsumpta mente Testatoris, neglecto cortice verborum; ex quo descendit, ut in casu converso etiam verba præceptiva accipiantur, & inflectantur pro hortatoriis, & consultivis, quando ita fert eadem mens Testatoris, ut est Text. *in l. cum Pater 79. §. mando filiæ meæ, ff. de legat. 2. ibique* Gloss. *in verb. Consilii Castrens. numer. 1. & seqq.* & sic agebatur de quæstione voluntatis, quæ lubrica est, & conjecturalis, quæque in mente Judicis unam, vel alteram sortiri valet figuram, ex qua nasci solet determinatio, & proinde non defuit justum, & legitimum motivum Resolutionis, cum subinde Pars victa acquievit, renunciando Liti.

R.P.D. MOLINES DECANO.

Camerinen. Beneficiatus.

Lunæ 2. Julii 1708.

CLaram Pietatis monumentum pro Divini Cul-
tus augmento, & honorificentia Oppidi Apiri
suæ Patriæ instituit Joannes Jacobus Baldinus olim
in Urbe non obscuri nominis Medicinæ Professor.
Fundavit quippe adhuc vivens Insignem Collegia-
31 tam duodecim Canonicis compositam illorum sin-
gulis præbenda scutorum centum annuorum consta-
bilita, deinde moriens suum sibi scripsit hæredem
ejusdem Collegiatæ Capitulum cum onere erectio-
nis octu Beneficiatorum, servato favore ejusdem
Capituli Jurepatronatus, & præsentandi eosdem Be-
neficiatos, in quorum electionem nonnulla commen-
davit observanda, & inter alia = *Che tanto nell'*
elettione de Benefiziati, quanto delle Zitelle (quas
pariter dotari mandaverat) *se non elegeranno i buo-*
ni, e meritevoli onera conscientias eorum. Ricordan-
do in oltre che nell'elezione de' Benefiziati si abbia
sempre riguardo à quei Giovani di buona vita, che
averanno servito per qualche tempo la Chiesa.

Post effectuatam hujuscemodi Beneficiatorum ere-
ctionem, Capitulum semper cum omni pace in illo-
rum vacationibus devenit ad Successorum electio-
nes, & sine ulla quoque controversia obtinens ma-
jorem partem Suffragiorum Capitularium ab Ordi-
nario institutionem reportavit. Non ita tamen ac-
cidit in ultima vacatione. Nam concurrentibus Ju-
lio Cæsare Madagnino, & Joanne Andrea Sparapa-
no, coadunato Capitulo pro explenda electione,
Madagninus habuit septem favorabilia Suffragia, &
sex contraria. Sparapanus vero sex favorabilia, &
septem contraria. Majori Suffragiorum numero suf-
fultus Madagninus sibi blandiebatur absque ullo dis-
crimine Institutionem ab Ordinario consecuturum.
Sed vana ejus spes remansit; nam prætendente Spa-
rapano Capitulum contra expressum Baldini Funda-
toris præceptum, illum uti Sacerdotem servitio Ec-
clesiæ a pluribus annis addictum postposuisse Mada-
gnino Adolescenti Studiis grammaticalibus adhuc in-
cumbenti, Ordinarius, spreta electione Capitulari,
Sparapano institutionem concessit. A cujus Judicio,
interposita per Madagninum appellatione, mihique
delegata disceptandum hodie proposui Dubium; =
An, & cui sit danda Institutio in casu = Ean-
que dandam esse Madagnino, Domini responderunt.

Ea ratione, quia cum coadunato infra legitima tem-
pora Capitulo, major illius pars Nominaverit Madagni-
num, & minor elegerit Sparapanum, explorati Juris
est, Institutionem deberi Madagnino habenti nomi-
nationem completam, & non Sparapano eadem ca-
renti. In hisce enim electionibus Patronalibus obti-
32 nens majorem partem Vocalium dicitur vere, & ef-
ficaciter nominatus & electus, habensque minorem
censentur exclusus, *cap. Quoniam, de Jurepatr. Cle-*
ment. plures eodem tit. Lambert. *de Jurepatr. libr.* 2.
part. 3. *quæst.* 4. *art.* 1. *num.* 1. Vivan. *eodem tract. libr.*
12. *cap.* 8. *num.* 1. Rota *coram Cels. decis.* 85. *num.* 1. *&*
decis. 208. *num.* 1. *part.* 7. *Recent. & in Abellina Juris-*
patronatus 18. *Junii* 1696. *§. Siquidem, cor. Me, & in*
Melevitana Jurispatr. 5. *Junii* 1697. *§. Cum enim, pa-*
riter cor. Me.

Nequaquam officiente, quod Fundator præceperit
Canonicis, ut in electionibus eos specialiter respice-
rent, & considerarent, qui aliquo tempore præsti-
terint servitium Ecclesiæ Collegiatæ; Proindeque
cum ejusmodi qualificatione præditus esset Sparapa-
nus, eaque destitutus reperiretur Madagninus, non
isti, sed illi debita erat institutio, quantumvis mi-
nora eligentium reportasset Suffragia, immo etiamsi
prorsus nullum obtinuisset, ex famigerata Juris pro-
positione, quod qualificatus in documento funda-
tionis utpote prælectus a Fundatore assequi debeat
33 Beneficiatum, etiam sine Patroni nominatione peti-
ta, & denegata, seu aliis non qualificatis concessa,
ex collectis per Card. de Luc. *de Jurepatron. disc.* 28.
num. 3. *& disc.* 50. *eadem numer.* Rocc. *disput. Jur. Se-*
lect. disput. 190. *num.* 21. *&* 23. Rota *coram Bich. de-*
cis. 189. *numer.* 10. *& decis.* 264. *numer.* 8. *& in Re-*
cent. decis. 251. *numer. fin. part.* 10. *& decis.* 372. *num.*
10. *part.* 17.

Quandoquidem pensatis verbis Fundationis quali-
ficantibus Clericos inservientes Ecclesiæ supra reci-
tatis, iisque interpretatis juxta probabiliorem sensum
Fundatoris, convenere Suffragia Dominorum, men-
tem illius nequaquam fuisse ordinandi Juspatronatus
passivum ad illorum favorem, sed eosdem speciali-
ter commendandi Electoribus, sine tamen præcisa,
& obligatoria necessitate ipsosmet semper nominan-
di. Et in omni casu concludebant, quod ubi revo-
ca adesset præfatum Juspatronatus passivum favore
addictorum servitio Ecclesiæ, adhuc Institutio de-
beatur Madagnino. Requisitum istud etiam habenti,
una cum nominatione Capituli in exclusionem Spa-
rapani, hujusmodi nominatione carentis.

Priorem assumpti partem in eo fundabant Domi-
ni, quod Juspatronatus passivum favore certi gene-
ris Personarum, tunc demum regulariter censetur, &
dicitur reservatum, quoties Fundator, vel per se ipsum
de tempore Fundationis Beneficii pro tempore vaca- 34
tionum certas, ac designatas personas eligi, & no-
minat, vel quoties per verba dispositiva, & præce-
ptiva mandat Patronis, ut illas eligant, seu præsen-
tent, ex firmatis per Roccbum *de Jurepatr. verb. ho-*
norificum, q. 18. *in fin.* Hojad. *de Incompatib. Benefic.*
cap. 23. *n.* 132. *& cap.* 24. *n.* 107. Perez de Lara *de An-*
nivers. & Cappell. lib. 2. *cap.* 2. *n.* 1. Azor. *Instit. moral.*
2. *p. lib.* 6. *cap.* 4. *q.* 25. Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 15. *n.* 1.
cum seqq. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 8. *numer.* 109.
Pax Jordan. *Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 26. *numer.* 1.
cum seqq.

Nullo ex recitatis modis usus est Baldinus Fun-
dator, quia nec de tempore Fundationis Beneficia-
torum prælegit Inservientes Ecclesiæ, nec minus
præceptivo, & obligatorio Jussu mandavit Canoni-
cis Patronis, ut illos semper, & indispensabiliter eli-
gerent, eis tribuendo Jus dicendi de nullitate ele-
ctionis extra ipsos factæ. Sed primitus gravavit con-
scientiam eligentium; *Se non eleggeranno li buoni,*
e meritevoli, & consecutive per modum recordatio-
nis insinuavit, ut habere deberent respectum Juve-
num optimæ vitæ aliquo tempore Ecclesiæ inser-
vientium, ibi = *Ricordando in oltre, che nell'ele-*
zione delli Benefiziati si abbia sempre riguardo di dar-
li a quelli Giovani di buona vita, che averanno ser-
vito per qualche tempo la Chiesa, &c. Quæ sane lo- 35
quendi formula inspecto sensu obvio non important
præceptum positivum non eligendi alios, qui non
haberent requisitum Servitii Ecclesiæ, sed optimam,
& canonicam præseferunt insinuationem, & moni-
tionem, ut Capitulum in electionibus oculos, men-
temque converteret ad Personas probas, & meritis
Ecclesiasticis decoratas, illoque signanter servitii Ec-
clesiæ, absque tamen præcisa obligatione non nomi-
nandi alios dignos, & emeritos dicto servitio ca-
rentes. Quam sane intelligentiam ex pluribus Do-
mini desumpsere, & primo ex quo præcipuum re-
quisitum a Fundatore volitum in Beneficiatis fuit pro-
bitas morum, & merita, ibi = *se non eleggeranno*
i buoni, e meritevoli, grava eorum conscientiam, =
cum autem quis possit esse multipliciter emeritus ad
obtinenda Beneficia, etiam sine illo requisito servitii
Ecclesiæ, dicendum est, quod dum principaliter Fun-
dator requisivit merita in genere, illud speciale servi-
tii Ecclesiæ consecutive adjectum non posuerit per
modum præcepti, sed per modum commendationis,
& consilii cæteris paribus. Alias in concursu Theo-
logi, exempli gratia vel Canonistæ, qui Ecclesiæ non
inservierit cum simplici Clerico vulgarissimæ scien-
tiæ, sed Ecclesiæ emancipato juxta mentem Funda-
toris, iste, & non ille in electione præferendus es-
set, quod affirmari nequit, quia Fundator per mo-
dum regulæ voluit, ut Beneficiati essent emeriti, in-
ter autem merita ad obtinenda Beneficia primum

locum

locum obtinet doctrina, & rerum Ecclesiasticarum scientia, *cap. cum in cunctis, de elect. cap. grave nimis, de preben. Cleric. part. 1. de atatat. & qualitat. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap.* 18. Patil. *de resignat. lib. 4. quæst. 4. num.* 2. cum aliis plena manu congestis per Gatz. *de benefic. question. 7. capit. 7. per tot.*

Secundo, quia non dixit Fundator, quod Canonici debeant omnino eligere Ecclesiæ servitio emancipatos sub pœna nullitatis electionis, si non eligerent, sed jussit, ut de illis habendus esset respectus ibi, *rigoardo*, quod verbum juxta sensum proprium, & grammaticalem non importat obligationem, sed commendationem; Nec in subjecta materia juxta Juris dispositionem aliter interpretandum est, quia il-
36 cet de Jure canonico Electores eligere graventur illos de gremio Ecclesiæ, ut in *Can. nullus invitis dist.* 61. ibi = *Ut quilibet habeat fructum sua militia in Ecclesia, in qua suam transegit ætatem*, & magna fuerit inter veteres Canonistas quæstio, majore parte Capituli eligente unum de aliena Ecclesia, minore alterum de eadem ultra electio prævalere debeat, Gloss. *tamen magistralis in cap. cum inter* 21. *de elect.* relatis Juribus Canonicis pro utraque opinione militantibus sequitur illam, quod electio de extraneo facta a majori parte prævalere debeat, quia in nullo Textu Canonico imponitur pœna nullitatis electionis factæ de extraneo, posthabito gremiali Ecclesiæ; Proindeque Jura statuentia prælationem eorum de Ecclesia potius id statuere videntur ex ratione magnæ honestatis, & convenientiæ, quam necessitatis actum contrarium inficientis, ibi = *Tamen dixit* (& melius ut mihi videtur) *quod electio facta a majori parte Capituli prævalet undecunque, sive de sua Ecclesia eligat, sive de alia, dummodo aliud Canonicum non obsistat* = Et infra, *quod respondebis illi capit.* 61. *dist. nullus, &c. dicas quod verum est, quod ita deberet fieri, & honestum esset, & de Jure est. Si tamen major pars aliter facit, valet, quia in hoc renunciavit Juri suo.* Idque ipsum tradit alia optima Gloss. *in capit. ne pro defectu* 41. *de elect.* ibi = *Dico, quod primo debet inquirere* (idem Metropolitanus ad quam devoluta fuerat electio) *personas Ecclesia vacantis, & eligere de gremio ipsius Ecclesia, & illud debuit fieri per illo Jura* 16. *dist. Can. nullus, &c. sed si hoc non fecerit, nihilominus valebit electio; nam multa fieri non debent, facta, tamen manent &c. & nusquam invenies, quod propter hoc cassetur electio*, & tenent communiter relati per Garz. *de Benefic. libr. 7. capit. 9. numer. sexto & septimo*, & requisitum illud servitii Ecclesiæ tunc demum est semper considerandum modo speciali, & quodammodo obligatorio, quoties eligentium Vota scinderentur in duas partes æquales, tunc enim cœteris paribus, qui est de gremio Ecclesiæ perferendus est extraneo, Garz. *loco citat. sub numer.* 8. Rot. *decision.* 413. *numer. 1. part. 1. divers.* Lara *de Anniversf. & Cappellan. lib. 2. cap. 3. numer.* 19.

Tertio, ac fortius quia sæpe dictus Fundator, Canonicis transgredientibus ejus optimas institutiones, & Canonica Consilia non imposuit pœnam nullitatis actus electionis, sed gravavit eorum con-
37 scientias; Unde fit, quod ad summum Canonici posthabitis Inservientibus Ecclesiæ reddere debent rationem in Foro pœnitentiario, non autem in Foro externo. Prout in specie habetur, quod licet juxta Sacrorum Canonum Censuram Electores Ecclesiastici in Beneficiis etiam simplicibus Curam Animarum non habentibus nequeant præsentare dignum omisso notabiliter digniori *Cap. 2. de Offic. Custod.* ibi = *Ut ad hoc opus tale ordinentur quales meliores, & sanctiores esse viderit* Capit. *constitutis, de appellat.* ibi = *Sub animæ periculum Canonicos adjuravit, ut secundum Deum, & juxta conscientiam suam unum eligerent, quem Ecclesia magis utilem, & idoneum reputarent*, *Cap. unica, ut Ecclesiastic. Benefic. sine diminut.* conferant, ibi = *Debuisse Ecclesiasticum Officium, & Beneficium in persona mobis idonea dispensare*, & tradunt communiter Sacramistæ, & Thologi post Sanctum Thomam 2. 2. *question.* 63. *artic.* 1. & 2. & *question.* 185. *articul.* 3. & *quodlibet* 4. *art.* 15. & *quodlibet* 6. *art* 9. Sanchez. *consil. lib. 2. cap. 1. dubit. 2. numer.* 16. Azzor. *Institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 15. numer.* 6. Castrop. *oper. moral. Tom. 2. tract. 13. disputat. 2. punct. 11. §. 2.* Mend. Statet. *opin. differtat.* 13. *question.* 17. *numero* 261. & ex nostris Barbos. *de Paroch. capit. 2. numer.* 98. & *in capitul. Cum nobis* 19. *de elect. numero tertio* Gatz. *de benefic. part. 7. capitul. 16. numero 2. cum seqq.*

Conveniunt tamen æque Theologi, & Canonistæ; quod electio facta de digno omisso digniori sustinetur, & non retractatur, sed eligentes omittentes digniorem sine debita causa peccant contra Justitiam distributivam S. Thomas *in dicta* 2. 2. *quæst.* 63. *artic. 1. ad tertium*, & cœteri Theologi, & Canonistæ supra citati, quibus additur, Dec. *consil.* 129. *numer.* 2. ubi reprobat Abbatem contrarium sentientem, Fagnan. *in cap. cum dilectus, numer.* 18. & 19. *de consuetud. & in capitul. cum autem, numer.* 29. & 30. *de Jurepatronat.* Rot. *decision.* 65. *numer. 8. part. 1. Recentior.*

Quarto demum, quia quando Fundator voluit instituere Juspatronatus passivum favore certarum personarum usus est verbis importativis, & præceptivis directis Capitulo adhoc ut illo omnino eligant, & 38
cœteris præferant, ibi = *Per l'affetto, che ho portato al sopradetto Don Tomaso, e per gl'Oblighi, che hò à lui, & al Signor Guidobaldo suo fratello, ordino, e voglio, che ogni volta, che in Casa sua, e suoi Descendenti in perpetuo vi sia qualche persona atta, à poter godere uno di questi Beneficiati venendo la vacanza, e domandandola, il Capitolo, che haverà la nominatione, gli lo debba dar sempre, e lo debba preferire ad ogn'altro* = Si ergo ubi Fundator voluit instituere Juspatronatus passivum, scivit illud ordinare, & ordinavit verbis præceptivis, & obligatoriis, ibi = *Glie lo debba dar sempre*, ubi qualificando eligendos in genere, & inservientes Ecclesiæ usus non est hac formula præceptiva, & necessitativa, sed altera respectus, sed reflexionis, & considerationis gravando tantum eligentium conscientias, certe non voluit ad illorum favorem instituere Juspatronatus passivum, tribuens Jus dictæ Ecclesiæ inservientibus ad rem, seu Beneficium, sed facere intellexit peculiarem commendationem, & insinuationem Canonicam regulandam ad formam Juris communis, cum quo præsumitur Fundatores se conformare voluisse Lotter. *de re benefic. libr. 2. q. 27. n.* 33. Rot. *in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. §. Nam quamvis, coram R. P. D. meo Scotto.*

Ex quibus manet dilucide probata prima pars assumpti, quod Sparapanus sub obtentu dicti Juspatronatus passivi nequit a controversa Institutione repellere Madagninum a majori parte Capituli electum, sed in omni casu ubi ex suppositione dictum Juspatronatus adesset, visa fuit justificata secunda pars assumpti, quod Madagninus non careat requisito servitii Ecclesiæ, cum de tempore quo traxit moram in Patrio Oppido, jugiter intenderit in Auditorium Sacrosanctum Sacrificii Missæ celebrantium, & frequenter etiam Cotta indutus in Majoribus, & Solemnioribus Missis Turribulum gestaverit, aliaque similia expleverit Ecclesiastica Ministerio suæ ætati accomodata, ut ex attestatione plurium Canonicorum, data in ipsius *Summ. Num.* Parum officiente, quod Ministeria præstita per Sparapanum sint majora, & longioris temporis, quia Fundator consideravit servitia, quæ præstari poterant a Juvenibus, nec quidem diuturna, sed pro aliquo tempore, ibi = *Si abbi sempre riguardo di darli à quelli Giovani di buona vita, che averanno servito per qualche tempo la Chiesa* = Unde mens Fundatoris satis adimpleta, dicitur mediante electione Adolescentis pro aliquo tempore Ecclesiam inservientis, quamvis posthabitus 39
fuisset Sacerdos majoris, & diuturnioris servitii requisitum ostendens, & in omni casu licet melius, & honestius fuisset eligere habentem prærogativam majoris, quam minoris servitii; Tamen non ideo

facta

facta electio ejus, qui minus inservierit, irritari debet optimo argumento ducto a supradictis propositionibus, quod electio minus digni, & de non gremio Ecclesiæ redargui potest de injustitia purganda in foro conscientiæ, non vero in foro fori mediante actus nullitate; Quamvis cæteroquin in casu præsenti Canonici per actum publicum declaraverint, quod in electione Madagnini impleverint voluntatem Testatoris, citra quod ullum in conscientia senserint offendiculum, id quod de Jure præsumitur justa famigeratum principium, de quo late Barbos. *tract. varii axiom. 36. num. 4. cum seqq. & in Valentina Beneficii 7. Junii 1694. §. Addebatur vers. & demum, cor. R. P. D. meo Priolo.*

Et ita utraque, &c.

R.P.D. MOLINES DECANO.

Camerinen. Beneficiatus.

Ven. 10. Maii 1709.

FUndamenta Decisionis editæ die 2. Julii præteriti coram me, qua responsum fuit dandam esse Institutionem ad controversum Beneficiatum Madagnino, solida in facto, & firma in Jura apparuerunt, ideoque Domini in hodierna Audientia persliterunt in decisis. Cum enim Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Apiri obtinens ex dispositione Baldini Fundatoris Jus præsentandi ad dict. Beneficiatum nominaverit Madagninum, & rejecerit Sparapanum,
40 absoluti Juris est illi, & non istis competere Institutionem, ut præter allegatos *in dec. præterita firmant* Vivian. *de Jurepatr. lib. 8. capit. 7. numer. 34.* Marant. *resp. 82. num. 1. lib. 3. & recentissime* Rot. *in Majoricen. Beneficii 1. Febru. 1709. coram R. P. D. meo Falconeria.*

Non relevante quod Sparapanus utpote munitus requisito diuturni servitii dictæ Ecclesiæ Collegiatæ justa præscriptum dicti Fundatoris præferri debuisset Madagnino dicta qualificatione cadenti; Quia bene subsistere censuerunt Domini geminam responsionem, qua objectum hujusmodi in alia decis. removebatur. Subsistens quidem apparuit prima, quod Baldinus Fundator non jussit verbis præceptivis electionem Inservientium Ecclesiæ, sed istos specialiter commendavit Electionibus, ut manifeste deprehenditur in verbis illius testamenti, ibi = *Ri-*
41 *cordando in oltre, che nell' elezione delli Beneficiati si abbia sempre riguardo di darli a quelli Giovani di buona vita, che averanno servito per qualche tempo la Chiesa*, quæ verba nullum præseferunt præceptum, sed justa literalem sensum important potum consilium, & simplicem commendationem, *l. cum Pater, §. mando filia mea, ff. de legat, ibique communiter omnes Interpretes*, & late comprobat *Decisio causæ §. Nullo.*

Nec obstat, quod verba hortatoria, deprecativa, & simplicia desiderii in ultimis voluntatibus resol-
42 vantur in præceptum ex jis, quæ laeo calamo congeruntur *in Romana hæreditatis de Ruspoli* 13. *Junii* 1704. §. 13. *& seqq. coram Me*, quoniam resolutio isthæc in præceptum non sequitur ex vi intrinseca sonus, & importantiæ verborum, sed ex præsumpta voluntate Testatoris, ut præclare docet Gloss. *in l. Fideicommissa, §. Hac verba*, ibi = *Scilicet inspecta potius mente Testatoris, quam ipsius verbis* = *ff. de legat.* 3. & bene Castrens. *in leg. cum Pater 79. §. mando filia mea, ff. de legat. 2. n. 4.* ibi = *Verbum rogo licet de sui natura non sit necessitativum, tamen necessitatem importat in ultimis voluntatibus, quia omne verbum, ex quo de voluntate Testatoris apparet, necessitatem importat, licet de se sit ineptum* = & in hunc sensum loquuntur cumulati in *dicta Romana de Ruspolis coram Me*, in qua verba hortatoria, & desiderii sociata erant pluribus aliis dispositionibus Testatoris declarantibus ejus mentem fuisse hortando præcipere, & per verba desiderii vere, & efficaciter instituere, ut patet ex lectura.

Quotiescunque itaque verba deprecatoria, & desiderii, vel non fulciantur aliis argumentis, illa trahentibus ad præcisam jussionem, seu in oppositum
concurrant alia indicantia mentem Testatoris in il- 43
lis exprimendis fuisse conformem veræ, & non subintellectæ eorum significationi, tunc non est ab ea recedendum, totum enim facit in subjecta materia interpretandi Testatorum Judicia, eorum voluntas, collecta, & expiscata ex contextu suarum dispositionum, *l. omne verbum in princ. & §. sit igitur, C. commun. de legat. l. voluntatis, C. de fideicomm. l. verbis ff. de verbor. significat.* Donell. *comment. jur. Civil. lib. 7. capit. 17. numer. 50.* pluribusque aliis adductis, respondit Rot. *in Romana fideicomm. de Valesiis* 18. *Junii* 1708. §. *talis assertio, coram Me*, & magis ad propositum explicando dictam decisionem *Romana hæreditatis de Ruspolis, in Cavallicen. Bonorum* 18. *Febr.* 1707. §. *quia officiat cum pluribus sequentibus coram Me.*

Indagata in præsenti casu voluntate Baldini Fundatoris usque ab anteacta causæ disputatione com-
pertum habuerunt Domini, illam non extitisse re- 44
servandi favore Inservientium Ecclesiæ Juspatronatus passivum, sed recordandi Capitulo, & Canonicis Patronis, ut in contingentia vacationum de illis haberetur respectus, ibi = *Ricordando, che nell' elezione si abbia riguardo*, = quæ recordatio destituta notis præceptivis importat simplicem monitionem Præsentantibus, & nominantibus, ut de Græmialibus Ecclesiæ eam haberent considerationem, quam de illis Sacri Canones habendam esse præscribunt; Quoties namque dispositiones Testatorum in exprimendis eorum volitis sunt ambiguæ, tunc interpretandæ sunt justa Juris sanctiones, Rota *in Aprutina Beneficii* 19. *Junii* 1705. §. *non quamvis, coram R. P. D. meo Scotto.* Cum ergo Sacri Canones non ita graveut Electores ad eligendum Gremiales, ut si non eligerent, electio maneat nulla, sed dictum præceptum fundatum sit in congruitate, & honestate, ut docuit Gloss. *Magistralis in cap. cum inter 21. de elect.* cum aliis in *dec. præterita, §. Secundo quia*, quibus additur P. Passerinus *de elect. cap. 25. numer. 649.* inde fit, hoc ipsum voluisse prælaudatum Fundatorem, ut latius sequitur *præterita decisio in dicto §. 2. quia.*

Attento potissime, quod idem Fundator si non eligerentur Inservientes Ecclesiæ non annullavit electio-
nem, sed gravavit tantum conscientiam Eligentium, 45
ex quo manifeste colligitur, quod in hac parte se conformare voluerit cum dicta Sacrorum Canonum dispositione, quæ non inficit actum electionis extranei in concursu Gremialis, sed justa Doctorum sententiam obligat Electores in Foro Poli, quando ejusdem Gremialis posthabitio justis de causis non processisset per ea, quæ traduntur congesti *in dec. præterita §. 3. ac fortius cum §. seqq.*

Parum officiente, quod idem Fundator gravaverit Eligentium conscientias; si non eligerent *i buoni, e meritevoli*, non vero si excluderent Inservientes Ecclesiæ, ibi = *Che tanto nell' Elezione de' Beneficiati, quanto delle Zitelle, se non eleggeranno i buoni, e meritevoli, onero conscientias eorum. Ricordando in oltre, che nell' Elezione de Beneficiati si abbia riguardo a quei Giovani di buona vita, che averanno servito per qualche tempo la Chiesa.* = Quia cum in una, & eadem, seu connexa oratione mandaverit electionem Emeritorum, & Gremialium, inde sequitur, quod dictum onus afficiat amborum electionem; Stante potissimum identitate, immo majoritate rationis; nam Patroni, Electoresque tenen-
tur strictioribus præceptis ad eligendos, & nomi- 46
nandos, *i Buoni, e meritevoli*, quam Gremiales Ecclesiæ, itaut de Jura non sit eligendus Gremialis, qui sit dignus, relicto extraneo, qui sit dignior, ex traditis per P. Passerin. *de elect. cap. 25. numer. 651.* Sigismund. *de elect. dub. 33. numer. 1.* Quare si Testator solummodo oneravit Capitulum in conscientia, quando non elegisset, *i Buoni, e meritevoli*, qui erat casus fortior, & durior, eodem modo, & multo magis censetur tantum onerasse illius conscientiam, si non elegisset Inservientes Ecclesiæ. Præceptum enim appo-

appofitum inter duas difpofitiones una, feu connexa oratione conceptas, concurrente identitate, feu majoritate rationis refertur ad utranque, Cafanat. *conf.* 2. *numer.* 36. & 51. Joseph. Altograd. *confil.* 55. *numer.* 63. Rot. *decif.* 339. *numer.* 32. & 33. *coram Durano*, & *decif.* 121. *numer.* 12. & 13. *coram Priola*, & *dec.* 349. *numer.* 14. *part.* 19. *recens.* & *in Aften. Prioratus fuper pertinentia* 7. *Decembris* 1708. §. *Fruftraque*, & 20. *Martii* 1709. §. *Nullatenus fubfiftente*, *coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Et certo certius apparuit de dicta volontate Fundatoris non præcipiendi, fed commendandi ad formam Juris electionem Gremialium Ecclefiæ, quia in
47 cafibus, in quibus voluit ille inftituere Jufpatronatus paffivum locutus eft verbis præceptivis, & obligatoriis. Cum ergo quoad Gremiales Ecclefiæ ufus fuerit verbis fonantibus commendationem, clarum eft fe conformare voluiffe cum Juris difpofitione, argumento difcretivæ, quod validiffimum eft in interpretandis ultimis voluntatibus ex congeftis *in Terulen. Beneficii* 25. *Junii* 1696. §. *Minime*, *coram bon. mem. Muta*. & *in dicta Aften. Jurifpatronat.* 10. *Martii* 1709. §. *concurrente*, *coram Rev. P. D. meo Aldrovando*.

Subfiftere quoque vifa fuit altera refponfio decifionis, quod in omni cafu Madagnious obtinet requi-
48 fitum fervitii Ecclefiæ. Nil obftante, quod Sparapanus illud habeat gravius, & longius, quia Fundator fe contentavit qualicunque etiam brevi fervitio, ibi = *Che averanno fervito per qualche tempo*, = ut latius advertit *præterita decifio*, §. *fin.* minufque etiam relevante, quod Patroni, & Electores teneantur eligere digniorem, quia præfentatio, feu electio digni jam facta non retractatur, fed omittente digniorem fine debita caufa peccant contra Juftitiam diftributivam, ut ex doctrina S. Thomæ 2. 2. *quæftion.* 63. *art.* 2. *ad* 3. *probat decifio præterita*, §. *conveniunt*, & *dict.* §. *finali*.

Et ita utraque, &c.

Firmana Cappellaniarum.

ARGUMENTUM.

Quando Fundator dicatur voluiffe relinquere Cappellanias laicales, vel Ecclefiafticas; & de conjecturis inferentibus earum Ecclefiafticitatem, ut Epifcopus cogere poffit hæredem ad earundem Erectionem in Titulum collativum.

SUMMARIUM.

1 *Recenfentur conjectura Cappellania laicalis* 1. & *num.* 2. *ufque ad num.* 7.

8 *Quæ, & quot fint requifita Beneficii Ecclefiaftici?*

9 *Præceptum erigendi Cappellaniam fonat in Beneficium.*

10 *Erectio intelligitur relicta prout de Jure facienda ab Ordinario, quando agitur de relictis per ultimam voluntatem, fecus per actum inter vivos.*

11 *Exclufio Ordinarii a Collatione non excludit eum ab Erectione*; & *num.* 13. & *feqq.*

12 *Verba juxta fubjectum, cui adaptantur, diverfam indolem, & diverfum capiunt Intellectum.*

18 *Inftitutio ad præfentationem cadit in Beneficiis Collativis*; & *num.* 19.

20 *Item verbum vacationis.*

21 *Dictio, altri Beneficii, adjecta Cappellaniis, has oftendunt Ecclefiafticas. Vide alias conjecturas num.* 22. *ufque ad num.* 31.

32 *Dictio, Onninamente, habet vim decreti irritantis.*

33 *Quando Cappellania Ecclefiaftica adimpleri poffint per modum laicalem.*

34 *Lex appofita in Fundatione contra Concilium Tridentinum vitiatur, & pro non fcripta habetur.*

35 *Differentia conditionis fufpenfiva, & refolutiva in legibus adjectis per Fundatorem.*

36 *Etiam contra prohibitionem Teftatoris poteft Epifcopus procedere ad exequendum opus pium.*

37 *Nemo præfumitur velle, quod non poteft.*

38 *Qui non poteft difponere contra legem, nihil agit, etiam fi apponat verba enixa, & effrenata.*

ALLEGATIO XXXI.

VEntilantur in Foro frequenter controverfiæ inter Præfentatos, & Provifos Apoftolicos fuper Articulo, An Cappellania fit Ecclefiaftica, vel laicalis, nam data Laicitate in ejus locum non habent Refervationes Apoftolicæ, & provifiones de refervato, quicquid fecus fi conftet de earum Ecclefiafticitate, ex deductis apud Gonzal. *ad regular.* 8. *gloff.* 5. *numer.* 22. ultra alios effectus ex una, vel altera qualitate derivantes, pro cujus articuli difcuffione fubjiciam refponfum, quod in fenfu veritatis publicavi contra Reverendiffimum Capitulum, & prænobiles Canonicos Ecclefiæ Collegiatæ S. Mariæ in Via lata de Urbe, quibus meum votum exquirere placuit in fequenti cafu.

Bonæ memoriæ Cauccios olim dictæ Ecclefiæ Canonicus in fuis noviffimis teftamentariis tabulis particularem Ecclefiam in Diœcefi Firmana conftrui juffit, ejufque Adminiftratorem, & Dominum fcripfit Capitulum dictæ Collegiatæ, cui refervavit Jus inftituendi, & conferendi Cappellanias, quas in Ecclefia conftituenda erigi voluit privative ad quencunque alium Collatorem, & Superiorem refervando Cappellanis jus præfentandi. Eminentiffimus Archiepifcopus rejecit conditionem juris inftituendi favore Capituli tanquam contrarium Concilio Tridentino in *feff.* 24. *cap.* 12. *de Reformat.* Hinc prætendere cœpit Capitulum hujufmodi Cappellanias ex Lege Fundationis fuiffe relictas laicales, non autem Ecclefiafticas, contrariam fubftinente Archiepifcopo. Quæritur idcirco fupra duobus. Primo = *An Cappellania cenferi debeant laicales, vel Ecclefiaftica*. = Et fecundo quatenus fint Ecclefiafticæ = *An Archiepifcopus cogere valeat Capitulum ad faciendam earum erectionem fine refervatione Juris inftituendi in ejus favorem?* =

Dico igitur quoad primum, quod pro decidenda una, vel altera qualitate Beneficii, vel Legati pii, regulæ, & conclufiones Juris hodie funt certæ, & pacificæ, & folum refolutio dependet ex facto, feu ex verbis Teftamenti, in quam nempe qualitatem influant, ex propterea diligenter examinato, multa quidem occurrere videntur argumenta ad perfuadendum ordinationem fimplicis Legati Pii.

Primo enim concurrit illa grandis conjectura, quod Teftator nullatenus exegit erectionem Cappellaniarum faciendam ab Ordinario, quando tamen 1
nemo præfumitur velle Beneficium, nifi primo velit ejus effentiale, & principale requifitum, quod confiftit in erectione facienda auctoritate Epifcopali *ad Text. in cap. ad hæc de religiof. domib.* Garz. *de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 111. Gonzal. *ad regul.* 8. *glofs.* 5. *numer.* 7. & 20. cum aliis plene adductis *in Pampilonen. Cappellania* 25. *Maiò* 1646. §. *verum*, *coram bon. mem. Corrado*.

Secundo, quia non folum auctoritatem Ordinarii non requifivit, fed immo pofitive exclufit concedendo difpofitionem Cappellaniarum Capitulo Adminiftratori, volendo fcilicet, quod collatio ibi = *In ogni tempo, & in perpetuo onninamente fpetti, & appartenga al detto Capitolo di S. Maria in via lata privative, & exclufive à qualfivoglia altra Collatore, o Superiore, di modo che non poffa mai qualfifia altra per qualfivoglia titolo, ò caufa ingerirfi* = 2
Ex qua pofitiva exclufione Ordinarii ab actu collationis arguitur voluntas Teftatoris contraria erectioni Cappellaniæ Ecclefiafticæ; nam cum nemo præfumatur velle, quod non poteft, utique non præfu-

mittur

mitur voluisset Testator erigere Beneficium quoties adjecit conditionem Sacro Concilio Tridentino adversam, & qualitati Beneficii repugnantem, qualis est exclusio Ordinarii a Collatione, ut scribit Castropal. *tract.* 13. *de Benef. disp.* 1. *punct.* 6. *num.* 7. *versic. quapropter.* Rot. *decis.* 182. *n.* 1. *p.* 18. *recent.* Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *c.* 2. *n.* 26. Gonz. *de Benef. p.* 1. *c.* 107. Seraphin. *dec.* 611. *n.* 1.

Tertio, quia non fuit assignata Dos Cappellanis
3 jure proprio exigenda, quo casu ista assignatio dotis arguit Cappellaniam Ecclesiasticam; sed concessa Capitulo exactio fructuum Locorum Montium in dotem assignatorum cum onere eos solvendi Cappellanis, idemque Capitulum fuit relictum Rector Ecclesiæ, & Administrator universæ hæreditatis, ex quibus elici potest etiam circumstantia exclusiva Beneficii Ecclesiastici ex traditis per Corrad. *in prax. Benef. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 20. & 21. Rot. *dec.* 542. *n.* 3. *parc.* 2. *rec.* & *dec.* 87. *n.* 6. *coram Pamphil.* Cæsar. de Grassis *dec.* 13. *nu.* 5. *de preben.*

Neque prædictis obstare videtur, quod Ordinarius fuerit exclusus a Collatione, non autem ab Erectione Cappellaniarum, dum Testator quoad erectionem solummodo impersonaliter dixit = *Si debbano erigere,* = quod debet intelligi ad formam Juris auctoritate ordinaria; Quippe responderi potest, quod verba exclusiva Ordinarii, licet apposita quoad collationem, tamen sunt generalia, & per modum regulæ, ibi = *Sempre in ogni tempo per qualsivoglia titolo, a causa ingerirsi,* = quæ proinde operantur, ut in
4 omni casu censeatur exclusa Auctoritas Ordinaria, consequenter tam in actu erectionis, quam postea, Manoch. *cons.* 220. *nu.* 51. & 53. *cum seqq.* Beroius *cons.* 120. *num.* 41. *lib.* 1. Rot. *decis.* 208. *num.* 9. *p.* 14. *rec.* Reflectendo præsertim ad intentionem Testatoris, quæ fuit Capitulum relinquere absolutum Rectorem Ecclesiæ, ubi institutæ fuerunt Cappellaniæ, attributa illi amplissima potestate tanquam Ordinario, & Prælato in-
5 feriori in eadem Ecclesia, itaut exclusio Ordinarii a Collatione influat per antecedens etiam in exclusionem ab erectione præcedenti. Rot. *decis.* 167. *numer.* 38. *part.* 14. *recent.* fortius quia verba illa = *Si debbano erigere* = non videntur importare erectionem Beneficii Ecclesiastici, eo quia Testator reliquit etiam duas Cappellanias manuales, & laicales in Collegiata S. Mariæ in via lata, & pro eis etiam usus est verbis eisdem Erectionis ibi = *Dentro un mese si erigano* = quæ si non important erectionem in Titulum Beneficii respectu duarum Cappellaniarum manualium, nec minus importare valent respectu aliarum sex, in quibus per eadem verba processit, una siquidem pars Testamenti aliam declarat, in quo sensu verbum = *erigere* =
6 fuerit a Testatore intellectum, & prolatum, & quod ista verba non inferant erectionem in Titulum beneficialem probare videtur. Rot. *in Pampilonen. Cappellania* 25. *Maii* 1646. *in principio, cor. Corrado,* ubi in Testamento dictum fuit *in Ecclesia Parochiali fundata sit una Cappellania perpetua.* Et in puncto *in Senegallien. Cappellania* 10. *Aprilis* 1696. §. *minusque, cor. Reverendissimo Molines Decano;* ubi de illis verbis = *Si eriga, instituisca, e fondi un Jurispatronato perpetuo* =.

Minusque obstant conjecturæ, quas expendunt Doctores pro arguenda qualitate Cappellaniæ Ecclesiasticæ, nempe locus Erectionis, Dos, perpetuitas, necnon Jus præsentandi, & instituendi, quia quando deficit Auctoritas Ordinarii, & per contrarium concurrit
7 ejus positiva exclusio, prædicta argumenta perdunt vires, & nihil concludunt, ut firmavit Rot. *in dicta Pampilonen. Cappellania* §. *nam primum cum seqq.* Ita & taliter, quod nihil obstet expressio Institutionis etiam faciendæ ab Ordinario: immo etiam expressio Beneficii, & Iurispatronatus, ut ampliat Corrad. *in prax. Benef. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 17. & *sub n.* 51. *versic. quod quidem,* & *n.* 53. Hæc omnia simul juncta persuadere videntur Fundatorem voluisse Cappellanias laicales, seu mera legata pia cum onere Missarum; verum reflectendo ad veritatem, ac re diligentius examinata, supradictis non obstantibus absolute censeo, quod Testator voluerit erigere Cappellanias in verum, ac proprium titulum Beneficii Ecclesiastici, ad quod assequendum gravioribus moveor fundamentis.

Præmissa enim vulgata Theorica Abbatis *cons.* 47. *lib.* 2.; quod nempe ut constituatur Beneficium Ecclesiasticum quinque debent concurrere. Primo scilicet 8
Erectio auctoritate Ordinaria. Secundo, quod habeat aliquid spiritualitatis annexum. Tertio, quod sit conferendum Clerico. Quarto, quod conferri non possit nisi ab Ecclesiastica persona; & Quinto, quod sit perpetuum, quæ requisita late examinat Corrad. *in prax. Benef. libr.* 1. *capit.* 2. 3. 4. 5. & 6. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss. n.* 6. & *seqq.* Certe in casu isto dilucide assequimur concurrere nedum omnia quinque constitutiva Beneficii Ecclesiastici, sed etiam ex abundanti plura alia, quæ rem evidentissimam demonstrant.

Et quidem in ordine ad primum habemus verba litteralia Testatoris, qui declaravit velle erectionem Cappellaniarum, eamque impersonaliter demandavit ibi *Lascio, che dentro due mesi nella mia Chiesa si debbano erigere sei Cappellanie perpetue* = Quomodo enim Testator ordinat erectionem faciendam, ista erectio relata 9
ad nomen Cappellaniæ perpetuæ, quod ex proprietate vocabuli sonat in Beneficium, ut ait. Amostaz. *de Causis piis lib.* 3. *c.* 2. *n.* 11. nihil aliud est, quam Erectio in titulum Beneficialem, & per talem erectionem evidenter agnoscimus, quod fuerit volita Cappellania Ecclesiastica, ut bene Amostaz. *de caus. piis dicto lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 11. Non autem Cappellania laicalis, seu legatum pium cum onere Missarum, pro quo non est necesse venire ad erectionem aliquam, sed sufficit, quod Testator Cappellaniam hujusmodi in suo Testamento relinquat, ac auctoritate propria designet sine alio requisito. Corrad. *in prax. Benef. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 43. *versic. qui in casu* Navar. *cons.* 5. *num.* 1. *de preben.* Garz. *de Benef. parc.* 1. *cap.* 2. *num.* 104. Stante autem præcepto Erectionis Cappellaniarum entis ordinato per verbum illud = *Si debbano erigere* =, clarissimum, ac indubitatum puto, quod ista erectio impersonaliter prolata non possit intelligi nisi de erectione facienda, *prout de Jure,* seu Auctoritate Episcopali. Quicquid 10
enim sit in Cappellaniis institutis per actum inter vivos, & ab Instituente effectuatis mediante positione Cappellani, ubi fundator non adhibendo auctoritatem Episcopi videtur nolle Beneficium Ecclesiasticum, in quibus terminis loquuntur omnes in objecto allegati supra *num.* 1., certum est quod ubi Cappellaniæ instituuntur per ultimam voluntatem, in quibus Auctoritas Ordinarii non solet intervenire nisi post obitum Testatoris, tali casu etiamsi in Institutione illarum Testator non exigat auctoritatem Ordinarii, hæc nihilominus semper censetur volita, non autem exclusa, ut distinguendo probant Garz. *de Benef. part.* 1. *cap* 1. *num.* 109. Lara *de anniverf. libr.* 2. *cap.* 1. *num* 46. Panimol. *dec.* 21. *num.* 13. Amostaz. *de caus. piis lib.* 2 *cap.* 7. *num.* 17.

Neque subsistit illatio ab exclusione Ordinarii quoad Institutionem, & Collationem ad exclusionem illius ab actu erectionis, quoniam in conditionibus adjectis contra Jus non potest fieri extensio; Unde exclusio Ordinarii limitata ad casum Institutionis licet verbis generalibus concepta, semper tamen restringi- 11
tur ad id, de quo loquitur, nec trahitur retro ad superiorem partem testamenti, in qua fuit ordinata erectio Cappellaniarum, ut in puncto, quod præceptum exclusivum Ordinarii a Collatione, non excludat eum ab erectione, firmat Amostaz. *de causis piis lib.* 1. *c.* 2. *n.* 27. *versic. Si vero.* Minusque præceptum erigendi dici potest non concludere erectionem in titulum beneficialem, ex quo Testator hujusmodi præceptum adjecit etiam Cappellaniis manualibus, quippe respondeo, quod verba juxta subjectum, cui 12
applicantur diversimode sonant, ac operantur; & propterea stat simul, quod erectio relata ad Cappellanias manuales cum reservatione totalis deputationis Cappellani ad favorem Capituli, quæ laicalem qualitatem importat, ex adductis per Amostaz. *ubi supra capit.* 2. *numer.* 20. intelligi possit improprie de erectione insolemni, & non beneficiali, quodque per contrarium relata ad Cappellanias perpetuas concomitetur ab omnibus requisitis Beneficii inferius referendis, ut

queat intelligi nifi de vera, ac propria erectione in titulum perpetuum Beneficii; Verba enim juxta materiam, cui adjunguntur, diverfam indolem, ac diverfimodum capiunt intellectum, ut apud Geminian.
12 *conf.* 29. *n.* 3. *in fin.* & *conf.* 73. *num.* 10. Ruin. *conf.* 25. *n.* 19. & *feqq. lib.* 5. Barbof. *axioma* 222. *n.* 30. Fortius quia in hac materia non eft necesse quod concurrant verba inclufiva Ordinarii per præceptum de erigendo in titulum beneficialem; fed fatis eft voluntas conftituendi Cappellanias in Teftamento expreffa fine ex-
13 clufione Ordinarii ab earum erectione; nam eo ipfo dicitur inclufus Ordinarius, quoties non repetitur exclufus, ut dicunt punctuales Doctrinæ Garz. Latæ, & Panimoll. de quibus fupra *num.* 10. ubi dicunt fufficere quod Teftator fimpliciter instituat Cappellaniam, ut fignanter ait Garz. *ubi fupra*, & concordat Cevall. *Commun. con Commun.* q. 282. *n.* 29. & dixi Ego *difcept. Ecclef.* 25. *n.* 12. *in fin.*

Firmato primo requifito effentiali ad Conftitutionem Beneficii, nempe erectione faltem tacite voliva cum Actoritate Ordinarii, accedit etiam Secun-
14 dum fcilicet Annexio oneris fpiritualis his Cappellaniis non folum confiftens in onere Miffæ quotidianæ, fed etiam in præcepto audiendi Confeffiones, & docendi Doctrinam Chriftianam. Gratian. *difcept.* 397. *n.* 56. Panimoll. *dec.* 21. *n.* 17. Rot. *coram Pamphil. dec.* 87. *n.* 1.

Tertium quoque concurrit nempe collatio facienda
15 Clerico, dum Teftator juffit præfentari, & inftitui Sacerdotes. Panimoll. *dicta dec.* 21. *n.* 18. Pamphil. *dec.* 77. *n.* 2.

Quartum, quod Collatio fieri debeat ab Ecclefia-
16 ftica perfona, ex quo ea fuit attributa Capitulo tanquam Prælato inferiori, & in locum ipfius Ordinarii fuffecto, ut apud Gonzal. *ad regul.* 8. *gloff.* 5. *numer.* 10.

Quintum, quod fit perpetuum, ut conftat ex
17 verbis Teftamenti, ibi = *Si debbano erigere fei Cappellanie perpetue* = ut dicunt Rot. *dec.* 24. *fub nu.* 6. & *dec.* 254. *nu.* 3. *p.* 2. *rec.* Panimoll. *dec.* 21. *n.* 20. Cavaller. *dec.* 639. *fub n.* 9. Buratt. *dec.* 224. *num.* 4. Pamphil. *dec.* 384. *n.* 4.

Sextum quoque accedit (licet ultra neceffitatem cum quinque prædicta fufficiant), & confiftit in eo, quod fuit conceffa præfentatio Cappellanis, & Inftitutio Capitulo, quæ Inftitutio ad præfentationem non
18 datur nifi in Beneficiis collativis ad Text. *in cap. auctoritate, de Inftitut.* Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 3. *quæft.* 1. *art.* 1. Rot. *decif.* 508. *num.* 3. *part.* 1. *diverf.* Corrad. *in prax. Benef. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 32. Pamphil. *decif.* 87. *numer.* 7. & me fcribente *in Fanen. Jurifdictionis* 21. *Januar.* 1704. §. *quod enim*, *coram. R.P.D. Scotto*, Et hæc inftitutio non poteft impropriari pro fimplici Immiffione in poffeffionem, eo quia Teftator voluit præcedere factum præfentationis Cappellanorum & fubfequi Inftitutionem Capituli, quæ propterea verificari non poteft, nifi in vera, & propria Inftitutione
19 Canonica, ut in puncto ait Rot. *decif.* 48. *fub numer.* 7. & 8. *part.* 18. *recent.* Et ulterius quia Teftator clare diftinxit ipfam Inftitutionem ab inveftitura, feu immiffione in poffeffionem, ibi = *A favore di quelli averanno come fopra prefentati, debba il medefimo Capitolo concedere la Bolla, ò Patente della Collazione, & Inftituzione, fenza la quale non poffa mai il nominato, ò Prefentato effer ammeffo al poffeffo della Cappellania, che poi ottenuta detta Bolla, voglio poffa prendere liberamente* = Ex quibus patet non poffe confundi Inftitutionem cum poffeffione, tum refiftente proprietate Verborum, tum clara expreffione Teftatoris, qui habuit pro diftinctis, & feparatis actum Inftitutionis ab actu inveftituræ, feu poffeffionis, *l. non omnis in princip. ff. fi cert. petat. l. fcire oportet, §. aliud, ff. de excufat.* Tutor. *l. non aliter, ff. de legat.* 3. *cap. intelligent*, &c. *præterea de verb. fignificat.*

Septimum requifitum, feu conjectura eft, quod Teftator femper confideravit, & appellavit vacationem Cappellaniarum, ut ex contextu Teftamenti, ibi = *Seguendo poi la vacanza* = & ibi = *In qualfivoglia occafione, che vacarà ciafcheduna di dette Cappellanie* =, & inferius, ibi = *In occafione di qualfivoglia vacanza* = & ibi = *In qualfivoglia occafione di vacanza* =; licet enim impropriè loquen- 20
do vacare dicantur etiam manualia, tamen quando concurrunt alia præcipua figna Beneficii, nempe Dos, Præfentatio, Inftitutio, Perpetuitas, & alia adducta, ac inferius adducenda, nulla ratio, fuadet, quod vacationis verbum debeat impropriari; fed potius accipiendum eft in fuo proprio fignificatu de vacatione fcilicet congruenti Beneficiis collativis, & perpetuis, quæ vere, & proprie vacare dicuntur, ut coram Seraphin. *dec.* 1025. *fub num.* 2. & *coram Duran. dec.* 435. *num.* 4. Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 2. *nu.* 62. *verf. in una tamen.*

Octavum requifitum, feu conjectura eft, quod Teftator juffit, ibi = *Non volendo, che quefte Cappellanie fiano mai compatibili con altri Beneficj refidenziali* = fub quibus verbis dilucide expreffit Cappella- 21
nias voluiffe haberi pro veris Beneficiis refidentialibus, dum ea verba = *Con altri Beneficii refidentiali* = adjecta poft expreffionem Cappellaniarum clare demonftrant ejufdem qualitatis confideraffe Beneficia refidentialia, ac iftas Cappellanias ex illa dictione = *altri* = quæ intelligitur de fimilibus, & facit pofitionem ejufdem qualitatis ad præcedentia. *L. quidam relegatus ff. de reb. dub.* & *l. fin. §. cui dulcia, ff. de Vin. Tritic. Oleoque legat.* latiffime Barbof. *dict.* 26. *num.* 1. 2. & 3. ubi multum ampliat ad rem iftam Barbat. *conf.* 33. *ex n.* 26. *lib.* 2. Alexan. *conf.* 104. *n.* 4. *lib.* 2. Si enim Teftator voluiffet exprimere fimilitudinem circa folum onus refidendi, dixiffet = *Quefte Cappellanie non fiano mai compatibili con i Beneficii refidenziali* =; ideoque adjungendo = *con altri Beneficj refidenziali* = fatis expreffit velle, quod Cappellaniæ effent Beneficia refidentialia cum aliis refidentialibus incompatibilia, eoque magis, quia Teftator id repetit in aliis verbis, ibi = *Purchè vi fiano, e non foffero proviſti d'altri Beneficj di refidenza* =, quæ repetitio reponendo Cappellanias inter Beneficia refidentialia, apertam oftendit voluntatem erigendi Beneficia Ecclefiaftica, ut in puncto iftius verbi = *infra gli altri* = ad effectum reputandi Beneficium Ecclefiafticum, & excludendo Cappellaniam Laicalem firmavit Rot. *dec.* 329. *num.* 20. *in fin.* & *num.* 21. *part.* 18. *tom.* 1. *rec.*

Nonum requifitum, feu conjectura eft, quod Teftator exclufit refervationes Apoftolicas, ibi = *Non poffano mai per qualfivoglia caufa effere foggette alle regole di Cancellaria, nè agl'Indulti de' Sig. Cardinali, nè ad alcun'altra riferva, o affezione benchè claufa in corpore Juris.* = Hæc enim exclufio refervationum 22
apertiffime oftendit Cappellanias effe vera Beneficia; nam alias fi talia non fuiffent, fed Cappellaniæ laicales, otiofus fuiffet tantus apparatus verborum, cum quibus Teftator proceffit ad excludendam omnem Refervationem, & affectionem, dum Cappellaniæ laicales fine alia expreffione fuapte natura fub nulla refervatione comprehenduntur, ut tradit Gonzal. *ad regul.* 8. *gloff.* 5. *n.* 22. Rebuff. *de pacific. poffeff. nu.* 287. *ad fin. verfic.* & *ideo*, Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 32. Rot. *coram Merlin. dec.* 79. *n.* 1. Præfertim accedente illa ratione, cum qua Teftator declaravit excludere Refervationes, ibi = *Ma che debbano fempre confiderarfi, e regolarfi come di Jufpatronato mere laicale per averle dotate de' miei proprj beni.* = Non poteft autem dari clarior declaratio Beneficii dum providus Teftator confiderando, quod Jufpatronatus erat refervatum Cappellanis, & ideo uti Ecclefiafticum cadebat fub refervatione, Gonzal. *ad reg.* 8. *glofs.* 18. *n.* 5. Voluit quod non caderet, fed per modum laicalem ad Ecclefiafticos deferetur, per quam declarationem expreffam voluit removere, obftaculum refervationum, ficut hoc modo removeri poteft, juxta firmata noviffime Me fcribente in *Parmen. Beneficii* 28. *Januar.* & 13. *Junii* 1701. *coram R. P. D. Scotto*, confirmata in fecunda inftantia *die* 6. *Januarii* 1702. *coram R. P. D. Anfaldo*; ubi de Fundatore Ecclefiaftico, qui refervaverat Ecclefiafticis perfonis Jufpræfentandi, & providendi cum voluntate exclufiva Refervationum, & pariter Me fcribente in eodem cafu decifum fuit per *Rotam* noviffime *in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *refponfum*, *coram Reverend.*

Do-

Domino Molines Decano, & plene firmavi *Discept. Eccles.* 25. *n.* 8. *& seqq.*

Decimum requisitum, seu conjectura quod in fundatione duarum Cappellaniarum manualium Testator processit per verba denotantiam meram laicitatem ibi = *Sempre, & in perpetuo debbano deputare dall' Illustriss. e Reverendiss. Capitolo,* = quæ verba utpote exprimentia simplicem deputationem manualibus, & laicalibus applicabilem, excludunt Ordinarium, excludunt collationem, & ponunt in libera dispositione Capituli easdem Cappellanias per modum laicalem, juxta decisa *in Pampilonen. Cappellaniæ* 25. *Martii* 1646. §. *quin immo, coram Corrado*. Et propterea cum processerit in erectione aliarum sex Cappellaniarum cum modo totaliter diverso, requirendo præsentationem, & in ejus sequelam Institutionem cum perpetuitate Beneficii, & aliis supra consideratis, exinde assequimur ex hac discretiva locutione Cappellanias manuales voluisse laicas; perpetuas autem Ecclesiasticas, Rot. *decis.* 507. *num.* 7 *& dec.* 667. *num.* 5. *p.* 2. *& decis.* 304. *num.* 12. *part.* 19. *& coram Coccin. decis.* 1458. *num.* 3.

Undecimum requisitum, seu conjectura deduci potest ex oneribus, & modis, quos Testator adjecit Cappellanis, sive consideretur incompatibilitas Cappellaniarum volita cum Beneficiis residentialibus, si-
25 ve assistentia ad Ministrandum Sacramentum Pœnitentiæ, & rudimenta Doctrinæ Christianæ, necnon obligatio solvendi Julium unum pro pœna Cappellanis deficientibus in onerum suorum adimplemento, quæ omnia simul juncta ponunt ante oculos, & dant intelligere tot Beneficiatos constitutos a Testatore in Ecclesia ab eo ædificata ad instar Canonicorum Collegiatæ.

Duodecimum tandem requisitum, seu potius Comprobatio omnium præcedentium colligi potest ex ipso supplici libello porrecto Episcopo ex parte Capituli, ubi declaravit Cappellanias erigere velle in Beneficia Ecclesiastica, ibi = *Perche resti adempita in tutte le sue parti la pia disposizione del Testatore.* =
26 Quæ declaratio emissa a Capitulo executore, & totali dispositione hæreditatis Testatoris, deque ejus voluntate plenissime informato multum attendibilis videtur in hac materia, ut firmat Rot. *decis.* 327. *sub num.* 6. *&* 7. *& decis.* 299. *num.* 9. *&* 10. *part.* 15. *& Me scribente in Valentina Beneficii* 17. *Febr.* 1696. §. *Hinc cum, cor. R. P. D. Olmo, & in Majoricen. Beneficii* 4. *Julii* 1696, §. *quæ demque coram Eminentiss. P. D. Tremoille.*

Ex his facilis oritur responsio ad contraria; Etenim in summa tantum fundamentum pro Laicitate harum Cappellaniarum desumitur ex Lege Testamenti, in quo fuit concessa Collatio, & institutio soli Capitulo privative, & exclusive ad quencunque Superiorem, ex quo infertur, quod noluerit Testator Bene-
27 ficia Ecclesiastica eo ipso, quod exclusit Ordinarium ab Institutione juxta firmata *in Pampilonen. Cappellaniæ, coram Corrad. & Hydruntina Beneficii, cor. Olmo, nunc Reverendissimo Conchen.* Verum ut tollantur omnia æquivoca, quæ in hoc passo incurri possunt, distinguere oportet duos infrascriptos casus, ex quorum distinctione patebit Doctrinas in contrarium allegatas nihil ad rem nostram posse applicari.

28 Primus Casus est ubi Ordinarius fuit exclusus a Collatione, seu Institutione *privative*; quando nempe Fundator voluit plenam dispositionem Cappellaniæ ad solos Laicos pertinere, eisque reliquit electionem, seu deputationem, seu provisionem, seu positionem Cappellani, cum prohibitione, ne Ordinarius, aut aliquis quicunque Superior se se intromittat; Et in his terminis verissimum est, quod exclusio Ordinarii reddit Cappellaniam laicalem ea ratione, quia contra substantiam Beneficii est, quod illud absque Canonica Institutione obtineatur, & in hoc tantum casu loquitur *Decisio Salamantina* (cum qua cæteri transeunt) impressa apud Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 107. *coram Seraph. decis.* 611. *num.* 1. ibi = *Domini intelligebant, quod noluerit Testator erigere Beneficium Ecclesiasticum, cum velit, quod hujusmodi Cappellaniæ provisio ad solos Laicos spectet, quod fieri non potest, non enim loquitur de præsentatione, & manifestius ex quo vult, quod nec Papa, nec alius quispiam se intromittat in hujusmodi provisione. Ex quibus apparet noluisse erigere Beneficium, cum id sine Canonica Institutione a quoquam obtineri non possit* = Et in hoc themate procedit Decisio *Pampilonen Cappellaniæ* 25. *Maii* 1646. *coram Corrado*. Ubi constabat Testatricem voluisse reservare sibi, ac ejus successoribus plenam dispositionem Cappellaniæ absque interventu alterius, ut legitur *in* §. *quinimo*, pariterque ita loquitur alia Decisio *Hydruntina Cappellaniæ* 10. *Maii* 1697. *cor. R. P. D. Olmo, necnon* Castropal. *tr.* 13. *disp.* 1. *punct.* 7. *n.* 7. Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *c.* 2. *n.* 4. *&* 10. Rot. *cor. Merlin. dec.* 79. *n.* 1. Omnesque alii, qui possunt adduci.

Alter Casus, est ubi Ordinarius fuit a Collatione, 29
seu Institutione tantummodo exclusus *translative*; quando scilicet fuit ab ipso sublata Institutio, & concessa, seu translata in alterum; seu Prælatum inferiorem, & concurrunt in cæteris omnia requisita Beneficii, nempe præceptum erigendi, præsentatio facienda per Patronos, Dos, perpetuitas, & alia; & in his terminis est merum æquivocum firmare, quod exclusio Ordinarii reddat Cappellaniam laicalem, eo quia non intrat in casu isto illa ratio, quod fuerit exclusa Canonica Institutio, sine qua Beneficium obtineri non potest, quin immo fuit inclusa, & volita, sed solum translata de Episcopo in inferiorem Prælatum loco ipsius subrogatum, quæ translatio, de subrogatio non est contra substantiam Beneficii, ut ait Card. de Luca *de Jurepat. disc.* 93. *num.* 8. Rot. *dec.* 182. *num.* 8. *&* 9. *part.* 18. *recent.* Nam ad ejus substantiam satis est quod ille, cui reservatur Institutio sit persona Ecclesiastica capax Juris conferendi, non autem Laica, ut inquit Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *num.* 10. Et licet dispositio ista non valeat tanquam contra Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 12. *de reformat.* nisi per Summum Pontificem admittatur, tamen antea de Jure valebat in limine Fundationis de consensu Episcopi, ut apud Panorm. *in cap. at his numer.* 5. *de Jurepatr.* & per consequens non reputatur contra substantiam Beneficii; nam passim ante Concilium Ordinarii reservarunt, & reservare potuerunt Jus instituendi favore Prælati inferioris in limine Fundationis, in qua 30
licitum est conditiones admittere etiam Juri contrarias; dummodo non sint contra substantiam Beneficii ex firmatis *in Burgen. Juris instituendi, seu conferendi* 13. *Junii* 1690. §. *& quamvis cum seqq. coram Reverendiss. D. Molines Decano.*

In hoc igitur secundo casu, in quo versamur, cum exclusio Ordinarii sit *translative*, non *privative* ex ea non solum nulla conjectura inferri potest pro Laicitate Cappellaniarum, sed potius insurgit exinde potissima circumstantia constitutiva Ecclesiastici Beneficii, dum ultra Dotem, perpetuitatem, & alia su- 31
perius enumerata, & signanter Erectionem volitam a Testatore, habemus Patronos, qui præsentant Præsentatos ab eis, necnon Prælatum instituentem, quæ sunt tres Personæ ad construendum Juspatronatus cum omnibus requisitis Beneficii Ecclesiastici, ut omissis generalibus firmavit in puncto Rot. *decis.* 48. *sub num.* 7. *&* 8. *part.* 19. *recent.* quæ revocata decisione 182. intermedia, fuit confirmata *in decis.* 329. *eadem part.* 18. *recen.* ubi Cappellania ad præsentationem hæredis faciendam Abbati in prima vacatione, & deinde ad Electionem Abbatis, & Monachorum libere concessa, judicata fuit Beneficium Ecclesiasticum, non autem Legatum pium, seu Cappellania Laicalis, & confert. Rot. *dec.* 125. *sub. n.* 3. *coram Pania*; & dixi Ego *d. discept. Eccles.* 25. *n.* 12. *in fin.*

Et ratio est evidens, quia nimirum totum fundamentum eorum, qui Cappellaniam laicalem judicant ab exclusione Ordinarii, se fundant in exclusione Canonicæ *Institutionis*, sine qua dicunt non posse obtineri Beneficium Ecclesiasticum, quæ ratio totaliter cessat ubi datus fuit Collator, seu Institutor, qui sit Ecclesiasticus capax instituendi, & conferendi, & propterea distinguenda est exclusio Ordinarii *privative* ad omnem, & quencunque Collatorem, cum qua Beneficium stare non potest ab exclusione facta *translative*, cum qua stare potest, & de facto

plenus eſt Orbis Chriſtianus hujuſmodi Beneficiis, quorum inſtitutio pertinet ad inferiorem Prælatum ſive ex immemorabili, ſive ex privilegio Apoſtolico, ſive ex lege Fundationis ante Concil. Tridentinum.

Ex quibus omnibus firmiter puto Cappellanias, de quibus agitur eſſe Beneficia Eccleſiaſtica, & cum hac qualitate volitas a Teſtatore. Remanet nunc examinanda alia quæſtio; An attenta rejectione conditionis expreſſæ per Teſtatorem circa reſervandum ſoli Capitulo Jus inſtituendi, & conferendi, tali caſu poſſit idem Capitulo cogi ad faciendam erectionem Cappellaniarum in titulum Beneficialem abſque conditione prædicta, itaut ob ejus negligentiam Eminentiſſimus Archiepiſcopus uti generalis operum piorum Executor devenire valeat ad erectionem.

In hoc articulo dicendum videtur Capitulum cogi non poſſe eo, quia Teſtator dedit formam præciſam, cum qua fieri deberet erectio, videlicet nedum excludendo reſervationes, & affectiones Apoſtolicas, ſed etiam volendo, quod Collatio ibi = *La Collazione voglio, che ſempre in ogni tempo onninamente ſpetti, & appartenga a detto Reverendiſſimo Capitolo d. S. Maria in via lata privative, & excluſivè a qualſivoglia altro Collatore, e Superiore, di modo che non poſſa mai qualſiſia altro per qualſivoglia titolo, ò cauſa ingerirſi, ò pretendere di fare detta Collazione in verun tempo in pregiudizio del detto*
32 *Capitolo* = Ponderando hic illam præciſam dictionem = *Onninamente* = quæ habet vim Decreti irritantis, & inficit actum in caſu contrario, Mareſcott. *var. reſol. libr.* 2. *cap.* 29. *numer.* 11. Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 30. *numer.* 19. Barboſ. *diction.* 240. *num.* 15. *&* 16. Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 12. *num.* 7. *in fin.* Imo etiam ſine Clauſula annullativa ſufficeret ſola prohibitio, ne actus aliter fiat, ut iſta aliter factus remaneat nullus, & infectus juxta Theoricam Bartol. *in l. non dubium n.* 21. *C. legibus*, quam optime reaſſumit Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 21. *n.* 55. Igitur cum Teſtator dederit formam erectioni, & legem rei ſuæ dixerit, neque cæteroquin lex ſua deſtruat ſubſtantiam Beneficii, ſed ſolum contrarietur diſpoſitioni Conciliari; ſi Summus Pontifex denegavit approbationem hujus legis, ſine qua ipſe nequaquam diſpoſuiſſet; fundatio, & erectio debet manere eo modo, quo poteſt voluntas Teſtatoria adimpleri, & conſequenter Cappellaniæ remanere deberent in ſimplici figura Legatorum piorum abſque ulla erectione in titulum Beneficialem propter mentem præſumptam Teſtatoris, qui ita diſpoſuiſſet, ſi prævidiſſet ſuam legem non fuiſſe admittendam.

Hoc aſſumptum comprobatur ex eo, quod datum videtur Capitulo arbitrium interpretandi diſpoſitionem Teſtatoris, & conſtituendi Cappellanias modo magis congruo, & adaptato menti Fundatoris abſque eo, quod poſſit Ordinarius ſe ingerere propter illa verba = *Patrone libero* = necnon alia ibi = *al medeſimo intieramente ſpetti l'adempimento di tutti li ſudetti legati, & ogni altra coſa, che occorrerà* = quæ important Commiſſionem ei datam circa adimplementum Cappellaniarum, & arbitrium liberum circa illas in
33 eo, quod oportebit, cumque oporteat ſervare legem fundationis, quando Beneficii ſubſtantiam non deſtruit, & quando volita fuit cum verbis coixis, & formam inducentibus, idcirco poteſt Capitulum adimplere Cappellanias per modum laicalem intra limites Legati pii, Rot. *dec.* 212. *nu.* 1. *p.* 3. *diverſ.* Gonzal. *gloſſ.* 5. *n.* 58.

Verum his non obſtantibus contrarium putarem eſſe de Jure ſuſtinendum; Cum enim Teſtator ignorare non potuerit diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, quæ vult in caſu fundationis reſervari debere
34 Epiſcopo Jus inſtituendi, & non alteri Inferiori *in ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* propterea lex ab eo appoſita contra Concilium fuit invalida, & pro non appoſita haberi debet juxta Text. *in Can. ſic quidem, & Can. Decretum.* 10. *quæſt.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. *numer.* 42. Garz. *de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *ſub num.* 97. Panimoll. *decif.* 21. *ſub num.* 27. & in ſpecie quod talis conditio vitietur, & non vitiet diſpoſitionem firmat Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi Allegat.* 72. *numer.* 187. ubi loquitur in fortioribus, quando ſcilicet Teſtator in eventum quod Epiſcopus ſe ingereret, adjecit pœnam, ut Cappellæ omnino extinguantur, & earum bona in alios uſus applicentur. Ratio eſt quia nemo facere poteſt, quod Leges in ſuo Teſtamento locum non habeant, neque Jus publicum Privatorum diſpoſitionibus tolli poteſt, *l. Jus publicum* 39. *ff. de pact.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. dicta allegat.* 72. *num.* 187. *verſic. præterea*, Duran. *de modis, & condit. impoſſibil. p.* 2. *c.* 2. *n.* 107. & in puncto ſcripſi, *d. diſcept. Eccleſ.* 25. *ſub n.* 11.

Neque intrare poteſt Commutatio de Beneficiis ad legata pia, quoniam Jus eſt quæſitum Ordinario ex erectione volita in Teſtamento, quæ licet ſit veſtita cum conditione reſervandi Capitulo Jus inſtituendi, tamen non eſt conditio ſuſpenſiva propter illud verbum = *Onninamente* = ſed reſolutiva, quæ non ſu-
ſpendit ab initio acquiſitionem Juris Ordinario ſuper 35
Beneficiis, ſed tantum reſolvit, quæ reſolutio non valet poſt Jus Eccleſiæ quæſitum; nam eo ipſo, quod Teſtator voluit Beneficium, non potuit velle conditionem illicitam, & per Sacrum Concilium reprobatum; itaut voluntas erigendi Beneficium ſuſtineatur, conditio autem vitietur, & habeatur pro non ſcripta, ut in terminis conditionis reſolutivæ loquitur Barboſ. *dicta allegat.* 72. *numer.* 187. *necnon* Duran. *de mod. & condit. impoſſ. part.* 2. *cap.* 1. *numer.* 106. 107. *&* 109. ubi dat remedium legandi ſub conditione ſuſpenſiva, *Si Epiſcopus, ſeu Papa approbaverit, num.* 110. *& ſeqq.* & tenui Ego *in dicta Diſcept. Eccleſ.* 25. *num.* 10. Rurſus, quia commutare voluntatem Defuncti non pertinet ad Capitulum, non obſtante libera facultate eidem conceſſa per Teſtatorem; Cum talis facultas ſit data in genere, neque extendi poſſit ad caſum commutationis voluntatis, quæ ſoli Papæ eſt reſervata. Probatio autem, quod nullus Superior ſe intromittat ſuper adimplemento Cappellaniarum paterer eſt invalida, & nulla; nam ſi Capitulum non adimplebit erectionem Cappellaniarum poterit Ar-
chiepiſcopus devenire ad erectionem etiam contra 36
voluntatem Teſtatoris, ut eſt optimus Text. *in authentic. de Eccleſiaſtic. titul. §. ſi quis autem, de redemp.* ibi = *In omnibus enim talibus piis voluntatibus Sanctiſſimos locorum Epiſcopos volumus providere, ut ſecundum defuncti voluntatem, univerſa procedant, licet præcipue a Teſtatoribus, aut Donatoribus interdictum ſit eis habere adhuc aliquod participium*; & concordat Text. *in cap. tua nobis de teſtam. in l. licet Teſtator, C. de Epiſcop. & Cleric.* ubi tamen requiritur una, vel duplex monitio.

Neque dubitari poteſt quin agatur de commutatione voluntatis, quia Teſtator omnia requiſita appoſuit pro eſſentia veri Beneficii Eccleſiaſtici, & maxime volendo Jus præſentandi pro certis perſonis, & Jus inſtituendi pro Capitulo, mediante Bulla Inſtitutionis, quæ circumſtantia Legatis piis non adaptatur. Ultra quod non eſſet incongruum dicere, quod conditio reſervandi Inſtitutionem Capitulo fuerit volita a Teſtatore, *quatenus Summo Pontifici placuiſſet eam admittere*, quapropinde rejecta, præſumitur Teſtator eam noluiſſe ob reſidentiam Legis, ſeu Sacri Concilii Tridenti-
ni; cum nemo unquam præſumatur velle, quod non 37
poteſt ad Text. *in l. Laicus, §. Imperatores, ff. ad municipal. l. ſi tibi, §. Unius, ff. de option. legat.* cum aliis apud Barboſ. *axiom.* 230. *n.* 2. & optime in terminis Duran. *de mod. & condit. impoſſibil. part.* 2. *c.* 2. *n.* 106. *verſic. & ſic ſumitur Conjectura.* Abſque eo quod obſtare valeat enixa voluntas explicata cum clauſula illa = *Onninamente* =, quia ſemper intelligenda eſt pro-
ut de Jure, & in modum licitum, quatenus nempe 38
Papæ placuerit; & in omnem caſum ſemper urget motivum fatale, quod qui non poteſt diſponere contra Legem, minus poteſt diſpoſitionem ſuam animare cum verbis enixis, & effrenatis; imo nec minus conditionem pœnalem, & reſolutivam adjicere, ut ait Duran. *de mod & condit. impoſſibil. p.* 2. *c.* 2. *n.* 109. *verſ. nam qui non poteſt diſponere.*

A R-

ARGUMENTUM.

Concurrentibus ad Cappellaniam laicalem duobus descendentibus familiæ passive vocatis, uno Clerico, & altero Laico, an prælatio debeatur Laico Primogenito, vel potius Clerico secundogenito?

SUMMARIUM.

1 *Cappellania laicalis, dicitur etiam Materia Ecclesiastica.*
2 *An solus Episcopus sit Judex, & executor Legati pii?*
3 *In quo sensu Cappellania Laicalis.*
4 *An negligente herede deputare Cappellanum, devolvatur provisio ad Episcopum.*
5 *Episcopus habet Jus visitandi Cappellanias Laicales.*
6 *Clericus in paritate gradus præfertur Laico.*
7 *Clericus dicitur major Laico.*
8 *An in quacunque materia etiam profana Clericus sit præferendus Laico?*
9 *Legatum pium habens annexum onus spirituale, est magis adaptatum Clerico, quam Laico.*
10 *Potest quis ad Cappellaniam Laicalem ordinari ad Titulum Patrimonii.*
11 *An Superior in Cappellaniis Laicalibus possit gratificare?*
12 *In Cappellaniis Laicalibus non prospicitur Agnationi, sed limita, ut ibi.*
13 *Clericus dicitur Major natu respectu Laici.*
14 *Dictio etiam stat augmentative, & includit alias Personas.*
15 *Stat etiam ordinative per prius, & posterius.*
16 *Pars anterior Testamenti an suppleat dispositionem, in qua ordinatur successio?*
17 *Dictio, Ita & taliter, æquipollet dictioni, Etiam.*
18 *An appellatione descendentium masculorum censeantur vocati Clerici, & Laici?*
19 *Existentibus in pari gradu Clerico, & Laico gratificatio, & prælatio debetur Clerico, & non Laico, & n. 21.*
20 *An observantia probari debeat cum circumstantiis specificis casus, de quo quæritur.*
22 *Qualitas primogenialis non prævalet Clericatui in ordine ad obtinenda Legata Pia, sed limita ut ibi.*
23 *Appellatione descendentium veniunt omnes æqualiter, & num. 26.*
24 *Cappellania Ecclesiastica non patiuntur divisionem, quid autem in Laicalibus: vide ibi.*
25 *Contemplatio Agnationis an inducat Majoratum?*
27 *Nomine magis graduati an veniat Primogenitus, vel potius Clericus?*
28 *An, & quando recta sit interpretatio, quæ desumitur ex una parte ad aliam?*

ALLEGATIO XXXII.

QUæstio in eo consistit: An Cappellania Laicalis cum onere Missarum ex lege Fundationis debita certis descendentibus Familiæ de Passaris, concurrentibus ad illam duobus fratribus, altero Laico, sed Primogenito; altero autem Clerico, sed secundogenito, cui ex illis adjudicari debeat?

Licet non invenerim Doctorem, qui casum exami-
1 net in terminis, inspecta tamen dispositione Juris, & mente Testatricis, non obstantibus ex adverso deductis pro adjudicatione Cappellaniæ in favorem Clerici secundogeniti, censeo pronunciandum.

Non enim impugno, quod Cappellania sit Laicalis; sed prout talis est, non potest dici pure, & simpliciter laicalis, sed tanquam Legatum pium habens annexa onera Missarum, dicitur materia Ecclesiastica, ut docent Panormitan. *in cap. Joannes de Testam. nu. 7. vers. Item & secunda*, ibi = *Ratione piæ causæ potest dici negotium Ecclesiasticum* = Et in terminis Præbendarum Laicalium, quæ possidentur per Canonissas in Ecclesiis Germaniæ, firmavit Rota *in Monasterien. Canonicatus* 28. *Martii* 1689. *§. edoctum, & §. final. coram Reverendiss. Decano, & in Monasterien. Vicariæ* 12. *Martii* 1706. *§. Ego autem fortiter cor. R. P. D. Omanna.*

Omnia quippe Legata pia habent in se quandam 2
Ecclesiasticitatem, cujus ratione solus Episcopus est Judex, & Executor eorundem Legatorum. *Cap. Nos quidem, & cap. Tua nobis de Testam. in 6. Clement. quia contingit de religios. domib. Concil. Triden. sess.* 22. *cap.* 8. *de reform.* Marant. *respons.* 3. *num.* 48. *& respons.* 21. *n.* 50., *& seqq. par.* 1. Marta *de success. leg. tit.* 2. *p.* 4. *q.* 15. *art.* 2. *n.* 1., *& seqq.*

Ita, & taliter quod Cappellania dicitur quidem 3
Laicalis, quoad hoc ne sit Beneficium Ecclesiasticum, & ne requiratur ulla Episcopi Institutio; sed non dicitur Laicalis respectu materiæ, quæ est Ecclesiastica, cum omne Legatum pium sit negotium Ecclesiasticum, & Foro Ecclesiæ subjectum ad Text. *in §.* 1. *quis autem pro Redemptione, Auth. de Ecclesiastic. titul.* Barbos. *de Jur. Eccles. desc.* 7. *c.* 27. *n.* 42. Marant. *dicta respons.* 22. *n.* 52. *p.* 1. Rot. *cor Seraphin. dec.* 611. *n.* 7.

Hinc videmus, quod si negligat hæres deputare 4
Cappellanum, qui celebret, non obstante quod Cappellania sit Laicalis, devolvitur provisio ad Episcopum, juxta *dec.* 611. *coram Seraphin.*, *& Corrad. in prax. de benef. libr.* 1. *cap.* 2. *numer.* 36. Si autem Jus nominandi Cappellanum successorem ex lege Fundationis attributum fuerit Antecessori Cappellano, qui decesserit non facta nominatione, supplebit Episcopus, qui tanquam Executor piæ voluntatis Fundatoris nominabit, ut probat Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *c.* 7. *n.* 23.

Pariter Episcopus habet jus visitandi hujusmodi 5
Cappellanias, non obstante earum Laicitate. Gutz. *de benefic. part.* 1. *capit.* 2. *numer.* 104. Castropal. *oper. moral. tract.* 13. *de benefic. disput.* 1. *punct.* 6. *num.* 9. Castill. *controv. Jur. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 14. *vers. decipitur.*

Prout etiam subsidium, & excusatum debetur de bonis ejusdem Cappellaniæ, quando Testatrix assignavit ea in dotem illius sublato Dominio ab hæreditate, & hæredibus, ibi = *Del rimanente di detta Eredità sua, &c. ne fonda un Beneficio Jurispatronatus Laicorum di Ducati* 500. Dicuntur enim bona assignata in dominium Operis pii; ejusque Cappellanorum, ut probat Castropal. *ubi supra punct.* 6. *num.* 10. Barat. *de Anniverf. & Cappell.* 6. *n.* 16. Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *c.* 2. *n.* 47.

Et demum quia Testatrix requisivit Institutionem faciendam ab Ordinario de primo Cappellano, ea solum exclusa respectu aliorum Cappellanorum successorum, ibi = *Solamente per viam contractus, si possa instituire, & investire solum ex prima vice per semplice petizione dal Giudice Ecclesiastico al primo Beneficiando.* =

Cum igitur ex prædictis pateat nos versari in materia Ecclesiastica, licet non beneficiali, Cappellania debetur Clerico in concursu Laici, quia Clericus in paritate gradus semper præfertur, tan- 6
quam potior Laico in re, quæ habet annexum onus spirituale celebrationis Missarum, ut in specie, 7
quod Clericus dicatur major Laico, eique sit anteponendus, docet Gloss. *in cap. Sedes de Rescript. in verb. Majores*, ibi = *Cum ipse sit major quolibet Laico* = Grass. *de effect. Cleric. in prælud. nu.* 383. ibi = *Clerici dicuntur majores Laicis, & illic ubique præferri debent* = Gigas *de pension. qu.* 22. *numer.* 23. Tiraquell. *de Primogen. quæst.* 43. *nu.* 4. ibi = *Clerici sunt superiores, majores, digniores Laicis.* =

Imo in quacunque materia etiam laicali; & pro- 8
fana, certi Juris est Clericum esse præferendum Laico, tanquam digniorem, & nobiliorem firmat Grass. loquens de Legatione ad Principem sæcularem, *de effect.*

Clerical. effect 61. *n.* 1. ibi = *Si Clericus*, & *Laicus commiscentur in executione alicujus negotii*, *Clericus semper est preferendus*, *quod potest exemplificari in legatione facienda*, *&c.* & *est advertendum quod Clericus*, *&c. potest esse Legatus*, *sive Orator Principis secularis* = Fagnan. *in cap. Joannes de Test. n.* 2. Bellet. *disp. Cleric. p.* 1. §. 1. *n.* 2. Murga *de benef. q.* 3. *section.* 3. *n.* 45. *in fin.*

Fortius autem in materia Legati pii, quæ habet
8 annexum onus spirituale, & magis adaptatum Clerico, quam Laico, ut in puncto Hospitalis Laici, quod datur in administrationem Laicis, quod magis debeatur Clericis, quam Laicis, tradit Paris. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 43., ubi quod Papa facilius illud concedit Clericis, quam Laicis; quodque gratia est subreptitia, si quis se expresserit Clericum, dum erat Laicus.

Et si in omni materia de Jure præfertur magis idoneus, utique Clericus in subjecta materia præferendus est, dum est magis idoneus, quam Laicus, cum possit celebrare per se ipsum Missas Cappellaniæ Lai-
10 calis, quam habilitatem non habet Laicus, & maxime, quia potest ad hanc Cappellaniam ordinari ad Titulum Patrimonii, Garz. *de benef. part.* 7. *capit.* 1. *num.* 107. Castrupal. *ubi supra numer.* 6. Bordon. *de leg. cap.* 6. *numer.* 36. & 37.; quod est refugium non leve Consanguineorum Fundatricis; & ea præsumpta ejus mente volitum; cum in his Cappellaniis consideretur favor Cappellani, ut optime Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *c.* 8. *n.* 12.

11 Quodque etiam in Cappellaniis Laicalibus possit Superior gratificare, & præferre eum, qui habet majores qualitates, firmavit Rot. *coram Seraphin. dicta dec.* 64. *sub num.* 4. Garz. *de benef. p.* 2. *c.* 15. *sub num.* 22. *vers. seu data etiam paritate.*

12 Nec obstat qualitas Majoris natu respectu Laici, quia in his Cappellaniis non prospicitur agnationi, Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *c.* 7. *n.* 42. Ideoque qualitas Majoratus non attenditur nisi fuerit expressa in Fundatione, non obstantibus Doctrinis ex adverso allegatis, quæ loquuntur in terminis Cappellaniarum Hyspaniæ, ubi ex consuetudine Regionis deferuntur per viam Majoratus, ut observat Amostaz. *de caus. piis*, *ubi supra c.* 2. *n.* 50. & *cap.* 8. *n.* 36.

Præsertim vero si hæc qualitas desumatur ad exclusionem Clerici, quia tunc respectu subjectæ materiæ nihil consideratur, sed ipse Clericus dicitur Major
13 natu; ut docet Joan. Andr. *in dicto cap. Sedis de Rescrip. n.* 16. ibi = *Clerici dicuntur Majores natu* = *Glossa marginalis in dict. c. Sedes lit. C.*

Firmata prælatione Clerici ex dispositione Juris, & consequenter ejus gratificatione, superest, ut ostendam etiam ex Lege Fundationis hanc prælationem omnino deberi; ibi enim Testatrix declarando Naturam, & qualitatem Cappellaniæ, hæc ait = *Sia Legato pio*, *che si possa ritenere etiam per Persone Laiche* = : quæ verba demonstrant personas Laicas fuisse volitas ultra Clericos per viam ampliationis, & extensionis, ita suadente natura ejus dictionis, *Etiam*,
14 quæ stat augmentative ad personas, de quibus magis dubitari poterat, & implicat, seu includit alias personas, seu Clericos, de quibus dubitari non poterat ad vulgat. Text. *in l. etiam*, *ff. de verborum signif.* Barbos. *diction.* 112. *n.* 1. & *seqq.* Mandos. *ad Regul. Cancell.* 33. *q. n.* 5., & *reg.* 11. *q.* 15. *n.* 5. & 6. Rot. *cor. Coccin. dec.* 221. *n.* 3. & *in rec. dec.* 161. *n.* 6. *p.* 16., & *dec.* 305. *n.* 7. *p.* 17.

Perinde ac si dictum fuisset = *Non solo per Chierici*, *ma etiam per Persone Laiche* = ita, & taliter quod Clerici semper dicuntur priori loco voliti, seu nominati, secundario autem Laici, cum illa dictio *Etiam*, tanquam ampliativa non stet cumulative; itaut æquali loco utramque speciem personam ponat, & confundat, sed potius ordinative per prius,
15 & posterius, juxta tradita per Barbos. *dict.* 112. *n.* 14. Rot. *cor. Seraph. dec.* 1384. *n.* 5.

Nec obstat, quod illa dictio *Etiam*, fuerit apposita, quando Fundatrix voluit indicare qualitatem Laicalem Cappellaniæ: nec proinde attendi debeat, dum successive in alia parte disponendo circa modum succedendi sine illa dictione, pure, & simpliciter vocavit Laicos, ibi = *Ita*, & *taliter*, *che si possa*, *ritenere per Persone Laiche*. =

Etenim hæc pars posterior nullam diversitatem habet cum anteriori, sed imo est illi conformis, tanquam consequtiva; postquam enim per modum regulæ Fundatrix expressit Legatum pium posse retineri *etiam per Persone Laiche*, super quibus intendebat tollere dubium, & sese melius, ac bene explicare, in parte subsequenti nihil aliud fecit, quam continuare explicationem ejusdem voluntatis, circa quod Cappellania = *Si possa ritenere per Persone Laiche* = ; ubi propterea subintelligi debet, & repeti illa dictio, *Etiam*, in superiori parte apposita, cum ista prima pars sit illa, quæ expressa fuit per modum regulæ succedendi, & quæ idcirco influit in partem subsequentem, eanque explicat, & declarat, & supplet, & auget, ut in terminis dixit Gratian. *discept.* 648. *numer.* 7. Rot. *decis.* 17
346. *numer.* 8. & 9. *part.* 13. *Recentior.* Et in his punctualibus terminis, quod pars anterior suppleat dispositivam, in qua ordinatur successio, Me scribente resolutum fuit *in Romana Jurispatronatus* 2. *Julii* 1705. §. *minusque relevat*, *coram Reverendissimo D. Molines Decano.*

Clarius autem, quia etiam posterior pars inducit Personas Laicas per viam ampliationis, ut superius in priori parte continetur, dum ibi dictum fuit = *Ita*, & *taliter*, *che si possa ritenere per Persone Laiche* = quæ sane dictio *ita*, & *taliter*
æquipollet dictioni, *Etiam*, & stat eodem modo 17
ampliative, & augmentative, ut firmat Paris. *cons.* 90. *numer.* 26. *cum seqq. libr.* 2. Beto. *cons.* 77. *num.* 16. *lib.* 2., & *diction.* 182. *n.* 2. Matt. *de Clausul. p.* 1. *Clausul.* 63. *n.* 2.

Nec etiam relevat, quod dictio ampliativa non inducat vocationem per prius, & posterius, sed potius eam parificet quoad utramque speciem Personarum, quia aliud est, quod Laici sint exclusi extantibus Clericis de familia in quolibet gradu etiam remotiori; aliud vero, quod Clericis, & Laicis simultanee vocatis si concurrant in eodem gradu duo Germani fratres unus Laicus, & alter Clericus prælatio, & gratificatio debeatur Clerico, juxta dispositionem Juris superius probatam, & juxta mentem Testatricis, quæ ampliando dispositionem ad Laicos, dicitur prius considerasse Clericos, quam Laicos, etiam ex magis verisimili intentione, & sic videtur præferendus frater Clericus fratri Laico, quia potior est Clericus in materia Legati pii sibi magis adaptabili, & proportionate ex auctoritatibus proxime adductis.

Cum qua responsione cessat alia Consideratio, super illis verbis = *Descendenti maschi tantum* = quasi quod non fuerint intellecta de Clericis tantum;
nam alias otiosa foret addictio masculinitatis; repe- 18
to enim quod appellatione descendentium masculorum censentur quidem vocati Clerici, & Laici; sed 19.
non inde sequitur quod existentia in pari gradu, Clerico, & Laico, gratificatio, & prælatio non debeatur Clerico, sed Laico, quæ propositio non legitur scripta in aliquo ex Doctoribus, sed ei resistunt omnes regulæ Juris, & præsumpta mens Fundatricis in subjecta materia Officiaturæ cum onere Missarum ex jam probatis.

Prout non refert quod post obitum Alexandri, successerint in Cappellania Maurus Antonius Laicus, & uxoratus, excluso Jo: Leonardo Sacerdotali Charactere insignito, quia male iste casus allegatur pro observantia, quando Joannes Leonardus erat de linea diversa, nec existens in pari gradu, sicut existunt duo fratres germani, juxta nostram hypothesim; Unde tanquam casus diversus non potest inservire pro interpretatione, aut observantia, quæ debet probari cum cir-
cumstantiis specificis casus, de quo quæritur. Rot. 20.
dec. 452. *num.* 29. *coram Bich.*, & *dec.* 380. *num.* 4. *cor. Cerro*, & *in Leodien.*, *seu Aquisgranen. Canonicatus* 7. *Martii* 1702. §. *quo vero cor. R. P. D. Scotto*; & 20. *Januarii* 1702. §. *frustra*, *cor. R. P. D. Priolo*, & 22. *Januarii* 1703. §. *Cæterum*, *cor. R. D. Decano.*

Et

Et ratio est, quia non prætenditur factus fuisse duas vocationes separatas, unam Clericorum per prius, aliam vero Laicorum per posterius; sed admissa vocatione simultanea dicimus in pari grado præferri, & gratificari debere Clericum, tanquam potiorem, digniorem, idonejorem, & ex dispositione Juris, & mente Testatricis prædilectum, seu magis considetarum, super quo æquivoco præcipue reflectendum est.

Neque subsistit motivum Primogenituræ, prætendendo quod Primogenitus præferri debeat in concursu Clerici, eo quia qualitas primogenialis prævaleat Clericatui in materia profana. Etenim nemo ex Doctoribus firmavit Cappellaniam Laicalem esse Legatum mere profanum, sed omnes concludunt esse Legatum pium habens annexum onus spirituale celebrationis Missarum; Ideoque ut in materia Ecclesiastica sine dubio præfertur Ecclesiasticus, nulla habita considerdatione qualitatis primogenialis, quæ nihil com-
22 mune habet ad obtinendam prælationem in Legatis piis, & in negotiis Ecclesiasticis, quando Fundator non expressit se fundare, & ordine Majoratum, aut consuetudo Regionis illum non præsefert ex adductis per Amostaz. *de cauf. piis lib.* 3. *c.* 2. *nu.* 50. & *c.* 8. *n.* 36. Finis nanque, & intentio fundandi has Cappellanias Laicales respicit principaliter solum favorem Animæ Fundatoris, non autem gratificationem Cappellani, ut observat Bordon. *de Legat. tit. de Cappellaniis c.* 12. *num.* 27. nec minus intenditur ad conservationem Agnationis, ut dicit Amostaz. *ubi supra lib.* 3. *c.* 7. *n.* 42. & *c.* 8. *n.* 26.; & dixi Ego *Discept. Eccles.* 7. *sub n.* 4.

Imo si hoc Legatum pium esset considerandum uti Fideicommissum profanum, nec minus esset bona consequentia, quod deberetur primogenito, exclu-
23 sis aliis Fratribus, dum appellatione descendentium veniunt omnes æqualiter, itaut, & taliter quod Fideicommissum, seu Legatum esset pro rata dividendum inter omnes Fratres, ut in puncto Amostaz. *de causis piis lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 45. *Allegans* Cavall. *q.* 265. *n.* 14. ibi = *Si duo cunsanguinei sint in pari gradu, & ejusdem qualitatis, Cappellania est inter eos dividenda pro vita eorum, quæ quidem si Laicalis sit, admitto illius sententiam.* =

Et frigide nimis prætenditur desumi Majoratus ex onere individuo Missarum; quia id probat uni tantum deberi Cappellaniam, non autem Majori natum. Item nec minus probat uni tantum deberi, cum procedat Conclusio in Cappellaniis Ecclesiasticis, quæ non
24 patiuntur divisionem, secus in Laicalibus, ut distinguit Amostaz. *de causis piis dicto c.* 7. *libr.* 3. *numer.* 43. & 44.

25 Contemplatio Agnationis non inducit Majoratum, ut æquivocatur, sed conservationem Bonorum in Familia; & rursus in casu isto male prætenditur contemplatio Agnationis ex vocatione descendentium Masculorum; cum non bene inferatur de Masculinita-
26 tate ad Agnationem, & vocatis Descendentibus Masculis, veniant etiam Masculi ex Fœminis, juxta notum Fulgosii *consilium* 85. passim in Curia receptum, & ommissis antiquioribus Rot. *in Bononiens. Fideicommissi de Rove* 30. *Januar.* 1702. §. *nec vis, coram Eminentissimo Caprara, & in Auximana Jurispat.* 9. *Martii* 1703. §. *Incipiendu, cor. Muto.*

Et retorquetur dictio *in perpetuum*, cum ea magis comprobat vocationem Masculorum ex Fœminis, & excludat agnationem; ut dixit Rot. *Me scribente in dicta Romana Jurispatr.* 3. *Julii* 1705. §. *Profligata, cor. Reverend. Decano.*

Cœterum non est dubitandum de Prælatione Clerici, seu Ecclesiastici in concursu Primogeniti, attenta etiam declaratione Fundatricis, quæ defectis duabus Lineis priori loco vocatis, transeunda ad universam familiam contentivam, ita disposuit = *Debba essere investito uno della Famiglia Passeri il piu graduatu, che si ritrovera in dettu tempo.* = Ecce, quod de-
27 clarabit præferendum esse *il piu graduato*, cujus appellatione non venit Primogenitus, qui non dicitur habere gradum, sed bene Clericus, eum Clericatus det gradum, & omnes Ordines tam Minores, quam Sacri appellatione graduum comprehendantur, ut inquit Fagnan. *in cap. requisivit, num.* 41. *in fin. de Ordinatis ab Episcopo,* & docet Teat. *in cap.* 2. *de servis non Ordinan.* ibi = *Ad gradus pervenerit Ecclesiasticos* = & *in cap. Miramur, eodem tit.* ibi = *In gradus Ecclesiasticos Ordinati* =, & *in Canon. Quicunque, dist.* 77.

Non relevante quod vocatio magis graduati tanquam adjecta post extinctam descendentiam duarum Linearum Friderici, & Leonardi; non sit allegabilis nunc quod procedimus cum sensu, quod adhuc duret linea Leonardi; quia cum agatur de interpretanda mente Fundatricis super prælatione Clerici, & illa totam vocationem restrinxerit in Personis Familiæ de Passe- 28
ris. Idcirco recta est interpretatio, quæ desumitur ex una parte ad aliam, præsertim cum non agatur de qualitate odiosa, sed favorabili, pro ut est præferre Clericum, & magis dignum in concursu minus digni ad Text. *in l. si servus plurium* 52. §. *final. ff. de legat.* 1. Marant. *resp.* 12. *num.* 64. Rot. *in Gerunden. Beneficii* 5. *Maii* 1682. *coram Benincasa apud Bertachin. vot. decis.* 89. *num.* 18. & *in Romana Jurispatron.* 14. *Decembris* 1705. *coram Reverendiss. Decano;* & *in Barchinonen. Beneficii* 12. *Februarii* 1704. §. *quodque hæc fuerit, coram Illustriss. Gubernatore Urbis,* & *in Interamnen. Jurispatr.* 22. *Martii* 1706. §. *Ulterius, cor. R. P. D. Scottu.*

Contrariam præmissis sententiam tenuit Judex judicando prælationem in Cappellania Laicali competere Primogenito Laico ad exclusionem Secundogeniti Clerici. Ego autem reflectendo ad veritatem nihil ex præmissis immutandum censeo.

ARGUMENTUM.

Cappellaniæ etiam Laicalis, quæ potest conferri etiam Laicis, & fœminis, ex dispositione Testatoris, potest fieri Sacerdotalis respectu Personarum ad illam vocatarum sub requisito qualitatis Sacerdotalis.

SUMMARIUM.

1 *Quando Cappellania dicatur Laicalis?*
2 *Laici, & Fœminæ an sint capaces Cappellaniæ Laicalis; Limita, ut in num.* 27.
3 *Verbum, Sacerdos, convenire potest simpliciter Clericis; sed per impropriationem, ut numer.* 11.
4 *Urgente necessitate an excindenda sit in Cappellanis de Sanguine Testatoris interpretatio inductiva qualitatis Sacerdotalis?*
5 *An respectu Beneficiorum, quæ habent annexum ordinem Sacerdotalem sufficiat qualitas Sacerdotalis in habitu?*
6 *Electio facta de inhabili perinde habetur, ac si facta non fuisset.*
7 *Passive vocatus a Testatore, non indiget electione Patroni.*
8 *Exceptio celebrandi per alium in casu Necessitatis, firmat regulam; ut secluso eo casu Testator voluerit Celebrationem Missarum per se ipsum.*
9 *Verbum, Sacerdos, de quibus proprie verificatur?*
10 *Verbum, Sacerdos, derivat a Sacrificando.*
12 *An fundator loquens promiscue de Sacerdote, & Presbytero, nomen Presbyteri intellexerit de Sacerdote?*
13 *Ex dispositis super una Cappellania infertur ad disposita super altera.*
14 *An una pars Testamenti aliam declaret?*
15 *Qualitas Doctioris potius verificatur in Sacerdote, quam in simplici Clerico.*
16 *Interpretatio Legis Fundationis desumitur, ex facto, & observantia ipsius Fundatoris.*
18 *Præsumpta affectio sanguinis, solum in dubio operari potest diversam interpretationem.*

19 *Qualitas Sacerdotalis adjecta verbo Electionis, concurrera debet de tempore illius.*

20 *Transitus de una Cappellania in aliam an de Jure sit permissus?*

21 *Per assecutionem secunda Cappellania, non potest evitari dimissio prima, quando Testator voluit duos distinctas Cappellanos.*

22 *Registratur Decisio S. Rota in Pampilonen. Cappellania, coram Corrado.*

ALLEGATIO XXXIII.

IN Testamento, cum quo decessit de anno 1695. Bernardinus Marcantonius hæredem instituit Cappellam Sanctissimæ Virginis de Carmine existentem in Ecclesia B Mariæ de Misericordia extra Portam Montis Rinaldi Firmanæ Diœcesis, adjecta conditione, quod Cappellanus ejusdem Cappellæ = *Sia obligate celebrare una Messa ogni giorno in perpetuo nella suddetta Cappella, &c., e che in caso d'infermità, à d'altre impedimenta, esso Cappellano sia obligato far celebrare la sudetta Messa quotidiana.* =

Voluit etiam, quod primus Cappellanus ut supra celebraturus, esse deberet Presbyter Bartholomæus Marcantonius, & post ejos mortem Presbyter Joannes Marcantonius; qoibus extinctis ordinavit = *Che l'elezione del detto Cappellano spetti alla Ven. Compagnia del Santissima Rosaria di detto luoga di Monte Rinaldo, con patti, e condizioni pera, che essendoci Sacerdoti di Casa Marcantonii, debbana questi sempre essere praferiti, e particolarmente veglio, che siano preferiti a tutti li figli di Viviana Marcantonii mio fratello, e li figli del Capitan Martia Marcantonii mio Zio, e che si elegga sempre il più detto, e timerato di Dio, e casi anche voglio, che siano preferiti successori delli Figli del sudetto Viviano mio Fratella, e del Capitan Martia mia Zio, e dopo questi siano preferiti gl'altri della linea Marcantanii.*

In defectum vero omnium istorum de domo, & linea Marcantonia, eligi jussit Presbyterum prædicti loci Montis Rinaldi, & casu, quo ibi non adesset Presbyter, mandavit eligi Cappellanom extraneum, imposito onere omnibus Cappellanis habendi Scholam ad effectum ibi docendi Grammaticam, & Rethoricam = *E caso che li Sacerdoti di Casa Marcantonii, cioè delli figli di Viviano, e del Capitan Martia, e loro successori non fossere abili a far la Scuola, mi contento, che questi possino eleggere un' altra Virtuoso ad esercitare detta Scuola, &c., ma questo privilegia, non veglia, che l'abbia altri che questi.* =

In casu etiam recadentiæ plurium bonorum per obitum Uxoris Testatoris, & Mercurii Pennacchiæ, ordinavit quod fieret = *Un altro Cappellano nella suddetta Cappella, e che al Sig. D.* Gio: *Marcantanii suddeto spetti di fare l'elezione di quest' altro Cappellano, con conditione pero, che debba eleggere un Prete di Casa Marcantonii, &c., replicando, che essendoci Sacerdoti di Casa Marcantonii siano sempre questi eletti, e li più miei stretti parenti.* =

Primam ex bis Cappellaniis joxta legem Testatoris obtinuit Bartholomæus, & post ejus obitum Joannes Marcantonius, qui cum postea voluisset cumulative obtinere etiam secundam Cappellaniam se opposuit Philippus Marcantonius, filius Capitanei Martii, qui mediantibus tribus sententiis de Curia obtinuit Cappellaniam, expulso Joanne, & iste remansit in possessione duntaxat primæ Cappellaniæ.

Qua hodie vacata per obitum Joannis; Confraternitas Sanctissimi Rosarii elegit ad illam Bartholomæum Marcantonium filium Viviani; ut supra, in Testamento passive vocatom.

Quia vero iste Bartholomæus non est actualis Sacerdos, hodie insurgit memoratus D. Phililippus possessor secundæ Capellaniæ, prætendendo illum tanquam inbabilem ex defectu Sacerdotii fuisse nulliter electom per Confraternitatem; quoque prima Cappellania ad ipsum D. Philippum pertineat uti Sacerdotem, & filium **Capitanei Martii in Testamento,** ut supra vocatum.

Sed antequam hanc litem deducat ad forum meum, desuper pro veritate sensum requisivit, an ejds prætensio de Jure subsistat; hinc diligenter examinata Lege Testamenti, prima fronte plures contra Requirentem urgere videntur difficultates,

Et quidem Cappellaniam, de qua agitur, non esse Sacerdotalem primo loco designat ejus natura Laicalis: quia nempe Testator noluit erigere Beneficium Ecclesiasticum, sed tantum reliquit Legatum piom, seu Officiaturam Missarum in Cappella Santissimæ Virginis de Carmine, nullam requirendo erectionem, aut Auctoritatem Episcopi, vel ejus institotionem, imo ordinando, quod primus Cappellanus = *possa pigliarne subita seguita la mia morte il possesso, e cominciare a sodisfare le sudette Messe senza licenza d'alcuna persona* = . Quod manifeste demonstrat 1
intentionem Testatoris fuisse directam ad merum Legatum pium, seu Officiaturam Missarum habendam sine licentia, & Auctoritate Superioris Ecclesiastici, quæ in Jure nostro appellatur Cappellania Laicalis, juxta notam Decisionem tot. Dunoz. Jun. Amostaz *de causis piis, lib. 3. capit. 2. num. 2., & late firmavit*, Rot. *in Pampilonen Cappellania* 25. *Maii* 1646. §. *verum cum pluribus seqq. coram bon. memeria Corrado, quam refert, & sequitur* Panimoll. *decisio* 21. *numer.* 3. *&* 4. Rot. *in Hydruntina Cappellania* 10. *Maii* 1697. §. *Rursus, coram Reverendissimo dell' Olmo*, & resolvit *Sac Congregatio Concilii in Romann Legati pii, seu Cappellania* 23. *Junii, &* 18. *Augusti* 1708.

Natura autem hujosmodi Cappellaniæ Laicalis 2
nullum requirit requisitum Sacerdotii, aut etiam Clericatus, quia ejus capaces dicuntur ipsi Laici, & Fœminæ, ut Ego scripsi *Discept. Eccles.* 19. *num.* 16. *in fin. vers. cum hujusmodi*; Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *n.* 26. Amostaz. *de causis piis, lib.* 3. *c.* 2. *n.* 43. *vers. & possunt.*

Secundo, qoia verba Testamenti contrariom non 3
videntur inferre, licet enim pluries ibi facta legatot mentio de Sacerdotibus, attamen verbum, *Sacerdos*, convenire potest ipsis quoque Clericis in minoribus constitutis, ut ponderat Card. de Luca *de Benef. disc.* 96. *n.* 16. Rot. *car. Merl. dec.* 685. *n.* 22. *& seqq., & in rec. dec.* 184. *n.* 14. *p.* 12.

Ita, & taliter quod hujusmodi verbum non dicatur concludere Cappellaniam Sacerdotalem, nisi etiam concurrat obligatio celebrandi expressa cum clausula, *per se ipsum*, justa communiter receptam in Foro allegationem Lappi 35. *num.* 2. *& allegat.* 117. *num.* 2. Rota *coram Cels. decis.* 367. *numer.* 14. *&* 17. *& in recent. decis.* 162. *numer.* 13. *& seqq. part.* 12., *& in Ortonen. Beneficii* 23. *Martii* 1708. §. *quæ quidem, cor. R. P. D. Scotto, &* 10. *Junii* 1709. §. *fin. coram R.P.D. Polignach.*

Tertio, quia postquam Testator adjecit omnibus Cappellanis obligationem tenendi Scholam Grammaticæ, & Rethoricæ, ab illa declaravit exemptos Cappellanos de Domo Marcantonia, quotiescunque = *non fossera abile a fare Scuola* = dando eis facultatem eam faciendi per alium, quod videtur ostendere sensum Testatoris non fuisse talem, ut illos de domo Marcantonia esse voluerit Sacerdotes Missam celebrantes, dum eos consideravit esse posse inhabiles ad tenendam Scholam, quæ inhabilitas non poterat considerari in illis, qui promoti forent ad Sacerdotium, requirens literaturam, & idoneitatem.

Quarto demum, quia Testator in defectum con- 4
sanguineorum substituit extraneos in Cappellania, in quibus terminis absurdum videtur in eisdem consanguineis præsumere adjectam hujusmodi restrictivam, qua supposita de facili seqoererent Cappellaniam cedere in utilitatem extraneorum in concursu illorum de sanguine, qui non ita de facili possunt reperiri constituti in Sacerdotio, ideoque ne sequatur absurdum excludenda venit interpretatio inductiva qualitatis Sacerdotalis in Cappellanis existentibus de sanguine Testatoris, ut in simili quæstione animadvertunt Card. de Luc. *de fideic. disc.* 8. *num.* 13. Rot. *dec.*

290.

290. *num.* 7. *& decis.* 399. *num.* 10. *&* 11. *part.* 13. *rec. & in Volaterrana Beneficii 7. Junii* 1709. §. *augebaturque, coram R. P. D. Ansaldo.*

5 Cæterum ubi etiam dici potest requisitum fuisse Sacerdotium, attamen sufficeret D. Bartolomæo, esse in ætate, ut posset infra annum ad illud promoveri, urgente propositione, quod sicut in dispositione legis sufficit qualitas Sacerdotalis in habitu, non autem in actu respectu beneficiorum, quæ habent annexum ordinem Sacerdotalem, ita etiam sufficere debet in dispositione hominis, ita & taliter, quod in casu isto vera non videatur regula, quod mitius agatur cum dispositione legis, quam hominis, ut reprobatis contrariis substinet Pignatell. *consult.* 2. *num.* 22. *& seqq. tom.* 7. Bnidon. de Legat. *cap.* 6. *numer.* 48. Sanchez. *consil. moral. libr.* 7. *capit.* 3. *dub.* 48. *numer.* 15. *& hanc opinionem* Ego firmavi in Parergon. *ad discept. Eccles. part.* 2. *sub num.* 4. *vers. & nota.*

Hæc omnia difficultatem ingerere videbantur, verum re maturius resoluta, & magis accurate introspecto sensu Testatoris, verius de jure censeo *adjudicandam esse Cappellaniam Philippo, expulso Bartholomeo.*

6 Quamvis enim iste reperiatur electus per Confraternitatem, cui Testator reliquit Jus eligendi; nihilominus electio ista facta de Inhabili, seu non Sacerdote contra legem testamenti, proinde habetur, ac si facta non fuisset ex firmatis per Rot. *decis.* 216. *numer* 5. *versic. hinc resultat part.* 1 *recent. & coram Emerix jun. decis.* 263. *numer.* 4. *& decis.* 1254. *num.* 10. *& coram Buratt. decis.* 680. *num.* 1. *& seqq. & in recent. decis.* 483. *numer.* 2. *part.* 12. *recent.* ubi loquitur consanguineum etiam proximiorem, qui Sacerdos non existat.

Et tali casu Cappellania etiam sine electione Confraternitatis debetur Philippo tanquam Sacerdos, & habenti qualitatem requisitam a Testatore, & qui
7 tanquam ab ipso electus, seu passive vocatus non indiget electione Patroni, Rocca *disput. Jur. capit.* 190. *numer.* 21. *&* 22. Rot. *decis.* 122. *numer.* 1. *& seqq. part.* 11. *recent. & in Vaden. Canonicatus* 10. *Junii* 1704. §. *leviorisque, cor. Reverendiss. D. Molines Decano.*

Ad verificandum, quod Testator vocaverit Sacerdotes Missam Celebratores per se ipsos, ex quo desumitur nullitas electionis Bartholomæi, adduco verba Testamenti, quæ per viam regulæ obligant Cappellanum ad celebrandam Missam quotidianam, excepto casu ejus infirmitatis, vel impedimenti ibi = *Il Cappellano della medesima sia obligato celebrare una Messa ogni giorno in perpetuo nella suddetta Cappellania, &c.; e che in caso d' infirmita, o d' altro impedimento esso Cappellano sia obligato fare celebrare la suddetta Messa quotidiana* = Hæc exceptio
8 celebrari faciendi, seu quod idem est celebrandi per alium firmat regulam in contrarium, ut nempe secluso casu infirmitatis, vel alterius impedimenti voluerit Testator celebrationem Missarum per se ipsum, ut in individuo firmavit Rot. *decis.* 403. *numer.* 3. *&* 4. *part.* 12. *rec.* ibi = *Onus autem celebrationis per semetipsos fuisse a Fundatore Cappellanis injunctum suadet iisdem attributa facultas eligendi alterum Sacerdotem pro confectione Sacri in casu duntaxat eorum absentia, &c. vel quoties denique aliquo laborarent morbo; hinc enim liquet his casibus duntaxat exceptis celebrationem Cappellanosmet Fundatorem exoptasse* = *&* Card. de Luca *de benefic. disc.* 62. *num.* 7.

Et quamvis contrariam opinionem tenuisse videatur Sacr. Congreg. Concili 29. *Maii* 1649., ut in casu relato apud Pignatell. *consultat.* 1. *numer.* 10. *tom.* 7., attamen in posterioribus Decretis devenit in Sententiam Sac. Rotæ ubi supra; quod per licentiam celebrandi per alium attributam in casu impedimenti Cappellanus sit adstrictus celebrare per seipsum extra casum infirmitatis, vel impedimenti, ut ex resolutione 18. *Decembris* 1688. relata apud Monacell. *in form. for. Eccles. part.* 2. *tit.* 13. *formul.* 2. *num.* 55. ibi = *Cappellani, & Beneficiati tenentur Missas celebrare per se ipsos, si adsit præceptum Testatoris, seu Fundatoris ita conceptum* = *Se alle volte non potessero celebrare, faccine celebrare per altri* = *ut respondit Congreg. Concilii* 18. *Decembris* 1688. =

In qua opinione perseveravit novissime, mequamvis in contrarium scribente *in Romana Cappellaniarum* 16. *Martii* 1709. ubi agebatur, de casu, quo fundator dixerat = *Quali Cappellani voglio che siano tenuti a celebrare ogni giorno in detta Cappella la Messa, & essendo impediti detti Cappellani, di non potere celebrare dette Messe quotidiane, voglio, e mi contento che possino farle celebrare da altri Sacerdoti a loro arbitrio* = *& Sacra Congregatio Concilii resolvit Cappellanias esse residentiales* = Et quia Cappellani habebant aliud Beneficium in Ecclesia Collegiata, eadem Congregatio sub die 25. Januarii 1710. in responsione ad secundum præfixit eis terminum trium mensium ad faciendam dimissionem Cappellaniarum, vel Beneficii tanquam incompatibilium.

In qua sententia quod Cappellanus esse debeat Sacerdos, & celebrare per seipsum, me confirmant etiam alia verba testamenti; quia Testator vocavit ad Officiaturam Missarum illos de domo Marcantonia conditionaliter, quatenus reperirentur Sacerdotes ibi = *Con patti, e condizioni però, che essendoti Sacerdoti di casa Marcantonii debbano questi sempre essere preferiti, e particolarmente voglio che siano preferiti a tutti li figli di Viviano, &c., e li figli* 9
del Capitan Martie = Hoc nanque vocabulum, *Sacerdoti*, vere, & proprie verificatur de illis, qui sunt constituti in Charactere Sacerdotali, & Missam celebrant, ut advertit Card. de Luc. *de Benef. disc.* 96. *numer.* 16. Amostaz. *de caus. piis libr.* 3. *capit.* 5. *num.* 17. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 47. *num.* 52. Corrad. *in prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 117. *&* 138. Rot. *decis.* 607. *num.* 15. *part.* 18. *tom.* 2. *recent.* ubi quod nomen, *Sacerdos*, prolatum ab homine proprie, & secundum communem usum loquendi con- 10
venit tantum celebranti, quia derivat a Sacrificando, & *in Gerunden. Beneficii* 8. *Martii* 1697. §. *respectu, coram bon. mem. Muto; & me scribente in Regien. Jurispatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Quod autem, cor. R. D. Molines Decano.*

Nihil obstantibus Doctrinis in contrarium, quod 11
appellatione Sacerdotis contineri valeant etiam simplices Clerici; hoc enim procedit per impropriationem vocabuli, quando adest necessitas illud impropriandi propter voluntatem Fundatoris, quæ ex aliis partibus testamenti noscitur directa ad simplices Clericos; secus autem, ubi de tali voluntate aliunde non constat, vel etiam sumus in dubio, quia tunc recedendum non venit a proprietate vocabuli, ejusque naturali significatione, ut in puncto Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17.

Extra difficultatem quando verbum hoc, *Sacerdos*, fuit materno sermone prolatum, quo casu, stante communi usu loquendi, intelligitur in sensu naturali, videlicet de Sacerdote Missam celebrante, non autem de simplici Clerico, ut advertit Card. de Luc. *de benef. disc.* 62. *num.* 7. *vers. & demum, & disc.* 96. *num.* 16. Rot. *decis.* 496. *numer.* 8. *vers. quia ultra quod part.* 1. *recent.*

Reflectendo ulterius, quod Fundator in suo Testamento pluries repetiit hoc vocabulum Sacerdotis, & Presbyteris ibi = *approvando io adesso per allora li Sacerdoti, che saranno eletti da detta Compagnia,* = Et rursus in substitutione extraneorum dixit, ibi = *Possi la sudetta Compagnia eleggere un altro Prete di detto luogo; e caso che in detto luogo non vi fosse Sacerdote virtuoso. &c.* = Ex quibus verbis evidentissime resultat Testatorem intellexisse duntaxat de Cappellano habente qualitatem Sacerdotalem propter geminationem vocabuli, *Prete, e Sacerdote*; ut in individuo animadvertit Rota *coram Seraphin decis.* 871. *numer.* 1., *& in recentior. decis.* 216. *num.* 2. *part.* 2. Rocca *disputat. Jur. cap.* 190. *num.* 4. *&* 10. *tom.* 2. Ciarlin. *controv.* 211. *num.* 48. dicens quod nomen Presbyteri intelligitur de Sacerdote, quan- 12
do

do Fundator locutus promiscue fuit de Sacerdote, & Presbytero, ut est casus præsens.

Quæ promiscua loquendi formula de Sacerdote, & Præsbytero legitur etiam expressa quoad Cappellanum secundæ Cappellaniæ, ibi = *Con conditione però, che debba eleggere un Prete di Casa Marcantonis, &c. replicando, che essendoci Sacerdoti di*
13 *Casa Marcantonii siano sempre questi eletti* = Ex dispositis enim super una Cappellania infertur ad disposita super altera, cum utraque pari passu ambulet, & utraque requirat qualitatem Sacerdotalem Cappel-
14 lanorum, nec una possit diverso jure censeri, quam altera, ideoque una Testamenti pars, aliam declarat, ut in specie Rocca *disput. Jur. dicto capit.* 190. *num.* 8.

Accedit prædictis, quod inter illos de Domo Marcantonia Testator semper eligi jussit Doctiorem, ibi = *Si elegga sempre il più Dotto* = Ex quo assequimur aliam fortissimam circumstantiam ad eliciendam mentem Testatoris directam ad Cappellanos actualiter constitutos in Ordine Sacerdotali, non
15 autem in minoribus, dum qualitas Doctioris potius verificatur in Sacerdote, quam in simplici Clerico 14. annorum ad Text. *in Can. Nulli; & Can. Quæ ipsi, dist.* 38. Rot. *coram Cerro decis.* 458. *num.* 4. *& coram Emerix. Jun. decis.* 911. *num.* 6. *& in Majoricen. Beneficii* 1. *Februarii* 1709. §. *At vero, coram R. P. D. Falconerio.*

Et denique apud me multum stringit observantia, seu factum ipsius Testatoris, qui pro primo Cappellano constituit Bartholomæum Mercantonium tunc actualem Presbyterum, eoque defuncto deputavit Joannem pariter tunc temporis actualem Sacerdotem, signum evidens, quod ejus voluntas fuerit restricta ad vocationem suorum consanguineorum, qui
16 tamen haberent qualitatem Sacerdotalem, non autem simplicem Clericatum, cum nulla melior interpretatio Legis Fundationis dari possit in Jure nostro, quam illa deducta, ex facto, & observantia ipsius Fundatoris; ut in puncto Card. de Luc. *de Benefic. disc.* 61. *num.* 13. *vers. Secundo ponderabam.* Rot. *in Sutrina Canonicatus* 21. *Junii* 1706. §. *final. coram R. P. D. Priolo.*

Non obstant superius considerata in objectis; nam primum consistens in natura Cappellaniæ Laicalis,
17 locum habet, quando contrarium Testator non expressit, tunc enim capaces hujusmodi Cappellaniæ sunt Laici, & Fœminæ, eoque magis Clerici simplices; secus autem quando Testator vocare voluit Sacerdotes, & Presbyteros per se ipsos Missam celebrantes, quia tali casu non consideratur materia indifferens, sed materia disponens; sicut enim in Cappellaniis laicalibus vocari possunt certæ personæ qualificatæ, ita etiam certi Cappellani qualificati Charactere Sacerdotali, qui per se ipsos Missam celebrent, cum in omni dispositione, omnique materia totum faciat mens Testatoris, ut ponderat Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 43. *&* 51. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *num.* 26.

Secundum remanet sublatum ex præadductis; & addo, quod non semper necesse est ad inducendam qualitatem Sacerdotalem, ut Testator Cappellanis onus adjungat celebrandi cum clausula = *per se ipsum* = sed satis est verbis æquipollentibus hoc inferri posse, ut respondet Rot. *decis.* 335. *numer.* 9. *part.* 19. *Rec.*

Tertium circa dispensationem Consanguineorum de domo Mercantonia ab onere per se ipsos faciendi Scholam, quando non essent habiles, nihil ad rem concludit, quia potest dari Sacerdos immo etiam Doctor absque eo quod sciat docere rudimenta Scholastica Grammaticæ, & Rethoricæ, cum hujusmodi Professio nihil commune habeat cum idoneitate Sacerdotali, nec non aliis virtutibus, quæ reddunt homines doctos, & litteratos.

Quartum postremo objectum fundatum in absurdo, quod data restrictiva qualitatis Sacerdotalis in consanguineis Testatoris sequi posset de facili devolutio Cappellaniæ ad extraneos Sacerdotes, exclusis
18 Clericis de Sanguine, est argumentum, quod procedit in dubio, seu quando constaret Testatorem præferre voluisse extraneis omnes, & quoscunque de sua domo Marcantonia, nec ideo applicatur ad casum istum, ubi Testator non absolute, sed conditionaliter vocavit suos Consanguineos videlicet = *Essendoci Sacerdoti di casa Marcantonii* = & extranei fuerunt substituti in casu converso, ibi = *e non essendoci di questa linea* = & propterea cum verba sint clara, non est locus admittendi diversam interpretationem ex præsumpta affectione sanguinis, quæ solum in dubio operari valet; & in puncto dixit Rot. *Me scribente in Volaterana Beneficii* 7. *Decembris* 1708. §. *Ejusdem, coram R. P. D. Crispo.*

Nec ullum est absurdum, quod Testator voluerit assignari Officiaturam Missarum Sacerdotibus extraneis in concursu simplicium Clericorum de sanguine, quia potuit moveri ex causa alliciendi suos Consanguineos ad Sacerdotium, Card. de Luca *de Benef. disc.* 61. *sub n.* 13.; ultra quod hodierna quæstio non versatur inter Clericum de sanguine, & Sacerdotem extraneum, sed inter consanguineos, quorum alter est Sacerdos, & alter Clericus simplex, ubi testator dicendo quod = *si elegga il più Dotto* = sine dubio eligi voluit Sacerdotem in concursu simplicis Clerici, ut in terminis punctualissimis itaut Rot. *coram Emerix Jun. decis.* 278. *numer.* 1. *&* 2.; & prosequitur Rot. *in dicta Volaterrana Beneficii ubi supra* §. *Nec videtur cum duobus seqq.* confirmata 28. *Januarii* 1709. *coram R.P.D. Crispo; &* 7. *Junii* 1709. §. *Stabiliter cum seqq. coram R. P. D. Ansaldo.*

Minus quoque subsistere censeo, quod sufficiat in casu isto qualitas Sacerdotalis in habitu, quia cum Sacerdotium non fuerit expressum relative ad Ministerium Celebrationis Missarum, sed relative ad electionem Cappellani, ibi = *L'elezione del detto Cappellano spetti alla Venerabile Compagnia, &c. con patti, e condizioni però, che essendoci Sacerdoti di Casa Marcantonii, debbano questi sempre essere preferiti, &c. e che si elegga sempre il più Dotto, &c. e non essendoci, &c. si elegga un' altro Prete, &c.* =
Utique intrat regula, quod qualitas Sacerdotalis 19
adjecta verbo Electionis concurrere debet de tempore illius, neque idcirco sufficiens reputatur habitualis, & aptitudinalis, ut in puncto Rocca *disput. Jur. dict. cap.* 190. *numer.* 13.; ubi de verbis quod præsentaretur Sacerdos de Agnatione, si reperiretur Card. de Luc. *de Benef. disc.* 96. *numer.* 19. Rot. *decis.* 596. *num.* 5. *& seqq. part.* 1. *& decis* 216. *num.* 5. *part.* 2. Recent. & plene *coram Emerix Jun. decis.* 168. *num.* 10., *& decis.* 248. *num.* 1. *&* 3., *& decis.* 263. *num.* 1. *& per totam, & decis.* 278. *num.* 4, *& in Rhegin. Jurispatronatus* 16. *Januarii* 1707. § *Qua interpretatio, coram Reverendissimo D. Molines Decano, & in decis. Volaterrana Beneficii* 7. *Decembris* 1708. §. *certe, & § final., &* 28 *Januarii* 1709. §. *fin. coram R. P. D Crispo.*

Ex his adjudicandam puto hujusmodi Officiaturam Missarum Philippo, neque illi obstare, quod hodie actualiter possideat secundam Officiaturam, seu Cappellaniam, quia data etiam utriusque incompatibilitate, non est incapax assequendi primam dimissa secunda, ut individualiter Rocca *disput. Jur. dict. cap.*
190. *num.* 42. Neque Testator hunc transitum de una 20
Cappellania ad aliam prohibuisse censetur tanquam de Jure permissum; ut bene Rocca *ubi proxime num.* 49. *versic. sed non exinde*, Rot. *in Dertosen. Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Non rilevando, & §. fin. coram R. P. D Omanna.*

Dimissio autem secundæ Cappellaniæ non poterit 21
a Philippo evitari non solum ratione incompatibilitatis, sed etiam quia Fundator voluit duos distinctos Cappellanos, & deputationem duorum distinctorum consanguineorum, ibi = *Ci si faccia un' altro Cappellano, o che il Sign. D. Giovanni Marcantonii spetti di fare l'elezione di quest' altro Cappellano, con condizione però, che debba eleggere un Prete di Casa Marcantonii*, = Et concurrit super hoc pacto res judicata per tres sententias de Curia, ubi cum Joannes possidendo primam Cappellaniam voluisset etiam sibi arrogare secundam, fuit ab ista expulsus

pulsus ad instantiam Philippi, qui tunc eam obtinuit, & hodie possidet, & modo ad effectum assequendi primam, dimittere teneatur ex prædictis; & ita pro veritate concludo.

Occasione pluries scribendi super his Causis Cappellaniarum Laicalium, legi sæpius allegatam per Doctores decisionem Rotæ *in Pampilonen. Cappellania* 25. *Maii 1646. coram Corrado*, quam cum impressam non invenerim in volumine aliquo, eam veloti
22 magistralem hic adjungere censeo.

R. P. D. CORRADO.

Pampilonen. Cappellaniæ.

Ven. 25. Maii 1646.

RESolutio hujus Causæ visa fuit DD, in eo pendere: An Cappellania, de qua agitur instituta per olim Isabellam de Beleunze in ejus Testamento anno 1521. 13. Maii sit Beneficium Ecclesiasticum, quod, nitebantur probare Informantes pro Joanne ex verbis ejusdem Testamenti, quibus ita disposuit = *Item ordino, Mando, &c. quod a meis Testamentariis infrascriptis, &c., & a magis curioso, & diligenti illorum, in dicta Ecclesia Parochiali S. Saturnini dict. Civitatis Pampilonen, pro dicta mea Anima, & pro Animabus mihi commendatis fundata sit una Cappellania perpetua unius Missæ qualibet die, & quod Cappellanus, qui dictam Cappellaniam possidebit obligatus sit celebrare in dicta Ecclesia S. Saturnini unam Missam qualibet die in perpetuum, &c. & volo, & mihi placet, quod post meos dies si D. Sanzius de Beleunze meus Nepos velit capere dictam Cappellaniam cum onere celebrandi illam suscipiat, & inserviat, quem ego ex nunc in casu, quo ipse velit relinquo electum, & destinatum pro illa, & illum eligo, & deputa vigore præsentis, et si ipse nolit acceptare dictam Cappellaniam, tali casu volo illam dari alteri Personæ honestæ, & bonæ indolis, vitæ, & conversationis, & volo, & mihi placet qualiter mea Soror Consobrina Maria, &c. dum viverit, sit Patrona ad præstandum Cappellanum in dicta Cappellania, & post ejus obitum possideant Iuspatronatus, & sint Patroni ad præsentandum Cappellanum in dicta Cappellania quotiescunque illa vacabit, & erit sine Cappellano Laurentius, &c. & Isabella ejus Uxor mei Nepotes, &c. & ille qui superviveт, & post suos dies ejus filii, & successores Domini domus, quam ego relinquo pro parte supradictis Laurentio, & Isabella ejus uxori una cum Vicario, & operariis dictæ Ecclesiæ S. Saturnini, qui in futurum erunt, & inter omnes eligant Personam idoneam, & sufficientem ad canendum, & celebrandum in dicta Cappellania, & faciant quod quotidie celebret Missas in perpetuum juxta formam, & modum, quem ego ordinavi, & mandavi per hoc præsens meum Testamentum, &c. pro fundatione cujus dicta Cappellania. Ego D. Isabella relinquo bona, & hæreditates infrascriptas.*

Primo scilicet, quia concurrunt locus erectionis, dos Beneficii, & leges fundationis onera spirituale
23 celebrationis Missarum præscribentes, quæ sunt materialia Beneficii Ecclesiastici, *Cap. nemo de consecr. dist.* 1. Abb. *consil. 47. illud de jure numer. 1. vers. cognoscitur enim Beneficium Ecclesiasticum part. 2.* Calder. *cons. 20. sub num. 1. vers. & ratio quia de jurepatr.* Felin. *in cap. in nostra sub num. 9. vers. sed in primis, & seq. Extr. de rescript.* Rota *penes Cesar. de* Grass. *decis. 13. a num. 3. vers. num. Beneficium, & seq. de prabend. & decis. 509. sub num. 1. part. 1. divers. ac in rec. decis. 254. num. 2. vers. ideo non obstat. part. 2.* Modern. *Rom. de benef. lib. 1. quæst. 13. num. 1. vers. nunc videndum est.*

Secundo, quia fuit instituta Cappellania perpetua,
24 quod præcipue congruit Beneficio Ecclesiastico, *Cap. Sanctorum 70. distinct. capit. pæn. extr. de Cleric. ægrot.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 5. num. 11. vers. quintum requisitum est* Rota penes Achil. *decis. 1. sub num. vers. item quia de offic. Vicar. & bon. mem.* Card. Cavalet. *decis. 639. num. 9. vers. qua facultas, & bon. mem.* Boratt. *decis. 224. num. 4. vers. quodque non ad tempus, sed in perpetuum conferatur, & in rec. decis. 25. sub num. 7. vers. cum de essentia part. 2.*

Tertio, quia Testatrix mentionem fecit de Jurepatronatu, Patroni electione, ac præsentatione, quæ sane verba Ecclesiasticum Beneficium superioris in- 25
stitutioni, ac confirmationi subjectum præferre videntur, *cap. decernimus 26. quæst. 7. cap. nihil. Extr. de elect.* P. Rebuff. *in prax. benefic. in titul. de elect. sub numer. 3. versic. & ista dicitur propria electio, &* Rota *penes san. mem. Gregor. decis. 66. sub num. 6. vers. electio enim.*

Quarto quia orta alias de anno 1619. controversia inter Joannem de Uroz, & Martinum de Echegogen ultimum possessorem electos ad dict. Cappellaniam, introductaque lite coram Officiali Rev. Episcopi Pampilonen. illa fuit per ejus Sententiam adjudicata D. Martino, quæ quidem adjudicatio videtur habere vim institutionis, ac proinde in necessarium antecedens approbationis ejusdem Ordina- 26
rii ad constituendum Beneficium Ecclesiasticum requisita, seu saltem validam inducere præsumptionem præcedentis ejusdem Ordinarii consensus, & consequenter Ecclesiasticæ qualitatis ipsi Beneficio inhærentis juxta tradita per Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. in principio, num. 51. vers. hoc tamen intelligend. & seq., &* Garz. *de benef. part. 1. cap. 2. sub numer. 12. versic. rursus advertendum est, & seq.*

Quinto, quia tam Testatrix in præfato ejus Testamento, quam Ordinarius in dicta Sententia, & moderni Electores in Instrumentis electionum factarum, ac partes ipsæ in actis judicialibus mentio- 27
nem fecerunt de vocatione dictæ Cappellaniæ, quæ proprie convenit Beneficio Ecclesiastico in titulum conferri solito, Rota *penes bon. mem.* Card. Seraph. *dec. 1095. sub num. 2. vers. debes ergo, & Reverendiss.* Urgellen. *decis. 435. num. 4. vers. secundo quia*, Garz. *de benefic. dict. cap. 2. num. 62. versic. in una tamen Volaterrana Cappellania.*

Verum DD. re mature discussa censuerunt dictam Cappellaniam non esse Beneficium Ecclesiasticum, sed opus quidem pium unius Missæ quotidianæ ex Testatricis dispositione adimplenda per Sacerdotem deputandum a personis per eam nomina- 28
tis in dicto ejus Testamento, quia cum non fuerit erecta Episcopi auctoritate, atque consensu dici non potest Beneficium Ecclesiasticum; nam absque illa non potest quisquam privatus locum Sacrum, vel rem Spiritualem constituere secundum Sacrorum Canonum dispositionem *in cap. ad hæc de Relig. dom. gloss. in Clement. 2. in verb. beneficiorum vers. tu dic, de decim.* ibique communiter DD. Felin. *in cap. ex parte il 2. num. 2. vers. natura vero, & in dict. cap. in nostra sub numer. 9. vers. de primo de rescript. & consil. 45. quinque Doctores sub numer. 5. versic. nam authoritas de Jurepatron.* Guidopap. *in decis. 187. sub numer. 1. versic. respondetur, & seq.* Navar. *consil. 5. sub num. 1. versic. respondendum de prabend.* Valasc. *consult. 60. sub num. 12. versic. quartum dubium, & seq.* Gonzal. *dicta, gloss. 5. in principio num. 7. vers. quorum primum est, & num. 20. versic. ex quibus infertur, & pluribus seqq.* ubi loquitur de hujusmodi Cappellanus, quæ sæpe in Hyspaniis fundari solent absque ulla Episcopi, vel alterius Superioris authoritate, dicens quod licet sint perpetuæ usque ad obitum Cappellani, & habeant cætera requisita præter authoritatem Ordinarii, nihilominus non sunt Beneficia Ecclesiastica, *& sub numer. 39. vers. quia hoc procedit, & sequitur* Garz. *de benef. part. 1. cap. 2. numer. 102. versic. An Cappellania, & seq.* Azor. *Institut. moral. part. 10. lib. 10. cap. 3. col. 3. versic. quando vero Cappella* Perez de Lara *in ejus tract. de Anniversar. & Cappellan. lib. 2. cap. 1. num. 34. versic. & dicitur ac seqq., &* Rota *decis. 182. numer. 1. versic. ha vero administrationes, par. 1. & decis. 264. sub num. 1. part. 2. divers., &* Baratt. *dict. dec. 224. num. 2. versic. & non conveniunt, & in recent. dec. 561. sub num. 3. versic. cum præsertim part. 2. dec.*

268.

268. *numer.* 2. *verf.primo qui a part.* 3. *& decif.* 238. *numer.* 2. *verf. & ea ratione part.* 5. & nupee *in Calaguritana, feu Nullius Cappellaniæ* .17. *Mai* 1645. *coram R. P. D. meo Moltio in* §. *quoad primam infpectionem*.

Quinimo ex lectora dicti Teſtamenti attente perpenſa fatis apparet Teſtatricem ipſam voluiſſe ſibi, ac ejus ſucceſſoribus, & cœteris per eam nominatis plenam reſervare diſpoſitionem dictæ Cappellaniæ, ac deputationem Sacerdotis, & præfati pii operis curam abſque interventu alterius, ut legitur ibi = *& volo, & mihi placet, quod poſt meos dies, ſi D. Sanctius de Belsunae meus nepos volet capere dictam Cappellaniam cum onere celebrandi illam ſuſcipiat, & inſerviat, quem ego ex nunc in caſu quo ipſe velit relinquo, &c. & illum eligo, & depute vigore præſentis, &c.* & ibi = *& poſt ſuos dies ejus filii, & ſucceſſores Domini domus, quam ego relinquo, &c. una cum Vicario, & Operariis dicto Eccleſiæ S. Saturnini, qui in futurum erunt, ut inter omnes eligant perſonam idoneam, & ſufficientem ad canendum, & celebrandum in dicta Cappella, & faciant, quod quotidie celebret Miſſas in perpetuum, &c.* quo caſu eo minus dici poteſt
29 Eccleſiaſticum Beneficium, quando Fundatoris intentio repugnat, Navar. *dict. conſil.* 5. *num* 3. *verſ. ad ſecundam queſtionem de prabend.* Rot. *dict. decif.* 254. *ſub num.* 2. *verſ. ex alias autem, & ſeq. part.* 2. *rec.* & late comprobat Lara *dict. cap.* 1. *num.* 21. *verſ. ſed velim, & ſeqq.* dicens hoc eſſe uſu frequens in illis partibus.

Neque viſa fuerunt obſtare, quæ pro parte Joannis adducebantur.

Nam primum facile tollitur, quia non ſufficit ad conſtituendum Beneficium Eccleſiaſticum, quod materialia interveniant, niſi concurrat Epiſcopi autho-
30 ritas, atque conſenſus, quæ eſt cauſa efficiens illius, a qua ſuum eſſe conſequitur, itaut aliter conſtitui non poſſit Gloſſ. *in dict. Clement.* 2. *in verb. Beneficiorum in fine, verſ. Tu dic extra de decim.* Felin. *in conſil.* 41. *num.* 5. *verſ. Tertio adduco, & conſ.* 45. *ſub num.* 2. *verſ. pro reſponſione, & ſeq.* P. Rebuff. *conſ.* 58. *in princip.* & poſt plures probat Gonzal. *gloſſ.* 5. *ſub dicto num.* 20. *verſ. illud onus, & ſeq. & in Monopolitana Hebdomadarum* 1. *Julii* 1613. *coram bon. mem. Maazan. & in dict. decif.* 561. *ſub num.* 3. *verſ. cum præſertim part.* 2. *& dec.* 238. *numer.* 2. *verſ. & ea ratione part.* 5. *recent.* Mareſcot. *reſolut.* 3. *num.* 2. *verſ. & quod vere lib.* 2. & eleganter proſequitur Modern. Rom. *de Benef. lib.* 1. *quaſt.* 5. *a num.* 39. *verſ. conſequens eſt, & num.* 59. *verſ. de Jure enim, & ſeqq.*

Secundum verò deductum ex perpetuitate dictæ
31 Cappellaniæ, nec pariter obſtat; nam quoties fuit inſtituta ſine auctoritate Epiſcopi ejus perpetuitas non efficit illud Beneficium Eccleſiaſticum, ſed remanet ſimplex opus, ac diſpoſitio pia, quæ in pluribus Italiæ locis vulgari nomine nuncupatur, *ut Officiatura*, ut probant P. Rebuff. *in prax. benefic. part.* 1. *rubr. quare inſtituta ſint Beneficia numer.* 10. *verſ. Item non dicitur Beneficium, &* Gonzal. *dicta gloſ. ſub dicto num.* 20. *& ſeqq.* Garz. *dicto cap. ſub dicto num.* 102. *& ſeqq.*

Hinc etiam tollitur Tertium, quia verba illa eli-
32 gere, & præſentare aliquando confunduntur ex intentione loquentium, & accipiuntur etiam pro libera collatione, ſeu deputatione ad officiandum nullum alterius miniſterium requirente, juxta tradita per Rebuff. *in dicto tit. de elect. num.* 4. *verſ. altera eſt electio,* & reſpondit Rot. *decif.* 27. *num.* 1. *verſ. Verbum præſentare de Preb. in novis*; & penes *fan. mem.* Gregor. *dicta decif.* 66. *num.* 1. *verſ. quia iſta verba, & ſeqq. & in recent. decif.* 567. *num.* 8. *verſ. attamen iſta verba, & ſeqq. part.* 5. ſicut etiam verba illa Patroni, & Patronatus verificari poſſunt ſaltem large, & ex vulgari uſu loquendi in eo jus eligendi Sacerdotem ad officiandum habet, juxta notata per Rocch. de Curt. *de Jurepatron. part.* 1. *ſub numer.* 5. *in ſecunda queſtione ad fin. verſ. quandoque dicitur Patronus, &* Lambertin. *in ſimili tract. part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 1. *num.* 7. *verſ. large vero & ſeqq. fol.* 3. *& artic. ſeq. ſub numer.* 1. *& ſeqq* quæ ideo his etiam Cappellaniis adnotantur, ut per Gonzal. *in loco allegato ſub dicto numer.* 20. *& ſeqq. & num.* 28. *verſ. pariter quoque poteſt Laicus Patronus, &c. &* Garz. *dicto cap.* 1. *ſub num.* 105. *verſ. unde apparet*, & alios præallegatos DD. atque ideo ad dignoſcendam naturam Beneficii attendendæ potius ſunt qualitates ſubſtantiales, & eſſentiales, quæ ad illud conſtituendum debent concurrere, ut dictum eſt, quam ejuſmodi denominationes, & verba multoties ab imperitis improprie, ac plerumque ſecundum promiſcuum loquendi uſum in loco receptum uſur- 33
pare, vel inadvertenter prolata, quæ illud Eccleſiaſticum efficere nequeunt Abb. *dict. conſ.* 47. *ſub num.* 2. *verſ. attendi enim debet, & ſeq. dub.* 2. Felin. *in dict. cap. in noſtra ſub num.* 9. *verſ. Et ex his concludunt prædicti Extr. de reſcript.* Rot. *in Ulixbonen. Adminiſtrationis Cappella* 16. *Januarii* 1591. *coram bon. mem. Penia in* §. *Poſtrema, & penes* Buratt. *dict. decif.* 224. *ſub num.* 5. *verſ. nec illud, & in rec. decif.* 214. *ſub numer.* 5. *verſ. adhuc part.* 2. & concludit Gonzal. *dict. gloſſ.* 5. *ſub num.* 17. *verſ. Neque eſt curandum, & ſub num.* 20. *& ſeqq.* & proſequitur Perez de Lara *dict. cap.* 1. *ſub num.* 22. *verſic. Sed velim & ſeqq.* dicens hoc ſæpiſſime fieri a perſonis imperitis, & præſertim mulieribus, *& numer.* 31. *verſic. & ſic quod fundans, ac ſeqq.*

Hoc autem certius eſt in propoſito caſu, in quo conſtat ex verbis ſupra relatis Teſtatricem eadem verba confundiſſe, ac pro ſynonymis habuiſſe, ibi = *eligo, & depute, &c.* = quæ tamen vere differunt,
nam primum Superioris confirmatione expectat, al- 34
terum vero ſecus, ut fuit animadverſum in *dicta decif.* 254. *ſub numer.* 6. *verſic. ſæpius enim part.* 2. *recent.*

Quartum vero, quod magis videbatur urgere dictum fuit non relevare; Tum quia non fuit exhibitus proceſſus, ex quo juſtificetur actum fuiſſe in eo Judicio coram Ordinario de inſtitutione præſentatorum coram ipſo a Patronis Beneficii Eccleſiaſtici juxta formam Sacrorum Canonum, ita quod pernecesse inde probata, vel ex tunc ſaltem conſtituta conſeri poſſit ex authoritate ipſius Epiſcopi, ea qualitas, prout neceſſarium eſſe ad hunc effectum declarant juxta theoricam Innocent. *in cap. cum conſuetudinis in fin. verſ. & hac vera ſunt Extr. de con-* 35
ſuetud. Calderio. *in d. conſ.* 20. *verſ. nam authoritas Epiſcopi, de Jurepatr.* & melius ad rem noſtram Felin. *in d. conſ.* 45. *num.* 5. *verſ. ſecunda reſponſio eſt*, & in his terminis loquitur Bellamer. *in capit. ſuper hoc, ſub numer.* 18 *verſ. ſed quæro, & verſic. quid dicen. ac ſeq. Extr. de renunc.* Modern. Roman. *de Beneſic. libr.* 1. *ad quæſt.* 5. *ſub num.* 61. *verſic. verum circa cauſam, & ſeq.* uti declarat tradita per Rebuff. *& alios*, & ita intelligenda eſt *decif. in Elnen. Eremitorum* 7. *Februarii* 1631. *coram bon. mem. Merlino.* Quia in eo caſu plura concurrebant cum publica voce, & fama, ex quibus Heremitorium illud probatur Beneficium Eccleſiaſticum, ut in ea legitur in *recent. decif.* 13. *num.* 15. *verſ. ex quibus omnibus part.* 6. quinimo illa Sententia congrue referri poteſt ad ſolam controverſiam prælationis inter duos Sacerdotes a diverſis perſonis jus habere prætendentibus deputatos, quorum uterque alterum intendebat excludere, ut pariter evenit in præſentia, quo caſu adjudicatio hujuſmodi Cappellaniæ non importat Canonicam inſtitutionem Præſentati, tanquam ad Eccleſiaſticum beneficium, nec eam probat, ſeu conſtituit qualita-
tem; ſed ejus quidem adminiſtrationis talis qualis 36
eſt aſſignationem cum emolumentis ad eam ſpectantibus ad favorem illius, de cujus meliori electione, ſeu deputatione probatum fuit, ut in his terminis fuit reſolutum *in Melphiten. Legati pii* 24. *Januarii* 1629. *coram Rev. D. meo Decano in rec. decif.* 238. *num.* 10. *verſ. unde cum majoratio part.* 5. quam hodie Domini ſecuti ſunt.

Tum quia neque potuiſſet Epiſcopus per ejus Sententiam etiam expreſſam inſtitutionem præſeferentem alterare qualitatem dictæ Cappellaniæ contra

volun-

voluntatem Fundatricis, ac in præjudicium eorum
37 quibus ejus vigore competit jus ad Text. *in cap. Pono extr. de privileg. & in Clement. quia contingit, §. ne autem cum utrobique not. de relig. domib.* & Rota *in Ripana Oratorii* 10. *Maii* 1591. *coram bon. mem. Gyptia, & in recent. decis.* 171. *sub numer.* 2. *vers. quia fuit responsum part. prima, & dict. decis.* 254. *numer.* 7. *vers. non obstant denique part.* 2. & *decis.* 238. *numer.* 3. *vers. non obstat, quod in provisione, & seqq. part.* 5. & penes Buratt. *dict. decis.* 224. *numer.* 6. *vers. unde permutatio dicta Cappellania, & seqq.* & conferunt tradita *in Lucana Jurispatronatus de Podiis* 23. *Martii* 1620. *coram bon. mem. Selencien. in §. Quod omne, versic. tum etiam quia defficit facultas in Ordinario,* & in aliis relatis per Adden. *ad decis. San. Mem. Gregorii.* 434. *sub num.* 20. *versic. & alterum, & versic. intervenire etiam debet*, idenque comprobat Lara *dicta cap. primo. num.* 23. *vers. & perperam faciunt Ordinarii*, eoque minus cum fuit prolata non ab ipso Episcopo, sed ab ejus Vicario, seu Officiali, qui ex ordinaria ejus generali facultate non potest præstare authoritatem creationi novi Beneficii Ecclesiastici præsertim cum reservatione Jurispatronatus, sed spectat ad ipsum Episcopum, juxta Text. *in d. cap. Nemo de consecrat. dist. prima cap. quicunque.* 16. *quæst. prima cap. nobis, de Jurepatr. cap. auctoritate de privileg. in* 6. Franch. *in cap. fin. sub num.* 5. *vers. ita etiam, & vers. nam Beneficium, de offic. Vicar. in* 6. Feret. *cons.* 327. *num.* 4. *vers. sed Vicarius Episcopi, & seq. & cons.* 343. *num.* 10. *vers. ad Vicarium*, cum aliis relatis per Jacob. Ibozz. *de offic. Vic. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 4. *vers. ad quod Vicarius, & seq. & quæst.* 32. Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 37. *versic. Vicarius autem Episcopi.*

Demum non obstat, quintum, quia verbum illud *vacare* verificatur etiam in hujusmodi Cappellaniis præsertim perpetuis, quæ non sunt Beneficia Eccle-
38 siastica, finito scilicet tempore illorum officiaturæ, ac administrationis, vel mortuo Sacerdote ad eas deputato, ideoque secundum materiam subjectam intelligi debet, ut respondit Rota *in decis.* 25. *num.* 5. *vers. respondebatur part.* 2. *rec.*

His itaque positis sequitur Cappellaniam, sive officiaturam, de qua agitur esse adjudicandam Michaeli, qui mortuo dicto Martino mense Februarii anni 1646. fuit electus, seu deputatus a duobus ex tribus votum habentibus, nempe a successoribus Testatricis, quibus ipse consensit adhærendo deputationi ab eis de se factæ, eoque pacto auxit numerum, tanquam unius ex eisdem Electoribus, ut Vicarius dictæ Ecclesiæ S. Saturnini; nam Joannes, qui unicum habet votum scilicet operationem ejusdem Ecclesiæ, esto quod illi legitime convocati fuissent, ac convenissent juxta tenorem dicti Testamenti, nullum habet
39 jus perinde ac si a nemine fuisset electus, sive deputatus *Cap. quoniam ibique* Gloss. *in verb. qui majoribus, &* Card. Abb. *& alii de Jurepatr.* Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 4. *art. prima sub num. primo versic. & breviter respondendum est, & artic. seqq. fol.* 188. *pag.* 2. *& seq.* Benedict. *cap. de execut. ultim. voluntat. memb.* 6. *num.* 186. *versic. si tamen plures*, Rota *decis.* 117. *num.* 1. *vers. non enim est dubium part.* 2. *divers.* & penes Seraphin. *decis.* 875. *sub num.* 1. *& seq. & recent. decis.* 202. *num.* 1. *vers. fuit enim part.* 2. *& in Aquilana Jurispatronatus* 24. *Januarii hujus anni, coram me in §. quare cum Joannes Dominicus.*

Neque obstat, quod Michaeli non licuerit ipsum eligere, *cap. per nostras Extr. de Jurepatr. cap. cum jure de elect.* & utrobique notant DD.

Quia bene potuit electioni de se palam factæ per alios Coellectores consentire, & consentiendo voto-
40 rum numerum auxit, ut dictum est, & explicat Burr. *in dict. cap. cum in jure sub numer.* 36. *versic. & ex prædictis, &* Abb. *sub numer.* 7. *versic. considera, ubi etiam* Card. Imol. *& alii Extr. de elect.* Lambertin. *de Jurepatr. part. prima lib.* 3. *quæst.* 8. *princ. artic.* 8. *sub num.* 2. *vers. Tu adverte, & seqq. fol.* 74. & respondit Rot. *in Bergomen. Cappellania* 23. *Martii* 1617. *coram Buratto inter ejus impressas decis.* 316. *sub numer.* 2. *vers. sed hæc quoque objectio, & seq. ubi numer.* 4. *vers. licet autem ex tenore, &c.* firmatur, quod licet ex verbis hujusmodi consensus clare non appareret an ille se ipsum una cum aliis principaliter elegerit, an potius consenserit, & adhæserit electioni de se factæ, adhuc tamen præsumendus esset fecisse eo modo, quo ipsi utilius erat atque licebat, ac proinde in ejusmodi electionem convenisse non principaliter, sed per viam acessionis, ut actus sustineatur, quod etiam sentit eadem Rot. *in dec.* 185. *a num.* 3. *versic. unde ad numer.* 6. *part.* 2. *divers.* ac penes eundem Buratt. *decis.* 481. *numer.* 4. *vers. unde cum faustus, & in Ragusina electionis prima Julii* 1643. *coram R. P. D. meo Ghislerio in §. fin. vers. non quia Palmota.*

Minus obstat, quod dicta electio non fuerit præ- 41
sentata coram Ordinario infra tempus a Sac. Canonibus præstitutum Patronis subsecuta illius institutio juxta *cap. Nobis extr. de Jurepatr.* sed his neglectis Michael se ingesserit contra dispositionem, *cap. Avaritia de elect. in* 6.

Quia prædicta requiruntur in electionibus, seu præsentationibus ad Beneficia Ecclesiastica non autem in hujusmodi Cappellaniis, quæ non sunt talia, ut dictum est, & ideo jus illas administrandi confertur per solam electionem, seu deputationem factam ab eis, seu majori parte eorum, quibus jus competit ex fundatione, quia in his non habet Episcopus jus instituendi, ut probat Guidopapa *dict. decis.* 187. *numer.* 2. *vers. ex quibus infertur* Paris. *cons.* 34. *numer.* 9. *vers. nam talis domus, & pluribus seqq. lib.* 4. P. Rebuff. *in prax. benef. cap.* 11. *numer.* 10. *ad fin. Vers. si tamen Cappellania* Gonzal. *dict. gloss.* 5. *num.* 28. *vers. Pariter quoque, & numer.* 35. *vers. Prout neque Episcopus habet*; Garz. *dict. part.* 1. *cap.* 2. *sub d. num.* 102. *vers. An Cappellania*, & alii supracitati Doctores.

Atque ita fuit resolutum utraque Parte informante.

ARGUMENTUM.

Relicto Legato Pio cum Onere Missarum certo Altari, seu Cappellæ, Jus nominandi Cappellanum pro officiatura Missarum non pertinet ad Episcopum sed ad Rectorem Ecclesiæ, ubi Altare situm reperitur. Et quid si constaret ex ultimo statu hujusmodi Legatum pium fuisse collatum in titulum Beneficii.

SUMMARIUM.

1. *Quando Officiatura dicatur implicite erecta in titulum beneficii?*
2. *Extincta linea Patronorum, libera collatio beneficii devolvitur ad Ordinarium.*
3. *Quo casu solus Episcopus sit Executor Legati Pii & num.* 12.
4. *Qui fuit a Testatore specialiter nominatus in uno casu, non potest subintrare in altero, ubi specialiter non fuit vocatus.*
5. *An Legatum pium relictum pro celebrandis Missis determinate in tali Ecclesia, aut ad certum ejus Altare; censeatur relictum contemplatione illius Ecclesiæ, aut Altaris?*
6. *Ex verbis dirigentibus Legatum ad Altare, censetur relictum intuitu Altaris.*
7. *Qui instituit heredem Animam suam an censeatur instituere heredem Ecclesiam Parochialem?*
8. *Omne Jus annexum Legato est adjudicandum illi, cujus intuitu præsumitur relictum.*
9. *Provisio hominis non tollit provisionem Juris.*
10. *Rector Ecclesiæ repræsentat Ecclesiam.*
11. *An in judicando sequenda sit opinio Rotæ, neglecta sententia alicujus Doctoris.*
13. *Attento ultimo statu Collatio Legati pii facta ab Episcopo in titulum beneficii sustinetur, sed cum distinctione, ut in n.* 14. *&* 15.

16 *Ad*

16 *Ad immutandum statum in Legatis piis quantum tempus requiratur? vide ibi.*

17 *Patroni nequeunt ad nutum ammovere Cappellanum.*

18 *An dicatur erectum beneficium deficiente consensu Ordinarii? Et quid deficiente etiam Institutione Episcopi? vide num. 19.*

20 *Quænam sint requisita Beneficii Ecclesiastici? vide ibi.*

21 *Ultimus status non attenditur, quando constat de contrario ex clara lege fundationis.*

22 *Ordinarius non potest immutare Voluntatem Fundatoris.*

23 *Legatum pium non potest erigere in titulum Beneficii resistente mente Fundatoris.*

ALLEGATIO XXXIV.

SEbastianus de Latinis in ultimis Tabulis, cum quibus decessit, reliquit Legatum pium cum Officiatura Missarum ad Altare Sanctissimæ Virginis de Rosario situatum in Ecclesia Parochiali S. Stephani Villæ Celalbæ, remittendo numerum Missarum ad Arbitrium Episcopi una cum earum stipendiis retrahendo ex fructibus nonnullarum terrarum, & ordinando quod Horatius Laxarius tunc temporis Rector ejusdem Ecclesiæ = *Habbia da offiziare, e telebrare le suddette Messe finchè vivera con avere le sudette entrate, e fare offiziaro a chi li parerà all' Altare.*

Post obitum vero Horatii Rectoris voluit quod Altare prædictum officiari debeat una cum perceptione fructuum = *il Sacerdote che vi sarà della Casa di Andrea Baldrai della Villa di S. Girstino, & altri poi successivamente del detto Andrea per linea mascolina* =

Et denique ordinavit, quod deficiente linea supradicti Andreæ, seu nullo intra illam existente Sacerdote = *Donna Doralice Zia del Testatore dichiari una linea ò più se parerà a lei, che habbiano cura di detto Altare, secondo che parera a loro, e questo sia Jus perpetuo* =

Defuncto Horatio Parocho ut supra priori loco vocato ad Officiaturam hujus Legati pii, fuit ad illam admissus Joseph filius Andreæ Baldari, qui etiam hujusmodi Legatum pium augmentavit pluribus bonis in tertia parte fructuum respective ad proventus bonorum Legatorum.

Subinde Joseph in mense Ordinario permutavit hanc Officiaturam cum Beneficio Ecclesiastico, facta expressione in Instrumento permutationis, quod Officiatura esset de suo Jurepatronatus; Eademque expressio continetur in Bullis Episcopalibus, & habito regressu per Josephum ad primevam possessionem Officiaturæ, pariter in Bullis Episcopalibus novæ Collationis Officiaturæ expressum fuit illam esse de Jurepatronatus.

Novissime decessit Joseph, cumque de linea Baldari nemo reperiatur, nec minus nominata fuerit aliqua alia linea per Doralicem; Ordinarius officiaturam hujusmodi contulit D. Mariano ejus Caudatario credens in defectum omnium vocatorum spectare ad ipsum Jus providendi, seu nominandi ad Officiaturam.

Modo autem in sensu veritatis quæritur; An Jus eligendi, seu nominandi Sacerdotem, seu Cappellanum ad hanc Officiaturam pertineat ad Episcopum, vel potius ad Rectorem pro tempore Ecclesiæ Parochialis S. Stephani Villæ Celalbæ? in quo articulo de mea sententia requisitus censeo prout infra verius de jure respondendum.

Et sane ad inclinandum pro Episcopo urgere videntur fortissima motiva, & signanter quod hujusmodi Officiatura hodie reperitur erecta, seu collata in titulum Beneficii juxta ultimor status; dum occasione permutationis factæ per Josephum Baldari de Officiatura cum Beneficio Ecclesiastico, Episcopus apposuit manum illam conferendo per suas Bullas;
1 idemque successit in nova collatione facta eidem Josepho, quando iste habuit regressum ad eandem; quo casu Officiatura dicitur implicite, seu tacite erecta in titulum Beneficii, ut firmat Garz. *de benef. part. 1. cap. 2. num. 112.* Lara *de Anniverf. & Cappell. lib. 2. cap. 5. num. 54. & 58.* Crescen. *decis. 12. de probation.* Rot. *me scribente in Colonien. Canonicatus 23. Junii 1704. §. & quidem, coram Reverendiss. D. Molines Decano.*

Præsertim quia facta fuit expressio in Provisionibus Ordinariis, quod Cappellania esset de Jurepatronatus familiæ de Baldaris; quod Juspatronatus convenit tantum vero beneficio collativo, Rota *coram Emerix Jun. decis. 1100. num. 3. & coram Peutingerio decis. 176. numer. 1. & 2. & in puncto in Pampilonen. Cappellania 25. Maii 1647. §. Tertio quia Testatrix, coram bon. mem. Corrado*, impressa supra *alleg. 33. num. 25.*

Et rursus quia Joseph Baldari fecit argumentum bonorum, & fructuum Legati facti per Testatorem, de cujus Josephi consensu potuit erigi Legatum in Cappellaniam Ecclesiasticam ratione augmenti dotis, prout erecta præsumitur attentis Bullis Episcopalibus, de quibus supra, ubi fit collatio, & expressio de Jurepatronatus Rot. *decis. 1122. libr. 3. part. 3. diverf.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. numer. 58.* Bordon. de Legat. *cap. 6. numer. 36.* Pamminol. *decis. 21. num. 24.* Amostaz. *de causis piis lib. 3. cap. 2. num. 11. & 12.*

Ex quo sequitur ut extincta linea Patronorum, libera collatio istius Cappellaniæ devoluta fuerit ad Ordinarium, juxta Doctrinam Abb. *in cap. 1. num. 10. verf. idem dic. de elect.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 40. num. 1. & seqq.* Ciarlin. *controv. lib 2. cap. 144. num. 8. & seqq.* 2

Sed quando etiam Officiatura hæc non esset consideranda prout beneficium collativum, sed tanquam Legatum pium cum onere Missarum, juxta *decis. 101. cor. Dunoz. Jun.* adhuc tamen deficientibus personis per Testatorem vocatis subintrare videtur Episcopus quoad Jus nominandi Cappellanum; ea ratione quod cum agitur de Legato pio solus Episcopus est executor illius, & ipse solus habet jus exequendi opera pia, ut mens Testatorum adimpleatur; *Cap. nos quidem, & cap. Si hæredes, ubi gloss. in verb. ab Episcopo de Testament. Clement. quia contingit de religios. domib. §. Si quis ædificationem, & §. Si quis autem pro Redemptione, Auth. de Ecclesiast. titul.* Marta *de success. part. 3. quæst. 13. art. 1. num. 8.* Marant. *part. 1. responf. 3. num. 48. & respons. 22. num. 50. & seqq.* Rota *cor. Emerix. decis. 430. num. 3. & dec. 1326. num. 5.* & dicta supra *alleg. 32. num....* 3

Neque intrare videtur in hoc Jure nominandi Rector Ecclesiæ Prochialis; quia Testator illum vocavit pro prima vice, & vita ejus durante tantum; postea vero transitum fecit ad vocationem aliarum personarum, quibus deficientibus non potest venire Rector Ecclesiæ, cui fuit restricta facultas in certo tantum tempore; & qui uti specialiter nominatus 4 in uno casu, non potest subintrare in altero, ubi specialiter non fuit vocatus; nam si de illo intellexisset etiam in ultimo casu, specialiter expressisset, sicut facit in primo Rot. *decis. 262. num. 3. part. 17. & decis. 67. num. 16. & decis. 393. num. 11. & 12. par. 18. rec.*

Eo magis quando de Jure non cavetur, quod Jus nominandi pertineat ad Rectorem Ecclesiæ, cui fuit relictum Legatum pium cum onere Missarum, sed Testator dicitur tantum consulere voluisse Animæ suæ in celebratione Missarum, Ecclesiam vero, seu Altare expressit tantum demonstrative, ex quo extra Ecclesiam non contingit celebratio, ut respondendo ad doctrinas contrarias firmat Bordon. *de Legat. cap. 12. tit. de Cappellanis numer. 27. allegans* Ricc. *dec. 210. part. 4.*

Hæc omnia nimium apud me stringere videbantur, ut Jus nominandi ad Episcopum spectare judicarem; cæterum re melius, ac diligentius examinata contraria sententia mihi de Jure verior videtur; & concludo, quod Jus nominandi Cappellanum pertineat ad Rectorem Ecclesiæ Parochialis.

Fundamentum ita decidendi desumo ex recepta

Juris

5 Juris propositione, quod ubi agitur de Legato non simpliciter pro celebrandis Missis, sed determinate in tali Ecclesia, & ad certum ejus Altare relicto; hoc casu illud non solum favore Animæ Testatoris, sed etiam contemplatione Ecclesiæ, seu Altaris, ubi Missæ celebrari debent, censetur relictum, ut firmat Petr. de Ubald. *in tractat. de Canon: portion. cap. 7. num. 62.* Felin. *consil. 41. sub num. 1. vers. quin immo, & cons. 45. numer. 6.* Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 28. §. 1. num. 41.* Amostaz. *de cau. piis lib. 5. cap. 7. num 46:* Rot. *coram Peutinger. decis. 176. num. 1. & decis. 201. num. 1. & 2.* ubi in terminis nostris quæstionem resolvit, & generaliter docet Text. *in Canon. Pontifices 12. quæst. 3.*

Quæ contemplatio Ecclesiæ, ejusque Altaris est evidens, quia verba Legati sunt directa ad illud in specie, ibi = *Lassa per sua devozione, o legato pio all' Altare intitolato l' Altare della Santissima Vergine del Rosario posto nella detta Chiesa di S. Stefano de Colniba con quest' obligo, o peso, che si faccino celebrare per ciascheduna Settimana in perpetuo tanto numero di Messe* = Ex quibus verbis
6 diligentibus Legatum ad Altare, sine dubio illud censetur relictum intuitu Altaris ejusque Ecclesiæ, ut tradit Amostaz. *de caus. piis lib. 4. cap. 1. numer. 58. & 70. bene* Felin. *cons. 81 sub num. 1. vers. quin immo* Rot. *coram Peutinger. dicta decis. 176. & decis. 201. utrobiq. num. 1.* & novissime me scribente *in Ortonen. Beneficii 23. Martii 1708. §. quodque demum, coram R. P. D. Scotto.*

Signanter quando agitur de Ecclesia Parochiali ipsius Testatoris, in qua etiam forte ipse sepultus est, ubi de jure militat ratio Affectionis ipsius Testatoris Parochiani, ut relictum nedum Animæ suæ, sed etiam Ecclesiæ contemplatione factum censea-
7 tur ut in fortioribus terminis de relicto pro Anima, quod dicatur ratione Affectionis relictum Parochiali firmat Marant. *respons. 4. numer. 89. & 90. part. 3. & docet* Text. *in leg. quoniam 16. Cod. de Sacros. Eccles. & in §. si quis in nomine Magni Dei, Auth. de Ecclesiast. titul.* Ursill. *ad afflict. decis. 244. numer. 4.* Amostaz. *de caus. piis lib. 4. cap. 1. numer. 1. & seqq.* Crass. *de success. §. legatum quæst. 64. numer. 4. vers. sed contrariam Opinionem* Menoch. *præsumpt. lib. 4. præsumpt. 114. num. 2. & 3.* Thesaur. *quæst. 65. num. 2. lib. 1.*

Quo stante Jus nominandi Cappellanum ad officiaturam, non potest ad alium devolvi, quam ad Rectorem Ecclesiæ, qui etiam administrat Altare
8 Sanctissimæ Virginis de Rosario, cum omne Jus annexum Legato, adjudicandum veniat illi, cujus intuitu præsumitur relictum, ut in terminis nostris Felin. *d. cons. 41. numer. 1.* ibi = *quin immo est pars individua ipsius Ecclesiæ, adeo quod Legatum factum contemplatione dictæ Altaris acquiritur ipsi Ecclesiæ* = & magistraliter Rot. *coram Peutinger. decis. 176. & 201. utrobique numer. 1. & 2.* Quæ decisiones loquuntur ad exclusionem hæredum ipsius Testatoris; & attribuunt Jus nominandi Rectori Ecclesiæ, & approbavit eadem Rota *coram Emerix Jun. dec. 1312. num. 13.*

Nihil obstante, quod Testator in primo tantum casu vocaverit vita durante Rectorem Ecclesiæ, & ideo non censeatur volitus in alio, ut superius in objecto advertebam. Etenim quamvis hæc temporalis vocatio illius Rectoris facta fuerit ut daret locum lineis Personarum prædilectis respective ad alios Rectores incognitos; attamen illis extinctis resurgit affectio Testatoris erga Ecclesiam, ejusque Rectoris pro tempore, & ad illos pertinet jus nominandi subsidiarie, & ultimo loco, & inclusio Rectoris
9 in primo casu illum non excludit in alio, quia provisio hominis, non tollit provisionem Juris, quæ subintrat in subsidium, & in casu ommisso, ex præsumpta mente Testatoris; Vela *disput. 11. num. 3. vers. ex quibus,* Anchar. *cons. 81. num. 2.* Rot. *decis. 142. num. 9. part. 14. & decis. 132. num. 12. part. 16. recent.* Balducc. *decis. & rer. judicat. tit. 3. dec. 4. num. 25.*

Maxime quando illa provisio Testatoris erga unum Rectorem facta in primo casu mihi videtur facta contemplatione ejus Personæ particularis specialiter nominatæ, non autem contemplatione Ecclesiæ, seu Altaris, Amostaz. *de caus. piis lib. 4. cap. 1. num. 65.* & sic una provisio ex particulari respectu emanata non excludit aliam, quæ resultat, ex providentia Juris in favorem Rectoris tanquam repræsentantis Altare, seu Ecclesiam, Sperell. *dec. 117. num. 32. & seqq.* 10
Rot. *dec. 415. num. 22. par. 9. & dec. 148. num. 20. par. 11. recent.*

Prout fundamentum aliquod constitui non valet in Doctrina *Bordoni* superius in objecto allegata, cum sit contraria Decisionibus S. Rotæ *coram Peutinger. decis. 176. & 201. & coram Emerix Jun. decis. 1312.*
cum in judicando sequenda sit opinio S. Rotæ, quæ 11
facit opinionem communem neglecta sententia unius, vel alterius particularis Doctoris, ut inquit Marta *in præfat. ad consil. tit. de methodo consulendi, & scribendi de Jure num. 50.*

Minusque adversatur, quod Jus nominandi per- 12
tineat ad Episcopum tanquam generalem executorem quorumcunque legatorum, & operum piorum; quia Sacri Canones solum præscribunt Episcopo ut invigilet super adimplemento operum piorum; & sic talis facultas aliud non importat, quam quod Episcopi Insistere debeant, ut Missæ per Testatores relictæ celebrentur, & non ommittantur, nullatenus autem quod ipsi arrogare sibi valeant jus nominandi, seu deputandi Cappellanos pro Celebratione Missarum, quod Jus eisdem non competit, nisi in subsidium, & quatenus illi, ad quos spectat Jus nominandi, nominare negligant, juxta Text. *in Clement. 1. de Jurepatr. & in Clement. quia contingit de Religiosis domibus.*

Supposito igitur, quod versemur in simplici legato pio cum onere Missarum verius censeo jus nominandi spectare ad Rectorem Ecclesiæ; Cæterum quia juxta objectum superius adductum supponitur mihi, quod Ordinarius pluries contulerit in titulum beneficii hujusmodi Legatum, seu Officiaturam, itaut Erectio concurrat vel expressa, vel saltem tacita ad instantiam Josephi Baldari defuncti Cappellani, & prætensi ultimi Patroni, examinanda occurrit hæc difficultas; An attento ultimo statu, collatio Episcopi facta in titulum Beneficii sustineatur.

Certe in hoc articulo regula esse videtur affirma- 13
tiva, ut nempe dum hodie Officiatura reperitur collata in titulum beneficii, attento ultimo statu pro hac vice sit irretractabilis, donec in petitorio, & pro futuris vacationibus decidatur Erectionem in titulum collativum non valere, ut in his terminis firmat Cevall. *commun. contra commun. quæst. 767. num. 6. & seqq.* Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 2. num. 24.* Gonzal. *ad Reg. 8. gloss. 5. num. 51.*

Verum Ego censeo procedendum esse per distin- 14
ctionem, quoniam aut versamur in dubio; an Cappellania sit merum Legatum pium; vel potius beneficium, seu an resistat mens Fundatoris circa erectionem Legati pii in titulum collativum?; & stante hoc dubio, & disputabilitate articuli; interim in Judicio possessorio sustineri debet collatio facta ad limites ultimi status; in quibus terminis procedunt Doctores juxta Garz. *de benefic. part. 1. cap. 2. num. 114.*

Aut verò sumus in claris ex lege testamenti, quod
Legatum non sit beneficium, immo quod resistat 15
mens Fundatoris collationi in titulum, & tali casu ultimus status non attenditur, nisi sit præscriptus spatio 40. annorum, ut prosequitur Garz. *dict. part. 1. cap. 2. num. 114. & seqq.* Azzor. *instit. moral. part. 2. libr. 10. cap. 3. quæst. 5.* Leon. *de Offic. Cappellan. qu. 3. sect. 3. num. 40.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 5. numer. 12.*

Quidquid male putaverit *Lara* existimamus sufficere præscriptionem ordinariam decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, quem sequitur Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 2. num. 31. & 32.* motus ex eo, quod facta Cappellania Ecclesiastica, opus illud pium sit magis pium, & ad majorem Dei cultum non solum ex Missis celebrandis, sed ex obligatione recitandi

Divi-

Divinum Officium; Ista enim opinio apud me falsa, & ertonea censetor, quia hujusmodi Doctores
16 reflectere debebaot, quod ad immutandum statum io his Ecclesiasticis, seu operibus piis requiruntur quadraginta anni completi juxta *Text.* litteralem *in Cap. cum de Beneficio de praben. in* 6. præsertim quia per talem erectionem in titulum læditur voluntas Fundatoris, & fit præjudicium habentibus Jus nominandi, qui nequeunt ad nutum amovere Cappel-
17 lanum, item propter vacationes io Curia, necnon derogationes Apostolicas, per quas præjudicatur Patronis sive habentibus Jus nominandi, item concurrente præjudicio illorum in aliis pluribus, quia nempe io Cappellaniis laicalibus non committitur Simonia, non est præfixus terminus quadrimestris ad nominandum, non est necessitas obtinendi Bullas institutionis, nec recitandi Divinum Officium, nec habendi ætatem necessariam in beneficiis, quæ tamen ultima duo hic non applicantur, ubi eligi debet Sacerdos; unde merito opinionem *Lara* communiter reprobari per Doctores testatur Amostaz. *dict. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 32.

Eo magis in præsenti ubi si Legatum remanet io suis terminis simplicis Officiaturæ Missarum, Rector Ecclesiæ habet Jus nominandi, si vero est beneficium collativum, illud non habet, unde immutatio Status tanquam præjudicialis Ecclesiæ, quæ dat Jus uni, idest Episcopo, & tollit alteri idest Ecclesiæ, seu ejus Rectori, sine dubio esse debet præscripta per cursum quadragenarium, prout requiritur contra Ecclesiam, sicut bene firmant Garz. Azzor. *& alii superius laudati.*

Applicando ad rem, certum mihi videtur Testatorem nequaquam voluisse relinquere Beneficium collativum, immo adesse resistentiam ejus voluntatis; Nam primo non requisivit Auctoritatem Ordinarii sed illum tantummodo voluit taxare posse numerum
18 Missarum, deficiente autem consensu Ordioarii, qui volitus oon fuit, nunquam dicitur erectum Beneficium, sed relictum simplex Legatum Pium, seu Officiatura Missarum. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *numer.* 20. *vers. ex quibus infertur, & sub numer.* 39. *vers. quia hoc procedit*; Garz. *de Benefic. part.* 1. *capit.* 2. *numer.* 102. *vers. an Cappellania*; Amostaz. *de caus. piis libr.* 3. *cap.* 2. *numer.* 10. *cum aliis in Pampilonen. Cappellania* 25. *Maii* 1646. §. *Verum, coram bon. mem. Corrado; & in Hidruntina Cappellania* 10. *Maii* 1697. §. *Rursus, coram Reverendiss. dell' Olmo.*

Secundo expresse relictum cantat pro legato pio cum onere Missarum ibi = *Lassa per sua divotione, a legato pio all' Altare, &c. con quest' obligo, e peso, che si faccino celebrare per ciascheduna Settimana in perpetuo, tanto numero di Messe* = Quæ verba non admittunt contrariam Glossam, sed evidens est fuisse volitum simplex Legatum pium, quale fuit expressum, & ita specialiter nominatum juxta firmata per Dunozett. *dict. decis.* 101. *num.* 1. *& seqq.* Lara *de Anniverf. & Cappellaniis lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 22. *& seqq.* Garz. *de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *sub numer.* 107. Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. Panimoll. *dec.* 21. *num.* 2.

Tertio, quia Fundator semper usus fuit termino illo Officiaturæ Missarum per se, vel per alium faciendæ, ibi = *Il Rettore, &c. abbia da officiare, a celebrare le sudette Messe, finche viverà con avere le sudette entrate à fare officiare da chi le parerà all' Altare, e dopo, &c. abbia da officiare detto Altare, & avere li sudetti frutti chi vi sarà della Casa d' Andrea Baldari* = Unde clarissima est intentio Testatoris, quod Legatum istud sistere deberet in terminis nudæ, & simplicis Officiaturæ Missarum, & sic excludere titulum collativum, ut probat Rota *in dicta Pampilonen. Cappellania* 25. *Maii* 1646. §. *Secundum, coram bon. mem. Corrado*, ubi = *Remanet simplex opus, ac dispositio pia, quæ in pluribus Italiæ locis vulgari nomine nuncupatur*, no' Officiatura. =
19 Quarto, quia sine aliqua Episcopi Institutione voluit, quod Rector, & alii vocati officiare deberent, quodque io defectum vocatorum = *Doralice Zia del Testatore dichiari una linea, o più se parerà a lei, che abbiano cura di detto Altare, e terre, e fare officiare detto Altare, secondo che parerà a loro* = Quæ dispositio ad evidentiam excludit, Cappellaniam collativam, dum absque Episcopi auctoritate reliquit io manibus Laicorum curam Altaris, & terrarum, & Jus officiari faciendi, ut magistraliter probat Rot. *in dicta Pampilonen. Cappellania* 25. *Maii* 1646. §. *Quia immo, coram bon. mem. Corrado*, ubi quod ex hac dispositione Cappellaniæ relicta in manibus Patronorum, dicitur repugnare intentio Fundatoris erectioni Beneficii Ecclesiastici, ibi = *Quia immo ex lectura dicti Testamenti attente perpensa satis apparet Testatricem ipsam voluisse sibi, ac ejus successoribus plenam reservare dispositionem dictæ Cappellaniæ, ac deputationem Sacerdotis, ac præfati Operis pii curam absque interventu alterius, &c. quo casu eo minus dici potest Ecclesiasticum beneficium, quando Fundatoris intentio repugnat* = sequitur Panimoll. *decis.* 21. *numer.* 3. *&* 4. *& in Firmana Beneficii* 27. *Aprilis* 1714. §. *Quid enim, cor. R. P. D. Ansaldo.*

Quinto denique, quia deficiunt in summa omnia 20
substantialia Beneficii Ecclesiastici.

Deficit enim auctoritas Ordioarii, ut superius animadversum est, sine qua non dicitur volitum beneficium.

Deficit Assignatio Dotis in Dominium Ecclesiæ, seu Altaris, sed immo in posse patronorum relictæ fuerunt Terræ usufructuandæ pro stipendio Missarum, ut in puncto Felin. *consil.* 15. *numer.* 6. *vers. primo considero*; Bordon. *de legat. Missar. cap.* 6. *num.* 32. & 33.

Deficit requisitum Collationis faciendæ per Ecclesiasticam personam, quia plenum Jus officiandi relinquitur Auctoritati ipsorum Patronorum, seu vocatorum ex soperius adductis.

Deficit etiam perpetuitas, dum committitur Laicis Jus officiandi, aut officiari faciendi = *secondo che parerà a loro* = Quod importat manualitatem, temporalitatem Officiaturæ ad nutum deputantis amovibilem, Cavaler. *dec.* 639. *num.* 8.

Stante autem repugnantia mentis Fundatoris quoad erectionem hujus Officiaturæ in titulum collativum beneficii, intrat superius adducta Theorica, 21
quod ultimus status non attenditur quando constat de contrario ex eadem lege fundationis, ut io puncto Rot. *coram Dunoz. Jun. decis.* 101. *num* 4. *& coram Cavaler. decis.* 639. *num.* 10. *vers. sed quia*; Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 114. *& seqq.* Panimoll. *decis.* 21. *num.* 30. ad differentiam alterius casus ubi Fundatoris dispositio non resisteret erectioni in titulum Beneficii, sed nec assisteret, nec resisteret, in quibus terminis validam esse erectionem in titulum beneficialem, dicit Gonzal. *ad regul.* 8 *gloss.* 5. *num.* 58. Panimoll. *dec.* 21. *num.* 24. Bordon. *de legat. cap.* 6. *num.* 38. Rot. *dec.* 1122. *num.* 3. *part.* 3. *divers.*

Et sic ostendi debebit, quod ultimus status sit præscriptus ad immutandam naturam hujus Officiaturæ, alias non obstabit Erectio in titulum expresse, vel
tacite facta per Ordinarium, cujus potestas non ex- 22
tenditur ad immutandas voluntates Fundatorum, & præjudicandum Juribus tertii, seu prout hic Rectoribus Ecclesiæ, cui competit jus nominandi, seu officiandi, & officiari faciendi per Cappellanos ab ipso deputandos, ut io puncto Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 105. ubi ampliat id procedere, non obstante consensu Patronorum; & refert decisionem in *Salernitana Oratorii* 13. *Martii* 1559. *coram Quiroga*; ut legere est ibi *num.* 106. Lara *de Anniverf. & Cappellaniis lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 23. *vers. & perperam faciunt Ordinarii*, Panimoll. *dicta decis.* 21. *num.* 5. *& seqq.* Rot. *in dicta Pampilonen. Cappellania* 25. *Maii* 1646. *versic. Tum quia neque potuisset Episcopus, cor. bon. mem. Corrado.*

Quod procedit non obstante, quod Ordioarius fecisset erectionem in titulum de consenso Patroni, qui auxisset reditus Legati, hoc enim augmentum sortitur naturam principalis, nec potest immutare volun-

voluntatem Fundatoris, & solum Patronus ex illo, quod dedit creare potuit Beneficium, non autem miscere id,
23 cum redditibus Legati pii, quo in titulum Beneficii erigi non poterat, resistente mente Fundatoris, & præjudicio Tertii, ut ex Rota *coram Penia decis. 77. n. 6. & 7.* & dixi Ego *Discept. Eccles. 19. n. 7. in fin.*

Alias enim esset in potestate Ordinariorum evertere voluntates Fundatorum, & omnia Legata pia cum præjudicio tertii convertere in Beneficia; quod sane omni ex parte absurdissimum censeo; neque admittendum in Judiciis, nisi quando mens Fundatoris esse potest dubia, & non resistens, alias in claris male facient Ordinarii, juxta ea, quæ ponderat Lara, *& alii proxime relati*, itaut post factum hujusmodi ipso Jure nullum, allegare non juvet privilegium ultimi Status, sed requiratur, quod ille sit præscriptus per 40. annos ex Auctoritatibus jam relatis.

Ex his concludo, quod nisi Episcopus, aut ejus provisus ostendat, hanc Officiaturam spatio quadraginta annorum, fuisse provisam in titulum collativum Beneficii Ecclesiastici, Collatio per Episcopum facta nullatenus sustineatur.

Camerinen. Cappellaniæ.

ARGUMENTUM.

Cappellania erecta in Ecclesia Monasterii Monialium cum onere eis ministrandi Ecclesiastica Sacramenta, necnon assistendi, & celebrandi Missas, an dicatur precise residentialis, & incompatibilis cum Canonicatu?

SUMMARIUM.

1 *Servitium Ecclesiæ Collegiatæ vel Cathedralis præseferre solet Residentiam præcisam.*

2 *Quando injungitur onus residendi sub pœna privationis fructuum, non dicitur velita Residentia præcisa, sed tantum causativa. Sed limita, ut n. 12.*

3 *Residentia causativa non inducit incompatibilitatem cum altero Beneficio vere residentiali.*

4 *Ad effectum inducendæ incompatibilitatem an omnis residentia sufficiat?*

5 *Fundatori licitum est adjicere Leges, & conditiones, quæ non sunt Juri contrariæ.*

6 *An observantia mere negativa attendatur, & concludat? & n. 17.*

7 *Habens sufficiens Beneficium non potest obtinere secundum.*

7 *Cappellania cum exercitio Curæ Animarum regulariter est præcise residentialis.*

9 *Confessarius Monialium licet non sit Parochus, est tamen loco Parochi respectu Monialium.*

10 *Parochus alicujus Parochiæ non potest esse Confessarius ordinarius Monialium.*

11 *Cappellanus, stante residentia præcisa, ut possit abesse, necessaria est licentia in scriptis, una cum justa causa.*

13 *Ubi servitium unius Beneficii impedit servitium alterius, illa duo Beneficia sunt inter se præcise incompatibilia, & n. 14.*

15 *Cumulatio duorum Beneficiorum in una, eademque Persona est Juri communi exosa, & contra bonum publicum, ut n. 16.*

18 *In dubio semper capienda est interpretatio, quæ magis favet menti Fundatoris.*

19 *Per assecutionem incompatibilis vacat primum Beneficium.*

20 *Reservatio Beneficiorum juxta Extravag. Execrabilis de Prabend. an comprehendat Beneficia de Jurepatronatus Laicorum?*

21 *Beneficia de Jurepatronatus Laicorum an possint impetrari in Dataria?*

ALLEGATIO XXXV.

ANno 1590. æternæ memoriæ Evangelista Cardinalis Pallottus in Terra Caldarolæ ejus Patria sita in Diœcesi Camerinen. erexit Ecclesiam Collegiatam cum uno Præposito, sex Canonicis, & totidem Beneficiatis, reservato Jurepatronatus Ordinario quoad Præposituram; quoad vero Canonicatus, & Beneficiatos, descendentibus familiæ de Pallottis, & forma Primogenituræ ad Institutionem Ordinarii, & Præpositi providendos, ut ex Bulla Erectionis S. M. Sixti V. Memoratus Cardinalis in vim facultatis sibi tributæ in eadem Bulla fecit Constitutiones, in quibus præscripsit Servitium Ecclesiæ præstandum per Præpositum, Canonicos, & Beneficiatos; voluit enim, quod Præpositus per tres dies in hebdomada inserviret, Canonicis autem, & Beneficiatis præscripsit Servitium alternativum, exceptis temporibus Quadragesimæ, & Adventus, nec non Festis de præcepto, ubi omnes obligavit ad Servitium Chori, adjecta insuper Lege, quod unusquisque teneretur celebrare Missam singulis diebus, quibus haberet Servitium Ecclesiæ.

Erexit etiam prædictus Cardinalis in eadem sua Patria Monasterium Sanctæ Catherinæ cum Abbatissa, & novem Monialibus, præcedenti ann. 1589. in cujus Ecclesia fundavit duas perpetuas Cappellanias pro duobus Presbyteris perpetuis Cappellanis ab Ordinario loci approbandis, qui Missam ibi quotidie celebrare, ipsarumque Monialium Confessiones audire, eisque Ecclesiastica Sacramenta ministrare debeant, pariter cum reservatione Jurispatronatus pro descendentibus familiæ de Pallottis, ut ex altera Bulla Sixti V. de anno 1589. in qua pariter concessa legitur facultas eidem Cardinali condendi statuta quoad regimen Monialium, Officium Cappellanorum, & observationem cultus Divini in Ecclesia Monasterii: In cujus facultatis sequelam condidit quædam statuta super modo inserviendi Ecclesiæ circa Missam, audiendi Confessiones, & alia, quæ omittuntur; Signanter autem ordinavit Alternativam, ut nempe alternis hebdomadibus, quisque ex Cappellanis suum munus adimpleret in celebratione Missarum, & aperitione, & clausura portarum Ecclesiæ; Quo vero ad munus audiendi Confessiones, illud alternavit de Semestre in Semestre; ordinando cæteroquin onus residendi; assignata utique Cappellano habitatione contigua Monasterio, ut semper illi præsto esse possent necessitatibus Monialium, prohibendo absentiam a Terra Caldarolæ ultra quinque dies, tempore, quo hebdomadarium servitium non haberent, & prohibendo insuper, quod nonnisi per breve tempus recedere possent ab eadem habitatione, ut in ea jugiter pernoctarent; & cum aliquod urgens negotium adstringat a residentia abesse, jussit commonefacto Concappellano obtineri licentiam in scriptis a Præposito Collegiatæ, contrafacientes autem huic residentiæ mulctavit in amissione fructuum.

Novissime vacavit una ex his perpetuis Cappellaniis Ecclesiæ Monasterii, ad quam Comes Grassius Senator Bononiæ, & habens Juspatronatus tanquam hæres mediatus Cardinalis Pallotti, præsentavit coram Præposito Collegiatæ habente Jus instituendi Hyacinthum Sebastianum Casinum unum ex Canonicis ipsius Collegiatæ. Ante Institutionem Angelus Antonius Benuccius alter ex Canonicis, habita notitia qualiter Casinus intendebat consequi, & simul retinere Cappellaniam una cum Canonicatu Collegiatæ, coram Præposito per viam protestationis opposuit, illum non esse admittendum ad possessionem, nisi dimisso Canonicatu, alias dixit de nullitate, & protestatus est de recursu ad Sacram Congregationem, qua protestatione admissa cum solita clausula = *Si & in quantum* = Præpositus instituit ad Cappellaniam eundem Casinum, & in possessionem immisit. Hodie Universitas Caldarolæ inhærendo protestationi factæ per Canonicum Benuccium, agnoscens magnum præjudi-

cium, quod publicam læderet utilitatem, si una tantum Persona consolidarentur duo beneficia duobus destinata per Fundatorem in ejus Patria, intendit judicialiter reclamare adversus retentionem hujusmodi duorum beneficiorum, & antequam accingatur ad litem, meum pro veritate consilium expostulavit; An ejus prætensio de Jure subsistat? in quo articulo graves mihi insurgunt difficultates ad respondendum contra Requirentem.

1 Agitur enim de Cappellania non erecta in Ecclesia Collegiata, vel Cathedrali, cujus servitium præseferre solet residentiam præcisam, justa firmata per Fagnan. *in cap. ut Abbates num.* 105. *vers. sin autem*; Card. de Luc. *de benef. disc.* 58. *n.* 3. *& seqq.* Rot. *in Monasterien. Canonicatus* 6. *Decembris* 1706. §. *quibus*, *cor. R. P. D. Lancetta*. Sed agitur de Cappellania erecta in Ecclesia Monialium, cujus servitium licet inducat residentiam, ista tamen non est præcisa, sed causativa, videlicet sub pœna amissionis fructuum, non autem privationis tituli beneficialis, ut determinant Constitutiones Cardinalis Pallotti Fundatoris sub titulo de modo residendi, ibi = *Contrafacientes menstruas fructuum distributiones quolibet pro vice mulctandi* = & infra = *Dierum quindecim fructuum* 2 *amissionem experiamini* = Quando enim onus residendi legitur injunctum sub pœna privationis fructuum, tunc non dicitur volita residentia præcisa, sed tantum causativa, ut firmant Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 7. Amostaz. *de Caus. piis libr.* 3. *cap.* 12. *n.* 5. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 15. *n.* 20. *&* 21. Garz. *de benef. part.* 21. *cap.* 5. *numer.* 261. Paa Jordan. *tom.* 2. *lucubr. l.* 10. *tit.* 8. *numer.* 21. Rot. *coram Bich. decis.* 13. *n.* 7. *& seqq* Rembot. *decision.* 289. *numer.* 7. Cerr. *decis.* 474. *num.* 8. *& seqq.* Ptiol. *decis.* 84. *numer.* 11. *& decis.* 175. *numer.* 8. *&* 9. *part.* 19. *tom.* 2. *& in Monasterien. Canonicatus* 23. *Aprilis* 1706. §. *Quoniam*, *coram R. P. D. Lancetta*, *& latius in Pampilonen. beneficii de Allo* 13. *Februar.* 1705. §. *idcirco*, *coram Illustriss. Gubern. Urbis*. Quæ residentia causativa 3 nullam inducit incompatibilitatem cum altero beneficio vere, & præcise residentiali, ut prosequitur Rot. *coram Bich dicta decis.* 12. *n.* 8. *&* 9. *& cor. Cerr. dec.* 747. *nu.* 9. *&* 10. *& in dicta Pampilonen. beneficii de Allo* 13. *Febr.* 1705. §. *ad effectum*, *cor. Illustriss. Gubern. Urbis*, & plene in *Augustana Canonicatus Provincia Moguntina* 26. *Junii* 1709. §. *Porro cum seqq. &* 14. *Martii* 1710. §. *præmisso*, *coram Reverend. Molines Decano*, *&* 14. *Decembris* 1708. §. *non obstat*, *cor. R. P. D. Aldrovando*, *&* 26. *Jan.* 1711. §. *neque*, *&* §. *quapropter*, *cor. R. P. D. Falconerio*, *& in Augustana Canonicatus* 27. *Junii* 1714. §. *Hinc parum*, *cor. R. P. D. Crispo*.

Eo magis autem cessare videtur incompatibilitas, attento quod servitium, seu residentia non est continua in his Cappellaniis Monasterii, sed discontinua, & alternatum per hebdomadas, & semestra, juxta Constitutiones Fundatoris supra relatas, urgente propositione quod ad effectum inducendi incom- 4 patibilitatem, non omnis residentia sufficit, nisi sit continua; alias quæ statutis temporibus, & discontinua imposita reperitur in his terminis non suffragatur, ut bene advertit Rot. *coram Cerr. dicta decis.* 747. *n.* 6. *& cor. Bich. dec.* 13. *n.* 4. *& in dicta Pampilonen. beneficii de Allo* §. *ad effectum*, *& in Decisionibus Augustanis ubi supra*. Bene verum est, quod residentia hæc discontinua, & causativa sub pœna amissionis fructuum, nascitur ex Constitutionibus Cardinalis Pallotti, quarum prætenditur nullitas ex defectu Confirmationis Ordinarii, ac etiam inobservantia, cum supposito quod paucis ab hinc annis fuerit servata Alternativa servitii, sed adhuc respondetur, quod cum Bulla erectionis Sixti V. dedisset hanc facultatem Fundatori concedendi Statuta cum clausula = *Dummodo licita*, *& honesta* = ista non indigebat approbatione Ordinarii, quia de consensu Summi Pontificis licitum erat Fundatori etiam ex inter- 5 vallo adjicere leges, & conditiones, quæ tamen non erant Juri contrariæ, Vivian. *de Jurepatr. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 10. *in fin.* Card. de Luc. *eod. tract. disc.* 15. *sub n.* 6. *& n.* 12. *in fin.* Rot. *dec.* 216. *n.* 10. *p.* 10. *rec.* Monacell. *in formul. fori Eccl. p.* 1. *tit.* 1. *formul.* 1. *n.* 10. inobservantia autem ex actibus negativis non desumitur, sed requiritur, quod sit præscripta cum omnibus suis requisitis tanquam contra legem ipsius Fundatoris, Rot. *in Leodien. Canonicatus* 1. *Julii* 1707. §. *levioris momenti*, *coram R. P. D. Scotto*.

Neque his adversatur observantia a die Erectionis Cappellaniarum usque in præsens, juxta quam nunquam Cappellaniæ istæ fuerunt simul retentæ ab una, eademque persona cum altera Beneficio residentiali; 6 hæc enim observantia dicitur mere negativa, quæ non attenditur, neque concludit, nisi sit præcisa, & circumstantiata ex notis requisitis, quod veniret casus Collationis Cappellaniæ factæ habenti Beneficium residentiale, quodque propter incompatibilitatem fuerit iste coactus dimittere primum Beneficium, Rot. *decis.* 70. *num.* 4. *&* 5. *part.* 16. *rec.* Merlin *decis.* 106. *num.* 9. *& dec.* 838. *num.* 7. Seraph. *decis.* 1086. *sub numer.* 1. Mantic. *decis* 129. *numer.* 3. *in fin. vers. nec adrem*, *& in specie* Rot. *in Cracovien. seu Neokorcinen. Concionatura* 2. *Maii* 1701. §. *prædictaque*, *coram bon. mem. Muto*.

Minus obstare videtur incompatibilitas deducta ex dispositione Sacri Concilii Tridentini *cap.* 17. *sess* 24. 7 *de reformat.* juxta quam habenti primum Beneficium sufficiens prohibetur conferri secundum; etenim difficile est in facto verificare hanc circumstantiam, quod Canonicatus sit sufficiens ad congruam substentationem, dum inter Doctores ad effectum eam regulandi, alii plus, alii minus requirunt, itaut tanquam in casu a Jure non definito, totum remittitur arbitrio Judicis, habita ratione qualitatis Personæ, locorum, & temporum, ut ostendit Barbos. *ad dictum cap.* 17. *sess.* 24. *n.* 17. *& de potest. Episcop. alleg.* 62 *n.* 11. Paa Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 28. *nu.* 53. Ventrigl. *in prax. p.* 1. *annot.* 17. §. 2. *n.* 13. Mar. *respons.* 18. *n.* 18. *& seqq. part.* 1. Antonell. *de Regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 1. *& seqq.* ubi quod æstimanda etiam sunt merita, & labores beneficiati, & alias; quia Congregatio censuit quod habens Canonicatum, & duo Beneficia, quorum omnium annui reditus non ascenderent ad summam centum viginti quinque ducatorum non prohibeatur per Concilium ea omnia retinere.

Quemadmodum Cappellania dici non potest sita sub eodem tecto, ex quo Ecclesia Monasterii sit contigua Ecclesiæ Collegiatæ, quoniam hæc dependentia formalis non facit adesse consistentiam sub eodem tecto, sed Doctores nostri hanc consistentiam solummodo exemplificant quoad Beneficium situm intra ambitum ejusdem Ecclesiæ contiguum, secus si Beneficium, seu Cappella non esset Ecclesiæ contiguum, sed extra septa illius, tunc enim Beneficium non censetur esse in Ecclesia majori, quamvis forsan Cappellanus teneretur peragere aliquas functiones in eadem Ecclesia majori, quia attendendus est locus ubi Beneficium est situm, ut ponderat Rot. *decis.* 6. *de concess. prabend. in novis vers. secus vero si Cappella* Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 5. *n.* 159. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 3. §. 2. *n.* 9. Ventrigliol. *in prax. p.* 1. *annot.* 17. §. 3. *num.* 9.

Hæc omnia quamvis prima fronte apud Me difficultatem aliquam ingererent ad excludendam incompatibilitatem; iis tamen non obstantibus Cappellaniam censeo præcise residentialem, & pro ejus incompatibilitate cum Canonicatu verius de jure resolvo.

Fundamentum inclinandi in hanc partem desumo ex natura Cappellaniæ, quæ cum fuerit instituta ad effectum non solum celebrandi Missas, sed etiam ministrandi Monialibus Ecclesiastica Sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ, illisque assistendi de die, & de nocte, dicitur Cappellania cum exercitio Curæ 8 Animarum, quæ regulariter est præcise residentialis, non autem causative juxta dispositionem *S. Concil. Trident. sess.* 7. *cap.* 3. *de reform.* ubi generaliter loquitur de Beneficiis curam animarum habentibus, Amostaz. *de caus. piis*, *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 2. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *numer.* 167. Castropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *de benef. disp.* 5. *punct.* 2. *numer.* 6. *in fin.* Nec

dubita-

9 dubitari potest, quo minus Cappellani dicantur habere Curam Animarum; licet enim isti non sint Parochi, sunt tamen loco Parochi respectu Monialium Monasterii ipsis Commissarum in spiritualibus, dum ea facere tenentur, quæ facere solent ipsi Parochi, nempe assistendo Moribundis, exhortationes Spirituales agendo, Sacramentum Confessionis, & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrando, ut in specie advertit Donat. *in prax. quæst. regul. tom. 4. tract. 13. de Confessar. Monial. quæst. 23. n. 2.* & consequenter de die, & de nocte dum residere tenentur Cappellani Curati, seu habentes Curam Animarum super Virginibus Deo dicatis, & propter hoc ipsorum residentia est præcisa, ut de habente solum onus Baptizandi, inquit Barbos. *in summ. Apost. decis. 11. verb. residere num. 5.* & de Coadjutoribus Curæ Animarum *in verb. Coadjutor n. 4. & ad Concil. sess. 24. cap. 17. de reformat. num. 45.* & plene resolvit *S. Congregatio apud* Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. n. 167.*

10 Ex quo principio derivat ut Parochus alicujus Parochiæ, seu quivis alius habens Curam Animarum non possit fungi munere Confessarii ordinarii Monialium, ut resolvit S. Congregatio Episcoporum in una Parmen. 10. *Aprilis* 1615. *apud* Gavant. *in Manual. in verb. Monialium Cura spiritualis, numer.* 10. Donat. *in prax. quæst. Regular. tom. 4. tract. 13. de Confessar. Monial. quæst. 21. n. 1.* Novar. *in Luc. verb. Confessor. num.* 13. Barbos. *ad Concil. sess. 25. cap. 10. de regular. numer.* 16. quod non alia ratione procedit nisi ob incompatibilitatem inserviendi Parochiæ, & simul Curæ Animarum Monasterii.

Hujusmodi incompatibilitatem deductam ex natura præcisæ residentialitatis Cappellaniæ comprobat ipsa etiam mens Cardinalis Pallutti Fundatoris expressa in Constitutionibus, de quibus supra in *titulo de modo residendi;* ubi præscripsit modum residentiæ rigorosum ordinando, quod etiam tempore, quo alter ex Cappellanis non haberet servitium in sua hebdomada adhuc non posset abesse ultra quinque dies addita ratione = *Ut Dei obsequio, Monasterio, & Monialium servitio caveatur* = quæ est forma rigorosa residentiæ præcisæ ad instar Parochorum, ex firmatis per Barbos. *ad Conc. sess. 23. cap. 1. de reform. n. 50. & 51.* Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. num.* 23. Ulterius voluit ambos Cappellanos habitare in domo contigua Ecclesiæ Monasterii propter rationem ibi expressam. = *Ut necessitatibus Monialium semper presto sitis a domo vestra habitationis, quam propterea fere Monasterio contiguam construi curavimus* = addendo, quod nonnisi per breve tempus recederent ab hac habitatione sed in ea jugiter pernoctarent, ibi = *nisi per breve tempus non recedentis in ea jugiter pernoctantes* =, quæ est altera demonstratio continuæ, & præcisæ residentiæ, quam habent Parochi obligati ad habitandum in domo Ecclesiæ Parochiali contigua, & qui per breve tempus tantum abesse permittuntur, ex quo abesse non dicitur qui statim est reversurus, ut ait Conc. Trid. *sess. 23. cap. 1. de reform.* ibi = *Quoniam autem, qui aliquantis per tantum adsunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt* = ibique Barbos. *n. 13. & 45.* Garz. *de benef. p. 3. c. 2. n. 179. idem* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 53. n. 71.*

Rursus disposuit; ut quando aliquis Cappellanus cogeretur abesse propter urgentiam alicujus negotii, reportare teneretur a Præposito licentiam in scriptis, ibi = *Cum aliquem urgens negotium compellet a residentia abesse, Cappellano suo commonefacto, a R. Præposito Collegiatæ Sancti Martini abeundi licentiam in scriptis reportabit* = quod pariter arguit voluisse residentiam præcisam, qua stante duntaxat necessaria

11 est licentia in scriptis una cum justa, & legitima causa, juxta *Concil. Trident. sess. 23. cap. 1. de reform.* ibi = *Neque abesse posse nisi ex causis, & modis infrascriptis, &c. has legitimæ absentiæ causas, &c. in scriptis esse approbandas* =, ibique notat Barbos. *num. 66. & 67.* Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. n. 34.* Lessius *de Just. & Jur. lib. 2. cap. 34. dub. 29. n. 159.*

12 Quibus omnibus apud me residentiam præcisam manifeste importantibus non obstat mulcta imposita per Fundatorem in amissione fructuum, ex qua resultare residentiam causativam supponunt auctoritates in objecto relatæ, etenim hujusmodi circumstantia est nimis vaga, & æquivoca, neque ideo concludit residentiam causativam, quia solet æque applicari etiam beneficiis curatis, ac præcise residentialibus, ubi juxta dispositionem Sacri Concilii antequam deveniatur ad privationem tituli solet procedi ad subtractionem fructuum, ut cavetur *in Concil. Trid. sess. 23. cap. de reform. §. Si quis autem, & §. eadem, ibique* Barbos. *n. 72.* Castropal. *tract. 13. de benef. disput. 5. punct. 3. n. 2. & 3.* & in puncto respondet Rot. me scribente *in Monasterien. Canonicatus super Literis Ernesti 6. Decemb.* 1706. *§. quibus, cor. R. P. D. Lancetta.* Id namque passim servatur in Canonicatibus, & dignitatibus in Cathedrali, vel Collegiata, ubi licet pro fallentiis sint impositæ mulctæ, seu punctaturæ, hoc tamen non tollit pœnam privationis tituli, ubi Canonici perpetuo se absentarent ab Ecclesia, & Choro, seu per triennium, ubi ulterius ad formam *Concilii* primo anno fit privatio medietatis fructuum, secundo omnium fructuum, & tertio devenitur ad privationem Tituli, ut in *sess. 24. capit. 12. de reform.* & apud Monacell. *in formul. for. Eccles. p. 2. tit. 13. form. 2. n. 66.* In qua opinione me confirmat animadversio, quod Fundator in suis Constitutionibus, *ubi supra*, apposuit mulctam in amissione fructuum in ordine ad casum absentiæ temporalis ultra quinque dies, vel aliud tempus longius, non tamen in ordine ad casum absentiæ perpetuæ, seu perseverantis per contumaciam, quæ digna sit privatione tituli, quem casum non cogitavit, ideoque talis mulcta dicitur imposita pro fallentiis discontinuis, & de tempore in tempus successuris ad corroborandam residentiæ necessitatem, nec propterea exinde infertur ad residentiam causativam, ut in puncto Rot. *dec. 140. numer. 4. part. 4. tom. 1. recent. & in Moguntina Canonicatus 1. Julii* 1697. *§. Non item, coram Reverendissimo dell' Olmo impress. ad ornat.* Card. de Luc. *de benef. disc. 7. sub n. 8.* ubi advertit quod cum ista subtractio fructuum contra non residentes non fuerit facta per verba taxativa, non exinde sublata remanet dispositio Iuris, quæ crescente contumacia pœnam privationis tituli super inducit.

Accedunt prædictis circumstantiæ omnino suadentes incompatibilitatem Cappellaniæ cum Canonicatu, & signanter prima; quod Canonicatus habet servitium Chori, una cum celebratione Missæ in omnibus Festis de præcepto, diebus Quadragesimæ, & Adventus, & in aliis alternativa inter Canonicos, & Beneficiatos, quod est incompatibile cum Cappellania, ubi adest onus Confessionis per semestre, & onus Missæ per hebdomadam, onus vero continuum pro administrandis de die, & de nocte Ecclesiasticis Sacramentis Monialibus infirmis, & non infirmis diebus Festis, & Ferialibus, & invigilandi necessitatibus tantum, ideoque impossibile est posse utrique Beneficio deservire, quorum unum per necesse impe- 13
dit servitium alterius, Garz. *de benef. p. 11. c. 5. n. 86. vers. Sed id de residentia;* Massobr. *in prax. haben. concur. requisit. dub. 3. vers nisi forte concurreret.* Tondut. *q. benef. p. 1. c. 12. n. 7. & 8.* Rot. *dec. 140. n. 7. p. 4. tom. 1. rec. & in Cracovien. seu Neokoricinen. Concionatura 2. Maii* 1701. *§. Tertia, cor. bo. me. Muto, & in Augustana Can. 27. Jun. 1714. §. ad evitandam, cor. R. P. D. Crispo.*

Altera quod quilibet ex Canonicis habet suum officium, quod modo uni, modo alteri incumbit, & signanter illud Cammerarii, cujus officium est tempore Messium se transferre ad Territorium Auximanum, in quo Capitulum possidet majorem partem suorum bonorum, ex quo etiam resultat incompatibilitas cum Cappellania, quæ requirit continuam assistentiam necessitatibus Monialium de die, & de nocte, juxta Constitutiones Fundatoris, nec potest admittere hujusmodi absentias, & divagationes. Neque urgere mihi videtur alternativa distributio servitoris inter Cappellanos, quia circa administrationem Sacramentorum Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, non adest alternativa pro ut nec in aliis, immo etiam in celebratione Missarum, & Sacramento Pœnitentiæ; alternativa non exonerat alium Cappellanum

in multis casibus necessariis, vel quia præsens non reperiatur alter, vel sit infirmus, aut statim non reperibilis in repentino casu Confessionis exercendæ erga Moniales periclitantes, ideoque hæc alternativa non reddit servitium discontinuum, sed hoc semper adest, vel adesse potest continuum actu, vel habitu, ad quod respexit Fundator quando posciisus fuit constituisset Cappellanis habitationem Ecclesiæ contiguam, dicendo ibi = *Ut necessitatibus Monialium semper præsto sitis* = Unde fit talem residentiam esse continuam, semper incompatibilem cum Canonicatu propter concurrentiam servitii unius, & alterius Beneficii eodem tempore, ut tradunt Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 12. n. 5. vers. nisi quando;* Garz. *de benef. p. 11. cap. 5. n. 85. vers. sed id*, Barbos. *vot. decis. 131. n. 21. & in fortioribus*, Rot. apud Garz. *ubi proxime n. 90. vers. minus obstabat* Ventrigl. *in prax. p. 1. annot. 17. §. 1. n. 6. vers. observa ad hoc*, Rot. *decis. 483. n. 3. p. 3. divers.*

Tertiam circumstantiam subministrat magna inverisimilitudo, quod potuerit unquam Fundator permittere hanc multiplicationem, seu pluralitatem Beneficiorum in una, eademque Persona, quando per erectionem Collegiatæ, & Monasterii Monialium cum duobus Cappellanis, aliud in mente non habuit, nisi consulere bono publico suæ Patriæ, ut tempe plures fruerentur Beneficiis ibi fundatis, & simul mediantibus pluribus Sacerdotibus, & Clericis magis consultum esset Patriæ in celebratione Missarum, nec non Divinis Officiis, & functionibus Ecclesiasticis, inducere autem hanc novitatem, ut unus duo retineat Beneficia in loco parvo, ubi adest necessitas Sacerdotum, & ubi publicum commodum exposcit, ut singula singulis conferantur, est directe contrarium intentioni Fundatoris, qui nunquam præsumitur ea, quæ erogavit ad publicam utilitatem suæ Patriæ in unam cumulare voluisse familiam, ita diminuendo numerum Beneficiatorum, & bonum publicum restringendo in specie, quod ista cumulatio duorum
15 Beneficiorum in una eademque Persona sit Juri communi exosa non solum probant Sacri Canones *in cap. de Multa, de preben. & in Cap. quia nonnulli de Cleric. non resid.* Sed etiam in profanis eam damnarunt jura Cesarea *in l. hac parte cap. de proxim. Sacr. Senior. lib. 12.* ibi = *nullo modo duplici fungantur Officio, nec geminis cartis irrepserint, ut non occupentur plura, in unum se commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi* = *& in l. final. cap. de assessor. & in auth. ut Judices sine quoquo suffrag. fiant. §. illud, & in l. prima cap. de proposit. agentium in rebus, lib. 12.* plene Gonzal. *in cap. de Multa, de preben. n. 10. vers. accedit etiam*, Valenzuol. *cons. 135. n. 85.*

Hinc propterea si unus, idemque Fundator ad publicum Patriæ suæ commodum voluerunt distincta exigere Beneficia; utique distinctas etiam Personas voluisse dicendum est juxta dispositionem utriusque Juris, ne alias subtraheretur numerus Sacerdotum ab ipso volitus ad utilitatem, & honorem Patriæ, & unus
16 occuparet sibi stipendia pluribus destinata, ut quod hujusmodi cumulatio duorum Beneficiorum in una, eademque persona sit contra bonum publicum, & diminutionem Cultus Divini, docet Text. *in capit. quia nonnulli de Clericis non residen.* & elegantissime Gregor. *in can. singula dist. 89.* Ventrigl. *in prax. p. 1. annot. 17. §. 1. n. 3. in fin.* Gonzal. *in dicto cap. de Multa, de prabend. numer. 10. versic. accedit etiam.* Quod sane præjudicium nunquam persuadere poterit sensato Judici quod fuerit volitum per Fundatorem, sed immo totaliter prohibitum ex ejus præsumpta mente, quæ voluit in tenui Patria ad eam nobilitandam, ejusque splendorem augendum, necnon pinguis providendum servitio Ecclesiæ, & utilitati Populi ampliare numerum Beneficiatorum, non autem diminutionem permittere in Patria præjudicium, alias enim si ad hoc respicere voluisset, utique postquam erexerat Monasterium cum duabus Cappellaniis non habuisset necessitatem constituendi redditus particulares omnibus Prebendatis Ecclesiæ Collegiatæ, seu facile ei fuisset duos Cappellanos Monachos declarare, & constituere etiam Canonicos, dum redditus Cappellaniorum sunt majores redditibus Canonicorum, & Beneficiatorum ad tradita per Rot. *in dicta Cracovien. seu Neokorcinen. Concionatura . Maii 1701. §. Quarta circumstantia, coram bon. mem. Moto, & in Calaguritana Juris inserviendi 15. Januar. 1698. §. & tertia, coram bon. mem. Pio.*

Quarta denique circumstantia oritur ex observantia a die Fundationis Cappellaniarum usque in præsens, juxta quam nunquam aliqua ex Cappellaniis provisa fuit in persona habentis Canonicatum, aut aliud Beneficium residentiale, & quamvis illa sit me- 17
re negativa; attamen etiam ex eo facto, & ex actibus negativis desumitur observantia, juxta firmata per Spad. *cons. 54. n. 38. libr. 1. & cons. 94. n. 8. & 9. & cons. 232. n. 23. lib. 2.* Rot. *dec. 617. num. 3. part. 4. divers. & coram Bich. decis. 660. n. 18. & in rec. decis. 56. num. 7. part. 6. & dec. 130. numer. 23. part. 12. & dec. 520. n. 15. p. 13. & dec. 613. num. 26. & dec. 654. num. 8. p. 18. tom. 2. & dec. 21. num. 15. part. 19. tom. 1.* Præsertim quia est centenaria, & ultra non autem simplex, quo casu non requiritur probatio circumstantiæ qualitatis coactivæ, quia per tantum tempus præsumitur successisse omnes casus possibiles, ut bene R. P. D. Severelus *in ejus consult. impress. apud* Me *part. 2. discept. Ecclesi. in fin. num. 8. vers. ita quidem*, Rot. *in Toletana Jurisdictionis super Decimis 21. Aprilis 1690. §. absque eo quod, coram Reverendissimo D. Molines Decano impress. ad ornatum* Card. de Luc. *de Jurisdict. dec. 18. num. 4. & in Mantuana bonorum 14. Januarii 1707. §. Nec porro, coram Reverend. D. Molines Decano, & 7. Maii 1708. §. quandoquidem cum seqq. coram R. P. D. Aldrovando, & in Salisburgen. Vicariæ 31. Jan. 1714. neque Centenaria, coram R. P. D. Falconerio.*

Quæ observantia Centenaria in omni materia, primum locum sibi vindicat, & in præsenti etiam ubi agitur ad cognoscendam compatibilitatem, vel incompatibilitatem unius Beneficii cum altero, maxime attendenda venit, quia tanti temporis observantia, quæ nunquam admisit Cappellanias possideri ab aliquo habente Canonicatum, vel aliud residentiale, talem præsumit fuisse sensum Fundatoris, & incompatibilitatem Cappellaniæ cum altero residentiali omnino demonstrat ex firmatis per Rot. *in dicta Cracovien. Concionatura ubi supra §. prædictaque, cor. Muto.* Idque procedit, etiamsi incompatibilitas esset dubia, & contrarius intellectus esset de Jure verior, adhuc enim non disceditur ab observantia, quæ dicitur magis fida interpres Fundationis, ut apud Rot. *cor. Emerix Jun. dec. 24. n. 9. & dec. 242. n. 12. & in rec. dec. 452. n. 24. p. 19. tom. 2. & in Urbanien. Canonicatus, coram Reverendissimo dell' Olmo impress. apud*
Me *Discept. Eccles. 4. n 88.* Ac etiam quia in dubio 18
semper capienda est interpretatio, quæ favet magis verisimili intentioni Fundationis, & bono publico ejus Patriæ, ad cujus præjudicium evitandum multa licent, quæ alias de jure non licerent, ut observat Card. de Luca *de Regul. disc. 103, n. 9.* Bertachin. *vot. dec. 259. n. 15.* Et per ista absque necessitate inquirendi an Canonicatus sit sufficiens ad congruam substentationem, censeo Cappellaniam esse incompa-
tibilem cum Canonicatu, & per ejus assecutionem 19
primum vacasse, scilicet ipsum Canonicatum, juxta Text. *in cap. de Multa, de preben. & Concil. Triden. sess. 7. cap. 4. de reformat. & plene apud* Gonz. *ad Regul. 8. glos. 15. numer. 9. & 17. cum seqq.* Antonell. *de regim. Eccles. lib. 3. capit. 3. numer. 5. & seqq. cum aliis vulgatis.*

An autem in isto casu possit impetrari Canonicatus in Dataria Apostolica, non obstante quod existat de Jurepatronatus Laicorum, vel potius spectat ad Patronum Juspræsentandi? Quantum ad primum respondeo, quod *in regol. 1. Cancell.* reservata reperiuntur omnia Beneficia, quæ vacant per assecutio-
nem incompatibilis juxta *Extravag. Execrabilis de* 20
Præben. Hæc tamen reservatio non comprehendit Beneficia de Jurepatronatus Laicorum, ut concludit Mandol. *super regul. 1. Cancellar. quæst. 10. numer. 1. & seqq.* & Ego secutus sum *discept. Eccles. 12. num. 59. vers. dum Beneficia.* Et solum in casu, quo Sedes

Aposto-

Apostolica provideat de secundo incompatibili conferre solet primum cum clausula = *accedente consensu Patronorum* = ut pluribus adductis scripsi dicta *discept. Eccles.* 12. *n.* 60. *vers. & quamvis, & discept.* 27. *n.* 10.

Verum invenio, quod ubi vacant Beneficia per assecutionem incompatibilis, & quæ habent possessores, quos oportet per litem expellere, soleat per Papam derogari Juripatronatus Laicorum etiam Principum, ut apud Barbos. *in prax. benef. in* 3. *p. signanter n.* 37. Quod tamen est insusistens, cum Benefi-
21 cia de Jurepatronatus Laicorum, esto quod possint impetrari in Dataria, impetratio tamen non potest fieri libere, sed accedente consensu Patroni, excepto casu devolutionis ad Sedem Apostolicam, seu ob lapsum termini ad præsentandum, ut *in regul.* 42. *Cancell.* ubi de expressione clausula = *accedente Consensu Patronorum* = Rot. *dec.* 268. *n.* 7. *p.* 6. *rec.* Rebuff. *super reg.* 43. *Cancell. vers. secundo solet*; ideoque Constitutio Alexandri allegata per Rebuff. *in* 3. *part. signanter ubi supra*, non reperitur usu recepta, quia Dataria non derrogat Juripatronatus Laicorum in Impetrationibus, nisi quando concurrit delictum Patroni Laici, quod in præsenti non concurrit quoad Canonicatum, circa quem nihil peccavit, immo nec etiam concurrit quoad Cappellaniam, dum Patronus in casu isto non erat prohibitus præsentare habentem aliud incompatibile tanquam capacem assequendi Cappellaniam, dum incapacitas non adest, neque consideratur ad effectum consequendi secundum, sed bene ad effectum retinendi utrunque, scilicet secundum primo incompatibili ex firmatis per Rocc. *disput. Jur. c.* 190. *n.* 42. & Rot. *coram Cels. dec.* 314. *n.* 6. & *coram Merlin. dec.* 354. *n.* 19. & *in Derthusen. Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Non relevante*, *coram Omanna*, nisi lex Fundatoris contrarium disponeret, exempli gratia, prohibendo præsentari illum, qui haberet aliquod Beneficium, *ut in dicta Derthusen.* ubi proxime §. *final.* Poterit ergo Patronus præsentare ad Canonicatum tanquam vacatum per assecutionem incompatibilis. Et ita fuit judicatum ab Ordinario Camerinen. scilicet Cappellaniam de qua supra, esse incompatibilem cum Canonicatu.

Florentina Jurispatronatus de Casavecchia.

ARGUMENTUM.

In Jurepatronatus deducto ex Observantia restricta ad Masculos Familiæ, an Fœminæ succedant per posterius, & an donatio Jurispatronatus facta per Monasterium sustineatur? & plura de ultimo Statu, & quasi possessione præsentandi.

SUMMARIUM.

1 *Judicium super Institutione dicitur Judicium possessorium.*

2 *Nec immutat naturam etiamsi Patroni adsint in causa adhærendo suis præsentatis.*

3 *Præsentatio Patroni non existentis, in quasi possessione non admittitur.*

4 *Quasi possessio præsentandi transit in heredem, & quando.*

5 *Beneficium obtinens mediante subrogatione dicitur illud obtinere virtute præsentationis, quam habebat Defunctus.*

6 *Res judicata facit de alba nigrum, & numero 12.*

7 *Rei judicata executio non potest retardari, donec obtineatur restitutio in integrum.*

8 *Proprietas probata per rem judicatam absorbet possessorium, amplia ut n.* 9.

10 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem rejiciuntur ad petitorium.*

11 *Judicatum in quo casu faciat statum quoad omnes etiam non citatos.*

13 *In Jurepatronatus familiari Fœminæ agnatæ succedunt per posterius.*

14 *A Jurepatronatus masculino, seu agnatitio fœminæ perpetuo arcentur.*

15 *In Jurepatronatus deducto ex observantia restricta ad masculos agnatos an fœminæ succedant per posterius, amplia ut n.* 16. & 17.

18 *Sententia emanata juxta opinionem, quæ tunc vigebat non retractantur ex contraria opinione superveniente.*

19 *Petitorium non dicitur clarum, si adsint auctoritates Doctorum hinc inde.*

20 *In Judicio possessorio attenditur quasi possessio.*

21 *Nullitas tituli quomodo sit probanda ad impediendum ultimum statum.*

22 *Centenaria requiritur ad præsumendum beneplacitum Apostolicum in præjudicialibus Ecclesiæ. Vide etiam n.* 23.

24 *Secus ubi non agitur de præjudicio Ecclesiæ, tunc enim sufficit observantia* 30. *vel* 40. *annorum,*

25 *In pendentibus a futuro eventu non consideratur læsio, & n.* 26.

27 *Donatio facta consanguineo dicitur actus pius.*

28 *Beneplacitum requisitum in alienatione Jurium Ecclesiæ non requiritur in quærendis.*

29 *Juspatronatus remanet apud Monachum jure sanguinis, donec vivit, & exercetur cum consensu Abbatis, vel Monasterii.*

ALLEGATIO XXXVI.

Ecclesia quæ Prioria nuncupatur S. Mariæ, erat olim de Jurepatronatus Familiæ de Casavecchia, ad quam spatio 150. annorum circiter semper præsentaverant masculi de Familia; cum autem de anno 1653. ultimi masculi hujus Familiæ essent Donatus, & P. Dionysius Monachus Olivetanus, incerti an unus, vel alter ex eis futurus esset superstes, donarunt Juspatronatus Senatori Andreæ de Pittis descendenti ex Familia per medium Cassandræ de Casavecchia, & primo donationem fecit P. Dionysius de consensu Patris Abbatis, & Capituli, & postea Donatus sub diebus 16. & 17. Julii 1653. quæ donatio fuit confirmata ab Ordinario, & cum Donatus haberet duas filias, scilicet Mariam Magdalenam Pieram, & Juliam Monialem Monasterii de Porticu, prima ea illis donationem approbavit 13. Augusti 1657.

Anno 1662. cum Senator Andreas Donatarius vellet in dicta Ecclesia apponere lapidem marmoreum cum inscriptione pertinentiæ Jurispatronatus ad ipsum, suosque descendentes, & hæredes, sese apposuit Piera altera filia Donati ex fundamento, quod Juspatronatus spectaret ad ipsam, aliasque ejus sorores, & introducta lite coram Ordinario Florentino, iste judicavit contra dictam Pieram pronunciando licere Andreæ donatario marmoream inscriptionem apponere, previo Consulto clar. mem. Card. de Luca tunc Advocati, qui censuit Pieram, & Sorores nullum Jus habere in hoc Jurepatronatus familiari etiam per posterius in defectum Masculorum, ut videre est in ejus *disc.* 22. *de Jurepatr. per totum*.

Hoc judicatum Ordinarii Florentini fuit approbatum per alias duas sententias Reverendissimi Nuncii, & Delegati Apostolici, donec orta fuit res judicata, in cujus executionem D. Senator Andreas apposuit in Ecclesia inscriptionem marmoream pertinentiæ Jurispatronatus ad ipsum, & suos descendentes, & successores.

Anno 1673. vacante Ecclesia insurrexit Monasterium de Porticu ex persona Juliæ de Casavecchia alterius filiæ Donati cum adhæsione supradictæ Pieræ, & Mariæ Magdalenæ ejus sororum præsentando quendam Giustatinum, per contrarium vero D. Senator Andreas præsentavit Franciscum Danellium, & instructa lite coram Ordinario Florentino, nedum inter Præsentatos super institutione, sed etiam cum assistentia Præsentantium, emanavit sententia favore

præsentati per D. Senatorem in executionem, & sequelam petitorii in præcedenti re judicata terminati, quæ sententia in secunda instantia fuit confirmata per Delegatum Apostolicum, qui judicavit de voto duorum Assessorum, nempe Auditoris de Angelis, & Auditoris Urceoli, in tertia autem instantia commissa causa alteri Delegato Apostolico, decessit pendente lite dictus Danellius præsentatus per D. Senatorem, unde Giustatinus collitigans obtinuit literas Apostolicas subrogationis gratiosæ in Juribus Defuncti, quarum vigore obtinuit Beneficium, ejusque possessionem.

Per hujus obitum vacato nuper Beneficio, filii & descendentes dicti Senatoris præsentarunt Lombardinum, descendentes autem ex supradictis fœminis de Casavecchia simul cum Monasterio Monialium de Porticu præsentarunt Presbyterum Merlium, cui accessit etiam præsentatio facta per Monasterium Montis Oliveti, quod prætendit ex Persona supradicti Dionysii tanquam ultimi masculi de Familia Casavecchia successisse in universo Jurepatronatus Jure hæreditario non obstante instrumento donationis, ut supra factæ.

Quæritur modo in sensu veritatis, cui ex istis Præsentatio sit concedenda institutio in præsenti judicio, & secundum ea, quæ fuerunt superius præmissa in facto, sine ulla difficultate censeo institutionem competere duntaxat Lombardino præsentato per descendentes Senatoris Andreæ de Pitiis, & eam esse denegandam cæteri Præsentatis.

Ratio sic decidendi consistit in natura hujus Judicii super institutione, quod dicitur possessorium, ut dixit Rot. in Lucana Beneficii 22. Februarii 1709. §. quo vero, cor. R. P. D. Falconerio, & in Bononien. Beneficiorum de Castello 12. Decembris 1712. §. hac sane, coram R. P. D. Crispo, & in Cassanen. Beneficii 27. Martii 1713. §. Major, cor. eodem, quæ omnes Me scribente, & obtinente prodierunt, quod procedit etiam si Patroni existant, in causa adhærendo suis Præsentatis, dum eorum adhæsio naturam judicii non immutat, neque judicium possessorium transire facit in illud pertinentiæ, seu proprietatis, ut bene firmatum fuit per Rot. in Mediolanen. Beneficii 1. April. 1707. §. Postremo, cor. R. P. D. Ansaldo, & in recent. decis. 261. n. 7. p. 15. & in dicta Bononien. Beneficium de Castello, ubi proxime.

In hoc autem Judicio possessorio ad effectum institutionis attenditur, & prævalet sola præsentatio ejus Patroni, qui reperitur in quasi possessione Jurispatronatus, & præsentandi non autem alterius, qui allegando titulum, & proprietatem prætendat se esse Patronum, nec tamen reperiatur in quasi possessione, juxta notum Text. in cap. Consultationibus de Jurepa-
3 tron. & optime Rot. in d. Lucana beneficii 22. Februarii 1709. §. finali, coram R. P. D. Falconerio, ibi = Versante nunc controversia super institutione, quæ est judicium possessorium non admittitur Patronus, qui in quasi possessione præsentandi non reperitur =, & in Pennen. beneficii super executione literarum 17. Mar. 1710. §. ex hoc autem, coram R. P. D. Aldrovando, & in Sorana Jurispatronatus super institutione 27. Januar. 1710. §. moti, cum seqq. & 10. Decembris ejusdem anni, §. clara enim, coram R. P. D. Scotto, & in Casertana beneficii 13. Decembris 1709. §. his præsuppositis, coram R. P. D. Kaunitz, & in allegatis decisionibus Bononien. & Cassanen. ubi supra.

Quæ Theorica non tantum procedit quoad illum Patronum, qui reperitur in possessione ex facto suo acquisita, sed etiam in illo, qui causam habet ab existente in quasi possessione præsentandi; nam quasi possessio transit in hæredem active, & passive post
4 aditam hæreditatem, & captam ejus possessionem, licet hæres actualiter non præsentaverit, Posth. de manut. observ. 55. num. 33. vers. sed quod generaliter, Rot. in Mediolanen. Prioratus 14. Februarii 1701. §. Quoniam, cor. R. P. D. Scotto, & 5. Maii 1702. §. nec dicatur, cor. R. P. D. Priolo, & in Casertana beneficii 13. Decembris 1709. §. finali, cor. R. P. D. Kaunitz, & in Florentina Canonicatus 8. Maii 1705. §. Fuit enim, coram R. P. D. Lancetta.

In præsenti constat Senatorem Andream quamdiu vixit, fuisse in quasi possessione Jurispatronatus, & præsentandi dum post reportatas donationes ab ultimis masculis de Familia, scilicet Doncato, & Dionysio obtinuit in petitorio per tres sententias conformes canonizari pertinentiam Jurispatronatus ad ipsum, & in executionem rei judicatæ apposuit in Ecclesia patronata inscriptionem in lapide marmoreo, continentem, quod Ecclesia esset de Jurepatronatus sui ipsius, & suorum, prout etiam secuta vacatione in ultimo statu de anno 1673. in contradictorio judicio cum Giustatino præsentato per fœminas de Casavecchia, obtinuit institutionem Francisci Danelli per duas sententias, alteram Ordinarii Florentini, & alteram Delegati Apostolici secundæ instantiæ, & licet ob mortem Danielli secutam pendente lite in tertia instantia, iste obtinere non potuerit possessionem beneficii, & Giustinianus collitigans vigore subrogationis gratiosæ in Juribus Defuncti illam obtinuerit; attamen hoc non probat Senatorem Andream non acquisivisse quasi possessionem præsentandi in vim suæ præsentationis canonizatæ per duas sententias conformes, sed potius dicitur acquisita quasi possessio ea ratione, quod Collitigans mediante subrogatione in Juribus Defuncti, dicitur obtinere beneficium potius ex Juribus Defuncti; quia subrogatur in personam illius,
itaut obtineat Beneficium virtute præsentationis, quam 5
habebat Defunctus, ut firmavit Rot. coram Emerix. jun. decis. 118. num. 3. & in recent. decis. 136. num. 36. p. 19. & in Casertana beneficii 13. Decembris 1709. §. magisque fovetur, coram R. P. D. Kaunitz, & in Sorana Jurispatronatus supra manutentione 27. Januarii 1710. §. neque ad infringendam, & 10. Decembr. ejusdem anni, §. non subsistente, in fine, cor. R. P. D. Scotto, & in Verulana Abbatia 23. Aprilis 1706. §. quin obstet, cor. Card. Caprara; quidquid secus, ubi Defunctus non obtinuisset duas sententias conformes, quæ habent præsumptionem justitiæ pro se quia de cætero status terminatus per subrogationem gratiosam remanet incertus Rot. dec. 308. n. 2. p. 1. recent. Cels. decis. 296. num. 6. & in Aretina beneficii 11. Januar. 1701. §. descendendo, cor. R. P. D. Ansaldo, & in Bononien. Parochialis 2. Martii 1708. §. Non obstante, cor. Eminentiss. Priolo, immo contrarium, quod dicatur effectuata præsentatio ejus, qui fuit subrogatus tanquam subrogatio sit quædam remotio obstaculi ad redimendam vexam novi Collitigantis, non autem novi Juris acquisitio Me scribente dictum fuit in Sorana Jurispatronatus 22. Januarii 1712. §. crescit, 24. Novembris 1713. §. quæ vero, cor. R. P. D. Falconerio, & in Bononien. Archidiaconatus 2. Junii 1713. § neque obstare, cor. R. P. D. Scotto Illustrisse. Gubernatore Urbis.

Fortius autem hæc quasi possessio redditur indubitabilis attento quod Senator Andreas præcedenter obtinuerat rem judicatam per tres conformes, cujus vigore apposuerat inscriptionem marmoream in Ecclesia circa pertinentiam sui Jurispatronatus, itaut stante re judicata etiamsi actus præsentationis anni 1673. esset turbidus, in præsenti Judicio competeret institutio præsentato ab Hæredibus supradicti Andreæ,
dum res judicata facit de albo nigrum, & habetur 6
pro veritate nec potest ejus executio retardari donec, & quousque obtineatur restitutio in integrum,
& obtineatur revocatio, ut dixit Rot. in Melevitana Jurispatronatus 11. Martii 1602. §. quin circum- 7
stantia, coram R. P. D. Scotto, & in Pennen. beneficii super pertinentia 7. Martii 1710. §. sed hic consistit, & §. ultra quod, coram R. P. D. Aldrovando, & in Tuden. Parochialis 9. Junii 1700. §. Si quidem, coram Reverendissimo dell'Olmo, & in Gerunden. beneficii 9. Maii 1704. §. in exequibiles, coram Rev. D. Molines Decano.

Res enim judicata non solum sufficiens est ad effectum institutionis in casu, quo alius non reperitur in quasi
possessione præsentandi, sed etiamsi adesset in contra- 8
rium ultimus status, dum proprietas, quæ clare probatur per rem judicatam suffocat, & absorbet possessorium, Rot. in Mediolanen. beneficii 1. Aprilis 1707. §. quod si non adhuc, cor. R. P. D. Ansaldo, & in Mediolanen. Cappellania 23. Martii 1703. §. constabilitis coram Re,

ram Reverendiss. D. Molines Decano, *& in Alatrina Jurispatronatus* 15. *Iunii* 1705. §. *Nec magis coram R. P. D. Scotto*.
Molto magis igitur, quando una cum re judicata
per tres conformes super pertinentia concurrit ulti-
mus status anni 1673. firmatus per duas sententias
conformes canonizantes præsentationem Senatoris An-
dreæ de Pittis, cujus vigore obtinuit Giustarinus su-
perstes beneficium, propter subrogationem in Juribus
Defuncti, ut superius dictum est, tot enim sententiæ
usque ad numerum quinque in hoc possessorio red-
9 dunt rem claram, & indubitatam ex firmatis per
Rot. *in Aretina beneficii* 21. *Jan.* 1701. §. *suffocata*, *co-
ram R. P. D. Ansaldo*, *& in Oppiden. Beneficii* 7. *Ma-
ii* 1703. §. *quod autem*, *& §. finali*, *cor. bon. mem. Mu-
to*, *& in Pennen. beneficii super executione literarum*
17. *Martii* 1710. §. *at submovetur*, *coram R. P. D. Al-
drovando*.
Quibus stantibus rejiciendas esse censeo in hoc ju-
dicio præsentationes factas per fœminas de Casavec-
chia, earumque descendentes, necnon per Monaste-
rium Montis Oliveti, quamvis enim deducant plures
exceptiones contra donationem factas Senatori An-
dreæ de Pittis, illæ tamen cum requirant altiorem in-
daginem, & obstet res judicata in hoc judicio non
admittuntur, sed rejici debent ad Judicium petitorium
10 super proprietate, seu pertinentia, ut in dicta *Mele-
vitana Jurispatronatus* 31. *Martii* 1702. §. *quin circum-
stantia*, *& §. Minusque*, *cor. R. P. D. Scotto*, *& in So-
vana Jurispatronatus* 10 *Decemb.* 1710. §. *posita autem*,
coram eodem, *& in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis*
1707. §. *vel e converso*, *coram R. P. D. Ansaldo*.
Etenim quoad Fœminas de Casavecchia obstat res
judicata prævio Consulto Cardin. de Luc. *disc.* 22. *de
Jurepatr.* itaut nec in petitorio cum obtenta non fue-
rit restitutio in integrum, nec eo minus in possesso-
rio admitti valeant exceptiones, alias in Judicio re-
jectæ ad impediendam executionem rei judicatæ, &
quasi possessionem præsentandi, Rot. *in dict. Bononien.
Archidiaconatus* 2. *Iulii* 1713. §. *neque propterea*, *co-
ram R. P. Dom. Scotto Illustriss. Gubernatore Urbis*;
quo vero ad Monasterium licet non fuerit citatum,
& auditum in eodem Judicio, quia tamen illud fuit
11 cœptum, & terminatum cum legitimis Contradicto-
ribus, facit statum quoad omnes alios etiam non ci-
tatos, ut in his terminis dixit Rot. *in Pennen. bene-
ficii super pertinentia* 17. *Martii* 1710. §. *atque hinc*,
coram R. P. D. Aldrovando, *& in Geronden. Benefi-
cii* 9. *Maii* 1704. §. *non turbante*, *coram Reverendiss.
D. Molines Decano*.
12 Et denique quoad Fœminas, & Monasterium æ-
qualiter etiam obstat prædicta exceptio, quod eorum
Jura non sunt clara per rem judicatam, publicum
instrumentum, vel confessionem Partis, quæ nullam
admittant rationem dubitandi, ad quem effectum suf-
ficit ostendere quinque sententias in contrarium, seu
rem judicatam, quæ vel facit de albo nigrum, vel
ad omne pejus rem demonstrat valde dubiam, &
disputabilem, Lotrer. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.*
94. *vers. quod*, Rosa *de execut. liter. Apostolic. part.* 1.
cap. 17. *num.* 172. *in fine*, Rot. *coram Celso decis.* 369.
num. 7. *& coram Emerix Jun. dec.* 779. *num.* 8. *& dec.*
847. *num.* 2.
Et sane examinando prætensionem Fœminarum, il-
la non est ita clara, & indubitabilis, ut suas diffi-
cultates non habeat in contrarium, quamvis enim
certa sit opinio hodie magis recepta, quod etiam in
13 Jurepatronatus familiari fœminæ agnatæ succedant
per posterius in defectum masculorum, ut comprobato
Card. de Luca *disc.* 22. *de jurepatr.* ego plene scripsi *di-
scept. Eccles.* 26. *num.* 1. & sæpe firmavit Sacræ Rotæ
Tribunal, ut in *Mantuana beneficii* 3. *Junii* 1689. §.
at secus, *coram bon. mem. Ursino*, impressa apud me
Discept. Eccles. 14. *numer.* 19. *& in Lucana Beneficii*
13. *Junii* 1701. §. *prædictaque coram bon. mem. Muto*;
& in Comen. Cappellania 4. *Maii* 1703. §. *subsistere*,
& §. sublata, *coram R. P. D. Priolo*, *& in Romana
Cappellania* 25. *Novem.* 1705. §. 1. *cor. R. P. D. Ansal-
do*, *& in Balneoregien. beneficii* 21. *Januarii* 1707. §.
quatenus, *coram R. P. D. Kaunitz*, *& in Romana Cap-
pellania Sancti Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Quod si fœ-
mina*, *coram R. P. D. Ansaldo*.
Attamen hæc procedit quando constat de instru-
mento Fundationis, sed quando Juspatronatus defi-
ciente instrumento Fundationis deducitur ex observan-
tia, juxta quam semper præsentaverint masculi agna-
ti de domo, & familia, tunc gravis est quæstio, an
fœminæ succedere valeant per posterius ea ratione,
quod qualis est observantia, talis præsumitur funda-
tio Jurispatronatus, & ideo cum observantia sit restri-
cta ad masculos, præsumitur, quod fundatio voca-
verit solos masculos agnatos, itaut agatur de Jure- 14
patronatus familiari masculino, seu agnatitio stricto,
& rigoroso modo, a quo fœminæ perpetuo arcen-
tur, ut dixi *Discept. Eccles.* 26. *n.* 8. Rot. *in d. Man-
tuana beneficii cor. Ursino*, impressa apud me *Discept.
Eccles.* 14. *num.* 18. *& in Lucana beneficii* 21. *Martii*
1703. §. *Minus obstat*, *cor. bon mem. Muto*, *& in Ri-
contina Jurispatronatus* 28. *Novembris* 1704. §. *ex his
omnibus*, *coram Eminentiss. D Card. Caprara*, *& in
Romana Cappellania* 25. *Novembris* 1705. §. *parum*,
& §. ob id, *coram R. P. D. Ansaldo*.
Bene verum est, quod in hoc articulo Sacra Rota
videtur variasse, dum in una *Jannen. Abbatia* 27. *Ju-
nii* 1689. §. *hinc opus in fine*, *cor. bon. mem. Manuel.*
resolvit in Jurepatronatus deducto ex centenaria ob- 14
servantia præsentationum factarum per Masculos a-
gnatos de domo de Pallavicinis, fœminas succedere
per posterius in defectum masculorum, deinde autem
approbando opinionem Card. de Luc. *disc.* 22. *de Jure-
patr.* recessit a decisis, respondendo, quod fœminæ
non essent comprehensæ, ut in *Decisionibus editis die*
5. *Decemb.* 1689. §. *si vero*, *& §. jungendo*, *&* 12. *De-
cemb.* 1690. §. *non obstat*, *cor. eodem*, & denique rediit
ad priori loco decisa pro comprehensione fœminarum
in postremis *Decisionibus* 10. *Martii* 1692. §. *non ob-
stat cum seqq. &* 4. *Iulii ejusdem anni* §. *etiamsi*, *cor.
eodem*, & Ego retuli *d. Discept. Eccl.* 26. *n.* 7.
Per contrarium vero in alia causa per Me dispu-
tata in Rota *In Florentina Canonicatus*; cum agere-
tur de Jurepatronatu deducto ex observantia centena-
ria præsentationum factarum per Masculos familiæ
de Pazzis, & ultimus masculus de familia donasset
dictus Juspatronatus Marchioni Nerlio, qui illud po-
stea donavit D. Andreæ del Rosso, non obstante,
quod Maria, & Virginia de Pazzis fuissent ultimæ
superstites de dicta familia, insurrexerunt descenden-
tes ex his fœminis prætendendo donationem esse in-
subsistentem, & Juspatronatus spectavisse ultimo lo-
co ad fœminas agnatas earumque descendentes, &
Sacra Rota judicavit ab hoc Jurepatronatus fœmi- 16
nas esse exclusas, ut in dicta *Florentina Canonicatus*
8. *Maii* 1705. §. *quibus stantibus*, *coram R P. D. Lan-
cetta*, *&* 1. *Iulii* 1706. §. *si itaque*, *coram R. P. D.
Priolo*, sequendo firmata in *dec.* 144. *num.* 2. *cor. me
Ubald. part.* 1.
Unde patet rationem adductam per fœminas non
esse omnino indubitatam, sed dependere ab obser-
vantia, quomodo sive sub quali expressione præsen-
taverint masculi pro tempore juxta distinctionem ca-
suum, quos ego adduxi *Discept. Eccles.* 26. *n.* 8. *&
seqq.* ubi conciliavi variationem decisionum distinguen-
do unum casum ab altero, quæ distinctio terminis
nostris applicari non potest, nisi resolvendo, & exa-
minando omnes antiquos status, quod requirit inda-
ginem facti, & interim non videtur retardari posse
Judicium possessorium, præsertim quando contra fœ-
minas adest res judicata cum sententiis supra relatis,
quæ convinci non potest incontinenti de injustitia,
dum præsumptio stat pro auctoritate rei judicatæ,
quod rite, & recte emanaverit, ad quam sustinen-
dam sufficit possibilitas, quod masculi præsentaverint
simpliciter tanquam masculi descendentes ab aliis ma-
sculis denotando Juspatronatus masculinum, & agna-
titium stricto modo, a quo fœminæ perpetuo arcen- 17
tur ex deductis per Rot. *dec.* 118. *n.* 1. *&* 2. *p.* 8. *rec. &
in Ravenat. pecuniaria* 2. *Iun.* 1703. §. *hujusmodi senten-
tia*, *&* 12. *Februarii* 1703. §. *nec allegabilis*, *cor. Emi-
nentiss. D. Card. Caprara*, *&* 28. *Aprilis* 1704. §. *cum
enim*, *cor. Illustriss. Gubernatore Urbis*, *& in Cremon.*

Juris mutandi 27. *Martii* 1705. §. *augetur*, *coram R. P. D. Priolo*.

Et poteſt etiam eſſe, quod tempore emanatæ rei
judicatæ articulus iſte eſſet dubius propter opinio-
nes hinc inde, ut expreſſit Card. de Luc. *de Jure-
patr. diſc.* 22. *num.* 11. quodque conſequenter Judici
viſa fuerit verior opinio in excluſionem fœmina-
rum, quo caſu habemus regulam de non retractan-
dis illis ſententiis emanatis ſuper aliqua opinione,
quæ tunc temporis vigeret, & verior videretur; li
18 cet poſtea contraria opinio uti verior recepta fue-
rit, ut dixi *diſcept. Eccleſ.* 22. *num* 15. Rot. *in Piſau-
ren. ſucceſſionis* 11. *Martii* 1709. § *per eaſdem*, *co
ram Reverendiſſimo Hervault*, *& in Æſina cenſus*
10. *Junii* 1697. §. 1. *cum ſeqq. coram Reverend. P. D.
Priolo*.

Utique Petitorium non dicitur clarum, ſi ſufficit
auctoritas Doctorum hinc inde, prout ſufficit ad ef-
19 fectum, ut ſuſtineatur tranſactio tanquam facta in re
dubia, Rot. *coram Emerix jun. dec.* 1187. *n.* 9. *& dec.*
1270. *n.* 4. *& coram Cerr. dec.* 675. *n.* 2. quid erit di-
cendum in caſu iſto, ubi non ſolum habemus do-
ctrinam Card. de Luca *ubi ſupra*, qui pro veritate
ſcripſit, ſed etiam rem judicatam per trexconformes,
una cum duabus aliis ſententiis emanatis ſuper ulti-
mo ſtatu anni 1673. & adhuc obtenta non fuit re-
ſtitutio in integrum adverſus rem judicatam, & agi-
tur de Judicio poſſeſſorio, in quo attenditur quaſi
poſſeſſio ex ſupra allegatis?

20 Magis deſperata in hoc Judicio remanet præten-
ſio Monaſterii Montis Oliveti, quod prætendit do-
nationem factam per P. Dionyſium de Caſavecchia
fuiſſe nullum, & data nullitate in ipſo tanquam ul-
timo maſculo de familia, Juſpatronatus effectum
fuiſſe hæreditarium, juxta *Conſil.* 81. Ancharani, &
in eo ſucceſſiſſe Monaſterium; Etenim primo loco
probandum eſſet, quod fœminæ ultimæ familiæ,
quæ ſupervixerunt Patri Dionyſio nullum Jus habe-
ant; Cum Jura Monaſterii, & fœminarum ſint con-
traria, & ad invicem ſe excludant, & conquaſſent;
ſi enim Monaſterium ex perſona ultimi maſculi ſuc-
ceſſit, ergo fœminæ per poſterius ſunt excluſæ, &
per contrarium ſi fœminæ ſucceſſerunt per poſterius
Monaſterium non habet; & ſecundo loco, ubi et-
iam probatum fuiſſet malum Jus fœminarum, de-
monſtranda eſt clare, & concludentes nullitas do-
nationis per rem judicatam, confeſſionem Patris,
vel publicum inſtrumentum, vel alios modos his æ-
21 quipollentes, ut per Rot. *in dict. Mediolanen. Benefi-
cii* 1. *Aprilis* 1707. §. *tertigimus*, *cum ſeqq. coram R.
P. D. Anſaldo*.

Nullitas donationis fundatur in defectu benepla-
citi Apoſtolici tam expreſſi, quam præſumpti, dum
obſervantia 30. vel 40. annorum non eſt apta ad
præſumendum beneplacitum obſtante Conſtitutione
Sanct. memor. Urbani VIII. de præjudicialibus Ec-
22 cleſiæ, quæ ſolam admittit centenariam, Rota *de-
ciſion.* 328. *numer.* 1. *part.* 17. *recentior.* Bertacchin.
vot. 152. *numer.* 1. Adden. ad Pamphilon. *deciſ.* 153.
numer. 14 *& coram Emerix. jun. deciſ.* 108. *numer.* 4.
quæ neceſſitas Beneplaciti locum habet etiam in Ju-
23 ribus honorificis, & præeminentiis ad Eccleſiam ſpe-
ctantibus, Rot. *in Giennen Juris mutandi* 27. *Martii*
1705. §. *& hanc veritatem*, *coram Reverendiſſ. P. D.
Priolo*.

Verum hanc nullitatem puto non ſubſiſtere, quia
Conſtitutio Urbani loquitur de præjudicialibus Ec-
cleſiæ, & tamen in caſu iſto donatio dici non pot-
eſt præjudicialis, ut obſervat Rot. *coram Emerix.
junior. deciſ.* 1169. *numer.* 5. *&* 6. & quando conſi-
24 derari non valet præjudicium Eccleſiæ beneplacitum
præſumitur ex obſervantia 30. annorum, ut ait Ro-
ta *coram Emerix. juniorem dicta deciſion.* 1169. *nu-
mer.* 5.

In præſenti donatio facta per Patrem Dionyſium
Senatori Andreæ de Pittis, dici non valet præjudi-
cialis Eccleſiæ, ex quo tunc temporis incertum e-
rat, an Doncarus, vel Pater Dionyſius ſupervixiſ-
ſet, & futurus eſſet ſuperſtes maſculus de familia,
itaut Juſpatronatus ultimo loco remanere deberet pe-
nes unum, vel penes alterum, ut hanc expreſſionem
perlegi ego in inſtrumento donationis, quæ mihi
fuit oſtenſa ex parte Monaſterii, & Monachorum
Montis Oliveti, qui etiam a me oretenus ſuper hu-
juſmodi negotio conſultum petierunt, ideoque cum
ageretur de Jure quærendo, non autem quæſito, &
inſuper de Jure dependente ab incerto futuro even-
tu, an Pater Dionyſius futurus eſſet ultimus maſcu-
lus ſuperſtes de familia, quod poterat eſſe, & non
eſſe, utique in his terminis nulla conſiderari pote-
rat læſio, aut præjudicium Eccleſiæ de tempore do- 25
nationis, ut inquit Rot. *deciſion.* 105. *ſub numer.* 11.
verſ. quia cum de tempore, *& numer.* 12. *part.* 11.
recentior. & coram Cerro deciſion. 321. *ſub numer.* 30.
& deciſion. 373. *numer.* 17. *& deciſion.* 399. *numer.* 3.
& ſeqq. coram Emerix. junior. deciſion. 619. *numer.* 16.
Nihil obſtante, quod poſtea caſus dederit Patrem
Dionyſium ſupervixiſſe Doncaro, & fuiſſe ultimum 26
ſuperſtitem de familia, cum attendatur tempus factæ
donationis, ut proſequitur Rot. *coram Cerro d. deciſ.*
399. *num.* 6.

Eoque magis cum ageretur de actu laudabili, &
pio, quia nempe facta fuit donatio conſanguineo de
familia deſcendenti per cognationem, in quibus ter-
minis cum fuerit proſpectum ſanguini ipſius Patris
Dionyſii donantis, actus dicitur pius, & laudabi- 27
lis, omniſque læſionis excluſivus, ut pondesat Rot.
coram Otthobon. deciſ. 182. *numer.* 26. *& coram Cerro
deciſ.* 321. *n.* 30.

Quod autem in Juribus quærendis, ac etiam ab
incerto eventu dependentibus tanquam ceſſante læ-
ſione non requiratur beneplacitum, & ſolemnitas
requiſita in alienatione Jurium, & bonorum Ec- 28
cleſiæ firmant Bald. *in Auth. ſi qua mulier numero*
41. *&* 42. *capit. de Sacroſanct. Eccleſ. verſic. ſed aut
Monaſterium*, Lapus *allegat.* 25. *numer.* 4. *in fine
verſic item ſolemnitas*, Rebuff. *in tractat de alienat.
rer. Eccleſ. numero* 30. Turrecll. *de reb. Eccleſ. non
alien. cap.* 15. *numer.* 92. Cardin. de Luca *de alienat.
diſcurſ. primo numer.* 127. *& diſc.* 19. *numer.* 7. Rot.
coram Puteo deciſion 507. *numero primo libr* 2. Carol.
Anton. de Luca *de Apoſtolic. regioque aſſen capit.* 195.
numero 2. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *quæſtion.* 2. *ar-
tic.* 9. *numero* 20. Vincent. de Franchis *deciſion.* 14. *nu-
mer.* 18. Ricc. *in prax. part prima reſolut.* 92. *numer.* 1.
& ſeqq.

Nec relevat, quod tempore donationis Pater
Dionyſius haberet Juſpatronatus, donec viveret,
quia tale Jus vitalitium reſidebat in ejus Perſona,
nec erat incorporatum Monaſterio, & Eccleſiæ,
cum ageretur de Jurepatronatus gentilitio, & dela-
to Jure ſanguinis, quod non avellitur a Monacho
donec vivit, licet non ſit exercibile, & alienabi-
le ſine conſenſu Abbatis, & Monaſterii, juxta fir-
mata in *deciſion.* 34 *&* 35. *poſt* Cenſal. ad Pele-
grin. & Rota in *Mediolanen. Præpoſitura* 3. *Maii* 29
1704. §. *& quidem*, *coram Reverendiſſ. P. Dom. An-
ſaldo*.

Quæ omnia, vel oſtendunt nullitatem donatio-
nis eſſe inſubſiſtentem, vel ſaltem in eo ſtatu, ut
requirat altiorem indaginem, itaut interim retarda-
ri non poſſit Judicium poſſeſſorium, & inſtitutio
favore præſentati ab hæredibus dicti Andreæ exi-
ſtentis in quaſi poſſeſſione præſentandi una cum re
judicata, & ſententiis ſupra relatis concludendo tam
contra fœminas, quam contra Monaſterium, ut
in hoc Judicio poſſeſſorio nihil ſperare poſſint ſu-
per prætenſa inſtitutione unius, vel alterius ab ipſius
præſentati.

Spoleta.

Spoletana Jurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus non regulatur juxta legem fundationis, sed juxta legem Erectionis ab Ordinario factæ, licet hæc discordet ab illa. Reservatum favore filiorum, & Descendentium in infinitum dicitur gentilitium, & non hæreditarium, aut mixtum, & explicatur duplex species Jurispatronatus gentilitii.

SUMMARIUM.

1 *Gratia Apostolica pro præsentato in omnibus justificata, est exequenda.*
2 *Ubi Lex fundationis discordat in aliquo ab Instrumento Erectionis, non attenditur dispositio Fundatoris, sed sola Erectio Ordinarii.*
3 *Consensus Ordinarii est causa efficiens Jurispatronatus.*
4 *Qualitas hereditaria debet esse adjecta in ipsa reservatione Jurispatronatus.*
5 *Discretivo locutio quando excludat Juspatronatus hereditarium.*
6 *Expressio heredum an, & quando intelligatur de heredibus Sanguinis?*
7 *In Jurepatronatus Gentilitio etiam fœmina comprehenduntur per posterius, & num. 17.*
8 *Statutum exclusivum fœminarum an procedat in Jurepatronatus gentilitio?*
9 *Juspatronatus unde dicatur Gentilitium.*
20 *Juspatronatus Gentilitium quotuplex sit?*
11 *Juspatronatus reservatum pro Filiis, & Descendentibus est Gentilitium.*
12 *Juspatronatus reservatum pro Descendentibus, & heredibus, & successoribus, an sit Gentilitium?*
13 *Vocatis Descendentibus, in Extraneos fieri non valet alienatio.*
14 *Conjectura ad inferendum Juspatronatus hereditarium est, quando nulla de Descendentibus facta fuit mentio.*
15 *Clausula = in perpetuum, & infinitum = quid importet?*
16 *Qualitas hereditaria in Jurepatronatus mixto, non requiritur in actu, sed sufficit in potentia, secus est in Fideicommissis, ut numer. 18.*

ALLEGATIO XXXVII.

1 EXequendam esse censeo Gratiam Apostolicam pro præsentato, quia verificata remanet ejus narrativa substantialis, quod Dominicus fuerit præsentatus per medietatem vocum, ex firmatis per Cardin. de Luc. *de Jurepatr. disc. 65. num.* 35. R. P. D. Ansald. *in annot. ad decis. 52. num. 36. & in Romana Cappellania* 25. *Novembris* 1705 §. *atque ex his*, *& in Romana Cappellania S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *Lucidius*, *coram eodem*.

Ut autem ostendam, quod Maria filia Fundatoris, quæ Dominicum præsentavit, habeat medietatem vocum, cum Anna Rita ejusdem Fundatoris Nepte, præmittere oportet, qualis sit natura hujus Jurispatronatus, dum hactenus hinc inde processum fuit cum supposito, quod Juspatronatus sit mixtum, in quo Ego totaliter dissentio, & firmiter puto Juspatronatus esse mere, & simpliciter gentilitium sine ulla mixtura qualitatis hæreditariæ. Hæc desumo ex Instrumento erectionis Cappellaniæ factæ ab Ordinario, ubi sic dicitur = *Juspatronatus, &c. in favorem Vincentii de Pier Angelis, ejus vita durante, & post ejus mortem ad favorem Filiorum, & Descendentium ipsius Vincentii in perpetuum, & in infinitum concessit, & reservavit* =. Quæ verba important naturam Jurispatronatus mere gentilitii, quod simpliciter defertur Jure sanguinis, dum Filiis, & Descendentibus adjecta non fuit mixtura qualitatis hæreditariæ, ut firmat R. P. D. Ansald. *in annot. ad decis. 52. numer.* 23. & late Me scribente decisum fuit in *Mediolanen. Prioratus super qualitate Agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Ulterius*, *coram R. P. D. Scotto*.

Neque mixtura Jurispatronatus deduci valet ex
præcedenti Instrumento, in quo Testator dotavit
Cappellaniam, & declaravit quibus reservare intende-
ret Juspatronatus, in quo Instrumento per duas vices
Fundator facit mentionem *de se ipso, ejusque here-*
dibus. Etenim in hac materia habemus principium
Juris indubitatum, quod ubi lex Fundationis data 2
per Fundatorem discordat in aliquo ab Instrumento
erectionis Beneficii factæ ab Ordinario, tali casu non
attenditur dispositio Fundatoris, sed sola erectio Or-
dinarii, ea ratione, quod Juspatronatus non crea-
tur ex dispositione Fundatoris Laici, sed ex consen-
su Ordinarii, ad quem solum pertinet admittere,
& create Juspatronatus, quod tanquam Spirituale,
seu Spiritualitati annexum, ex solo consensu Episco-
pi reducitur adesse, ut tradit Lambertin. *de Jurepa-
tr. lib. 1. artic. 5. quæst. 2. num.* 2. Lotter. *de re benef.
lib. 1. q. 32. num.* 4. Rot. *decis.* 316. *num. 29. part.* 10.
& decis. 107. *numer. 2. part. 11. recent.* & in terminis
individualibus probat Ripa *respons. tom. 2. respons. 6.
num.* 8 ubi firmat in concursu Testamenti discordan-
tis ab erectione Ordinarii prævalere legem erectio-
nis, & eam tantum esse attendendam, & late fir-
matum fuit me scribente *in Asten Prioratus super
Pertinentia* 7. *Decembris* 1708. §. *Vis igitur*, *&* 20.
Martii 1709. §. *Quomvis enim*, *coram Rev P. Al-
dovrando*. Ubi quod attendenda non est testamen-
taria dispositio Fundatoris, sed lex illa, quæ fuit
approbata ab Ordinario in Instrumento Erectionis Be-
neficii, & reservationis Jurispatronatus, idemque
decisum fuit *in Mediolanen. Jurispatronatus* 21. *Fe-
br.* 1707. §. *Et ex hoc*, *coram R. P. D. Scotto*, *&
in Vaden. Canonicatus* 30. *Junii* 1704. §. *Enim vero*,
coram Reverendiss. D. Mulines Decano, *& in Luca-
na beneficii* 26. *Junii* 1709. §. *Insuper*, *coram R. P.
D. Falconerio*, *& in Senogallien. Canonicatus de Lu-
chis* 23. *Junii* 1710. §. *Minime relevante*, *coram R.
P. D. Aldovrando*, *& in Faventina Jurispatron.*
12. *Maii* 1710. §. *Maxime*, *coram R. P. D. An-
saldo*.

Non relevante, quod Ordinarius nequeat recede-
re ab his qualitatibus, modis, & personis, quas ex-
pressit Fundator in suo Testamento, sive Instrumen-
to dotationis; hæc enim exceptio respicit petito-
rium, ubi inquiritur quid Ordinarius facere debuis-
set; sed in possessorio, in quo sumus, attendi de-
bet quod factum fuit, non quod fieri debuit, &
consequenter debemus regulare Juspatronatus eo mo-
do, quo illud reperimus creatum, & reservatum ab
Ordinario, sine ulla penitus alteratione; quia solus
consensus Ordinarii est causa efficiens Jurispatrona- 3
tus, idque donec in petitorio per tres conformes e-
rectio facta ab Ordinario rescindatur, aut reforme-
tur, ut in puncto respondit Rot. *in dict. Prioratus
super Pertinentia* 11. *Junii* 1708. §. *Non attenta*, *co-
ram R. P. D. Lancetta*, *&* 7. *Decembris* 1708. §. *Ni-
hilque refert*, *&* 20 *Martii* 1709. §. *Quamvis*, *in fin.
coram R. P. D. Aldrovando*, *& in Mediolanen. Jurisp-
atr. super exemtione Litterarum* 21. *Febr.* 1707. §. *Nec
relevare*, *coram Reverendissim. Pat. Dom. Scotto*, *&
in Senogallien. Canonicatus de Luchis* 25. *Januar.* 1709.
§. *Nullanque*, *coram Rever. P. D Lancetta*, *&* 3.
Junii 1710. §. *Inutiliterque*, *coram Rev. P. D. Aldro-
vando*.

Verum bene examinato etiam ipso Instrumento dotationis facto per Fundatorem, crederem sine dubio ejus verba non præseferre aliud Juspatronatus, quam mere, & simpliciter gentilitium, nec ideo discordare ab expressa ab Ordinario in Instrumento erectionis; Etenim in dicto Instrumento dotationis leguntur hæc verba = *Pacto enim speciali apposito*

quod

quod Jus nominandi, &c. in perpetuum spectet, & pertineat ad ipsum D. Vincentium donec vixerit, & deinde ad ejus filios, & descendentes in infinitum = Quæ quidem verba ad unguem concordant cum illis appositis ab Ordinario in Instrumento erectionis Cappellaniæ; & hæc, quemadmodum superius probavi, præseferunt Juspatronatus mere gentilitium.

Nec relevare puto illam mentionem *hæredum*, quæ
4 legitur facta per Fundatorem, quippe eorum mentio nullatenus respicit reservationem Jurispatronatus, sed cadit super Constitutione dotis, pro qua Fundator obligabat se ipsum, suosque hæredes, imponendo super ejus bonis annuam responsionem scutorum 12. assignatam Cappellaniæ in dotem. Nihil ergo commune habet inter se obligatio pro dote beneficii cum reservatione Jurispatronatus; nam dos necessario constitui debet de bonis Fundatoris, & pro illa per necesse obligantur etiam hæredes illius, quibus merito data fuit facultas redimendi annuam responsionem pro dote assignatam; sed rogo quam connexionem habet obligatio pro dote cum Jurepatronatus? Ego centum Fundationes vidi, in quibus Fundator obligavit pro dote beneficii se ipsum, suaque bona, & hæredes, & tamen reservavit Juspatronatus gentilitium Personis extraneis, & non hæredibus Fundatoris; Unde non tenet ista consequentia, Fundator, fecit mentionem hæredum pro eis obligandi ad dotem Beneficii, ergo Juspatronatus reservatum simpliciter pro filiis, & descendentibus, assumit etiam mixturam qualitatis hæreditariæ; quia secundum omnes Doctores, qualitas hæreditaria debet esse adjecta in ipsa reservatione Jurispatronatus, non in aliis diversis, ut videre est apud Paris. *cons.* 38. *numer.* 9. *lib.* 4. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 24. *numer.* 6. Tondut. *quæst. Benef. part.* 3. *capit.* 157. *num.* 17. & 19. Rot. *coram Emerix Jun. decis.* 444. *n.* 6. & 7. Et in similibus terminis advertit Natta *consil.* 531. *numer.* 18. *vers. nec obstante*, & *num.* 19.

Immo evidentissime retorquetur, mentio hæredum
5 facta in Instrumento dotationis, quia nempe Fundator pro obligatione ad dotem Cappellaniæ, ubi voluit intelligere de hæredibus, id expressit; in reservatione autem Jurispatronatus, ubi non intellexit de hæredibus, omisit eorum mentionem, & dixit = *pactu tamen speciali apposito, quod Jus nominandi pertineat ad filios, & descendentes* = quæ quidem discretiva in uno, eodemque Instrumento minus aperte ostendit, quod mentio hæredum fuit exclusa per Fundatorem ab ipso Jurepatronatus, ut in specie Palma Nepos *alleg.* 167. *numer.* 48. *vers.* 1. & *num.* 49. eoque magis cum illa verba = *pactu tamen* = sint adversativa præcedentibus, & pactum reddant omnino separatum, & diversum ab antecedentes expressis *L. ita tamen, ff. ad Trebell.* Alexand. *cons.* 9. *num.* 4. *lib.* 7. Rot. *decis.* 75. 4. *part.* 1. *recent.* & *coram Gregor. decis.* 85. *num.* 9. Barbos. *diction.* 401. *num.* 2. Priol. *dec.* 69. *num.* 13.

Prout etiam non facit ad rem quidquid expressit Fundator in suo Testamento post plures annos a die erecti Beneficii, quod nempe = *siano obbligati li eredi far dire un' Officio di quattro Messe l' anno* = hoc enim est merum onus Missarum, quæ non pertinent ad Cappellaniam, & Cappellanum, neque ad Reservatarios Jurispatronatus, ideoque expressio hæredum facta pro hoc onere regulariter infixo humeris hæredum nihil infert ad Cappellaniam, & Patronos jam constitutos longa ante in Instrumento dotationis, & erectionis, ut bene Rot. *coram Emerix. jun. decis.* 56. *numer.* 16. Ulterius quando etiam ex ista mentione hæredum deduci velit aliqua conjectura pro Personis nominatis ad Juspatronatus, semper urget fatalis responsio, quod ubi
6 Fundator in dispositiva solum fecit mentionem de filiis, & descendentibus, expressio hæredum undecunque desumatur, semper intelligitur de hæredibus sanguinis, non autem bonorum, ut late discusso articulo firmatum fuit in dicta *Mediolanen. Prioratus super qualitate Agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Minus relevat*, *coram Rev. P. D. Scotto*, & *super Mixtura*, & *Filiisfamilia* 15. *Junii* 1705. §. *absque eo, quod coram R. P. D. Priolo* & 29. *Januar.* 1706. §. *Si quidem*, *coram Rev. P. D. Caffarellu*; in quibus Decisionibus Me scribente editis disputatus fuit hic punctus individualis, an Juspatronatus esset mere gentilitium, vel mixtum, & fuit resolutum per tres conformes pro qualitate simpliciter gentilitia non obstante verbo *Successores*, adjecto post verbum *Descendentes*.

Quodque Juspatronatus sit mere gentilitium probat declarative superius memorata erectio facta ab Ordinario, ubi nulla mentio facta est de hæredibus, quod ponit in claris Fundatorem non respexisse nisi ad sanguinem suum, dum dicta erectio fuit facta ipso vivente, & supplicante, & per necesse debuit esse visa, lecta, & approbata ab ipso, alias enim si illa non fuisset suæ menti conformis, utique reclamasset, seu eam reformari, & suppleri curasset, & proinde eo magis attendenda venit erectio Ordinarii tanquam declarativa intentionis Fundatoris, ut firmavit Rot. *in Interamnen. jurispatrun.* 10. *Decembris* 1706. §. *final. coram Rev. P. D. Scuttu*, & 5. *Martii* 1709. §. *Tolliturque*, *coram Rev. P. D. Polignac.*

Firmato ex prædictis quod agatur de Jurepatronatus mere gentilitio, & sine ulla mixtura qualitatis hæreditariæ consequens est, quod illud pro medietate pertineat ad Mariam Filiam Fundatoris, & pro alia medietate ad Annam Ritam, ex quo istæ tantum supersunt ex Descendentibus Fundatoris juxta opinionem hodie amplius non controversam, 7
quod in Jurepatronatus Gentilitio etiam fœminæ comprehenduntur per posterius, seu in defectum masculorum, ut plene Ego scripsi *Discept. Eccles.* 26. *num.* 1. & *in Parergon. numer.* 60. *in fin.* Rot. *in Comen. Cappellania* 4. *Maii* 1703. §. *sublata*, *cor. Rev. P. D. Priolo*, & *in Lucana Beneficii* 13. *Junii* 1701. §. *prædictaque*, *coram bon. mem. Muto*, & *in Romana Cappellania* 25. *Novembris* 1705. §. *quoniam*, *coram Rev. P. D. Ansaldo*, & *in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januar.* 1707. §. *quatenus*, *coram Rev. P. D. Kaunitz*, & *in Romana Cappellania S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *quod si fœmina*, *coram R. P. D. Ansaldo*.

Neque obstare potest exclusio Mariæ ab hæredita-
te, & statutum exclusivum fœminarum, dum u- 8
trunque procedit in Jurepatronatus mere hæreditario, seu annexo hæreditati, secus autem in gentilitio quod defertur Jure sanguinis, & ex mera Institutoris præordinatione, ut dixi *Discept. Eccles.* 4. *n.* 16. Rot. *in Mantuana Beneficii* 3. *Junii* 1689. §. *nec habitualis*, *coram Ursino*, & novissime *in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *qualitas*, *coram R. P. D. Kaunitz.* Ac etiam quia hujusmodi statuta exclusiva fœminarum propter masculos, ubi etiam ex præsumpta mente Fundatoris intrare valeant in Jurepatronatus, quod defertur jure sanguinis, adhuc tamen intelligi debent in concursu masculorum cum fœminis, seu quamdiu supersunt masculi, secus autem quando res agitur inter duas fœminas succedentes per posterius in defectum masculorum, ut est casus noster, ut in puncto Rot. *in dicta Balneoregien. Beneficii* 21. *Januar.* 1707. *dicto* §. *Qualitas*, *coram R. P. D. Kaunitz*, quæ decisio loquitur in fortioribus terminis etiam Jurispatronatus mixti.

Ut ostendam, quod in principio firmavi, controversum Juspatronatus sine principio dubitandi esse simpliciter, ac mere gentilitium, non autem hæreditarium, aut mixtum in illis verbis = *Ad favorem filiorum*, & *descendentium ipsius Vincentii in perpetuum*, & *in infinitum* = præmittere oportet, quod
Juspatronatus appellatur gentilitium a vocabulo *Gens*, 9
& *Gentiles*, quales dicuntur illi, qui sunt ejusdem parentelæ, ut ait Rebuff. *in leg. sæpe* 53. *ff. de verb. signific.* §. *Nec ergo*, ibi = *Et gentiles vulgo dicantur ejusdem gentis, vel ejusdem parentela* = & nomine Gentilium significari Cognatos, sit Gloss. *in dict. l. sæpe in verb. nam cum dicitur*, Alberic. *in Dictionar. in verb. Gentiles*; & talem denominationem sortitur ad significandum, quod illud defertur Jure sanguinis, seu Consanguinitatis, itaut succedere ha-

bens

bena habere debeat hanc solam qualitatem sanguinis ex persona propria ad differentiam Jurispatronatus hæreditarii, quod nullo modo defertur jure sanguinis, sed est annexum hæreditati, & bonis, itaut deferatur ad solos hæredes bonorum.

10 Hoc Juspatronatus gentilitium consistit in duplici specie, una scilicet *stricto*, & altera *largo modo* sumpta. Prima autem species prædicatur in Jurepatronatus familiari, & agnatitio, ubi nempe vocati fuerunt Agnati de Domo, Familia, seu Casata; quo casu non sufficit esse de sanguine, qui verificatur tam per Agnationem, quam per cognationem, sed necessarium est habere sanguinem agnatitium, & cognomen domus, seu familiæ; Altera vero species prædicatur Jurepatronatus simpliciter gentilitio, ubi nempe vocati fuerunt Descendentes, Posteri, Conjuncti, Consanguinei, Parentes, seu Proximiores, quo casu non requiritur sanguis agnatitius, sed comprehenduntur omnes sive per Agnationem, sive per Cognationem descendentes, includendo fœminas, & masculos ab eis provenientes, ita in puncto utramque speciem distinguunt Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 60. *num.* 30. *& disc.* 22. *num.* 10. Carol. Anton. de Luc. *de linea legal. artic.* 23. *num.* 11. *vers. verius est*, Rot. *decis.* 503. *num.* 8. *part.* 18. *tom.* 2. *& in Mediolan. Præpositura* 3. *Martii* 1704. §. *Quoties*, *coram R. P. D. Ansaldo*, *& in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januar.* 1707. §. *præipse in fin. coram R. P. D. Kaunitz*, & plene Ego scripsi *in Parergon. ad discept. Eccles. n.* 60. *vers. sed hæc conjectura.*

His præmissis non dico, nec unquam dixi, quod controversum Juspatronatus sit numerandum in prima specie, seu tanquam gentilitium stricto modo, ubi necessaria est vocatio *Masculorum*, *Agnationis*, *Familiæ*, *& Domus*, in quo casu loquuntur Doctrinæ in contrarium allegatæ requirentes ad hunc effectum qualitatem agnatitiam exclusivam fœminarum, & Cognatorum, qualis est auctoritas Rotæ *dec.* 275. *num.* 4. *& seqq. part.* 7. *recent.* Sed dico Juspatronatus
11 esse gentilitium de secunda specie largo modo sumpta, ubi non requiritur qualitas agnatitia, aut familiaris, sed sufficit qualitas sanguinis descendentalis etiam per Cognationem comprehendendo fœminas earumque descendentes, cum non valeat hoc argumentum, quod nempe Juspatronatus non sit agnatitium, ergo reputari debeat hæreditarium, aut mixtum, quia datur quid medium verificabile in Jurepatronatus mere gentilitio simpliciter directo ad sanguinem descendentalem comprehensive ad fœminas, etiam si istæ non sint hæredes, ut in puncto contrarias auctoritates explicat Tondut *quæst. benef part.* 3. *cap.* 157. *num.* 20. ibi = *Quia etiamsi Juspatronatus non sit agnatitium, non tamen ex eo infertur esse hæreditarium, &c. quia sæpe Fundatores ad solam descendentiam respectum habent, quæ tam Mares, quam fœminas comprehendit etiam in hac materia, itaut promiscue fœminæ admittantur salva gradus prærogativa, quamvis fœminæ non sint hæredes.* =

Nunc autem probo, quod Juspatronatus reservatum pro *Filiis*, *& Descendentibus*, simpliciter sit mere gentilitium ex communi opinione omnium Doctorum, & Sacræ Rotæ, quæ rem istam ponunt in statu evidentiæ absque ulteriori ratione dubitandi. Et quidem numerando Doctores ita dicit Bald. *consil.* 373. *numer.* 4. *in fin. lib.* 1. ibi = *Inspecta dispositione Testamenti, quod facit mentionem de Descendentibus, & non dicit de hæredibus istud Jus, de quo quæritur, descendit in Descendentes, non tanquam in hæredes bonorum, sed sanguinis, unde non est de Universitate hæreditatis, sed speciali jure descensionis, si igitur est jus hæreditarium, ergo non transit cum Universitate hæreditatis; nam cum de jurepatronatus sit facta dispositio in Descendentes specialiter, & per se non transit in hæredes Presbyteri, &c. quod si dictus Presbyter instituisset alios hæredes, quam Descendentes, dato quod illi hæredes haberent Universitatem non tamen habent patronatum* = Tondut. *quæst. benef. part.* 1. *cap* 32. *num.* 19. *vers. devenendo*, ibi = *Censui juspatronatus, de quo agebatur, esse gentilitium, cum in eo Testator expresse descendentes vocaverit* = Carol. Anton. de Luc. *de linea legal. artic.* 33. *numer.* 10. ibi = *Quando vocantur Descendentes simpliciter quod judicari debeat gentilitium, &c. & ita dicendum puto licet Doctores, ut dixi confundant, vel potius gentilitium usurpent pro agnatitio* = *Et in observ. ad* Gratian. *discept.* 577. *numer.* 13. Alphons. de Leon. *de Offic. Cappel. quæst.* 4. *prax.* 3. *numer.* 81. ibi = *Nota quia etiam si quando vocantur descendentes, & successores juspatronatus judicatur hæreditarium, tamen quando vocantur Descendentes, simpliciter judicari debet gentilitium*, = R. P. D. Ansald. *in annot. ad decis.* 52. *numer.* 23. Advocatus Morettus *in ejus consultatione impressa apud* Vivian. *de jurepatr. lib.* 14. *post. capital.* 2. *numero* 50.

Immo ipse etiam *Ancharan.* in ejus celeberrimo *consil.* 81. ex quo communis Schola Doctorum recepit theoricam illam omnibus vulgatam, quod Juspatronatus gentilitium in ultimo vocato fit hæreditarium, ut apud Rot. *coram Priol. decis.* 318. *num.* 1. casum Jurispatronatus gentilitii figurat quando Fundator dixerat = *Juspatronatus pertinere ad Joannem ejus filium, & alios Descendentes ab eo* = ut legere est *dict. cons.* 81. *num.* 1. Successive autem determinat, quod Juspatronatus esset gentilitium dicendo *sub numer.* 3. quod Fundator = *De descendentibus mentionem fecit, quia voluit eis pinguius providere, ut dictum jus transiret ad eos etiam non hæredes Joannis ex prædicta sua Ordinatione* =

Et omissis aliis Doctoribus ita perpetuo semper tenuit Sacræ Rotæ Tribunal in omnibus Casibus, ubi agebatur de Jurepatronatus reservato favore Descendentium simpliciter.

Primo enim hoc firmavit, *coram Buratt. dec.* 103. *numer.* 21. ibi = *Nam quamvis Juspatronatus pro Descendentibus simpliciter reservatum, transeat finita descendentia ad hæredes extraneos, & ita videatur esse hæreditarium, attamen ea durante nihil impedit, quin interim pro mere gentilitio reputari debeat* = repetita apud Vivian. *de jurepatron. decis.* 41. *numer.* 19.

Secundo, hoc ipsum legitur, *coram Bich. dec.* 553. *num.* 5. ibi = *Juspatronatus tanquam reservatum pro Descendentibus, & linea Fundatoris sit gentilitium* =

Tertio *in rec. decis.* 254. *num.* 13. *part.* 11. ibi = *Concessit pro se, ac Descendentibus suis videlicet sanguinis, ac consequenter gentilitium patronatum in eadem rata constituit.* =

Quarto *coram Duran. dec.* 122. *n.* 1. ibi = *Hoc juspatronatus esse gentilitium, ex quo Bulla cautat pro Descendentibus Dominorum Fratrum.* =

Quinto, novissime me scribente *in Mediolanen. Præpositura* 23. *Januar.* 1705. §. *ejusdemque*, *coram Reverendiss. D. Molines Decano*, ibi = *Reservatum legitur juspatronatus Francisco, & Guidoni de Vicecomitibus, eorumque Descendentibus in perpetuum, ac proinde cum concessio jurispatronatus specifice, & limitate referatur ad Personas qualitatem descendentiæ, & sanguinis habentes, &c. evincitur qualitas familiaris, & gentilitia ejusdem jurispatronatus.* =

Sexto, idem decisum fuit *in Parmen. jurispatr.* 5. *Aprilis* 1683. §. *ratio resolutionis*, *coram bon. mem. Ursino.*

Septimo demum, hæc opinio retenta fuit *in decis.* 482. *num.* 6. *part.* 1. *& decis.* 667. *num.* 12. *part.* 18. *& in Celsonen. beneficii* 29. *Febr.* 1702. §. *Respectu*, *coram bon. mem. Muto*; & in aliis causis, ubi Ego scripsi per S. Rotam decisa.

Et ut dixi, & recepto iste casus non habet difficultatem, quæ sola insurgeret, quando Lex Fundationis diceret = *Pro Descendentibus, & hæredibus, seu successoribus*, = quo casu juxta deducta per Fusar. *de substit. quæst.* 340. *num.* 1. *& seqq.* difficilis, & acerrima est quæstio inter Doctores an illud verbum = *Successoribus*, vel *hæredibus*, = intelligatur pro hæredibus sanguinis, vel bonorum. Primam partem pro hæredibus sanguinis affirmant Rot. *decis.* 515. *n.*

33. *part.*

33. *part.* 14. *recent.*, *& coram Cels. dec.* 106. *num.* 10. Rocc. *disput. jur. cap.* 193. *num.* 10. Rot. *dec.* 254. *num.* 9. *part.* 11. *& in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & Filiisfamilias* 15. *Junii* 1705. §. *Absque eo, quod coram R. P. D. Priolo*. Alteram vero partem ex opposito sustinentibus Card. de Luc. *de jurepat. disc.* 24. *num.* 6. Tondut. *quæst. benef. part.* 3. *cap.* 157. *num.* 19. Buratt. *dec.* 679. *num.* 5. *& in recent. decis.* 267. *num.* 3. *&* 6. *part.* 6. in qua quæstione si post verbum = *hæredibus* = adjecta fuerit qualitas masculinitatis induci mixturam Jurispatronatus, tenuit Rot. *decis.* 274. *n.* 13. *part.* 11. *recent.* prout etiam induci si dictum fuisset = *hæredibus ex eo, vel ex ejus corpore legitime descendentibus* = ut censuit Rot. *in Romana, seu Parmen. Jurispatronatus* 13. *Decembris* 1700. §. *Contrariis, coram Reverendissimo D. Molines Decano*.

Ratio prædictæ conclusionis est, quod Juspatronatus nunquam esse potest mixtum, quando nulla fit mentio qualitatis hæreditariæ, sed tantum filiationis, & descendentiæ, ut ait Rot. *in dicta Mediolanen. Præpositura, ubi supra*, eoque minus potest esse hæreditarium, dum hoc modo transiret ad hæredes extraneos in præjudicium descendentium Jure proprio vocatorum, ita, & taliter quod nullatenus verificaretur vocatio descendentium, ut ait Rot. *dec.* 112. *num.* 10. *part.* 6. *rec.* quando tamen hoc est elementare principium in hac materia deduci solitum, quod
33 vocatis descendentibus, in extraneos fieri non valet alienatio, prout fieri valet in Jurepatronatus hæreditario. Rot. *decis.* 151. *num.* 18. *post* Vivian. *de jurepatr. & decis.* 267. *num.* 6. *part.* 6. *recent. & in Fossanen. jurispat.* 14. *Decembris* 1703. §. *postea, coram clar. mem. Card. Caprara, & in Tridentina Jurispatron.* 26. *Martii* 1703. §. *Respectu, cor. R. P. D. Scotto*.

Idemque absurdum contingeret si Juspatronatus judicandum esset mixtum, dum propter characterem hæreditarium non posset successor revocare alienationem factam in extraneum; quod sane esset contravenire Legi Fundationis reservantis Juspatronatus pro Descendentibus in perpetuum, ut in puncto Jurisparinnatus mixti, Ruin *cons.* 108. *num.* 11. *lib.* 5. Peregr. *cons.* 34. *sub num.* 23. *lib.* 1. Palm. Nepos *alleg.* 159. *sub num.* 22. *vers. unde quæritur, & alleg.* 165. *num.* 3.

Et adeo vera est conclusio, ut etiam in aliis materiis, si vocati appareant descendentes, isti admittuntur etiamsi nullam habeant qualitatem hæreditariam, ut firmat Fusar. *de substitut. quæst.* 318. *num.* 1. ibi = *Descendentes ad Fideicommissum sunt vocati, dubitatur, an si non sint hæredes admittantur, & dicendum est admitti* =; immo potissima conje-
34 ctura ad inferendum Juspatronatus hæreditarium consistit quando nulla de descendentibus facta fuit mentio, ut ait Tondut. *quæst. benef. part.* 1. *cap.* 118. *num.* 14. & per contrarium conjectura ad inferendum Juspatronatus gentilitium consistit quando habita fuit mentio descendentiæ, ut probant plures auctoritates apud me relatæ *discept. Eccles.* 33. *numer.* 11. *part.* 2.

Non obstant auctoritates in contrarium, & quidem omitti poterat doctrina Gratian. *discept.* 577. *num.* 45. hic enim Doctor fuit expresse reprobatus per Carol. Anton. de Luca *in animad. ad dict. discept.* 577. *num.* 13. quo vero ad auctoritatem Covar. *var. resol. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 6. *&* 7. ultra quod etiam ipse reprobatur per Carol. Anton. de Luc. *ubi proxime*; respondeo, quod ipse loquitur in diversis terminis, quando Juspatronatus fuit acquisitum pro Filiis, & successoribus, ut respondet Roc. *in Florentina jurispatronatus de Rivarolis, coram Lancelloto impressa apud* Vivian. *de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *in fin.* §. *Præterea*. Peregrin. *cons.* 33. *numer.* 9. *libr.* 1. qui errare fecit Gratian. *ubi supra*, movetur ex Theorica Bartol. *in l. Si tibi* §. *Si pactus, ff. de pact.* quæ est omnino inapplicabilis ad rem nostram, dum loquitur quando facta fuit donatio Patri recipienti, seu stipulanti pro se, Filiis, & Descendentibus, ubi censetur stipulatum pro Filiis, & Descendentibus, uti hæredibus, ex quo isti directe non vocantur a Donante; in casu autem nostro Filii, & Descendentes directe vocati fuerunt per Fundatorem ex persona propria, & per consequens Juspatronatus acquisiverunt uti Filii, & Descendentes, non uti hæredes; Rot. *decis.* 539. *num.* 1. *& seqq. part.* 14. *rec.* Rocca *disput.* 107. *n.* 1. *& seqq.*

Vivian. *de Jurepatr.* non dixit ullum verbum de hac conclusione, sed registrat tantum verba Decisionis in dicta *Florentina Jurispatron. de Rivarolis apud ipsum, ubi supra*, quæ decisio licet deducat primo loco objecto Partis *in* §. *ad quintum*, qui locus ex adverso allegatur; attamen legi debebat resolutio Rotæ inferius posita, ubi reprobatur objectum *in* §. *postremo*, quod attinet ad auctoritatem Rotæ *decis.* 275. *part.* 7. *recent.* jam supra dixi, quod non applicatur, quia solum firmat, ut Juspatronatus reservatum pro descendentibus non sit agnatitium, non autem quod exinde sequatur ut sit hæreditarium, juxta explicationem superius datam cum duplici specie Jurispatronatus gentilitii, & advertit Tondut. *resol. benefic. part.* 3. *capit.* 157. *numero* 20.

Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 1. *num.* 22. tractat quæstionem omnino diversam, an de Jure communi Jurispatronatus sit transitorium ad hæredes extraneos, non autem ad solos hæredes sanguinis, & concludit esse transitorium ad hæredes extraneos, respondendo ad Text. *in can. Filiis* 16. *quæst.* 7. quod non loquitur de Filiis uti Filiis, sed uti hæredibus, dum Textus prædictus post factam mentionem de Filiis exprimit etiam hæredes, ut ex lectura, quæ opinio nihil facit ad casum, quia non prætenditur, quod Juspatronatus sit gentilitium de Jure communi Sacrorum Canonum, qui loquuntur de Filiis hæredibus, sed ex Lege Fundationis restricta ad Descendentes, & sic hæredes sanguinis, quo casu se limitat Lambertin. *libr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 2. *numer.* 1. *& seqq. & art.* 4. *numer.* 6. Quicquid autem addit idem Lambertin. *ubi supra artic.* 6. *numer.* 6. *& seqq.* quando scilicet fuit reservatum Juspatronatus Filiis, & Descendentibus sine dictione taxativa *tantum*; nescio quam connexionem habeat cum præsenti casu, cum eo loco *Lambertin.* loquatur in diversa quæstione, an Fundator post reservatum Juspatronatus favore Filiorum possit in vita, vel in morte disponere de illo diverso modo in præjudicium Filiorum, qui affirmativam amplectitur opinionem, quæ tamen opinio est solemniter reprobata per Doctores, ut videre est apud Cardin. de Luca *de Jurepatr. disc.* 60. *n.* 18. *& seqq.* & apud me *discept. Eccles.* 19. *n.* 8.

Denique Palma Nepos *alleg.* 159. *num.* 23. mirabiliter retorquetur. Etenim iste Auctor in fine ejusdem Allegationis fatetur tam ibi deducta, quam in sequentibus Allegationibus 160. 161. 162. 163. 164. 165. & 166. esse simplices informationes Advocatorum in quadam Causa beneficiali, quam dicit fuisse judicatam de ejus voto per Ordinarium certæ Ecclesiæ Collegiatæ in foro Lucano, cujus sententóa, seu votum decisivum registratur in *allegat.* 167. ideoque licet Advocatus unius ex colligantibus in dicta *allegat.* 159. *num.* 23. deduxerit conclusionem, quod Juspatronatus reservatum pro Filiis, & Descendentibus, intelligitur pro illis uti hæredibus, attamen succubuit in Causa, & contrarium fuit judicatum, ut in Voto impresso in *dicta alleg.* 167. *n.* 41. *&* 45. *vers. licet, & num.* 55. *& seqq.* ubi dictum fuit prædictam conclusionem non esse veram, & ex sui natura verbum; *Descendentibus*, non includere qualitatem hæreditariam.

Si hæc omnia procedunt quando simpliciter Fundatio cantatur pro Descendentibus, juxta casum hactenus disputatum, eo magis locum habebunt, quando illud fuit reservatum = *Pro Filiis, & Descendentibus Fundatoris in perpetuum, & in infinitum*, = quæ clausula perpetuitatis, & infinitatis dat intelligere Juspatronatus nequaquam annexum hæreditati, & bonis, sed gentilitium descendentale Jure sanguinis de grado in gradum, ut bene conclu-

dit

di Carol. Anton. de Luc. *respons. lineal.* 4. *num.* 11. *&* 12. Tondut. *quæst. benef. part.* 3. *dict. cap.* 157. *num.* 20. *vers. quamvis*, *& vers. maxime*, *& p.* 1. *cap.* 32. *n.* 5.

Hæc sufficiunt absque necessitate discutiendi cum supposito, quod Juspatronatus sit mixtum, etenim hæc mixtura non potest desumi ex verbo *Descendentibus*, jam examinato, nec ex verbis Testamenti, ubi non fuerunt expressi hæredes respective ad Juspatronatus sed ad onus diversum, nec minus ex Instrumento Fundationis, ubi injunctum fuit hæredibus onus dotis, quod nihil influit ad reservationem Jurispatronatus discretive assignati Filiis, & Descendentibus simpliciter, & dixi *supra numer.* 4. *&* 5. & in specie advertit Natta *consil.* 531. *num.* 18. *versic. nec obstat*, *& numer.* 19. Verum figurando hoc erroneum suppositum Jurispatronatus mixti adhuc Maria filia Fundatoris succedit pro medietate in hoc Jurepatronatus, dum qualitas hæredita-
16 ria in Jurepatronatus mixto non requiritur in actu, sed sufficit quod ea concurrat in potentia, quod nempe Maria fuerit capax succedendi si Fundator, vel ultimus alium hæredem non instituisset, juxta auctoritates apud Me allegatas *Discept. Eccl.* 4. *n.* 4. Rot. *in Mantuana beneficii* 3. *Junii* 1689. §. *Quia ad effectum*, *coram bon. mem. Ursino impressa apud* Me *Discept. Eccl.* 15. *num.* 29. *& in Balneoregien. beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *Qualitas*, *coram R. P. D. Kaunitz.*

Nihil obstante, quod non requiratur qualitas hæreditaria ultimi, sed bene necessaria sit illa Fundatoris; hoc enim non subsistit in jure, quia potest quis succedere in Jurepatronatus mixto, quamvis non sit hæres actualis Fundatoris, ut ait Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 30. *num.* 3. *&* 4. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *n.* 48. Palma Nepos *alleg.* 10. *n.* 29. cum aliis apud me relatis *Discept. Eccles.* 4. *num.* 4. Quibus non obstat prætensa observantia in contrarium; hæc enim deduci non potest ex quo vacante beneficio per obitum primi Rectoris Maria non præsentaverit, dum in locis, ubi vigent statuta exclusiva fœminarum propter masculos ex præsumpta mente Fundatoris de se conformando cum illis in Jurepatronatus reservato Descendentibus simpliciter semper intelligitur, ut præferri debeat masculus, & solum per posterius fœmina admittatur, Tondut. *q. benef. part.* 3. *cap.* 157. *sub num.* 36. *vers. sexto*, quicquid secus deficientibus statutis, quo casu appellatione Descendentium æqualiter præsentare valent masculi, & fœminæ, ut in *dec.* 806. *num.* 5. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Neque applicatur Card. de Luc. *de fideic. disc.* 158. *sub n.* 3. ubi quod in concursu eorum, qui habent u-
17 tramque qualitatem sanguinis, & rei familiaris admittitur, qui habet utramque respective ad alterum, qui habet primam tantum sanguinis; hæc enim Doctrina procedit in Fideicommissis, quæ licet æquiparentur Jurispatronatus, tamen æquiparatio non est universalis, & signanter discordat, & differt in hac
18 circumstantia, quod nempe qualitas hæreditaria in Fideicommissis requiritur in actu, nec sufficit habitualis, & in potentia, prout sufficit in Jurepatronatus mixto ex doctrinis proxime allegatis. Rot. *in Romana beneficiatus S. Laurentii in Damaso impress. apud* Me *Discept. Eccles.* 4. *num.* 24. *&* 25. Sed Juspatronatus tali casu æquiparationem sumit a Feudo mixto, ubi sufficit qualitas hæreditaria habitualis, ut per Rot. *in Parmen. Jurispatronat.* 13. *Decembris* 1700. §. *Ex his*, *coram Reverend. D. Molines Decano*, & apud Me *Discept. Eccles.* 4. *sub num.* 16. & propterea nihil refert, an qualitas hæreditaria sit in actu, vel habitu, ut in Jurepatronatus mixto plene sunt Decisiones Rotales; ex quibus omnibus repeto Casum istum non habere difficultatem, & esse exequendas Literas præsentati per Mariam, & juxta prædicta in acerrimo Contradictorio fuit judicatum ab Ac. Certo nunc Sacræ Rotæ meritissimo Auditore.

Romana Cappellaniæ.

ARGUMENTUM.

In Cappellania ad nutum amovibili, an Tutor, qui habet, seu exercet Jus nominandi possit amovere Cappellanum nominatum ab Antecessore Patrono, seu Patre Pupilli?

SUMMARIUM.

1 *Ad Tutorem administrantem hæreditatem Pupilli spectat Juspatronatus eidem hæreditati annexum. Et quare? n.* 2. *&* 14.
3 *Curator deputatus hæreditati jacenti præsentare potest.*
4 *Ex duobus præsentatis a Pupillo, & Tutore, præfertur præsentatus a Tutore si est magis idoneus.*
5 *Cujus est dare, ejus est tollere.*
6 *Tutor potest facere ea omnia, quæ potest facere Pupillus, exceptis actibus eidem Pupillo præjudicialibus.*
7 *Tutor personam Pupilli repræsentat, & numero* 17.
8 *In judicando non est recedendum a Regula, donec probetur limitatio.*
9 *Actus inutilis, qui prohibetur Tutori consistit in ea inutilitate, quæ reductive vergit in damnum Pupilli.*
10 *Actus remotionis Cappellani ad nutum amovibilis est utilis; & quare?*
11 *Tutor potest ex mera ejus voluntate removere, & deputare quoscunque Ministros, & numer.* 12.
13 *Tutor æquiparatur Procuratori.*
15 *Tutor potest præstare consensum Resignationibus beneficiorum.*
16 *Quod Lex non dicit, nec nos dicere debemus.*

ALLEGATIO XXXVIII.

PEr obitum Marchionis Pompei Azzolini, delata successione fideicommissaria clar. mem. Cardinalis de Azzolinis ad favorem Marchionis Decii filii dicti Pompei, & stante hujus infantia deputatus fuit in Tutorem Abbas Troilus Azzolinus, uti proximior Agnatus, qui comperto adesse in hæreditate Jusnominandi ad tres Cappellanias ad nutum ammovibiles in Basilica Vaticana erectas juxta dispositionem immortalis memoriæ Reginæ Svecorum ad unam ex illis, ad quam Marchio Pompeus nominaverat Illustrissimum D. Canonicum Olgiatum, prævia ejus remotione nominavit Abbatem Moschenum ipsius Troili Azzolini ex Sorore Nepotem, & consanguineum Marchionis Decii Pupilli in sexto gradu, qui usque de Mense Novembris 1707. adeptus fuit possessionem exigendo fructus, & celebrando Missas.

Introducta lite, coram R. P. D. Riccio inter supradictos Canonicum Olgiatum, & Abbatem Moschenum, prodiit favore ejusdem Moscheni mandatum de manutenendo una cum sententia absolutoria ab impetitis per eundem D. Olgiatum, in gradu autem appellationis in Rota disputato dubio super bono Jure etiam ad effectum manutentionis emanavit Decisio eidem Domini Canonico Olgiato favorabilis *sub die* 19. *Aprilis* 1609. *coram bon. mem. Caffarello.*

Dicebam ego scribens contra decisionem, quod ejus fundamentum consistebat in supposito, quod data etiam amovibilitate Cappellaniæ ad nutum Patroni successoris, adhuc amotio fieri non poterit ab ipso Tutore Patroni Pupilli, ex motivo, quod hæc facultas ratione tutelæ non competat Tutori; ex quo actus pertinentes ad exercitium Jurispatronatus,

natus, veluti dependentes a re fpirituali, nil commune habent cum tuitione Perfonæ, & adminiftratione rerum, in quibus Tutela confiftit. Sed hæc opinio apud me patitur difficultatem, quia fi veræ funt regulæ Juris, quod Tutor repræfentat perfonam Pupilli, & adminiftrat omnia ejus bona hæreditaria, utique ad ipfum pertinet exercitium Jurifpa-
1 tronatus, quod eft annexum hæreditati, qua ratione ficut ipfe adminiftrat, & percipit fructus hæreditatis, ita etiam exercere debet omnes actus, qui refpiciunt Jus præfentandi, & Patronatus eidem hæreditati annexum, ut in puncto firmat Lambertin. *de Jurepatron. libr. 2. part. 1. quæft. 2. artic. 10. numer. 1.*

2 In Jurepatronatus enim hæreditario hæc eft ratio, quare illius omnimodam exercitium pertineat ad Tutorem Pupilli minoris feptennio, quia nempe Tutor habet generalem adminiftrationem bonorum hæreditariorum, cui annexum eft Jufpatronatus, cujus exercitium cum fit fructus hæreditatis per confequens omnes Doctores concordant, quod omnes actus patronales in ipfum Tutorem transferantur, ut præter Lambertin. *ubi fupra* firmat Garz. *de benefic. part. 5. cap. 9. numer. 198. in fin. verf. nam in generali adminiftratione venit præfentatio*, Rebuff. *in tract. de nominat. quæft. 17. numer. 55. verf. nec obftat*, Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 29. numer. 7.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 5. cap. 5. num. 14.* Rot. *cor. Ubald. dec. 727. num. 2.*

3 Ex qua ratione videmus, quod Curator deputatus hæreditati jacenti præfentare poteft, ut apud Vivian. *de Jurepatron. libr. 4. cap. 5. numer. 6. & libr. 12. cap. 9. num. 44. & 45.* tranfit Jufpatronatus, ejufque exercitium in Conductorem perpetuum, immo in fequeftrum Barbof. *in cap. ex literis numer. 8. de Jurepatron.* Vivian. *lib. 6. cap. 5. num. 26. & 27.* Caftrop. *oper. moral. tom. 2. tract. 13. de benef. difput. 2. punct. 3. numer. 21. & 22.* prout etiam tranfit Jufpatronatus in Adminiftratorem generalem Univerfitatis bonorum, ut dixit Rot. *in Urbanien. Canonicatus* 20. Junii 1698. §. *Enim vero, coram bon. mem. Pio impreff. apud Me Difcept. Ecclef. 4. num. 92. & 93.*

Conclufio autem, quod in concurfu nominatorum a Tutore, & Pupillo præferatur nominatus a Pupillo, nihil commune habet cum quæftione ifta, dum procedit, quando Pupillus eft major feptennio, & præfentare poteft; noftra autem quæftio eft, quando Pupillus eft minor feptennio immo præallegata conclufio retorquetur, quia probat expreffe, quod etiam fi Pupillus exceflerit feptennium, poffit Tutor præfentare tanquam adminiftrator hæreditatis, dum prælatio inter præfentatos fupponit validitatem præfentationis utriufque præfentati; quod adeo verum eft, ut fi prius præfentat Tutor, & poftea Pu-
4 pillus, præferatur præfentatus a Tutore, fi eft magis idoneus, ut bene animadvertit Lambertin. *de Jurepatron. lib. 2. part. 3. quæft. 6. art. 1. numer. 2. & 3.* In cafu autem, quo ambo fint præfentati per Pupillum, & Tutorem, perinde eft ac fi fuiffent præfentati duo cumulative ab unico Patrono, & inter illos eft locus gratificationi, arbitrio Superioris, ut optime concludit Lambertin. *ubi fupra*, cujus opinionem veram dicit, & approbat Narbon. *de ætate anno feptimo quæft. 22. num. 17.*

Veritas hujus regulæ, quæ nullam habet difficultatem, maxime quia Tutori Judex per fententiam expreffe refervavit etiam Jura honorifica, ut eft Jufpatronatus nullatenus evitatur, dicendo, quod poffit quidem Tutor præfentare ad Beneficium vacans, non tamen poffit amovere Cappellaniam, licet agatur de Cappellania amovibili ad nutum, eo quia in cafu præfentationis ad beneficium vacans, militat ratio faciendi actum neceffarium, & utilem Pupillo, ne collatio libera devolvatur ad Superiorem, & fic fiat præjudicium Pupillo, quæ ratio non militat refpectu amotionis Cappellani, qui eft actus voluntarius inutilis, & infuper parum laudabilis, quia quælibet amotio in Ecclefia perturbationem inducit; Tutor autem poteft facere utilia, non autem inutilia, & voluntati, & foli arbitrio Pupilli refervata.

Hæc enim ratiocinia, quæ carent auctoritate fpeciali in terminis; omnino poonenda videntur ad partes, cum enim in judicando attendere debeamus illam opinionem, pro qua militat regula, donec probetur limitatio, utique regula Juris noftri eft, quod Tutor habens adminiftrationem generalem hæreditatis Pupilli, & confequenter habens exercitium Jurifpatronatus ex allegatis; ficut poteft præfentare ratione Jurifpatronatus, ita poteft omnes alios actus facere, qui pertinent ad exercitium ejufdem Jurifpatronatus, & fic poteft fine dubio in Cappellania amovibili Cappellanum ponere, & deponere, dum qui poteft inftituere, poteft deftituere, & cujus eft 5
dare, ejus eft tollere, Fagnan. *in capit. quarto numer. 40. de confuetud.* Pignatell. *tom. 9. confultat. 143. numer. 31.* Peutinger. *decif. 53. num. 85.* Priol. *decif. 104. num. 8.* Bertacchin. *de Epifc. l. 3. part. 2. numer. 24.*

Hæc eft prima regula, cui accedit altera, quod 6
nempe Tutor habet a Lege mandatum generale *cum libera*, & poteft omnia facere, quæ poffet facere ipfe Pupillus, cujus Perfonam repræfentat, excepto tantum cafu, quo agatur de actibus ipfi Pupillo præjudicialibus, ut eft alienatio bonorum, renunciatio, donatio, & fimilia, ut late probant Altograd. *conf. 67. numer. 14. & feqq. & conf. 78. num. 24. tom. 2.* Galgan. *de tutel. lib. 1. tit. 1. num. 19. & libr. 3. quæft. 1. num. 34.* Faber. *in codicem lib. 5. tit. 24. definit. 3. numer. 7.* Mandell. *conf. 205. numer. 38.* Pacion. *de locat. cap. 7. numer. 51.* Rot. *coram Cavaler. decif. 18. num. 1.* concurrente infuper alia regu- 7
la fubalterna, & pariter generali, quod Tutor perfonam Pupilli repræfentat, & in omnibus habetur loco Domini, ut docet Text. *in l. interdum*, §. *Qui tutelam ff. de furtis*, Gloff. *in l. fequitur*, §. *Si Pupilli in verb. fi Tutor, ff. de ufucap.* Efcobar. *de ratiocin. cap. 16. num. 48.* Capycius Galeott. *lib. 1. controv. 60. num. 9.* Burfat. *conf. 177. num. 29. & 30. lib. 1.* Faber. *in Codicem lib. 7. tit. 20. definit. 36. num. 5.* Pofth. *decif. Bononien. 30. num. 40.* Rot. *decif. 473. num. 1. part. 14 recent.*

Stantibus his principiis adeo claris, quæ favore Tutoris conftituunt regulam generalem, ejufque intentionem reddunt de Jure fundatam in deputando Cappellanum, amovendo, & nominando, & cætera faciendo, quæ poffet ipfe Pupillus; Dominus Canonicus Olgiatus, qui habet contra fe iftam regulam, tenetur concludenter probare limitationem, oftendendo per aliquem Doctorem fpecialem, quod Tutor poffit præfentare, & nominare; non autem Cappellanum amovibilem amovere, ad effectum præfentandi alium fibi bene vifum, quia donec probetur limitatio, nunquam in judicando recedendum 8
eft a regula, *l. ab ea parte, ff. de probat.* Cavalcan. *decif. 3. num. 18. part. 1. & decif. 20. num. 36. part. 4.* Et in terminis individualibus, quod Tutor ex auctoritate, & mandato generali fibi per legem tributo, poffit omnia facere, quæ illi in fpecie non reperiuntur a Jure prohibita, & particulariter limitata firmant Mieref. *de Majorat. part. 4. quæft. 38. num. 7. verf. & Tutor.* Palma Nepos *alleg. 249. num. 37. tom. 3.*

In præfenti nulla auctoritas immaginabilis adducitur, quæ in hoc puncto dicat Tutorem hanc facultatem non habere, fed allegantur quædam principia generalia, quæ ad rem noftram non applicantur. Supponitur enim primo, quod amovere Cappellanum fit actus inutilis, ideoque urgeat principium, quod Tutor utilia facere, inutilia autem prætermittere debeat, quod fane fuppofitum non videtur applicabile, quia actus inutiles, qui prohibentur Tutori confi- 9
ftunt in ea inutilitate, quæ reductive vergit in damnum Pupilli, ut eft quando Tutor facit melioramenta voluntaria, & fic inutiliter expendit pecunias pupilli, item tractat Pupillum magis laute, & fumptuofe, quam debeat, & fimilia facit, quæ nullam utilitatem, fed potius damnum afferunt Pupillo, in quibus terminis loquitur Roman. *conf. 413. & Montan. de Tutore* in contraria decifione adducti.

Quod

Quod nihil commune habet cum actu remotionis Cappellani ad nutum amovibilis, qui licet non sit necessarius, non tamen est actus inutilis, sed imo utilissimus ex duplici capite, tum quia hoc modo Tutor exercet Patronantiam, nomine Pupilli, removendo deputatum ab Antecessore, & ponendo alium vigore Jurispatronatus, cum non sit levis utilitas exercere actus respicientes Juspatronatus; tum etiam quia Tutor fecit remotionem Domini Canonici Olgiati extranei; ut nominaret, & poneret D. Abbatem Moschenum sibi ex Sorore Nepotem, & consanguineum Pupilli Patroni in sexto gradu, in quibus terminis dicitur gessisse prudenter negotium utile Pupillo, providendo Personam consanguineam ipsius Patroni, quæ juxta conjecturatam mentem Fundatoris dicitur volita, & prædilecta in concursu cujuslibet extranei, & Cappellaniæ ad hunc finem eriguntur, ut consanguineis provideamus, quia prima Charitas incipit a se ipso, & suis, & in hoc consistere congruentiam remotionis Cappellani, bene considerat Amostaz. *de caus. piis, libr. 3. cap. 1. sub num. 30. vers. quod secundum*, Lambertin. *de Jurepat. lib. 1. part. 1. quæst. 9. art. 14. in fin. vers. & ultra, & vers. ergo honesta*, ubi notat Cappellanias manuales ex duplici causa institui, prima, ut diligentius serviant Cappellani timore amotionis, & secunda, ut possit provideri aliquis consanguineus, removendo extraneum.

10 Cum ergo hujusmodi amotio ad effectum providendi consanguineum Tutoris, & Pupilli sit actus, qui venit ex præsumpta mente Fundatoris, immo ex præsumpta etiam mente Pupilli, qui ita fecisset, ut ejus consanguineum provideret, & hæc apud Doctores reputatur causa justa deveniendi ad amotionem Cappellani. Non bene propterea hic actus vocatur inutilis, cum nunquam sit inutile, quando Tutor gerit quidquid gerit justa impellente causa, & quicquid gessisset prudens Paterfamilias, cum sanguini nostro primam Charitatem debeamus comparative ad extraneos, quibus in manualibus nulla fit injuria, si Tutor removeat, utendo Jure suo, & actus Patronales exercendo, juxta Text. *in l. Tutor; qui tutelam 28. & l. a Tutoribus 34. ff. de administrat. & periculo Tutorum*; Gratian. *discept. 125. numer. 41.* Cosal. *cons. 674. num. 36. & seqq.* Alias enim si verum foret assumptum, quod in Manualibus Tutor non haberet amovendi potestatem, absurdissima resultaret consequentia, quod si reperiret constitutum ab Antecessore Domino, e. g. Factotem, Magistrum Domus, Computistam, vel alios hujusmodi Ministros manuales, non posset aliquem ex illis removere, immo nec quidem licentiare unum Servitorem domus, quod sane est absurdum clarum; cum hujusmodi Administratores, & Tutores possint ex mera eorum voluntate removere, & deputare quoscunque Ministros, ut
11 tradunt Bartol. in *l. decreto, ff. de Administrat. Tut.* *Cavalcan. de tutore num.* 211. Guttier. *de tutel. lib. 2. cap. 2. num.* 20. Altograd. *cons. 57. num. 11. lib. 2.* Cyriac. *controvers. 503. num. 22.* Jovius *de solemn. in contract. minor. gloss. 19. §. 3. n. 116.* Buratt. *cons. 133. n. 67. & 68. lib. 1.* ubi quod potest mutare Procuratorem, & alium deputare.

Supponitur secundo quod nequeat Tutor facere actus voluntarios; quod pariter non subsistit, cum nulla doctrina super hac generali regula adducatur, & de jure contrarium habemus determinatum, & expressum *in Can.* Puella 32. *quæst.* 2. qui Textus clare probat posse Tutores quando voluerint, & sic voluntarie revocare puellam, seu pupillam a Monasterio, irritando, & revocando ejus factum, & pariter in hoc intraret absurdum, si actus voluntarii essent Tutoribus prohibiti; non enim possent facere disdictam Inquilinis, vel affictuariis, ut aliis sibi bene visis relocarent, nec similia gerere, itaut ita large intelligendo actus voluntarios, concludendum foret, quod Tutores, nec possent ire spatiatum per vineam Pupilli: ideoque actus voluntarii intelligi debent solum de illis in Jure prohibitis prout facere donationes voluntarias, juxta Text. *in l. Tutor 33. ff. de administr. Tutor.* Cald. *in l. si Curatorem habens in verb. sine Curatore, numer.* 120. Escobar. *de ratiocin. cap. 19. numer. 1. & 2.* Gallerat. *de renunc. lib. 3. cap.*
4. numer. 21. in fin. Hinc videmus, quod Tutor po- 12
test ex mera voluntate eligere Factorem, & absque expressione causæ. Guttier. *de tutel. lib. 3. cap. 1. num.* 20. Escobar. *de ratiocin. cap. 27. sub numer.* 35. & quod magis est, potest voluntarie prorogare terminum ad redimendum, ut late probat Altograd. *cons.*
67. & 68. per tot. lib. 2. Et magis ad rem acceden- 13
do, cum Tutores æquiparentur Procuratoribus, Beniniend. *decis. 80. num.* 2. sicut Procurator, ita etiam Tutor potest unum præsentare, & postea variando alterum præsentare, ut tradit Lambertin. *de Jurepat. lib. 2. part. 2. quæst. 7. art. 17. num.* 1. ubi allegat rationem, quia potest facere Procurator, quidquid posset ipse Patronus; Vivian. *de Jurepatr. libr. 10. capit. 3. numer.* 1. Barbos. *de potest. Episc. allegat. 72. num.* 157.

Supponitur tertio, quod nequeat Tutor facere ea, quæ sunt arbitrio Pupilli reservata, allegando Text. *in l. si puella ff. de Sponsal.* Sed dispositio hujusmodi Textus, solum dicit, quod non possunt Tutores infringere Sponsalia inita per puellam, quod nihil applicatur ad casum, quia non potest Tutor dissolvere voluntatem pupillæ præsertim in matrimonio, ubi plena relinquitur libertas arbitrio Pupillæ; & sic duo concurrant obstacula, unum, casus specialis, & privilegiati, ut est Matrimonium, & alterum Contraventionis voluntati, & facto Pupillæ.

Supponitur quarto, quod in tantum Tutori permissa sit præsentatio ad beneficium vacans, in quantum actus est necessarius, ne fiat præjudicium pupillo ob devolutionem Juris ad Superiorem, ex Frideric. *de Sen. cons. 102. n.* 1. Sed hujusmodi ratio non est illa, quæ permittit Tutoribus facultatem præsentandi, sed ea ratio est, quod Tutor habet admini-
strationem generalem hæreditatis Pupilli, & per con- 14
sequens habet exercitium Jurispatronatus hæreditati annexum, ut superius explicatum est per Doctrinam Lambertini *lib. 1. part. 1. quæst. 2. art. 10. num. 1. cum aliis adductis in §. Sed hæc opinio cum seqq.* ultra aliam rationem, quod Tutor loco Domini habetur, & facere potest omnia, quæ facere posset ipse Pupillus, excepta alienatione bonorum, seu donatione, aliisque actibus præjudicialibus ex superius probatis, §. *Verum iste cum plur. seqq.*

Alias si vera foret ratio in contrarium adducta, sequeretur, quod in casu resignationis, vel Provisionis Apostolicæ ex vacatione apud Sedem cum clausula = *Accedente consensu Patronorum* = non posset Tutor dare consensum resignationi, aut provisioni, eo quia non intraret periculum devolutionis,
quod pariter est insubsistens, quia Tutor; sicut præ- 15
sentat, ita etiam consensum præstat, resignationis beneficiorum, licet iste sit actus mere voluntarius, ut admittit Rut. *in Mediolanen. Beneficiorum 2. Julii 1703. §. Sed quid plus, coram Reverendiss. D. Molilines Decano.*

Neque contradicit Auctoritas *Friderici de Senis*, quia potius contrarium aperte comprobat *dict. cons.* 102. *numer.* 1. ubi concordando cum opinione *Lambertini* dicit præsentationem spectare ad Tutorem ratione Patrimonii, & tanquam habens bonorum administrationem, & licet postea subjungat = *Alias sequeretur, quod omnes essent Pupilli, & Juspræsentandi devolveretur ad Superiorem, & sine culpa ipsorum fieret ejus præjudicium* = ut tamen reflectenti paret hæc ratio adducta fuit ex abundanti ad probandam validitatem præsentationis Tutoris ratione vitandi absurdi, sed non sequitur per hoc, quod si ista ratio non concurrat, non possit Tutor præsentare, quod nunquam intellexit *Fridericus de Senis.*

Sublatis igitur hujusmodi objectis, firma remanet regula, quod Tutor habens administrationem generalem, & loco Domini existens exercere valeat omnes actus patronales, itaut contrarium assumptum destruatur ex illo generali axiomate = *Quod Lex*
non dicit, nec nos dicere debemus = Neque enim 16
potestas Tutoris a Lege data adeo effrenate limita-

si de-

ri debet sine auctoritate, aut saltem Doctore, qui hoc dicat in puncto speciali, ad Text. *in leg. dissentientis, C. de repud. capit. illa ne Sede vacante*, Surd, *consil.* 319. *numer.* 21. *& decis.* 88. *numer.* 4. Gutier. *practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 22. *num.* 7. habenti enim auctoritatem generalem omne censetur permissum, quod non reperitur specialiter probibitum ex adductis Me scribente per Rot. *in Giennen. juris votandi* 9. *Febr.* 1705. §. *Absque eo quod, coram R. P. D. Scotto Illustrisc. Guber. Urbis*.

Minus obstat aliud assomptum, quod saltem pro remotione necessaria fuisset legitima, & necessaria causa, quando illa non sit ab ipsomet Patrono, sed ab alio, qui jus istud sibi competere prætendat; hæc enim conclusio procedit in Episcopo, qui vult removere Cappellanum amovibilem ad notum Patroni, eodem Patrono dissentiente; nil ergo commune habet iste casus cum nostro, ubi amotio facta non fuit per Tartium, seu alium quam Patronum, sed per Tutorem, quod idem est dicere, ac per ipsum Patro-
17 num, quia Tutor repræsentat personam Pupilli, & factum Tutoris dicitur factum Pupilli, seu Patroni, ut est conclusio clara, de qua Text. *in l.* 3. §. *Contractum, vers. Ego puto, ff. quibus ex caus. in possess. eatur*, Surd. *decis.* 297. *num.* 5. Cyriac. *controvers.* 563. *num.* 2. Thomat. *dec.* 80. *n.* 12. Casus iste non fuit iterum disputatus in Rota, neque ibi deducta fuerunt omnia, quæ hic scripsi, dum Abbas Moschenus concordiæ submisit caput,

Panormitana Thesaurariæ,

ARGUMENTUM,

Regula II. Cancellariæ Apostolicæ excipit Beneficia, seu Dignitates simultaneæ Collationis, & præsentationis, & an hæc exceptio procedat ubi simultanea est divisa per Turnum?

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ remanent subreptitiæ ex defectu verificationis reservationis Regulæ Secundæ.*

2 *Beneficia, & dignitates simultaneæ collationis, præsentationis, vel electionis non cadunt sub Reservatione Regulæ Secundæ.*

3 *Conturnarius in defectum alterius potest præsentare ad Beneficium.*

4 *Vicarius Capitularis habet Ius instituendi.*

5 *Iuspatronatus, & præsentatio sunt inter se diversa.*

6 *Iuspatronatus quoad proprietatem est, indivisibile, & incorporale.*

7 *Devolutio Iuris præsentandi de uno Patrono ad alium, datur ratione Indivisibilitatis Iuspatronatus quoad Proprietatem.*

8 *Devolutio de uno Patrono ad alium, in quibus casibus succedat?*

9 *Patrono donanda Ius præsentandi intelligitur donasse cumulative, non autem privative.*

10 *Observantia demonstrat quid, & quomodo fuerit ab initio concessum.*

11 *Consentire præsentationi, dicitur præsentationem facere.*

12 *Derogatio Iurispatronatus locum habet in Iurepatronatus laici, non autem Ecclesiastico.*

13 *Ius præsentandi non minus, ac Iuspatronatus est indivisibile quoad proprietatem.*

14 *Omnis actus interpretari debet factus, prout de Iure,*

ALLEGATIO XXXIX.

QUi postulant ab Advocatis consilia Juris in abstracto, occultando Speciem facti, perdunt pecunias, & se ipsos misere decipiunt; sic accidit in hac causa, ubi interrogatus ex parte Provisi Apostolici super duobus dubiis, cum primum ejus favore, alterum vero contra judicassem, placuit Requirenti transmittere in partibus quicquid scripsi super primo dubio, omissis omnibus per Me scriptis super secundo; hodie autem requisitus per Provisum ab Ordinario agnovi, quod Provisus Apostolicus nullum habet fundamentum pro obtinenda Thesauraria, de qua quæritur in præsenti.

Factum, quod nunc mihi supponitur illud est, quod de mense Novembris 1703. provisus fuit de Archiepiscopatu Panormitano Joseph Gasch, qui eodem mense constituit Procuratorem ad capiendam Ecclesiæ possessionem, obtenta post hæc executione Bullarum Apostolicarum sub die 20. Decembris 1703. supponitur, quod licet requisitus fuerit pro interventu solemni ad possessionem Senatus Civitatis, ad quem simul, & Archiepiscopum pertinet Juspatronatus Thesaurariæ, adhuc tamen videndo laborantem in Extremis Thomam Rizzo ejus possessorem, & vacatio succederet Sede vacante, ad effectum præsentandi in defectum Archiepiscopi, functionem capturæ possessionis distulerit ad diem 23. Decembris, qua dilatione pendente sub die 21. Decembris decesserit Thomas Rizzo. Per cujus obitum cum Senatus præsentaverit Franciscum de Monte aperto, & per contrarium Archiepiscopus præsentaverit Dominum de Passalacqua, hujus favore prodierunt tres sentrotiæ conformes, & in hoc rerum statu quidam Alexander Guarassi obtinuit Provisionem Apostolicam de reservato in vim Regulæ secundæ Cancellariæ ob vacationem Thesaurariæ secutam Sede Archiepiscopali adhuc vacante scilicet 21. Decembris, de quo tempore adhuc capta non fuerat possessio Sedis Archiepiscopalis.

Modo quæritur an Litteræ Apostolicæ de reservato sint exequendæ, & licet in Consultatione ad Me transmissa de Partibus ab Insigni Advocato Otioles multa videam fundamenta desuper adducta, & per quinque articulos divisa; attamen quia veritas in paucis consistit, breviori Methodo in sensu veritatis mea sententia est, quod Literæ Apostolicæ non sint exequendæ.

Observo enim superfluum esse in casu isto quærere in Thesauraria in Turno Ecclesiastici seu Archiepiscopi cadat in genere sub Reservationibus Apostolicis, ut ex. gr. ast regula reservatoria Mensium octava, hodie nova Cancellariæ, cujus respectu frequentius cadit illa quæstio, an Beneficium de Jurepatronatus mixto, si vacet in Turno Ecclesiastici sit reservatum, ubi pro affirmativa, & negativa stant Doctores, & Decisiones apud Me relatæ *Discept. Eccles.* 12. *num.* 34. *& seqq.* Quæstio sola ast, an Thesauraria fuerit legitime obtenta a Sede Apostolica vigore reservationis Regulæ secundæ Cancellariæ, quæ reservatio tantum fuit Summo Pontifici exposita dum Thesauraria vacavit in Mense Decembris non reservato, sed Ordinario, in qua quæstione firmiter teneo, quod Literæ Apostolicæ re- 1
maneant sobreptitiæ, cum deficiat verificatio reservationis Regulæ secundæ, in qua consistit totum fundamentum gratiæ, ut Ego scripsi *Discept. Eccles.* 12. *numer.* 3. Rot. *coram Ubald. decis.* 300. *numer.* 2. *&* 3. *& in Recent. decis.* 472. *num.* 69. *part.* 19. *& in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Cum enim, coram R. P. D. Scotto impress. apud* Me *Discept. Eccles.* 25. *numer.* 40. *& in Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Præmissa, coram R. P. D. Lancetta*.

Et sane apud Me cessata videtur reservatio Regulæ secundæ; licet enim ista reservet Beneficia, & Dignitates vacantes Sede Episcopali vacante, & spectantes ad Collationem Episcopi ante adeptam Ecclesiæ possessionem; attamen excipit in Corpore

Benefi-

Beneficia, & Dignitates simultaneæ collationis, præ-
sentationis, vel electionis, ibi = *Non tamen ad col-*
lationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius
præsentationem, vel electionem pertinentia = Ex qua
exceptuatione exclusa remanere Beneficia, & Digni-
tates, quæ habent consortium in Jure conferendi,
vel præsentandi communiter advertunt Ventrigl. *in*
prax. p.a. annot.2. §.2. n. 20. Lotter. *de re benef. l.*
2. q.34. n.8. vers. unde, Gabriel. *conf.187. n.3. &*
seqq.lib.1. cum aliis apud Me relatis *Discept. Eccl.*
12. sub n.17. Et solum quæstio restringitur in viden-
do, an sicut Regula excipit Beneficia, & Dignitates
simultaneæ collationis, seu præsentationis, ita etiam
excipere intendat, quando hæc simultanea est divisa
per Turnum inter duos Collatores, vel Patronos, in
quo articulo regula est affirmativa, quod etiam stan-
te divisione per Turnum non habeat locum Reserva-
tio, ea ratione, quod illa fundatur in ratione occur-
rendi diutinæ vacationi Beneficiorum tempore, quo
vacante Sede Episcopali non adest Collator, neque
Patronus respective, quando Episcopus habet Jus
præsentandi, quæ ratio cessat, quoties supponimus
3 adesse Consortiarium, qui in defectum alterius per
Jus accrescendi, seu non decrescendi potest confer-
re, seu præsentare ad Beneficium, seu Dignitatem
vacantem, ut firmant Gonzal. *ad regul.8. gloss.45.*
§. 3. n.44. & seqq. usque ad 51. Castropal. *tr 13.*
de benef. disp. 2. punct. 18. n. 5. Tondut. *qu. benef.*
p.5. cap.1. n.234. cum plur. seqq. Barbos. *de potest.*
Episc. alleg.57. n.90.
Cum igitur Sede vacante adesset Senatus Compa-
4 tronus, qui coram Vicario Capitulari habebat Jus
instituendi *per Text. in c.1. de Instit. in 6.* potuit
præsentare, & de facto etiam præsentavit, deficit in
radice fundamentum reservationis Regulæ secundæ
consistens in defectu Collatoris, seu Patroni, qui po-
test conferre, seu præsentare ad occurrendum diuti-
næ vacationi Beneficiorum; ut apud Me *Discept. Ec-*
clas.12. sub n.17. & alios superius adductos. Quia ve-
ro hujusmodi Theorica patitur limitationem in casu,
quo ratione Turni inter Collatores, seu Patronos
divisa fuisset ipsa proprietas Jurispatronatus, seu con-
ferendi, ut limitat Gonzal. *d. Gloss.45. §.3. sub n.39.*
Castropal. *ubi supra n.5. vers. Ceterum*, Garz. *ubi*
supra n.240 Ideirco examinandum remanet in facto
an proprietas Jurispatronatus dici possit divisa per
Turnum alternativæ præsentationis stabilitum de an-
no 1534. inter Archiepiscopum, & Senatum.
Ego autem breviter censeo per concordiam anni
1534. turnariam divisionem factam fuisse quoad me-
rum exercitium præsentationis, non autem quoad sub-
stantiam, & proprietatem Jurispatronatus, & primo
hoc deduco ex verbis = *Che la presentazione integra*
di detto officio per una volta spetti all' Arcivescovo,
&c. e una volta alla Città, e così in infinitum suc-
cedendo il caso, si debba osservare = Cum enim te-
nor, & indoles verborum respiciat simplicem præsen-
tationem, ibi = *Che la presentazione, &c.* = utique
5 dici non potest divisa proprietas Jurispatronatus, cum
sint diversa inter se ista duo, scilicet Jurispatronatus,
& præsentatio, unum nanque respicit proprietatem,
& alterum possessionem, & exercitium proprietatis,
juxta doctrinam *Archidiac. in c. unic. n. 1. versic.*
item nota de Jurep. in 6. Paul. de Citad. *de Jurepat.*
p.6. art.3. n.27. Vivian. *eodem tract. lib.1. cap.3.*
n.31. & lib.5. c.2. n.1. Rocc. de Curt. *eod. tract.*
in verb. competens n. 59. vers. potest ergo, Gonzal.
ad regul.8. gloss.18. n.92. & gloss.45. §.2. n.27. &
28. cor. Seraph. dec.456. n.3. & 4.
Secundo, quia præsumptio juris est, quod divi-
sum fuerit solum exercitium præsentationis, quod
potest dividi, non autem ipsa proprietas Jurispatro-
6 natus, quæ est indivisibilis, & incorporalis, & de-
fertur apud omnes Patronos in solidum, ut con-
cludit Garz. *de benef. p. 5. cap. 1. num. 240.* Card.
de Luc. *de Jurepatr. disc.61. n.6.* Franc. *de eccl.*
patron. tom.1. cap.4. n.61. Rot. *in Lauden. Cano-*
nicatus, coram Emerix Jun. dec.1361. n.4. confir-
mata sub die 3. Martii 1697. §. Individuitas, cor.
Eminentiss. D. Card. Tremoille.

Tertio in hunc intellectum conspirat pactum in
Turno adjectum, quod ubi Archiepiscopus non præ-
sentaret Civem oriundum Civitatis, & Canonicum
Ecclesiæ = *Ipso facto Jus præsentandi sit devolutum*
ad ipsam Universitatem, & possit præsentare aliquem
Civem, & Canonicum, ut supra, &c & e converso
fiat, quando apparterà alla detta Città, se per tem
non si presentasse simile Persona = Ubi enim datur
ista devolutio de uno Patrono ad alium necessario con-
cluditur indivisam remanere proprietatem Jurispatro-
natus, dum ratione indivisibilitatis, & solidi inter 7
Compatronos datur hæc devolutio per Jus accrescen-
di, seu non decrescendi, Bellon. *de Jur. accresc. c.6.*
q.48. n.12. Vivian. *de Jurepatr. lib.5. cap. 2. n. 9.*
& lib.14. cap.2. n.41. Rot. *cor. Cavaler. dec. 633.*
n.9. & in recent. dec.258. n.9. par 9. & dec.389.
n.3. par.19. tom. 1. Quæ devolutio passim succedit 8
in pluribus casibus ex gr. si aliquis Compatronus de-
ficiat, si nullatenus præsentet, si demum præsentet
inhabilem, aut incapacem, ut videre est apud Rot.
coram Merlin. decis 448. n.2. & coram Coccin. dec.
2318. n.1. & in recent. dec. 589. num 4. part. 19.
tom. 2. & in Mediolanen. Præpositura 3. Martii
1704. §. Amaritudo. cor. R. P. D. Ansalde: & in
Regien. Jurispat. 16. Januar. 1708. § Tantum au-
tem, cor. Reverendiss. D. Molines Decano.
Neque obstare puto responsionem, quod pactum
devolutionis adjectum fuerit in pœnam malæ præsen-
tationis factæ ab Archiepiscopo; etenim hæc ratio
nihil concludit, dum in pœnam devolutio dari debuis-
set ad Superiorem, seu Institutorem; quando divisa
fuisset proprietas Jurispatronatus, seu præsentandi,
itaut actu, & habitu ablatum fuisset ipsum Jus præsen-
tandi; cum igitur concessa fuerit devolutio favore Se-
natus Compatroni, exinde arguitur eam fuisse stipu-
latam ratione Consortii adhuc perseverantis saltem in
habitu inter Compatronos, juxta ea, quæ ponderat
Card. de Luc. *de benef. disc.1. n.9. & seqq* Lotter.
de re benef. lib.1. quæst.24. num.107 per Text. in
c. irrefragabili §. Excessus de Offic. Ordin. Pariter
erroneum puto objectum, quod Juspatronatus prove-
niat ex diverso fonte; cum enim primo loco totum
fuerit attributum Archiepiscopo ex donatione Regis,
& idem Rex postea illud favore Senatus concesserit,
ambo dicuntur recognoscere Juspatronatus ab eodem
fonte, & liberalitate Regis, ubi propterea dicuntur
Consocii ejusdem Juris ab uno, eodemque Patrono
provenientis.
Quibus omnibus non obstat, quod Juspatronatus
totum pertineat ad Archiepiscopum ex donatione Re-
gis, & observantia duorum sæculorum, quodque se-
cunda donatio facta per Regem favore Senatus fue-
rit nulla, & consensus præstitus ab Archiepiscopo,
ut per Turnum præsentaret Senatus, hunc non effe-
cerit Patronum, cum sit diversum exercitium Juris
præsentandi ab ipso Juspatronatus, seu ejus proprie-
tate, & aliud sit donare Juspatronatus, ac Jus præ-
sentandi. Addendo quod licet Archiepiscopus consen-
serit in Turnum, non abdicaverit a se substantiam, &
proprietatem Jurispatronatus, sed communicaverit fa-
vore Senatus solum exercitium Juris præsentandi, imo
per divisionem Turnariam segregaverit a se Consor-
tium Senatus etiam quoad exercitium præsentandi;
nec dicatur in suo Turno præsentare nomine com-
muni, & sociali, sed suo proprio tanquam per re-
motionem obstaculi, & reintegrationem solidi juris
præsentandi, quod ante habebat, faciendo reditum
ad suam primævam naturam.
Etenim hæc omnia procedunt cum supposito, quod
Rex primo loco donasset universum Juspatronatus
Dignitati Archiepiscopali? & post duo sæcula nulli-
ter donasset Juspræsentandi favore Senatus, & Tur-
nus per concordiam initus careret Beneplacito Apo-
stolico, & Regio. Ceterum ex circumstantiis facti
desumo, quod prior donatio, seu concessio facta per
Regem Dignitati Archiepiscopali, aut fuerit nulla,
aut saltem non fuerit translativa proprietatis Juris-
patronatus, sed quod ista remanserit penes Regem;
ita, & taliter, quod penes ipsum concedentem re-
manserit tam proprietas, quam ejus ratione

Jus cumulative præsentandi, quia Patronus donando
9 Jus præsentandi intelligitur donasse cumulative, non autem privative, ut in puncto donationis Juris nominandi factæ per Regem Poloniæ, dixit Rot. *in Cracovien Parochialis 9. Februar.* 1705. § *Quicquid enim*, *cor. R. P. D. Caffarello*; & est originale *Consil. Decii* 542. *per tot.* quem sequuntur Gonzal. *ad regul.* 8. §. 2. *proœmial.* n. 32. Rot. *dec.* 385. *n.* 3. *p.* 1. *Divers.* Marant. *respons.* 6. *n.* 14. *p.* 3. Gratian. *disceptat.* 370. *num.* 15. Rot. *in Derthonen. beneficii S. Catharinæ 20. Aprilis* 1708. §. *Nec movit*, *coram Eminentiss. D. Card. Polignac.* & plene Ego scripsi *Discept. Eccles.* 4. *sub num.* 65.

Talis interpretatio oritur ex observantia, dum nisi prior donatio fuisset nulla, aut non abdicativa proprietatis, remanente penes concedentem cumulativo Jure præsentandi, non potuisset Rex post duo sæcula donare Jus præsentandi favore Senatus, reservando sibi, seu Proregi Jus approbandi præsentationes faciendas per Senatum, eoque minus si secunda hæc dispositio fuisset nulla, Archiepiscopus admisisset Senatum ad secum præsentandum cumulative; & denique eo minus Sedes Apostolica confirmasset concordiam, in qua fuit stabilita præsentatio alternativa, & per Turnum inter Archiepiscopum, & Senatum; juncta observantia unius Sæculi, & ultra; Unde ab hujusmodi circumstantiis resultat, quod ab initio non spectaret ad Archiepiscopum proprietas Jurispatrona-
10 tus, nam observantia demonstrat quid, & quomodo fuerit ab initio concessum, ut in similibus terminis, dixi Ego *Discept. Eccles.* 4. *num.* 66. *versic. in dubio autem*, & generaliter Rot. *decis.* 54. *num.* 35. *part.* 16. & *dec.* 232. *num.* 7. *part.* 17. & alibi passim.

Quo stante videtur mihi, quod Archiepiscopus, & Senatus sint duo Consocii in solo exercitio Juris præsentandi, & quod proprietas Jurispatronatus remaneat etiam hodie penes Regem, qui sibi, ejusque Proregi reservavit Jus approbandi præsentationem Senatus, quæ approbatio, seu consensus conservat directum dominium ipsius Regis Patroni, imo ipsemet Rex per talem consensum, dicitur præsentatio-
11 nem facere, ut bene explicat Gunzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 47. *n.* 19. Quod assumptum dilucidat etiam status anni 1604. ubi quidam Sacerdos ob vacationem Thesaurariæ per obitum in Curia obtinuit præsentationem Apostolicam cum derogatione Jurispatronatus Laicorum, quæ derogatio ex causa vacationis in Curia non intrat, neque applicatur, ubi Juspatronatus pertinet ad Ecclesiasticum, sed solum ubi est Laicum, vel saltem mixtum; ut apud Me *Discept. Eccl.* 3 *n.* 4. & 8. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 65. *n.* 33. & 34. Rot *in Cremonen. beneficii* 14. *Maii* 1706. §. *non relevante*, *cor. R. P. D. Kaunitz*.

Ex quibus corruunt per Me scripta in alio Consilio, quod prius dedi in hac causa, ubi supponebam Juspatronatus totum ab initio translatum in Archiepiscopum, quodque secunda concessio facta Senatui esset quoad exercitium Jurispræsentandi tantum, remanente proprietate Jurispatronatus apud Archiepiscopum, nec quod iste præsentaret nomine communi, & sociali, cum ex circumstantiis supra relatis agnoscam, quod Archiepiscopus, & Senatus sint duo Consocii Juris præsentandi, remanente adhuc penes Regem proprietate Jurispatronatus quodque per Turnum solummodo divisus fuerit usus præsentationis, vel saltem præscindendo ab ipsa proprietate Jurispatronatus, an remanserit necne penes Regem, satis est, quod Jus ipsum, seu proprietas præsentandi sit uni, & alteri communis, quia Juspræsentandi, non secus, ac ipsum Juspatronatus est incorporeum, & indivisibile,
12 & solum exercitium est illud, quod recipit divisionem *Gloss. in c.* 1. *in verb. dividi de Jurepatr.* ibique Panormit. *n.* 7. *Innoc. n.* 1. & optime animadvertit Lotter. *de re benef. l.* 2. *q.* 10. *n.* 99. & Ego ipse *Discept. Eccles.* 22. *n.* 35. *versic. neque enim*.

Unde sit Turnariam divisionem præsentationis factam in Concordiam anni 1534. respicere simplicem usum seu exercitium præsentandi, non autem Jus ipsum indivisibile, stantibus præsertim supra ponderatis §. *Ego autem*, & §. *Tertio in hunc intellectum*, *cum seqq.* cum omnem actum interpretari oporteat factum fuisse, prout de Jure fieri debebat, Cravet. *consil.* 149. *n.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 734. *n.* 1. Barbos. *axiom.* 93. *n* 25. *versic. vel quod de Jure*, Patil. *de resignat. lib.* 11. *q.* 4. *n.* 7. Concludendo quod stante Consocio in Jure præsentandi esset reservatio *Regulæ secundæ Cancellar.* neque ad excludendum Provisum Apostolicum aliud est perquirendum cum lis inter Provisum ab Archiepiscopo, & Præsentatum a Senatu, nihil commune habeat cum Provisione Apostolica de reservato.

Viglevanen. Jurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Donato Jurepatronatus primo Uni, & postea Alteri, sustinetur secunda donatio si facta fuerit favore Compatroni, antequam prima facta extraneo fuerit confirmata ab Ordinario; nisi hæc facta sit cum Juramento de non contraveniendo. Gratia derogatoria Jurispatronatus in totum attenta lite an intret, quando lis pendet super medietate Jurispatronatus in præjudicium Patroni habentis aliam medietatem pacificam,

S U M M A R I U M.

1 *Institutio concedenda venit Præsentato per Patronum.*
2 *Non confirmata ab Ordinario prima donatione. Donator potest alteram donationem facere.*
3 *Donatio Jurispatronatus nullum præstat Jus, antequam recipiat confirmationem ab Ordinario.*
4 *Confirmatio Donationis Jurispatronatus facta ab Ordinario tempore non habili, juvare non potest.*
5 *Consanguineo Fundatoris in proprietate vocum competit prælatio.*
6 *Quando ultimus status est equivocus attendi non potest in Possessorio.*
7 *Lite pendente, & adhuc indecisa ante vacationem beneficii, nec Patroni præsentare possunt, nec Ordinarius instituere. Sed limita,* ut n. 10.
8 *Gratia Apostolica Derogationis Jurispatronatus in totum attenta lite an concedi soleat, quando lis est solum super medietate Jurispatronatus? Vide* n. 9. 15. & 16.
11 *Donatio Jurispatronatus facta cum Juramento de illi non contraveniendo; est irrevocabilis, &* num. 22.
12 *Confirmatio Donationis Jurispatronatus potest quandocunque accedere.*
13 *Papa intelligit facere Gratiam Derogationis præsentato ab illis Patronis, qui existunt in quasi possessione præsentandi.*
14 *Ad effectum allegandi ultimum statum sufficit habere causam ab eo, qui fuit in quasi possessione præsentandi.*
17 *Gratia pro Præsentato cum derogatione est nulla non facta mentione variationis Patronorum.*
18 *Nam si vigore variationis Ordinarius gratificavit*
19 *Ad validitatem Gratiæ pro Præsentato sufficit præservationem Patronorum supervenire in termino quadrimestris.*
20 *Gratia derogatoria Jurispatronatus in totum attenta lite habet locum in lite ante vacationem beneficii, non post.*
21 *De Justitia hujus Gratiæ derogatoriæ.*
23 *In paritate vocum nemini dicitur jus quæsitum.*

ALLEGATIO XL.

JUspatronatus beneficii fundati in Civitate Viglevani per Joannem Paolum Rabotium, spectabat pro medietate ad Petrum Georgium Rabotium, & pro-

& pro altera medietate ad Joannem Paulum Rabotium Juniorem Petrus Georgius sub die 26. Junii 1687. donavit primo loco suam medietatem Michaeli Angelo a Collibus extraneo, & deinde sub die 30. Decembris ejusdem anni illam donavit dicto Joanni Paulo Juniori compatrono, qui decessit relictis Christophoro, & Hieronymo ejus filiis, & isti sub die 21. Novembris 1695. donarunt universum Juspatronatus Comiti Calderario qui incontinenti sub die 24. ejusdem mensis, & anni obtinuit confirmari ab Ordinario hanc donationem totius Jurispatronatus cum clausula = *Sine præjudicio Jurium Ecclesiæ, & Tertii ubi competant.* =

Per contrarium Michael Angelus a Collibus post fere tresdecim annos scilicet sub die 24. Maii 1700. obtinuit confirmationem donationis sibi factæ de anno 1687. cum eadem clausula = *sine præjudicio, &c.* = & hæc omnia secuta sunt beneficio adhuc pleno, seu ante ejus vacationem. Prout etiam præventive ad futuram hanc vacationem, Comes Calderarius litem instituit coram Ordinario adversus Michaelem Angelum a Collibus, ut obtineret declarari in casu vacationis nullum jus illi competere in vim donationis anni 1687. qua lite adhuc indecisa pendente successit vacatio, & Calderarius præsentavit Christophorum Rabotium, Michael Angelus vero Joannem Ambrosium Longum, & in judicio institutionem obtinuit Christophorus præsentatus per Calderarium.

Vacante iterum beneficio per obitum Christophori, tam Calderarius, quam Michael Angelus præsentarunt; & ambo præsentati reportarunt solitam gratiam Apostolicam cum derogatione medietatis vocum, sed gratia præsentati per Michaelem Angelum fuit anterior in data. Nunc autem coram Ordinario Viglevani pendet lis super institutione, seu executione Literarum, unius vel alterius præsentati, & in hoc statu quæritur a me in sensu veritati; cujus Literæ sint exequendæ, seu de cujus bono jure constet etiam in petitorio, & examinatis meritis hinc inde censeo constare de bono jure præsentati per Calderarium, ejusque tantum literas esse exequendas.

Ratio ita decidendi in eo consistit, quod Comes Calderarius est Patronus in totum controversi beneficii, cum sit Donatarius Christophori, & Hieronymi filiorum Joannes Pauli junioris, qui universum Jurispatronatus possedit, scilicet pro medietate ipsi spectante ex persona propria, pro altera vero medietate
1 ex donatione sibi facta per Petrum Georgium, & propterea institutio concedenda venit præsentato per Calderarium unicum, & absolutum Patronum, *cap. cum Bertoldus de re judic.* Rot. *dec.* 139. *n.* 1. post Vivian. *de Jurepat.* & *coram Priolo dec.* 405. *num.* 1. & *in recent. dec.* 156. *n.* 14. *p.* 17. & *in Taden. Parochialis 7. Decemb.* 1703. §. *fuit enim, coram Eminentiss. D. Cardin. Caprara.* Neque medietas Jurispatronatus perventa in Joannem Paulum juniorem ex donatione Petri Georgii impugnari valet ex fundamento, quod illa fuisset ab eodem Petro Georgio præcedenter donata Michael Angelo a Collibus, quia cum
2 prior hæc donatio non fuisset confirmata ab Ordinario, & sic nondum esset valida, Petrus Georgius Donator potuit alteram donationem facere in favorem Joannis Pauli Compatroni, quæ omnino valida fuit absque consensu Ordinarii, Vivian. *de Jurepat. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 31. & *cap.* 4. *num.* 7. Rota *coram Coccin. decis.* 464. *num.* 8. & *coram Dunoz. jun. decis.* 79. *n.* 1. & *in Alatrina Jurispatronatus* 15. *Junii* 1705. §. *nec obstat,* & 7. *Decembris subsequentis* §. *minus relevat, coram R. P. D. Scotto.*

3 Et ratio est evidens, quia donatio Jurispatronatus nullum præstat jus, antequam recipiat confirmationem ab Ordinario, & consequenter si medio tempore fiat donatio favore alterius, quæ sit valida, seu prout in præsenti non requirat consensum Ordinarii tanquam facta favore Compatroni *ex allegatis*, tali casu substinetur tantum secunda donatio in præjudicium primæ, ut firmant communiter Rocch. de Curt. *de Jurepat. in verbo ipse, vel is n.* 36. *in fin.* Sanchez *cons. moral. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 76. *n.* 15. & *dub.* 77. *n.* 7. Lambertin. *de jurepat. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 17. *n.* 10. & *art.* 19. *per tot.* Add. ad Butatt. *dec.* 702. *n.* 11. & 12. Rot. *cor. Mantic. dec.* 86. *n.* 5. & *seqq.* & *coram Bich. dec.* 277. *n.* 10. *ad finem*, & *num.* 11. & 13. & *cor. Duran. dec.* 463. *per tot.* & *in rec. dec.* 306. *n.* 7. *p.* 11. Adden. ad Rot. *dec.* 46. *n* 64. *p.* 9.

Nihil obstante, quod prior donatio fuerit successive confirmata ab Ordinario; cum enim talis confir- 4
matio successerit post tresdecim annos, seu tempore non habili, nempe postquam medio tempore fuerat jus quæsitum Joanni Paulo Compatrono ex donatione sibi valide facta, utique juvare non potuit Michaeli Angelo; cum propter jus medio tempore alteri quæsitum non reciperet retrotractionem ad donationem præcedenter factam, præsertim quando eadem confirmatio habebat clausulam præservativam juris Tertii, ut bene Rot. *coram Duran. d. dec.* 463. *n.* 5. *cum plur. seqq.* & *cor. Bicch. dec.* 277. *n.* 13. & *in rec. dec.* 306. *num.* 7. *p.* 11. Ex quo etiam sequitur ut Literæ Apostolicæ præsentati per Calderarium sint exequendæ, non autem illæ præsentati per Michaelem Angelum, attento, quod iste nec in petitorio, nec in possessorio potest suas Literas justificare in narrativa, quod fuerit præsentatus ab habente medietatem vocum, Rot. *in Siracusana præpositura 5. Decemb.* 1696. §. *motl*, & 20. *Novembr.* 1697. §. *quo enim ad primam impress. apud me Discept. Eccles.* 13. *n.* 45. & 55. Non quidem in petitorio jus habet Michael Angelus, vel ejus præsentatus, ut superius probavi, nec minus in possessorio, dum ultimus status est in favorem Comitis Calderarii, qui præsentavit Christophorum, & iste obtinuit institutionem excluso præsentato per Michaelem Angelum, quæ exclusio, stante bono jure Calderarii in petitorio, secuta præsumitur ex motivo, quod non constaret de Jurepatronatus Michaelis Angeli, ut tenet Rot. *dec.* 268. *n.* 15. *p.* 11. *rec.* & *dec.* 96. *n.* 31. & 14. *part.* 13. & *in Aretina beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *at præscindendo, coram R. P. D. Ansaldo.*

Bene verum est, quod hujusmodi status apud me non est ita certus, sed potius æquivocus, dum etiam in paritate vocum potuit Ordinarius instituere Christophorum Rabotium tanquam de sanguine Fundato- 5
ris, cui in paritate vocum competebat prælatio, seu gratificatio, ad notam *Gloss. in Can. neminem dist.* 70. Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 3. *qu.* 5. *art.* 4. *per totum* Rot. *in Mediolan. Jurispat.* 3. *Junii* 1684. § *observarunt, cor. bon. mem. Paluccio* & *in Mediolan. beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *diximus*, & *in Placentina Parochiales* 16. *Martii* 1708. §. *nonne tandem, coram R. P. D. Ansaldo.* Certi autem Juris est, quod ubi ul-
timus status est æquivocus, & potest referri ad aliam 6
causam tunc attendi non potest in possessorio, ex firmatis *in dec.* 290. *n.* 21. *par.* 18. *recent.* & *in Florentina Canonicatus* 2. *Julii* 1706. §. *hunc non obstat, cor. R. P. D. Priolo*, & *in Balneoregien. beneficii* 21. *Januari* 1707. §. *final. cor. R. P. D. Kaunitz.*

Ex quibus juxta ea, quæ mihi proponuntur mea sententia est, quod Michael Angelus a Collibus nullum habeat Jus super medietate Jurispatronatus, quodque propterea ejus præsentatus nihil sperare possit in vim suæ præsentationis, seu gratiæ pro præsentato. Cogitandum est tamen an iste Præsentatus possit aliunde sibi consulere per novam gratiam Apostolicam; Observo enim, quod ante vacationem controversi beneficii pendebat, & adhuc pendet lis indecisa inter Calderarium, & Michaelem Angelum super pertinentias Jurispatronatus, prætendente Calderario se esse Patronum in totum, per contrarium vero sustinente Michaele Angelo se esse Patronum pro medietate, propter quam litis pendentiam adhuc indecisam, nec Patroni præsentare possunt, nec Ordinarius institue- 7
re, vel saltem si fiat præsentatio, hæc differenda venit ad exitum litis, ut late scripsi *Discept. Eccles.* 28. *n.* 13. *par.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 33. *in fin.* Rot. *in Faventina beneficii* 10. *Junii* 1705. §. *Nec obsistit in fin. coram R. P. D. Kaunitz.* Nisi ante litem, Patroni reperirentur in quasi possessione præsentandi, in qua continuare possent post motam litem Rot. *in Mediolanen. Prioratus super manutentione* 15. *Junii* 1702. §. *Pendentia, coram R. P. D. Scotto*, & *in Ja-*

nuen. Abbatia 27. *Junii* 1707. §. *Nonrelevante, cor. Reverendiss. D. Molines Decano*, & scripsi Ego *Discept. Eccles.* 4. *num.* 54. *in fine*. Hinc solita est Sedes Apostolica, stante hac litis pendentia, quæ diotinam reddit vacationem Ecclesiæ, seu Beneficii apponere manus in providendo cum derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite inter Patronos, juxta notam praxim, de qua Ego scripsi *Discept. Eccles.* 28. *sub num.* 16. *Rot. coram R. P. D. Ansaldo decis.* 35. *n.* 1. *&* 2. *& in Florentina beneficii* §. *Continuatio cor. R. P. D. Kaunitz*, *& in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januar.* 1707. §. *Tandem, coram eodem*, *& in Romana Cappellania* 3. *Februarii* 1708. §. *Quin suffragetur, coram R. P. D. Scotto*."

Unde videtur, quod præsentatus per Michaelem Angelum possit obtinere hanc gratiam Apostolicam; verum duæ occurrunt difficultates, Prima; An hæc
8 gratia concedi soleat, quando lis non est super toto Jurepatronatus, sed super medietate tantum; in hoc tamen reperio, quod hæc Gratia, in his præcisis terminis, fuit concessa, & per S. Rotam executa; me scribente in dicta *Faventina beneficii* 10. *Junii* 1705. *coram R. P. D. Kaunitz*; cujus casus erat, quod illi de Signanis prætendebant se Patronos in totum; illi vero de Zaulis saltem pro medietate, & super hoc pendebat lis, verum hæc exceptio non fuit promota in Rota, gratia vero obtenta fuerat sub narrativa, quod lis inter Patronos penderet indecisa super pertinentia sine alia specificatione. Altera difficultas est an hæc gratia derogatoria Jurispatronatus in totum, attenta lite, suffragari possit, quando Comes Calderarius prævenit in præsentando; præsentatio enim videtur dare Jus, quod non tollitur per Gratiam prædictam, Rot. *coram Otthobon. decision.* 163. *numer.* 18. *& seq.* & firmavi Ego *Disceptat. Eccles.* 5. *numer.* 56. *part.* 1. *fol.* 96. *& Discept.* 28. *num.* 13.

Sed in hoc articulo distinctio est, quod aut Pa-
9 tronus, qui præsentavit, reperitur in possessione præsentandi ante motam litem, & tali casu præsentatio non tollitur per gratiam Apostolicam, sed immo præservatur per clausulam = *Dummodo non sit alteri Jus quæsitum* = ut scripsi *Discept. Eccl.* 4. *num.* 56. *& Discept.* 28. *sub num.* 13. *versic. quod si fuisset fol.* 451. Rot. *coram Otthobon. dec.* 263. *n.* 18. *& seqq. & in Januen. Abbatiæ* 27. *Junii* 1707. §. *final. coram Reverendiss. Dom. Molines Decano*. Aut vero Patronus non reperitur in possessione præsentandi ante motam litem, & tunc præsentatio facta per Patronum nihil juvat, non obstante clausula gratiæ Apostolicæ = *Dummodo non sit alteri Jus quæsitum* = cum ista præservet tantum Jus validum, & radicatum, non autem Jus invalidum, & non radicatum, quale est illud dependens ex Jurepatronatus litigioso, cujus pertinentia dependet ab exitu litis, prout etiam ab exitu litis pendet præsentatio; non enim Juris est, quod superadicta clausula non præservat Jus eventuale, seu pendens ab exitu litis, & sic Jus incertum, & quærendum, secus Jus quæsitum, ut dixi *dicta Discept. Eccles.* 28. *n.* 13. *circa finem*; Rot. *in Tudertina Parochialis, cor. Emerix jun. impress. apud* Me *Discept. Eccles.* 4. *n.* 61. *& in Legionen. Parochialis* 15. *Januarii* 1703. §. *Indeque*. *coram bon. mem. Pio*.

Quod procedit non obstante gratia pro præsentato obtenta ab illo, quem præsentavit Calderarius; hæc enim remanet subreptitia, quia Summo Pontifici expressum non fuit, quod lis penderet indecisa inter Patronos ante secutam vacationem, quod si Pontifex scivisset, gratiam non concessisset, quia lite
10 pendente Patronus nequit præsentare, quando ante litem non reperitur in possessione præsentandi, *cap.* 1. *ut lite pendente in* 6. Lancellott. *de attentat. p.* 2. *c.* 4. *in præfation. n.* 532. *&* 546. Rot. *in Cracovien. Parochialis* 17. *Junii* 1650. §. *Primo coram Verospio*, *& in Vercellen. Canonicatus* 30. *Junii* 1704. §. *Etenim*, *&* §. *Et quatenus*, *coram R. P. D. Caffarello Illustrissimo Gubernatore Urbis*, *& in Regien. Jurispatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Comperto*, *coram Reverendiss. D. Molines Decano*. Etiamsi in præcedenti vacatione Calderarius præsentaverit, quia præsentatio ob pendentiam litis fuit nulla, una cum Institutione subsecuta, quæ tali casu erat differenda ad exitum litis, non autem concedenda, adhuc ea indecisa pendente, juxta Doctrinam Panormit. *in c. Ex literis n.* 9. *de Jurepatr. ibique* Buttus *n.* 12. & plene scripsi in allegata *Discept.* 28. *n.* 12. *&* 13. *in fin.* Rot. *in Vercellen. Canonicatus* 30. *Junii* 1704. §. *Etenim cum seqq. cor. R. P. D. Caffarello Illustriss. Gubernatore Urbis*. Neque enim præsentatio, quæ nulla est firmare valet ultimum statum, ut probat Rot. *in Mediolan. beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Eoque certius cor. R. P. D. Ansaldo*.

. Non relevante quod vigore præsentationis factæ per Calderarium in præcedenti vacatione obtenta etiam fuerit gratia Apostolica cum derogatione medietatis vocum, justa circumstantiam noviter mihi insinuatam, quia Provisio Apostolica non sanat nullitatem præsentationis lite pendente nulliter factæ, quando præsertim lis Summo Pontifici expressa non fuit ex firmatis per Rot. *in Bononien. Parochialis manutentione* 26. *Junii* 1682. §. *Etenim*, *coram bon. mem. Ursino*, *& in Cremonen. Beneficii* 3. *Decemb.* 1706. §. *Non obstat*, *cor. R. P. D. Lancetta*. Quibus tamen non obstantibus censeo præsentatum per Michaelem Angelum non posse juvari gratia derogatoria Jurispatronatus in totum attenta lite, eo quod hujusmodi lis tangit solam medietatem Jurispatronatus, super qua cadit donatio, & controversia non autem respicit aliam medietatem pacifice spectantem ad D. Comitem Calderarium, & cujus vigore in ultimo statu præsentavit, & obtinuit gratiam pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum, quæ fuit executioni demandata cum possessione subsecuta, & sic etiam hodie potuit præsentare, & obtinere eandem gratiam, quæ erit sine dubio exequenda ratione ultimi status.

Hoc usque firmavi, quod donatio medietatis Jurispatronatus facta de anno 1687. per Georgium favore Michaelis Angeli a Collibus erat nulla ex defectu consensus Episcopi, quodque potuerat revocari, ita ut post eam revocatam, & Jurispatronatus valide donatum favore Compatroni, consensus Ordinarii superveniens supradictæ priori donationi, non retrotraheretur in præjudicium juris tertii quæsiti per secundam donationem; sed quia modo supponitur mihi in facto; quod prior donatio sit facta cum juramento, & promissione jurata de illam habendo ratam, & gratam, & de non contraveniendo; in hoc casu cogor sententiam revolvere, & inclinare pro validitate, & subsistentia primæ donationis.

Moveor enim ex promissione, & juramento de 11
non contraveniendo eidem donationi, quo stante etiam ante confirmationem Ordinarii illa remansit irrevocabilis ex parte Donatarii; imo secunda donatio facta Compatrono nullatenus substinetur, ut firmavit Rot. *decis.* 80. *num.* 5. *& seqq p.* 17. *recentior. & in Lunen. Sarzanen. beneficiorum apud* Bertachinc. *nova decis.* 47. *numer.* 14. *&* 39. & novissime *in Compostellana Parochialis* 25. *Junii* 1696. §. *Quandoquidem*, *&* 28. *Junii* 1697. §. *Nonrelevante coram R. P. D. Priolo*; *& optime* Pignatell. *consult. Canonic. tom.* 6. *consultat.* 96. *per signanter numer.* 12. 15. *& seqq.* & judicatum fuit per Judices Commissarios in voto impresso apud Saminiat. *contr.* 196. *num.* 43. *& seq. tom.* 2. & Rot. *Macer. in una Macer. Benef.* 1. *Junii* 1711. §. *In nihilo cum seq. coram R. P. D. Tomano*, quæ infra registratur. Ideoque non obstante secunda donatione alteri facta potuit Ordinarius primam valide confirmare; dum illa tanquam de Iure nulla non præstitit impedimentum 12
Confirmationi, quæ potest quandocunque accedere ex intervallo, ut bene Rot. *in dicta Compostellana*, *ubi supra*, ubi etiam respondetur ad Doctrinas in contrarium adductas, ut nempe procedant in donatione simplici absque juramento, & pacto de illam non revocando.

Neque adversantur decisiones editæ in *Recanaten. Jurispatronatus*, *coram Emerix. junior. decis.* 573. 594. 620. *&* 654. in quibus dictum fuit conclusionem procedere, quando primus Donatarius jam institerat coram Ordinario pro confirmatione donationis, quippe loquuntur in terminis hæredis donantis, qui ante

secu-

secutam confirmationem Ordinarii præsentaverat, & sic ad effectum substinendi præsentationem factam re integra, scilicet ante confirmationem prædictam, ea ratione, quod ante illam hæres interim non remanet privatus exercitio Jurispatronatus; diversum est autem, quando agitur de substinenda secunda donatione in præjudicium primæ, quæ est irrevocabilis, cum aliud sit præsentare ratione possessionis, antequam superveniat Episcopi confirmatio, aliud vero revocare donationem jam factam, ut distinguit Rot. *in dicta Compostellana Parochialis* 28. *Junii* 1697. §. *Non relevante*.

Minusque obstat quod Ordinarius primo loco confirmaverit secundam donationem, quia confirmatio facta fuit cum clausula = *sine præjudicio Jurium Tertii, ubi competant* = ideoque præjudicium non intulit Juri quæsito priori donatario ad effectum, ut donans non posset revocare ejus donationem, ita ut subsequens confirmatio secundæ donationis substineatur, & retrotrahatur etiam in præjudicium donationis medio tempore factæ, Rota *dicta dec.* 80. *n.* 4. *& 7. p.* 17. *& cor. Zarat. dec.* 26. *n.* 8. quibus stantibus mea sententia est, ut Ordinarius possit ferre sententiam in Petitorio super pertinentia medietatis Jurispatronatus ad Dominum de Collibus decidendo litem antiquam, citatis, & auditis Patronis.

Difficultas est an per aliam sententiam ad secundam diem possit exequi gratiam præsentati per dictum Dominum a Collibus, quæ est anterior in Data alteri gratiæ obtentæ a Præsentato per Calderarium; ratio dubitandi est, quia Dominus de Collibus non est in possessione præsentandi, cum Papa
13 intelligat facere gratiam præsentato ab illis Patronis, qui existunt in quasi possessione præsentandi, ex firmatis *in Mediolanen. Prioratus* 11. *Decemb.* 1699. §. *Qua vero*, *&* 15. *Febr.* 1700. §. *Ad patefaciendam cum seqq. cor. Reverendiss. D. Molines Decano*. Verum hoc non obstante censeo posse exequi Literas Apostolicas favore præsentati per Dom. de Collibus, quia Comes Calderarius, seu ejus præsentatus in ultimo statu obtinuit similes Literas cum derogatione medietatis vocum, & sic acquisivit possessionem respectu suæ medietatis, quæ non controvertitur, non autem respectu alterius medietatis, quæ est in lite ratione donationis, & cujus pertinentia per derogationem ut supra obtentam censetur canonizata favore alterius Compatroni, ut dixit Rot. *in Imolen. Custodiæ* 22. *Aprilis* 1712. §. *Procedendo cum seqq. cor. Eminentiss. D. Card. Priolo*; & in qua medietate potest a Collibus allegata ultimum statum ex persona Donantis, stante validitate primæ donationis, cum ad hunc
14 effectum sufficiat habere causam ab eo, qui fuit in quasi possessione præsentandi, ut in puncto Rot. *in Florent. Canonic.* 8. *Junii* 1705. §. *Fuit enim cor. R. P. D. Lancetta*; & in terminis gratiæ pro præsentato *in Compostell. Parochialis* 27. *Junii* 1697. §. *Primo cum seqq. &* §. *final. cor. R. P. D. Priolo*. Neque validitas primæ Donationis dicitur requirere altiorem indaginem; cum ex sola librorum apertione dilucidata remaneat, ut Me scribente dixit in specie Rot. *in Alatrina Jurispatronatus* 7. *Decemb.* 1705. §. *Nullatenus cor. R. P. D. Scotta*, & licet Papa in his gratiis intelligat de præsentato ab existente in quasi possessione præsentandi, attamen intelligit etiam de præsentato ab eo, qui se verum Patronum ostendit per Instrumentum donationis, quod sit clarum, & dilucidabile ex apertione librorum, ut in *Mediolanen. beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *cessante coram R. P. D. Ansalde*, *& in Sorana Jurispatronatus* 22. *Januar.* 1712. §. *penale. coram R. P. D. Falconerio*.

Cæterum gratia derogatoria Jurispatronatus in totum, attenta lite apud me intrare non videtur propter ultimum statum, in quo admissa fuit gratia derogatoria medietatis vocum favore præsentati per Comitem Calderarium, & valde urget motivum; quod non sit litigiosum Jurispatronatus in totum, sed sola ejus medietas, remanente altera medietate extra litem, in quibus terminis crederem, quod nullatenus suffragari possit gratia derogatoria Jurispatronatus in totum, attenta lite in præjudicium gratiæ pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, quam hodie reportavit præsentatus per Calderarium, quia lis non impedit præsentare pro medietate, quæ sub lite non cadit, *& dixi sup. n.* 10. *circa finem*, neque ideo dari potest hæc gratia in præjudicium Patroni habentis suam medietatem pacificam, cujus vigore 15
potest obtinere gratiam pro Præsentato cum derogatione medietatis, aut præsentatus potest obtinere gratificationem ab Ordinario in concursu alterius præsentati ab habente aliam medietatem litigiosam, & maxime quando agitur de præsentato consanguineo Fundatoris, vel Patronorum, qui in paritate vocum est de Jure præferendus, & gratificandus, ex *alleg. sup. nu.* 5. Ratio autem est, quod Papa ideo concedere solet hujusmodi gratiam cum derogatione Jurispatronatus in totum, quia nempe supponit pendentiam litis inducere dubietatem, quis ex litigantibus sit Patronus, & ne interim quo ignoratur, quis sit verus Patronus, beneficium patiatur diutinam vacationem, & sic nemini facit injuriam apponendo manus in provisione beneficii tempore, quo verus Patronus ignoratur, nec dici potest, quod huic, vel illi præjudicet pendente dubietate litis, nam jus incertum, & eventuale non causat præjudicium in Jure quæsito, ut dixi *d. Discept. Eccles.* 28. *n.* 31. hæc autem ratio non procedit, quando unus ex Patronis habet medietatem sui Jurispatronatus pacificam, & non cadentem sub lite, tunc enim esset inferre illi præjudicium, si propter medietatem litigiosam derogaretur alteri medietati nullam litem habenti, & licet dici soleat, quod Papa neminem lædit, quando derogat Juripatronatus in paritate vocum, ut apud Lottec. *de re benef. l.* 2. *q.* 8. *num.* 102. Hoc tamen procedit in gratiis pro præsentato, cum derogatione medietatis vocum, non autem in hac specie gratiæ derogatoriæ Jurispatronatus in totum attenta lite, ubi Papa providet Jure suo, independenter a præsentationibus Patronorum, & movetur ad derogandum in totum propter litem, quam supponit adesse super toto Jurepatronatus, vel ejus majori parte, & ita taliter, quod nemini præjudicium inferat, & simul occurrat diutinæ vacationi beneficii, vel Ecclesiæ, quando autem medietas Jurispatronatus non cadit sub lite, tunc cum possit illa esse proficua Patrono in obtinenda gratia pro præsentato, vel gratificatione coram Ordinario, non potest periculum diutinæ vacationis, & per contrarium Patronus amitteret jus suum, si impediretur præsentare vigore suæ medietatis.

Obstare tamen videtur, quod habens medietatem 16
vocum, non habet Jus efficax, & quæsitum, sed incertum, & eventuale, quia pendet ex gratia Ordinarii, vel Papæ institutione, Lottec. *de re benef. lib.* 2. *q.* 51. *num.* 45. *& seqq.* præsentatio enim, ut det jus quæsitum oportet, quod talis sit, ut ejus vigore præsentatus veniat necessario instituendus, Rot. *dec.* 240. *n.* 3. *p.* 16. *rec.* & in puncto observat Rot. *in Faventina beneficii* 10. *Junii* 1705. §. *Minimeque coram Reverendiss. Kaunitz*. Unde sequitur, quod si antequam Patronus habens medietatem præsentaverit, aut ejus præsentatus obtinuerit gratificationem ab Ordinario, vel gratiam pro præsentato a Sede Apostolica, hæc possit concedere provisionem cum derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite, licet hæc non 17
pendeat super altera medietate, dum hæc medietas non inducit necessitatem instituendi in Superiore; & Papa neminem adhuc lædere dicitur in isto casu. Rursus si Patronus habens medietatem non præsentatet in tempore, Superior non posset providere Jure devoluto, quia sicut Patronus vigore medietatis non potest habere Jus necessario inducens ad institutionem, ita Superior non acquirit per devolutionem Jus integrum, sed dimidiatum, & insufficiens ad providendum; immo in isto casu nec intraret devolutio, quia diceret Patronus, quod lite pendente non currit tempus, ad præsentandum efficaciter cum integritate Jurispatronatus, & cognitione majoris partis vocum, ideoque in his terminis intrare videretur provisio Apostolica derogatoria Jurispatronatus in totum attenta lite. Quæ omnia dixi, quando conceditur gratia hæc tempore habili, seu re integra, antequam præsen-

tatus per medietatem obtineat gratificationem ab Ordinario, vel gratiam Apostolicam pro præsentato, non autem si postea, & jam quæsito Jure præsentato per provisionem Ordinarii, vel Papæ, sequeretur gratia derogatoria Jurispatronatus in totum, quæ esset subreptitia, & propter nulla clausulam solitam = *Dummodo non sit alteri Jus quæsitum* = cogita tamen super omnibus prædictis solum motivandi gratia hinc inde deductis, quia non procedit indistincte, & absolute fundamentum, quod habens medietatem vocum non habeat Jus efficax obtinendi necessario institutionem, tam præsentatus de sanguine Fundatoris, vel Patronorum in paritate vocum est necessario instituendus ob prælationem in Jure scriptam, *ut supra n.5.* & gratia pro præsentato cum derogatione medietatis vocum favore extranei remanet nulla ubi concurrit præsentatus de sanguine, ut apud Me *Discept. Eccles.*38. *num.*7. & an Compatronus habens medietatem possit supplicare, & obtinere pro se ipso: *vide supra alleg.* 8. sed ut dixi cogita, & resolve; quia nihil attentare velim contra stylum Datariæ Apostolicæ, ex cujus Oraculo materia hæc dependet. Advertendum est tamen, quod gratia derogatoria Jurispatronatus in totum attenta lite esset subreptitia, & nulla, si lis penderet super quarta parte Jurispatronatus tantum, ut in puncto Rot. *coram Bicch. dec.*558. *n.*28. *& seqq.*

Circa vero hanc gratiam pro præsentato, quæ ha-
17 bet in ventre clausulam = *Dummodo non sit alteri Jus quæsitum* = obiter advertendum, quod si unus ex duobus præsentatis in paritate vocum, accedat ad Sedem Apostolicam pro obtinenda gratia cum derogatione medietatis, & interim Patroni variantes cumulative alium præsentent coram Ordinario, qui illum instituat, ille impetrando gratiam derogatoriam, ut supra non facta mentione de variatione prædicta, quam ignorat, nulliter impetrasse dicitur, quia subreptio ammittitur etiam tacendo id quod ignoratur, si verisimiliter illud quod expressum non fuit, potuisset movere Papam ad minime, vel difficilius concedendum, ut concludunt Rocch. de Curte *de Jurepat. in verb. honorificum*, *num.*52. Lambertin. *lib.* 2. *p.*3. *q.*9. *art.*33. *per totum fol. mihi* 989. Marant. *respons.*42. *num.*48. *part.*3. & Ego addo rationem, quia gratia remanet inefficax propter Jus alteri medio tempore quæsitum, & præservatum ex clausula prædicta = *Dummodo, &c.* = hoc intelligas quando variatio prædicta jam facta erat de tempore Datæ Literarum Apostolicarum, & quando Patronorum variatio in alterum, huic dedit majoritatem vocum, puta quando ex illis Patronis pro medietate, qui præsentarunt Titium recurrentem pro gratia ad Sedem Apostolicam aliqui variarunt accedendo ad alterum præsentatum ab aliis Patronis habentibus medietatem vocum, vel si concorditer major pars Patronorum variaverit in alium tertium propter Jus quæsitum isti, vel alteri ratione præsentationis factæ per majorem partem vocum, secus autem quando de tempore Datæ literarum nondum successisset variatio, vel illi Patroni, qui præsentarunt Titium recurrentem ad Papam, variassent in alterum tertium pro sua medietate, nisi iste alter interim vigore medietatis vo-
18 cum obtinuisset gratificationem ab Ordinario anteriorem in Data literis Apostolicis, juxta firmata per Rot. *dec.* 180. *p.* 18. *recent.* & Me scribente *in Mediolanen. Beneficii* 9. *Decemb.* 1707. §. *Demum cor. bon. mem. Caffarello*, & 18. *Junii* 1708. §. *Altero cor. Omanna.* Isti autem casus non succedunt hodie apud Practicos; nam isti non expectant præsentationem Patronorum, sed qui sperat illa obtinere saltem pro medietate statim præoccupat porrigendo in Dataria Apostolica supplicationem, & obtinendo apponi diem, quam vocamus *præsentatam*, nam sufficit ad validitatem gratiæ, quod intra quadrimestre præsentatio
19 Patronorum superveniat juxta Stylum, de quo scripsi *in Discept. Eccles.* 22. *num.* 45. *par.* 1.

Postremo notandum, quod gratia derogatoria Ju-
20 rispatronatus in totum attenta lite locum habet, & practicatur quando lis introducta reperitur, & pendet indecisa ante vacationem Beneficii, non autem, quæ mora fuit post vacationem, ut in *Romana Cappellania* 3. *Februarii* 1708. *cor. R. P. D. Scotte*, impressa supra *alleg.*30. Insuper magna cum justitia Se-
des Apostolica concedere solet hujusmodi gratiam; 21
cum enim litis pendentia dubium reddat quia ex Collitigantibus sit verus Patronus interim ne Beneficium patiatur ex longitudine litis diuturnam vacationem, Papa providet derogando, in quo videtur sibi assumere locum Ordinarii, qui propter litem non terminatam inter Patronos intra tempus præfixum de Jure ad præsentandum potest conferre, juxta *text. in c. si vere, & c. cum se de Jurepatr.* Vivian. *de Jurepat. l.*7. *cap.*3. *n.*1. *&* 14. Lambertin. *lib.*2. *part.*2. *q.*1. *art.*9. Cum enim lis inducat Jus dubium inter Collitigantes, Papa nemini præjudicium infert derogando Juripatronatus attenta lite, cum nemo in hoc statu litis pendentis allegare valeat Jus quæsitum, sed tantum incertum, & eventuale, *ex supra firmatis n.*9. hinc male fundatam censui prætensionem cujusdam Principis Jura Imperii habentis, qui substinere tentabat, ne in suo Principatu darentur hujusmodi gratiæ, quasi læsionem Patronorum involverent, eisque Jus suum auferrent, & ad hunc effectum deducebat consuetudinem, seu observantiam sui Principatus. Et tamen in hac parte non video quale præjudicium allegari possit, aut enim Patroni ante litem super pertinentia Jurispatronatus sunt in possessione præsentandi, & non prohibentur continuare in præsentando etiam pendente lite, neque hæc possessio præsentandi est inefficax, si Patroni præveniant in præsentando *ex supra deductis n.*8. *&* 9. aut vero non existunt in possessione præsentandi, & tunc favor publicus exposcit, ut sit occurrendum diutinæ vacationi beneficiorum, quorum provisio differri non debet ad futurum exitum litis per annos duraturæ, & de cætero pendente lite Patroni nullum allegare valent Jus quæsitum, sed habent solam spem incertam.

Ad conclusionem principalem, de qua supra *n.*11. *& seqq.* adde alium casum per Me disputatum cor. A. C. Cencio *in Sulmonen. seu Valven. Cappellania*, ubi quædam Catharina post factam donationem
uni sine confirmatione Ordinarii, eam revocaverat 22
prævia absolutione a Juramento, & donaverat alteri; dicebatur enim ex parte secundi Donatarii, quod antequam Ordinarius confirmasset primam donationem poterat Donatria eam revocare, & alteri donare, juxta firmata per Rot. *in Melevitana Jurispatronatus cor. R. P. D. Lancetta impressa in dec.*27. *apud Mantisi. ad* Card. de Luc. *tom.* 4. Ego autem procedendo cum Doctrinis supra relatis dicebam id procedere, quando prima donatio erat quidem jurata, sed facta simpliciter, non autem quando habebat in ventre juramentum una cum pacto expresso de eam non revocando, aut contraveniendo; tunc enim est irrevocabilis etiam ante confirmationem Ordinarii, & ita judicari obtinui *in d. Sulmen. seu Valven.* per sententiam A. C. Cencii latam sub die 2. Octob. 1714. per acta Fatii Notarii A. C. eodem modo judicandam censeo quæstionem, an Fundator possit Juspatronatus certis personis reservatum revocare, & alteri reservare, ubi pro affirmativa concludi regulariter solet quando Ordinarii consensus non accessit, secus autem anctorizato Instrumento reservationis Jurispatronatus ab Ordinario, quia etiam ante consensum Ordinarii non posset revocari Jurispatronatus reservatio, si in Instrumento adesset pactum juratum de non revocando, aut contraveniendo.

Ad aliam conclusionem, quod in paritate vocum
nemini ex præsentatis dicitur Jus quæsitum, *ut sup.* 23
*n.*16. adde casum decisum per Rot. *in Mediolanen. Cappellania* 17. *Martii* 1602. *coram Corduba apud* Garz. *de benef. p.*4. *c.*3. *n.* 14. ubi in Jurepatronatus mixto Clericorum, & Laicorum cum medietas Patronorum præsentasset Miliaccium, & altera medietas Belium, quidam Tertius nomine Albertaccius impetraverat Cappellaniam a Sede Apostolica cum derogatione Jurispatronatus, cum solita clausula = *Dummodo de tempore data literarum non sit in ea alicui specialiter Jus quæsitum* = & disputato dubio an esset jus quæsitum Miliaccio habenti medietatem vocum,

fuit

fuit negative resolutum non obstante, quod ille allegaret se præpollere requisito majoris idoneitatis, quam Rota respondit operari posse in concursu, non autem in casu impetrationis factæ per Tertium a Sede Apostolica, hanc vero decisionem refert, & sequitur Lotter. *de re benef. lib.2. q.51. n.55.*

Adjungo prædictis infra registratas Decisiones Me
24 scribente emanatas tanquam confirmantes ea, quæ superius scripsi *n.11. & seqq.*

DECISIO SACRÆ ROTÆ

Provinciæ Marchiæ in Civitate Maceratæ

Coram R. P. D.

PAOLO ANNIBALE TOMANO,

Maceraten. Beneficii,

Luna prima Junii 1711.

D. Nicolaus Claudianus uti Patronus Beneficii sub invocatione Sanctissimi Corporis Christi in Ecclesia Cathedrali hujus Civitatis erat, cessit de Mense Septembris Anno 1709. titulo donationis irrevocabilis inter vivos, cum juramento, & pacto de illam non revocando, nec ei contraveniendo in totum, nec in partem, sed semper, & quandocunque gratam, & firmam habendo, cum clausula Constituti in forma R. D. Jo. Baptistæ Savion præsenti, & acceptanti jus præsentandi Rectorem, seu Cappellanum dicti Beneficii pro prima vacatione tantum, qua secuta per obitum R.D. Canonici Consalvi ejusdem Beneficii possessoris, die 10. Januarii anni elapsi 1710, R. D. Jo. Baptista Savinus in vim prænarratæ donationis eadem die præsentavit Clericum Josephum Philippum Cajetanum Terribilem absentem, qui die sequenti dicti Mensis extrajudicialiter supplicavit Illustrissimum D. Episcopum pro confirmatione dictæ donationis, & subsecutæ præsentationis a D. Savino in ejus personam factæ, & ipsa die similem instantiam judicialem consignavit uni ex Cancellariis Episcopalibus, qui ob incuriam penes se retinuit, nec eam deduxit ad notitiam, nisi die 18. dicti Mensis, sub qua etiam die Illustriss. D. Episcopus illam suo rescripto remisit ad D. Vicarium, & die 18. ejusdem Mensis denuo judicialiter institit coram Illustrissimo Episcopo, ut consensum præstaret prædictæ Donationi, illamque confirmaret.

Non obstante tamen dicta Donatione, & præsentatione facta a R. D. Savino, ac supplicatione extrajudicialiter porrecta Illustriss. D. Episcopo, D. Claudianus die 13. Mensis Januarii sub prætexto, quod inconsiderate donaverit D. Savino dict. Jus præsentandi, petiit ab Illustrissimo Episcopo absolutionem a juramento, illaque obtenta ad effectum agendi duntaxat, die sequenti 14. ejusdem Mensis Januarii præsentavit Clericum Franciscum Fogliettam absentem, cum reservatione tamen alium præsentandi, casu quo in eo dispensatio ætatis requireretur.

In his terminis, prosecuta causa coram D. Vicario, protulit ipse sententiam, qua pronunciavit, Fogliettam esse instituendum in d. Beneficio, & instituit, ac Edicta decrevit, reservata tamen sibi cognitione, an Cappellanus deberet esse saltem habitu Sacerdos, & successive præsentationem Clerici Terribilis nullam declaravit, uti factam a R.D. Savino ante petitionem, & impetrationem consensus Illustrissimi Episcopi; A quo judicato, devoluta per interjectam a Clerico Terribili appellationem, causa ad hoc Sac. Tribunal, dubitatum hodie fuit; *an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda*, & pro infirmatione, non minus ex capite nullitatis, quam injustitiæ, omnium DD. Suffragiis prodiit resolutio.

Nullitas resultare visa fuit ex eo, quod D. Claudia-
25 nus præsentaverit sub conditione contra formam Sac. Canonum, *ad text. in c.2. de elect. in 6.* Franch. *dec.438. n.5.* & in sententia admittitur talis præsentatio conditionalis, etiam non justificata in actis conditione ætatis requisitæ a Sacr. Concil. Tridentino *sess.23. c.6. de reform.* & præsentationem fuisse conditionalem, constat ex verbis ibi = *Nomina, e presento per Rettore, &c. il Chierica Francesca Folietta, e casa, che a d. Folietta accorresse la dispensa dell'età, e dal medesima non ottenuta, in tal caso mi riserba l'autorità di poter fare altra nominatione, &c.* = clausula enim *in caso* expressam importare conditionem, tradit Barbos. *d. claus. claus. 15.*

Eoque magis, quia D. Vicarius instituit præsentatum a D. Claudiano, reservata tamen sibi cognitione, 26
an Beneficium esse Sacerdotale ibi = *Reservata tamen Nobis cognitione, an Altarista, seu Cappellanus debeat esse saltem habitu Sacerdos.* Quæ reservatio nihil aliud est, quam institutio sub conditione, si institutus fuerit capax, contra dispositionem text. *in l. quemadmodum 35. ff. de Judic.* ubi sancitur Judicium non posse esse de iis, quæ pendent a futuro, & ibi *Gloss. verb. non posse* exemplifica, *ut si te nunc convenio, quia spero, te aditurum hereditatem Titii,* & per ea, quæ notantur *in §. Curare Instit. de act. & in l.1. §. Biduum ff. quando appellan. sit*, Gabriel. *de sent. concl. 1. n. 18.* ac ideo d. Sententia non solum fuit conditionalis, sed etiam incerta, cum nihil concludat, & dicatur lata sine causæ cognitione, & per consequens nulla, Afflict. *in prax. §.3. cap.29.* Magno. *dec. Lucana 1. n.7.* Rot. *dec.315. n.9. p.2. diversor.*

Quibus accedit altera nullitas, resultans ex eo, 27
quod, concessa Institutione, decernuntur Edicta, inverso ordine, contra formam text. *in c. fin. de elect. in 6.* Edicta enim adeo sunt substantialia ante Institutionem, ut sine illis institutio sit ipso Jure nulla, Barbos. *de Episcop. alleg.72. n.23.* Antonell. *de Regim. Eccles. lib.3. cap.6.* Tondut. *resol. Beneficis cap. 118. n.1. tom.1.* Rot. *coram Put. dec.606. lib.1. & coram Seraph. dec.339.*

Injustitia vero d. Sententiæ deducitur ex eo, quod
cum D. Claudianus præcedenter donaverit D. Savino 28
Jus præsentandi, ipsaque donatio fuerit a Donatario acceptata, non poterat illam revocare, præsentando Fogliettam, *ad text. in l. 3. C. de revocan. donat.* Cyriac. *controv.322. num.32.* Rot. *335. n.7. p.19. recentior.*

In nihilo obstante, quod d. Donatio prætenderetur nulla, uti suo primordio, consensu Ordinarii destituta; nam hujusmodi consensus non requiritur ad substantiandam Donationem, sed tantum pro translatione Juris Patronatus in Donatarium, itaut Donatio valeat in præjudicium Donantis, etiam sine 29
consensu Episcopi, ut notanter dixit, Rocc. *de Jurepatr. Verb. ipso, vel in sub n.15. ad med.* ibi: *Adverte tamen pro declaratione hujus conclusionis, quod dicit Rot. in Antiquis sub hoc titulo ultima dec. quod in præjudicium Donantis valet concessio Juris Patronatus sine consensu Episcopi facta, quia talis consensus non requiritur quantum ad Donationem, sed quantum ad translationem Juris Patronatus, &c.* quem secuta est Rot. *coram Coccin. dec.457. num.6.* ibi: *Cum consensus Episcopi in translatione Juris Patronatus non sit necessarius ad Donationem, seu contractum donationis, sed ad translationem Juris Patronatus in Donatarium, cum contractus possit fieri in præjudicium Donantis, cum disponat de Jure suo, sed non translatio Jurispatronatus, in qua requiritur consensus Episcopi*, Tondut. *quæst. benefic. c.43. n.3. & seq.* Saminiat. *contr.165. n.16.* ubi alios congerit, & ita judicarunt Judices in eadem causa, in qua scribebat Saminiat. *ut in eorum Vot. insert. in contr. 196.* ubi, quod ante consensum Ordinarii, Donatio habet implicitum statum validitatis, usque quo superveniat cofirmatio Episcopi.

Quare cum Donatio non possit redargui de invaliditate, & nullitate prætextu deficientiæ consensus Ordinarii, illaque fuerit munita juramento, & promissione de non contraveniendo, nec in totum, nec in partem, aliisque clausulis, illius firmitatem denotantibus, remanet procul dubio irrevocabilis respectu D. Claudiani, nec potuit se pœnitere sine labe perjurii, de- 30
veniendo ad actum præsentationis in præjudicium Donatarii, minusque præsentatus ab ipso perjuro institui, ne instituens fieret particeps delicti, confovendo perju-

aium, ut egregie firmat Rot. *decis.* 80. *num.* 5. *&*
seqq. part 17. *recent.* ubi quod in his terminis dona-
tionis juratæ, cum d. promissionem non procedit ob-
jectum, quod ante confirmationem Ordinarii non di-
catur abdicatum Jus a Donante, maxime, cum an-
te præsentationem Donantis præcesserit instantia pro
confirmatione Donationis, ut in casu præsenti,
quam distinctionem secuta est Rot. *coram Emerix in*
Recanaten. Benef. dec. 549. *num.* 4. *in Compostellana*
Parochialis, 25. *Junii* 1696. *coram Priol. in Mantiss.*
ad Card. de Luc. *tom.* 4. *lib.* 13. *dec.* 23. §. *Quando-*
quidem, ubi, quod Donatio munita Juramento, &
promissione de illa non revocanda est irrevocabilis,
etiam ante confirmationem Ordinarii, & quod Do-
nans non potest ab illa recedere, vel tacite præsen-
tando contra tenorem Donationis, vel expresse illam
revocando, quodque præsentatus a Perjuro non sit
instituendus, optime probat Sperel. *dec.* 180. ubi re-
jecit secundam præsentationem factam a Patrono con-
tra primam, quam cum Juramento promiserat habe-
re ratam, & firmam, & non contravenire, *ut n.* 1.
& 16. *usq. ad* 21. Aborrent enim Sac. Canones con-
foveri perjurium, *ut in c. si vero* 8. ibi = *Nec nos*
alicui dare materiam volumus veniendi contra Jura-
mentum proprium, ne auctores perjurii videamur, *de*
Juram.

Nec ad præservandum D. Claudianum a perjurio,
& tuendam præsentationem ab ipso factam, potuit ei
prodesse absolutio a Juramento, quam impetravit sub
prætextu, quod illam fecerit inconsiderate, quia d.
31 absolutio non fuit plenaria, & talia ut statim dissolve-
ret vinculum Juramenti, & vires contractus evelle-
ret, quæ cum sit maximi præjudicii, non est conce-
denda sine citatione partia, Gales. *de oblig. cam. q.*
25. *n.* 3. & ibi Zacch. *n.* 11. Cyriac. *contr.* 7. *n.* 14.
Altimar. *de nullit. rub.* 12. *n.* 92. Scop. ad Gratian.
dec. 165. *n* 3. Sed restricta fuerit ad effectum agendi
duntaxat, quæ absolutio non tollit vinculum Jura-
menti, sed tantum habilitat Impetrantem, ut possit
dicere, & excipere contra obligationem juratam, abs-
que metu perjurii, ex causis tamen justis plene pro-
batis, quod alioquin facere non potest propter ob-
servantiam Juramenti, quod sibi os obturbat, ut per-
belle distinguit Ant. Corn. *de absol. a Juram. par.* 1.
q. 1. *n* 8. *& q.* 2. *n* 2. *ad* 5. Mancin. *eod. tract. p.* 6.
q. 1. *n.* 1. *&* 2. Ricc. *in Prax. tit. de absolut. a Ju-*
ram. q. 299. *n.* 2. Cancer. *var. resol. c.* 8. *n.* 78. *lib.* 2.
Cyriac. d. contr. 7. *n.* 13. *Rot. dec.* 800. *n.* 3. *p.* 3. *Di-*
vers. dec. 338. *n.* 5. *p.* 3. *rec. & coram Burat. dec.* 44.
n. 7. Saminiat. *d. contr.* 196 *n.* 52. *&* 253. ubi quod
si non justificentur adducta pro obtinenda absolutio-
ne, Donatio remanet in suo robore, & perjurium
est inevitabile Cyriac. *d. contr.* 7. *sub num.* 13. Rota
nostra *apud* Thomat. *dec.* 209. *num.* 15. *& seqq.* Rot.
post Zacch. *de oblig. cam. dec.* 146. *n.* 2.

D. autem Claudianus nedum per umbram justifi-
cavit in actis causam in precibus expressam, nempe
32 fecisse Donationem inconsiderate, quinimmo licet
citatos in quolibet actu, neque se accinxit ad illam
probandam, sed potius dicta causa præsumenda est
conficta, dum post 11. dies Donationem iterum ap-
probavit, ex quibus actibus geminatis excluditur in-
consideratio, ex allegatis apud Mans. *consult.* 553. *n.* 7.
omnisque circumventio removetur, Cyriac. *controv.*
182. *n.* 35. *& seq.* & fuit dictum *in Firmana Seque-*
stri 17 *Septembris* 1710. §. *Fructus* coram Me. Nisi
etiam velimus appellare calumniosam petitionem ab-
solutionis, cum expectaverit vacationem Beneficii,
nec prius reclamaverit ad tradit. per Fabr. *in suo C.*
lib. 3. *tit.* 7. *defnit.* 7. ubi citat Jo: Andream Butrium,
& Abb. *in cap. debitores de Jurejuran.*

Nec bene allegabatur Vivian. *de Jurepatr. lib.* 5.
cap 9. *num.* 27. quia non loquitur de habilitatione li-
mitata ad effectum agendi, sed de absolutione plena-
33 ria ad effectum præsentandi, ut patet legentibus, &
ita intelligendus est Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.*
62. *n.* 13. referens cautelam *Vivian.* juxta regulam,
quæ habetur apud Bart. *in l. non solum* §. *liberationis*
ff. de libert. legat. Rot. *dec.* 302. *num.* 9. *p.* 4. *tom.* 2.
recent. Sique Vivian. voluisset loqui de absolutione
ad effectum agendi, male locutus fuisset ex superius
abunde probatis, & cautelam concedendi absolutio-
nem plenariam ad effectum contraveniendi sub sola
assertione petentis, tanquam animarum Saluti perni-
ciosam, improbat Cepol. *in suas cautelas cautel.* 101.
& ex eo Corn. *de absolut. a Juram. p.* 3. *q.* 3. *n.* 34.

Minusque opportune deducebantur quatuor decisio-
nes *Emerix Jun.* emanatæ in dict. causa *Recanaten.* 34
Beneficii, *nempe* 573. 593. 620. *&* 654. *in quibus re-*
cessum fuit a d. dec. 549. quia nunquam fuit impu-
gnata distinctio inter Donationem simplicem, & do-
nationem Juratam, cum promissione de non contra-
veniendo; Immo in omnibus ex prædictis Decisioni-
bus habetur pro incontravertibili juxta *dec.* 80. *p.* 17.
rec. Sed evitatur ex facto duplici ratione, nempe,
quod non agebatur de præsentatione facta a Donante,
sed de præsentatione facta ab hæredibus, in quos non
transit vinculum perjurii, & quod hæredes præsenta-
verant ante petitum a Donatario consensum Ordinarii,
quorum utrunque cessat in præsenti casu, cum agatur
de præsentatione facta ab ipso Donante contra pro-
prium juramentum, & consensus Illustrissimi Episco-
pi requisitus fuit ante ipsam præsentationem D. Clau-
diani; immo in *dict. dec.* 654. *n.* 6. admittitur, do-
nationem Jurispatronatus factam sine consensu Ordi-
narii, non esse nullam, sed in implicito statu validi-
tatis. Quatenus autem subdebatur, quod sicuti hæ-
redes, in quos transibat obligatio servandi contractum,
poterant præsentare, non obstante juramento Defun-
cti, juxta dictas *quatuor Decisiones*. Sic etiam dicen-
dum sit, potuisse D. Claudianum præsentare, dum re-
portaverat absolutionem a juramento, existimata fuit
fragilis argumentatio, tanquam peccans in subjecto,
quia D. Claudianus non reportavit absolutionem plena-
riam, sed limitatam ad effectum agendi, quæ non
evellit juramentum, & ejus observantiam, ut supra
probatum fuit.

Sic etiam non adversatur *Decis. in Melevitana Ju-*
rispatronatus coram R. P. D. Lancetta in Mantiss.
tom. 4. *lib.* 13. *in ordin.* 27. quia ibi agebatur de casu
longe diverso a præsenti, juxta factum recensitum *in* 35
decisione præcedenti cor. Reverendiss. Molines in ea-
dem Mantiss. & lib. 13. *la* 6. ubi *in* §. *Qua adjudica-*
tione: ex diversitate facti evaditur *Dec. in Compostel.*
Parochialis cor. R. P. D. Priolo superius allegata. Fir-
mana, esse irrevocabilem etiam ante consensum Or-
dinarii Donationem juratam, cum permissione de non
contraveniendo; & vere casus est omnino diversus.
Quia in dict. *Melevitana* non agebatur de sustinen-
da Donatione contra Donantem, prout in *Compostel-*
lana, & in præsenti, & verum fundamentum fuit,
quia resolutum erat Jus filii Donantis per abstensio-
nem, seu repudiationem hæreditatis Paternæ factam,
etiam ante petitam a Donatario confirmationem Do-
nationis, & sic re integra; Quare Donatio non pote-
rat præjudicare Matri deliberatariæ d. hæreditatis, in
quam transiverat Juspatronatus cum universitate bo-
norum independenter ab ipso filio Donatore, ut in
Decis. Reverendiss. Molines n. 5. *&* 6. Præterquam
quod in casu *d. Decis. Melevitanæ* nullum verbum,
quod Donatio fuisset munita promissione de non con-
traveniendo, in quibus terminis non loquuntur Au-
ctoritates deductæ *in Decis. R. P. D. Lancetta*.

Multoque minus debuit excitari nullitas dict. Do-
nationis ob defectum solemnitatum a Constitutione 36
Marchiæ requisitarum, quæ non habet locum in spi-
ritualibus, vel spiritualitati annexis, Lambert. *de Ju-*
repatr. part. 1. *l.* 1. *quæst.* 4. *principal. art.* 9. *num.* 7. & in
puncto Donationis Jurispatronatus Rot. *dec.* 207. *n.* 5.
part. 1. *rec. & in Mantiss.* ad Card. de Luc. *tom.* 4.
lib. 13. *dec.* 42. *n.* 5.

Injusta quoque visa fuit sententia in alia parte, qua
declaratur nulla præsentatio Donatarii in personam
Clerici Terribilis; tanquam facta ante petitum, &
reportatum consensum Illustriss. Episcopi; Erronea 37
enim detegitur hujusmodi declaratio tam in facto,
quam in Jure, quia ex actis resultat, quod d. Terri-
bilis die 11. Januarii acceptaverit suam præsentatio-
nem, quæ apparebat facta die præcedenti, ex qua acce-
ptatione perficiebatur præsentatio, & non prius. Vivian.
de Ju-

de Jurepatr. p. 2. l. 8. cap. 7. n. 5. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc. 64. num. 30. Rot. decis. 459. sub num. 25. part. 19. rec. tom. 2.* & eodem contextu petiit consensum Donationi, ex qua petitione ex tunc acquisivit Jus ad rem Rot. *decis. 80. in fin. p. 17. recent.* dictusque consensus semper, & quandocunque intervenire poterat. Vivian. *de Jurepatr. part. 1. lib. 4. quæst. 1. num. 44. Rot. post eundem decis. 40. num. 4. dec. 101. numer. 7. part. 7. decis. 46. num. 67. & 68. part. 9. & decis. 80. numer. 4. part. 17. recent.* & individualiter posse accedere etiam pendente lite inter præsentatos, probat Capon. *decis. 269. numer. 10.* Quinimmo, quod Donatarius, etiam ante consensum Ordinarii possit præsentare sub spe futuri consensus, firmat Rocch. *de Jurepatr. verb. ipse, vel it. in 7. qu. n. 16. in fin.* ibi *Subjicit fortius D. Cardinalis, quod legatarius poterat præsentare sub spe approbationis, quod etiam est bene notandum, quia sepe contingere posset in facto.* Et infra *numer. 31. in fin.* ibi = *an autem Donatarius possit præsentare sub spe approbationis Donationis, dixi supra in 7. quæst. in fine.*

Igitur, stante nullitate præsentationis factæ a D. Claudiano in personam Clerici Foglietti, & e converso validitate præsentationis factæ a Donatario in personam Clerici Terribilis, iste fuisset, & foret in-
38 stituendus, habito tamen prius legitimo consensu, jam petito, qui sine justa causa non est denegandus. Vivian. *de Jurepatr. part. 1. lib. 4. qu. 1. n. 48.* Saminiat. *dict. contr. 196. numer. 59.* Rot. *dict. decis. 80. numer. 8. part. 17. recent.* Quæ quidem causa nullatenus ex actis resultat, cum allegata in precibus a D. Claudiano pro reportanda absolutione a Juramento, non fuerit justificata, ac ideo non sit attendenda, ne alias licitum foret Donanti per actum indirectum donationem revocare, ut inquit *Rot.* ad Card. de Luc. *in Mantiss. tom. 4. lib. 16. decis. 7. numer. 3.* Nec alterius cujuscunque figmenti extrajudicialis, & non probati habenda esset ratio, cum Judex ad judicandum moveri non possit aliter, quam ex actis Gratian. *discurs. 550. numer. 6.* Ricc. *collect. 717. & 1129.* Cavalet. *decis. 209. numer. 7.* nec facilis esse debet ad credendum, præsertim in præjudicium Partium, ut ex monitu Lap. *alleg. 126. sub n. 3.* advertit Rub. *in annot. ad decis. 102. n. 106. & seqq. part. 9. recent.*

Et tandem quoad qualitatem Cappellaniæ, seu
39 Beneficii, de qua agitur ex sententia erectionis lata a bon. mem. Morono tunc Episcopo, & exhibita in processu Rotali, visum fuit nec per umbram resultare posse, quod hæc Cappellania, seu Beneficium requirat in præsentato Sacerdotium, immo potius, esse illius capacem simplicem Clericum, juxta luculentam, & magistralem *Decis.* Merlin. 825. *aliosque adductos a moderno* Clericat. *de Benef. discurs. 83. num. 1. cum pluribus seqq.* ubi, quod possit præsentari, & institui Clericus annorum 14. Quare cessat dubitatio, cum qua D. Vicarius reservavit sibi facultatem cognoscendi.

Et ita, utraque parte acerrime informante, resolutum fuit.

DECISIO SACRÆ ROTÆ

Provinciæ Marchiæ in Civitate Maceratæ

Coram R. P. D.

CAROLO ANTONIO FLORIO.

Maceraten. Beneficii.

Luna 15. Februarii 1712.

DEcisum fuit sub die prima Junii superioris Anni revocandam esse Institutionem decretam a D. Vicario Generali hujus Civitatis favore Clerici Francisci Mariæ Foglietti in Beneficio Sanctissimi Corporis Christi, erecti in Ecclesia Cathedrali dictæ Civitatis, ac validam, & irrevocabilem fuisse donationem Juris præsentandi pro prima vacatione factam à D. Nicolao Claudiano Patrono controversi Beneficii, favore R. D. Joannis Baptistæ Salvini, a quo præsentatus extitit Clericus Joseph Cajetanus Terribilis ex solidissimis fundamentis allegatis in Decisione R. P. D. mei Tomani sub dicta die edita; Cunque in subsecuta Sententia lata die nona Julii ejusdem Anni, omissum fuerit Mandatum de Instituendo favore ejusdem Clerici Terribilis, sed potius processum fuerit cum præsupposito, quod prius impetrare deberet ab Ordinario, sive alio legitimo Superiore consensum dictæ donationi a D. Claudiano factæ præfato D. Savino, hinc in hac ulteriori Instantia devoluta Causa coram me disceptatum fuit dubium = *An Sententia Rotalis esset Confirmanda, Revocanda, vel Reformanda* = Censuerunt DD. in hodierna Audientia unanimiter respondere pro Reformatione, demendo a priori Sententia onus injunctum Clerico Terribili reportandi dictum Consensum, & addendo decernendam esse ad ejus favorem Institutionem ad Beneficium, de quo est quæstio.

Licet enim in qualibet donatione Jurispatronatus, 40
sive Juris præsentandi, etiam pro unica vacatione requiratur ad illius exercitium Consensus Episcopi, ut in terminis docent Vivian. *de Jurepatron. part. 2. libr. 5. capit. 2. numer. 4.* Pax Jordan. *Elucubr. diversi. libr. 10. tit. 7. de Jurepatr. numer. 13. Rot. coram Gregor. decis. 420. numer. 1. & 2. & coram Royas decis. 231. numer. 4.* Nihilominus cum in præsenti hypothesi præfatus consensus non semel coram Ordinario petitus, sine legitima causa & injuste denegatus fuerit concedendo Institutionem alteri a donante præsentato, facultas confirmandi dictam donationem devoluta fuit ad nostrum Tribunal appellationis tanquam Ecclesiasticum, & delegatum ad Universitatem Causarum hujus Provinciæ, quod nedum declarare valet, bene Appellatum, & male Judicatum, sed ulterius dictam donationem confirmare ad notabilem *Text. in capit. Significaverunt de except.* In casu enim hujus Textus Capitulum Fornacen. elegerat Archipresbyterum, Illumque præsentaverat Archiepiscopo Mediolani, ut electum confirmaret, & institueret, Archiepiscopus renuens illum confirmare, alium instituit, & reclamante Capitulo a denegata confirmatione, & respective institutione alteri concessa, Judex a Papa delegatus in gradu Appellationis confirmavit electionem factam a Capitulo, & revocavit Institutionem factam ab Archiepiscopo, *& in capitul. Ad probandum.* ibi = *De Electione Custodis, ut sicut de Jure fuerit faciendum confirmare, vel infirmare curetis de Sent. & re judicat.* & hanc sententiam sequitur *Gloss. in Clemen. Auditor litt. H. vers. Debitum*, distinguens Provisionem, sive Institutionem a confirmatione, ut scilicet Institutio dari nequeat, nisi ab Ordinario, vel a Rota Romana vigore specialis facultatis illi attributæ in dicta Clementina, secus autem quoad confirmationem, quæ potest dari a Judice delegato in gradu Appellationis, ibi = *Ex quo enim bene Appellatum est, fecit quod facere debebat Principalis, de rescript.* Card. Zabatell. *in dicta Clementina Auditor. numer. 12.* ibi = *Decimo quæro, si causa Electionis devolvitur ad Curiam per Appellationem, & quando appellatur a denegatione confirmationis, an datus super Appellatione, si pronunciat, bene appellatum, poterit confirmare?* Gloss. *in verbo Debitum*, dicit, *quod sic, quod est vera per rationes suas; Tamen hoc casu, non ex vi hujus Clementinæ, sed de Jure communi hoc faciet, confirmatio enim erat, quod vertebatur in causa:* Francis. Marc. *dec. Delphin. 492. numer. 7.* quos refert, & sequitur Lotther. *de re benefic. libr. 2. quæst. 13. num. 68. & seqq.*

Fundamentalis ratio hujus conclusionis aperte depromitur ex eo, quod cum deductus fuerit in litem consensus præstandus dictæ donationi, cujus cognitio ab Illustrissimo D. Episcopo ejus D. Vicario Generali remissa fuit, hinc implicite denegato dicto consensu a dicto D. Judice per institutionem decretam favore Collitigantis a donante præsentati ne- 41

gati

gari nequit, quin devoluta fuerit etiam hujusmodi cognitio ad Rotam, ut egregie explicat Card. Zabarell. in loco superius citato ex illis verbis non inutiliter repetendis = *Confirmatio enim erat, quod vertebatur in causa.* = Et proinde comperto, quod injuste, & sine legitima causa assensus denegatus fuit, potest Rota, vel cogere Ordinarium ad præstandum dictum Consensum, vel illum supplere, ut notant communiter *DD. in cap. Nullus de Jurepatr.* & signanter in puncto probant Abb. *in dict. cap. Nullus numero* 1. ibi = *Nota, quod ubi desideratur Consensus unius in favorem alterius, si non vult consentire sine causa legitima, potest haberi recursus ad Superiorem, ut Superior ipse det licentiam, vel consensum, vel compellat illum ad consentiendum de Jurep.* Rocc. de Curt. *de Jurepatr. verb. pro eo quæst.* 5. *numer.* 2. ibi = *Pone, quod Episcopus nolit consentire sine causa acquisitioni Jurispatronatus, An possit cogi, &c.* & *dicit* Abb. *per illum* Text. *quod ubi requiritur consensus unius in favorem alterius, si non vult consentire sine legitima causa, potest haberi recursus ad Superiorem, & Superior ipse consentiat, vel compellat ipsum ad consentiendum*, Lambert. *eodem tractatu libr.* 1. *part.* 1. *quæst.* 2. *articul.* 17. *sub numer.* 1. ibi = *Tamen debet suppleri, vel per alium Superiorem, & clarius part.* 2. *dict. libr.* 1. *articul.* 20. *sub numer.* 9. postquam insinuavit disputationem a Canonistis fieri solitam, An Archiepiscopus possit in hac materia supplere negligentiam Episcopi, ex quo Metropolitanus non procedit, nisi in casibus a Jure expressis subdit = *In aliis vero Superioribus, puta Papa, & similibus habentibus ampliorem potestatem, procedit generalitas Conclusionis, ut Superior non solum possit compellere Episcopum ad consentiendum, sed ipse etiam consentire*; & quampluribus etiam relatis differit Jul. Capon. *discept.* 40. *numero* 10. & *seq.* Vivian. *de Jurepatr. part.* 1. *libr.* 2. *capit.* 3. *numer.* 23. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 50. *num.* 12.

De Superioritate nostri Tribunalis etiam quoad Causas Ecclesiasticas, & ad Forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, tam respectu Tribunalium
42 Episcoporum totius Provinciæ Marchiæ, quam respectu Metropolitani Civitatis Firmi, patet *ex Constitutione San. mem. Sixti V. super Erectione* Rotæ §. 6. & 17. *impress. ante Decisiones* Thomat. *tom.* 1. comprobata ea inconcussa observantia inhibendi dictis Episcopis, & Archiepiscopo, Sententiasque per ipsos, aut eorum Vicarios in prima Instantia latas ad hoc Tribunal in gradu Appellationis devolutas confirmatas, & respective revocatas fuisse, immo etiam esse subjectas huic Rotæ personas privilegiatissimas, & exceptas a Jurisdictione Ordinariorum, prout sunt Regulares, nec non Equites Hierosolymitani ex verbis dictæ Constitutionis probat Thomat. *decis.* 11. *per tot. & signanter sub numer.* 12. in qua non obstante allegata exceptione, & immediata subjectione S. Sedi Apostolicæ, relaxata fuit gravatoria contra Co: Cæsarem Ferrettum Equitem Hierosolymitanum Priorem Angliæ, ut se subjiceret examini; juncta notabili prærogativa, quod causæ semel in Rota introductæ hic terminari debent, nec avocari valent sine Commissione manu Sanctissimi signata, *ut ex* §. 80. *ejusdem Bullæ Rotalis*, & sunt plena volumnia Decisionum hujus Tribunalis *apud* Amatum Gratianum, & Thomatum, qui illas Typis dederunt ultra innumeras postea editas, & hactenus non compilatas.

Nec obstat Text. *in capit. Nullus de Jurepatron.* ex cujus dispositione arguitur, recurrendum esse ad
43 Papam, quoties Episcopus consentire recusat, siquidem decretalis illa prodest pro Episcopo Adonensi omnino exempto a Jurisdictione Metropolitani, & immediate subjecto S. Sedi Apostolicæ, ideoque nil mirum, si pro supplenda illius negligentia habitus fuit recursus ad Papam, ut explicant omnes Canonistæ in dicto *cap. Nullus*, & signanter antiquioribus relatis Lambert. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *artic.* 20. *num.* 9. Stephan. Quarant. *in summa Bullarii verb. Archiepiscopi Auctoritas versic.* 19. *numer.* 21. *in fin.* Barbos. *de Potest. Episcopi part.* 3. *allegat.* 70. *numer.* 28. Capon. *dict. discept.* 40. *sub n.* 11.

Haud refragante, quod Episcopus in subjecta materia cogi non possit ad præstationem Consensus, nec redargui valeat de illius denegatione, cum procedat, tanquam delegatus a S. Concilio Tridentino, censeatur rationabiliter denegare ob Informationes extrajudicialiter habitas, quo casu ad effectum dignoscendi, an rationabiliter denegaverit Consensum, admittitur quidem extrajudicialis Recursus ad Metropolitanum, vel ad Papam, non autem ad Judicem Appellationis,

Respondetur enim, quod hujusmodi objectum est ideale, nulla Auctoritate fulcitur, imo contradicit communi Canonistarum Scholæ, ut patet ex indivi- 44
dualibus Auctoritatibus superius recensitis, & Card. de Luc. per scribentem pro Clerico Foglietta *allegatus sub tit. de Benefic. disc.* 71. *numer.* 5. loquitur in terminis longe diversis, scilicet collationis Ordinum, quæ est materia reservata soli prudentiæ, arbitrio, & conscientiæ Episcopi vigore, *Sanctionis S. Concilii Tridentini sess.* 14. *de Reform. capit.* 1. & per consequens non adaptatur præsenti hypothesi, in qua consensus judicialiter non semel expostulatus fuit in Judicio contentioso inter præsentatos, in quibus terminis Ordinarius illum recusare non debet ex motivis extrajudicialibus, & plerumque ingeniose a Partium suggestionibus excitatis, sed potius ex rationabili causa allegata, & probata ex actis, ut bene advertitur *in dicta Decisione* R. P. D. mei Thomati §. *Igitur stante, &c.* & quatenus recuset (prout hic) negari nequit Appellatio ad Superiorem, ad quem devoluta fuit facultas supplendi Consensum, vel cogendi Ordinarium ad illum præstandum ex Auctoritatibus superius laudatis.

Constabilito igitur ex præmissis nostrum Tribunal supplere posse præfatum Consensum donationi dicti Juris præsentandi existimarunt DD. in præsenti facti specie non esse denegandum, cum ex revolutione totius processus non constet de rationabili motivo denegationis, proindeque in illius sequelam, decernendam esse institutionem Clerico 45
Tertibili ab Ordinario tamen explendam, *juxta Praxim traditam a* Lotter. *de Re Benefic. libr.* 2. *part.* 13. *numer.* 72. Ricc. *collect. decis.* 1598. Franc. Marc. *decis.* 492. *numer.* 7. Rota *coram Mentic. decis.* 231. *nu.* 3. & quatenus Ordinarius recuset, vel potest cogi ad paritionem Juris remediis, vel poterit adiri Metropolitanus, & quatenus magis placeat etiam Summus Pontifex, a quo obtinetur Institutio, quæ in Dataria vocatur nova Provisio, *ut docet* Mandos. *in Regul. Cancell.* 31. *q.* 6. *n.* 10. & *Epis.* Campanil. *in divers. Jur. Canon. Rubric.* 11. *cap.* 13. *sub num.* 475. *vers. Quin, & alterum.*

Et ita approbantes DD. in reliquis fundamenta Decisionis edictæ in præcedenti Instantia resolverunt utraque Parte Informante.

Carolus Antonius Florius S. R. Audit.

R. P. D. SCOTTO.

Salernitana Jurispatronatus.

Luna 26. *Februarii* 1714.

CONtendentibus coram Ordinario super institutione ad vacantia Beneficia S. Mariæ a Vico, Sancti Marzani, & S. Petri de Jurepatronatus Laicorum in Civitate Salerni existentia, ex una parte Aloysio Præsentato a March. Xaverio Gargano fratre, ex alia vero Nicolao Præsentato ab Amedeo, Dominico Jacobo, & Joanne Gallo, curavit Nicolaus sub narrativa antiquæ litis actæ coram bon. mem. Rondinino super pertinentia Patronali expiscare a Sanctissimo Gratiam derogatoriam Jurispatronatus in totum, attenta lite, & litteras Apostolicas

cas expedivit, & se intrusit in possessione Beneficii adversus quas reclamante Aloysio ad Signaturem Justitiæ, obtinuit iste Causam remitti ad Rotam ex integro circum scripta possessione, & apposito sequestro, mihique directa Commissione, congruum de more subscripsi, & in hodierna Audientia proposui dubium = *An littera Apostolica sint exequenda, vel potius an, & cui sit danda Institutio*, quod diu, & congrue expectato Nicolao, ideoque hodie incassum dilationem petente resolutum fuit *pro Aloysio Informante*.

Siquidem litteræ Apostolicæ per Nicolaum reportatæ
46 infectæ visæ sunt impalliabili vitio subreptionis; cum non fuerit narratum Pontifici, quod adessent Patroni longe ante motam dictam litem super pertinentia Patronali, existentes in quasi possessione præsentandi ex pluribus incontrovertibilibus, & ultimis statibus, quodque iidem Patroni de facto præsentaverent Aloysium, quæ omnia, si narrata fuissent Pontifici, gratiam derogatoriam Jurispatronatus in totum ex motivo pendentiæ litis utique non concessisset Moder. Roman. *discept. Eccles.* 28. *numer.* 13. Rota *coram San. mem. Alexandro VIII. decis.* 263. *numer.* 18. *& in Januen. Abbatia* 27. *Junii* 1707. §. *Posita, coram Reverendissimo D. Molines Decano*, ea ratione, quia in istis circumstantiis cessabat duplex ratio, super qua nititur gratia derogatoria, videlicet; quod per derogationem Juris litigiosi, & eventualis nemini irrogetur præjudicium, vel injuria, & interim recte tollatur a Beneficio periculum diutinæ vacationis, dictus Modern. Romanus *in dicta Discept. Eccles.* 28. *numer.* 13. Rota *decis.* 35. *numer.* 2. *coram R. P. D. meo Ansaldo, & in Faventina Beneficii* 24. *Aprilis* 1705. §. *Continuatio, & in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *Tandem, coram Reverendissimo Lancetta*.

Defectus autem dictæ duplicis fundamentalis rationis desumebant DD. ex distinctione communiter in hac materia recepta, quod, vel ante motam litem super pertinentia Patronali, nemo ex Patronis
47 reperitur in quasi possessione præsentandi, & tunc præsentatio postea facta reputatur inefficax, ideoque, cum ignoretur, quis sit legitimus Patronus, recte consuevit Sedes Apostolica apponere manus cum gratia derogatoria Jurispatronatus nemini faciente injuriam, & tollente diutinam Beneficii vacationem, Rota *dicta decis.* 35. *numer.* 2. *cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in Legionen. Parochialis* 15. *Januarii* 1703. §. *Indeque, coram bon. mem. Pio, & in Tridentina Parochialis coram bon. mem. Emerix Jun. inter ejus impressas decis.* 1047. *numer.* 4. aut vero Patroni ante motam litem in petitorio erant jam in quasi possessione præsentandi, & tunc non potest illis præjudicium inferri, vel impediri exercitium Juris præsentandi, quia pendente lite super pertinentia, Patroni existentes in quasi possessione istam continuando valide præsentant, nisi probetur, quod pendentia litis sit super possessorio, ut discusso articulo decisum fuit in *illa Mediolanen. Prioratus super manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *Pendentia, cor. Me*.

Cum igitur ante motam litem per Nicolaum narratam Patroni jam existerent in quasi possessione præsentandi, & de facto præsentaverint Aloysium, utique, si hæc omnia fuissent Pontifici notificata,
48 gratiam derogatoriam non concessisset; Cessabat enim prima ratio, quod nemini super Jure incerto, & litigioso fieret injuria, vel præjudicium, cum adesset Patronus certo possidens, ideoque certum Jus habens ad præsentandum, & insimul adesset legitime præsentatus Jus habens ad institutionem, quorum Juribus contra voluntatem Papæ per gratiam derogatoriam Jurispatronatus notabile inferebatur præjudicium, Rota *dicta decis.* 263. *num.* 18. *coram San. mem. Alexandro VIII.* Lotter. *de re Beneficiali lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 53. Seraphin. *dec.* 1263. *in fine*, & late *dictus* Modernus Roman. *discept.* 4. *sub n.* 54.

Et non minus cessabat altera ratio evitandi diutinam vacationem Beneficii eo ipso; quod aderat Aloysius legitime præsentatus ab existentibus in quasi possessione præsentandi ante motam litem, & qui ideo legitime poterat Beneficium implere, & consu- 49
mere vacationem juxta dispositionem notorii Text. *in c. querelam, & cap. consultationibus de Jurepat.* quod enim pendente lite in petitorio, Patroni existentes in quasi possessione valide præsentent, eorumque Præsentato sit danda Institutio, passim dixit Rota *decis.* 407. *numer.* 2. *&* 5. *part.* 1. *rec. decis.* 591. *numer.* 10. *&* 13. *coram Rembold. & in Januen. Abbatia* 27. *Junii* 1707. §. *Posita cor. Reverendissimo Decano* Et ratio a priori ea est, quia, cum præsentatio sit in fructu Jurispatronatus, debetur possidenti, qui non obstante contestatione litis in petitorio venit interim manutenendus, ut *in dict. Mediolan. Prioratus super manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *Pendentia, cor. Me*.

Animadvertentibus insuper DD. ex hactenus dictis aliam, & quidem validam oriri rationem pro semper magis, magisque concludenda inefficacia gratiæ derogatoriæ; quia scilicet cum mediante præsentatione fuisset Jus quæsitum Aloysio, ut mox di- 50
ctum est, dicta gratia non potest quidquam in aliis præjudicium operari, resistente clausula in ventre ejusdem gratiæ adjecta *dummodo de tempore datæ præsentium non sit alteri Ius quæsitum*, quæ reddit gratiam conditionalem, & præservat Jus Aloysio jam quæsitum vigore legitimæ præsentationis, Modernus Roman. *dicta discept. Eccl.* 4. *numer.* 56. *& discept.* 28. *numer.* 13. Rota *in dicta Januen. Abbatia* 27. *Junii* 1707. §. *fin. coram Reverendissimo Decano*.

Non obstantibus auctoritatibus, quæ forsan possent in contrarium allegari, cum vel procedant, &
loquantur, ubi lis pendet tam in possessorio, quam 51
in petitorio, quo casu Patronus se abstinere debet a præsentando, ut est casus *Decisionis* 3. *num.* 13. *&* 16. *coram Bichio*, vel ubi Patroni ante motam litem super petitorio non erant in quasi possessione præsentandi, aut nulliter præsentaverant, puta extra quadrimestre a Jure præfinitum Patronis ad præsentandum, ut est casus alterius *Decis.* 1247. *cor. Emerix Junior*.

Quod autem re vera Patroni ante motam litem super petitorio coram Rondinino existerent in quasi possessione præsentandi, perspicuum fieri visum fuit DD. ex tribus ultimis statibus per totidem sen-
tentias in judicatum transactas approbatis, in quo- 52
rum primo de anno 1647. præsentavit Marchio Aloysius Gargano, & ejus præsentatio sortita fuit effectum Institutionis, & per sententiam approbatus ad exclusionem Salvatoris Galli, a quo causam habent illi, qui nuper præsentaverunt Nicolaum modernum Contradictorem *Summario Aloysii numer.* 4. qui quidem status non potest esse magis solemnis tanquam canonizatus in contradictorio Judicio, rejecto Auctore illius, qui hodie contradicit ad tradita per Rotam *in Oppiden. Beneficii* 7. *Maii* 1703. §. *Quod autem, & §. Præcipue coram bon. mem. Muto, & in Pennen. Beneficii super executione litterarum* 17. *Martii* 1710. §. *Submovetur coram R. P. D. Aldrovando, & in Bononien. Beneficiorum de Castello* 12. *Decembris* 1712. §. *Plusquam coram Rev. P. D. meo Crispo*.

Accedunt alii duo status; anno enim 1656. pariter præsentavit Petrus Gargano filius, & hæres dicti Aloysii una cum Anna Galle, quorum præsenta-
tio similiter per sententiam Institutionis fuit canoni- 53
zata *dicto Summario numer.* 9. *&* 10. & successive de anno 1658. Joseph Gargano tanquam Renunciatarius dicti Petri una cum Jacobo de Puteo tanquam Patre, & Tutore Josephi filii hæredis dictæ Annæ Gallæ præsentarunt cum plenario effectu Institutionis per sententiam Judicis canonizatæ *eodem Summario num.* 11. *& seqq.* qui quidem status ultimi per totidem sententias canonizati, ambigi non poterat, quin plenarie suffragarentur in hoc Judicio possessorio Marchioni Xaverio a dictis Præsentantibus descendenti; nam licet quasi possessio Auctoris non

tran-

transeat in hæredem quoad nudum factum, transit tamen quoad Juris effectum pro obtinenda Institutione Præsentati, ut passim dixit Rota *in Mediolanen. Prioratus* 27. *Junii* 1700. §. *Et secundo coram R. P. D. meo Ansaldo, & 14. Februarii* 1701. §. *Quoniam coram Me, & in Mediolanen. Cappellaniæ* 22. *Junii* 1703. §. *Additio coram Reverendissimo D. Decano*.

Absque eo quod pro ultimo statu attendi posset ille posterior anni 1673. quoniam tunc actis exarsit lis super pertinentia Patronali inter Patronos, & Origliam, & alterum Nicolaum præsentatos, in qua a sententia Vicarii Generalis favore Origliæ delata causa ad Sacrum Auditorium coram bon. mem. Rondinino, & promulgata decisione super circumscriptione possessionis ab eodem Origlia captæ, isto interim
54 defuncto Nicolaus reportavit subrogationem gratiosam in Juribus defuncti Collitigantis vigore cujus Beneficium obtinuit, ac propterea super dicto statu tanquam turbido, & litigioso, ac per subrogationem gratiosam terminato nullatenus poterat insisti, cum relinquat post se incertitudinem, an subrogatus vestiverit se juribus Defuncti, vel potius subrogationem obtinuerit per viam remotionis obstaculi ad redimendam vexam novi Collitigantis absque novis Juris acquisitione, & præcise dixit Rota *in Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *Descendendo coram R. P. D. meo Ansaldo, & in Surana Jurispatronatus* 22. *Januarii* 1712. §. *Crescit cor. R. P. D. meo Falconerio, & in Bovinen. Archidiaconatus* 21. *Junii superioris anni* §. *Neque obstare coram Me*, & ideo, posthabito dicto statu turbido, & contradicto, recurrendum est ad status anteriores in contradictorio Judicio canonizatus qui, cum sint certi, & limpidi, vere dicuntur ultimi, Rota *in dicta Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *Utique, &* 23. *Aprilis* 1703. §. *Minime coram R. P. D. meo Ansaldo, & in Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Facile coram R. P. D. meo Lancetta, & in Cassanen. Beneficii* 27. *Martii* 1713. §. *Parum relevante coram R. P. D. meo Crispo*.

Quibus ita se habentibus, frustraneum existimarunt DD. assumere examen petitorii super divisione vocum Jurispatronatus super qua ulterius insistebant Informantes, & an Juspatronatus fuerit, vel hæreditarium, vel gentilitium; Cum enim super hoc lis in-
55 decisa adhuc pendeat in petitorio, ut ipse Nicolaus narravit Pontifici, ideo donec, & quousque non fuerit per tres conformes sententias decisa, interim non poterat retardari Institutio favore Aloysii præsentati ab existentibus in quasi possessione præsentandi ex hactenus firmatis: quamvis prima sententia in petitorio Coram Vicario Generali fuerit lata contra dictos Patronos; quia propter appellationem remansit suspensa, & habetur, ac si lata non fuisset, ad effectum, ut possidenti interim non sit retardanda manutentio, Modern. Roman. *dicta discept. Eccles.* 28. *numer.* 5. *& in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis* 1707. §. *Vel e converso, &* §. *Sed & quoque cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Et ita informante tantum Aloysio; Nicolao vero plurimis Intimationibus pro certa die Propositionis causæ mihi originaliter exhibitis lacessito, & informare negligente, ideoque incassum dilationem petente responsum fuit.

A R G U M E N T U M.

Erectio beneficiorum in Ecclesiis Titulorum necnon reservatio Jurispatronatus, & Institutio an pertineant ad Cardinales Titulares, vel potius ad Cardinalem Urbis Vicarium.

S U M M A R I U M.

1 *Controversiam hanc dignam Pontificia decisione censuerunt Doctores.*
2 *Referuntur Auctoritates, quæ pro Jurisdictione Cardinalium Titularium in Ecclesiis Titulorum conspirare videntur, & numer. 3. & 4.*
5 *Jus erigendi beneficia, reservandi Juspatronatus, & instituendi in Ecclesiis Titulorum spectat solum ad Cardinalem Vicarium.*
6 *Cardinalis Vicarius habet plenariam Jurisdictionem in omnes Ecclesias, Clerum & Populum Romanæ Diœcesis.*
7 *Prætendens habere Jurisdictionem Episcopalem ostendere debet se habere Territorium separatum.*
8 *Erigere nova beneficia in Ecclesiis non potest competere nisi Episcopo, aut habenti Jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato.*
9 *Jus instituendi ad beneficium de Jurepatronatus competere non potest nisi Episcopo, aut habenti Jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato.*
10 *Jus instituendi in Beneficiis de Jurepatronatus non potest alteri, quam Episcopo reservari etiam in limine fundationis.*
11 *Reservare Juspatronatus in erectione Beneficii est actus soli Episcopo reservatus.*
12 *Potest quis habere Jurisdictionem ordinariam; & tamen non habere Territorium separatum.*
13 *Cardinalis Urbis Vicarius habet jus cognoscendi causas Subditorum Titulis Cardinalium, & isti nunquam habuerunt Tribunal contentiosæ jurisdictionis, ut n. 14.*
15 *Jus Episcopale etiam consistit in Jure cognoscendi causas matrimoniales, criminales, & civiles.*
16 *Cardinales Titulares post publicationem S. Concilii Tridentini amiserunt actus illos jurisdictionales, qui ante Concilium sibi permissi erant; & solum eorum jus est restrictum ad præeminentialia, œconomica, & honorifica; ut n. 17.*
18 *Resolutio Gregorii XIII. super Jurisdictione Cardinalium Titularium in Ecclesiis titulorum, quo sensu sit intelligenda? & n. 19.*
19 *Declaratio, & Rescriptum Papæ debet intelligi prout de jure.*
20 *Jurisdictio, quam Doctores dixerunt competere Cardinalibus in Ecclesiis suorum Titulorum non est nativa, sed dativa.*
21 *Jurisdictio Cardinalium in Ecclesiis Titulorum non est amplius in usu.*
22 *Cardinales Titulares habent jus conferendi beneficia in Ecclesiis Titulorum ex speciali privilegio.*
23 *Territorium improprium non eximit Titulos Cardinalitis a Jurisdictione Cardinalis Vicarii.*
24 *Jurisdictio dari, & tolli potest per usum, & per contrarium usum respective.*
25 *Lex dubia declarata remanet ex observantia subsecuta.*
26 *Observantia interpretativa legis non requirit quod sit præscripta cum suis requisitis.*
27 *In uno corpore, seu in una Diœcesi monstruosum est dari plura Capita.*
28 *Lex quando tractu temporis per experientiam noscitur impracticabilis, aut inconveniens reformatur, & quandoque abrogatur.*
29 *Consuetudo canonizata per rem judicatam facit statum, & habet vim legis in futurum.*
30 *Jus Episcopale consistit in Cura Animarum, seu in Jure faciendi concursum in Parochialibus, & præeligendi unum ex ibi approbatis.*
31 *Cardinalibus Titularibus juxta constitutionem Innocentii XII. competit solum Jurisdictio in iis, quæ servitium Ecclesiæ concernunt.*
32 *Cardinales Titulares nunquam habuerunt Tribunal contentiosum.*
33 *Cardinalis Vicarius in concernentibus servitium Ecclesiæ habet Jurisdictionem cumulativam cum Cardinalibus Titularibus.*

34 *Jus*

34 *Jus erigendi beneficia, reservandi Juspatronatus, & concedendi Institutionem præsentato per Patronum, nec non approbandi hujus examen spectat ad Cardinalem Vicarium, & non ad Cardinales Titulares; ut n. 35.*

36 *Resolutio Sanctissimi in hac controversia facta per modum Provisionis.*

ALLEGATIO XLI.

FAmosa quæstio nedum sepultis cognita ingeniis, sed posteris quoque Tribunalibus relicta utrum S. R. E. Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum habeant Jurisdictionem Episcopalem, vel quasi privative ad Jurisdictionem Episcopalem Cardinalis Papæ Vicarii, itaut in visceribus Romanæ Urbis, & in faciem Summi Pontificis, tot dari possint separati Episcopi, totque independentes Diœceses, quot sunt Cardinales Titulares, & Ecclesiæ Titulorum; quæ quidem controversia hodie quasi de tumulo resurgit occasione erectionis duorum Beneficiorum, quæ ad nominationem Capituli Vaticanæ Basilicæ Vincentius Riccius olim ejus Canonicus erigi jussit in Ecclesia Collegiata S. Eustachii Urbis, ubi orta est ratio dubitandi an Erectio Beneficiorum, reservatio Juspatronatus, & institutio pertineant ad Jurisdictionem D. Cardinalis Albani hujus Collegiatæ meritis-
1 simi Titularis, vel potius D. Cardinalis Vicarii Urbis, quam controversiam valde agitatam appellavit Card. de Luc. *de Jurisd. disc.* 34. *numer.* 6. & proinde eam Pontificia decisione dignam merito censuerunt. Card. Zabatell. *in Clement. Ne Romani numer.* 9. *de Elect.* Jo: Andr. *in cap. Tua nobis sub num.* 11. *de Offic. Vic.* Bellamer. *num.* 8. *in fin. &* Pavlo. *olim S. Rotæ Auditor de Offic. & potest. Cap. Sede Vacante part.* 2. *quæst.* 10. *n.* 38.

Et sane in hoc articulo pro Jurisdictione Cardina-
2 lis Titularis conspirare videntur graves Canonistarum Auctoritates, quas plene recollegit suam causam agens Card. Albitius olim Titularis S. Mariæ in via in ejus *Discept. impress. post* Card. de Luc. *de jurisd. discept.* 2. *numer.* 33. *& seqq. &* Card. de Luc. scribens in eadem causa *de jurisd. disc.* 34. *numer.* 16. *& seqq.* qui omnes eorum assumptum fundare conantur in Decisione Honorii III. *in cap. licet, quæ de major. & obed.* ubi Summus Pontifex rescribendo ad Cardinalem Titularem, & Capitulum Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso decernit, ut Clerici, & Presbyteri Cappellarum eidem Ecclesiæ subjectarum, *Cardinali, qui nunc est, & qui fuerit per tempora, manualem obedientiam, & reverentiam, & honorificentiam omnem exhibeant, &c. correctionem ipsius Cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententias, quas tulerit, in eos, & Ecclesias eorumdem inviolabiliter observantes.*

Qui Textus licet Cardinali Titulari nihil aliud attribuat nisi jus Reverentiæ, & Obedientiæ, Corre-
3 ctionis, & excommunicationis, attamen plures Doctores magnam exinde fecerunt extensionem ad omnes fere actus Episcopales ita, & taliter, quod crediderint spectare ad Cardinales Titulares Jus instituendi, & destituendi, jus visitandi, conferendi beneficia, Curam Animarum agendi in Parochianos, & Populum suis Titulis subjectum, assistendi Matrimoniis, recipiendi Resignationes beneficiorum, & cætera demum gerendi, quæ possunt Episcopi in suis Diœcesibus, ut apud Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *capitul.* 4. *numer.* 36. *& seqq.* Paris. *de resign. lib.* 7. *quæst.* 12. *n.* 9. *& seqq.* Lezzan. *in summa quæst. regul. in verb. Cardinales n.* 41. *& seqq. cum aliis apud* Card. de Albitiis *dicta discept.* 2. *n.* 43. *& seqq.*

immo aliam tranxerunt consequentiam dicendo quod hujusmodi Ecclesiæ Titulorum sunt quasi Car-
4 dinalium parvæ diœceses intra fines Episcopatus Romani, ut prosequitur Card. de Albit *dict. discept.* 2. *n.* 46. *& ibidem quæst.* 8. *num.* 1. *& seqq.* ubi amplius probare tentavit; quod Cardinales Titulares in suis Ecclesiis habeant in Urbe Territorium separatum, & secum scribens Card. de Luc. *de jurisd. disc.* 34. *n.* 16. istas Ecclesias inquit fuisse assignatas tanquam Cardinalium Titularium particulares Diœceses cum Territorio separato a Diœcesi Urbis, juxta quandam separationem impropriam, & intellectualem, motus ex *Constitutione* 55. Sixti V. ubi Ecclesias Titulorum appellat quasi quasdam cujusque proprias Diœceses, juncta *Constitutione* 5. Pauli IV. *Bullar. nov. tom.* 1. ubi ait Cardinales in Ecclesiis Titulorum suorum habere Jurisdictionem Episcopalem.

Hæc, & alia pleniori calamo deducta apud Card. de Albit. *ubi supra* prima fronte non leviter regere videntur pro Jurisdictione D. Cardinalis Titularis;
Quibus tamen non obstantibus firmiter puto Jus eri- 5
gendi beneficia, de quibus agitur, reservandi Juspatronatus, & instituendi spectare dumtaxat ad D. Cardinalem Vicarium; ipse enim habet intentionem plene fundatam in assistentia Juris, juxta quam repræsentando Personam Summi Pontificis tanquam Episcopi Urbis est verus, & proprius Ordinarius, &
habet plenariam Jurisdictionem in omnes Eccle- 6
sias, Clerum, & populum Romanæ Diœcesis, sicut ipse Summus Pontifex, de qua Jurisdictione Vicarii Papæ habemus Textum Innocentii III. *in capitul. sua nobis de Offic. Vicar.* ubi Barbos. *sub numer.* 2. & sunt plenissimæ Constitutiones Apostolicæ, & inter alias illa Pauli II. *Constit.* 1. Julii II. *Constit.* 29. & Pauli III. *Constit.* 36. *bullar. nov. tom.* 1. ubi datur ei Jurisdictio in omnes etiam exemptos, & talem Vicarium appellatione Episcopi contineri etiam in Jurisdictione delegata per Sac. Concilium Tridentinum, & Constitutiones Apostolicas tradunt Card. de Luc. *in relat. Romanæ Curiæ discurs.* 13. *numer.* 2. Scacc. *de Judic. libr.* 1. *capitul.* 65. *numer.* 1. Sbronz. *de Offic. Vicar. libr.* 1. *quæstion.* 13. *numer.* 19. Rot. *decis.* 54. *num.* 16. *part.* 13. *rec.*

Firmata hac Regula pro Jurisdictione Papæ, ejusque Vicarii in tota Urbe, ejusque Ecclesiis, ac universo Clero, & Populo succedit alia subalternans
Regula; & apud omnes scribentes communiter re- 7
cepta; quod qui prætendit habere Jurisdictionem Episcopalem in Urbe, & Diœcesis Papæ ostendere debet se habere jurisdictionem simul cum Territorio separato, itaut sine separatione Territorii non sit dabilis hæc absoluta Jurisdictio in Diœcesi alterius, ne alias in una, eademque Urbe, & Diœcesi appareant plures Episcopi, & Ordinarii, & sic plura Capita quasi Monstrum ut concludunt Card. de Luc. *de Jurisdict. disc.* 1. *numer.* 10. *&* 12. *& disc.* 12. *numer.* 15. *versic. quare,* Rot. *decis.* 70. *numer.* 29. *part.* 13. *& decis.* 340. *numer.* 17. *part.* 15. *recen. & in Gerunden. Jurisdictionis* 5. *Martii* 1692. §. *non obstat, cor. Molines impress. ad Ornat.* Card. de Luc. *de Jurisdict. decis.* 20. *numer.* 5. *& in Firmana Jurisdictionis super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §. *& licet, &* 17. *Martii* 1702. §. *prima pars, coram Molines, & in Caputaquen. Jurisdictionis* 4. *Maii* 1701. §. *Et licet, coram bon. mem. Caffarello, & in Nulliu, seu Caputaquen. Jurisdictionis* 21. *Februar.* 1710. §. *In hoc sane, &* §. *Sacularem coram Falconerio;* ea ratione, quod Cardinales Titulares in Ecclesiis suorum Titulorum gerunt figuram Prælati inferioris comparativa ad Episcopum Urbis, ut advertit Card. de Luc. *in miscell. Eccles. disc.* 1. *numer.* 13. & idcirco probare debent Jurisdictionem cum Territorio separato.

Quod vero ad effectum, ut Cardinalis Titularis exercere possit actus, de quibus est quæstio, requiratur Jurisdictio cum Territorio separato redditur
manifestum, ex quo erigere nova beneficia in Ec- 8
clesiis est actus reservatus Dignitati Episcopali, nec potest competere nisi Episcopo, aut alteri, qui habeat Jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato, ut in puncto, quod ad istum effectum requiratur Territorium separatum firmavit Lotter. *de re benefic. libr.* 1. *quæst.* 5. *num.* 40. *& seqq. & numer.* 46. *cum seqq.* ibi = *Itant impossibile sit aliter constitui beneficium Ecclesiasticum, quam si interveniat Episcopi auctoritas; ab illa namque Episcopali Auctoritate suum esse consequitur, &c. Etenim cum be-*

nefi-

neficium sit Jus spirituale, &c. Consequitur ut creatio hujusmodi Juris spiritualis non possit spectare ad alium, quam ad habentem Jus Pontificale, &c. Unde quia impossibile est ut continuatur beneficium per eum, qui non habet Ius istud Pontificale, quod efformatur ex duobus videlicet Jurisdictione, & Ordine, vix dari potest casus, quo inferior ab Episcopo, quantumcumque pratendat se esse in statu Nullius Diœcesis possit auctorizare in erigendo beneficio, nisi Jurisdictionem habeat Episcopalem, quae est Jurisdictio firmata ex Territorio, sive Diœcesi in Parochos, & Parochianos; tunc enim intelligitur iste Inferior sic insignitus habere quasi Episcopalem, cum illa sua Jurisdictio est defusa extra Collegium per totum aliquod Territorium certis limitibus finitam, ita quod ea vigeat in Parochos, & Parochianos ad exemplum Jurisdictionis Episcopi = & concordat Monacell. *in formul. for. Eccles. part.* 1, *tit.* 2. *formul*, 1. *n.* 2.

Respectu autem Juris instituendi ad beneficium de Jurepatronatus, quod competere non possit nisi Episcopo, aut alteri; qui habeat Jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato habemus literalem dispositionem S. Concilii Tridentini *sess.* 14.
10 *capit.* 12. *de reformat.* ubi disponitur, quod Jus instituendi in Beneficiis de Jurepatronatus non possit alteri quam Episcopo reservari etiam in limine fundationis derogando etiam voluntatibus Fundatorum, qui post Concilium Tridentinum erectiones beneficiorum fieri mandarunt, propter quod nemo alius præter Episcopum, vel illum, habeat Jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato potest obtinere Jus instituendi post Sac. Concilii publicationem, ut firmaverunt Corrad. *in prax. benef. lib.* 4. *capit* 3. *num.* 26. Fagnan. *in capit. cum Ecclesia Volterrana num* 32. *de elect.* Rot. *in Burgen. Iuris instituendi* 23. *Iunii* 1690. §. *Hec tamen*, & §. *Minus applicatur coram D. Molines Decano*, & Sac. Congregatio Concilii *in Firmana Cappellaniarum* 30 *Septembris* 1702. *apud* Mc *Discept. Eccles.* 25. *n.* 11.

11 Et denique actus Reservationis Jurispatronatus in erectione beneficii est etiam Episcopalis, & soli Episcopo reservatus tanquam Diœcesano, ut docet Textus aperius *in cap. Nobis de Iurepatronat.* ibi = *cum consensu Diœcesani* = Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 7. *numer.* 2. Lambertin. *de Iurepat. parc.* 1. *lib.* 1. *artic.* 5. *quæst.* 2. *num.* 2. Rot. *decis.* 316. *numer* 29. *parc.* 10. & *decis.* 107. *numer.* 2. *part.* 11. *recent.* & *in Asten. rioratus super pertinentia* 7. *Decembris* 1708. §. *vis igitur, coram Rev. P. D. Aldrovando.* Appellatione enim Diœcesani non potest intelligi nisi Episcopus, aut alter Jurisdictionem habens Episcopalem cum Territorio separato, ut ait Lotter. *de re benef libr.* 1. *qu.* 24. *numer.* 132. Fagnan. *in cap. cum olim numer.* 19. *de præscript.* Rev. P. D. Petra *ad constitut. Apost. tom.* 2 *ad constit.* 6. *Alex. III. sect.* 1. *numer.* 15. *vers. tamen* & in terminis probat Vivian. *de Iurep. libr.* 2. *cap* 1. *numer.* 20. *versic. nec alter* Rot. *in Marsicana, seu Montis Cassinen. Iurisdictionis* 22. *Martii* 1686. §. *Fundamentum, coram clar. me Card. Matthejo*, et *in Nullius, seu Fulden. Iurisdictionis* 28. *Iunii* 1700. §. *Concurrit*, *coram Eminentissimo D. Card. Tremoille.*

Hæc Jurisdictio Episcopalis cum Territorio separato in Urbe Romana, & in faciem Summi Pontificis, impossibile est quod umquam steterit apud Cardinales Titulares si distinguamus duo tempora, unum ante, & alterum post Sac. Concilii Tridentini publicationem. Etenim antiquioribus sæculis tempore, quo emanavit Decisio Honorii III. in allegato *Cap. his qua de major. & obed.* quamvis Cardinales Titulares in suis Ecclesiis forsan exercerent plures actus Episcopales, non tamen eorum Jurisdictio erat plena, & universalis, qualem habent Episcopi in sua Diœcesi, sed erat partialis, & mutila quoad aliquos actus, non autem quoad omnes, & consequenter non habebant Territorium
12 separatum etiam ante Concilium Tridentinum, cum sint compatibilia inter se ista duo quod nempe quis habeat Jurisdictionem ordinariam, sed tamen non habeat universalitatem Jurisdictionis, seu Territorium separatum, ut benè explicat Lotter. *de re benefic. libr.* 1. *quæst.* 24. *numer.* 100. R. P. D. Petra *ad Constic. Apost. tom.* 2. *ad Constic.* 6. *Alex. III. seu in numer.* 15. & *dixit* Rot. *in Nullius, seu Fulden. jurisdictionis* 1. *Junii* 1708. §. 19. *coram Ansaldo*, & 2. *Junii* 1710. §. 42. *coram eodem*, & *in Burgen. Jurisdictionis super Territorio separato* 19. *Februar.* 1714. §. *Tantum abest*, *coram R. P. D. Falconerio.*

Quod autem ante Concilium Cardinales Titulares non exercerent totam potestatem, & jurisdictionem Episcopalem, & sic Territorium separatum non haberent, apertissime probant Canonistæ *in cap.*
sua nobis, de Offic. Vicar. ubi communiter firmant Cardinalem Urbis Vicarium habere Jus cognoscendi causas subditorum Titulis Cardinalium, non obstante quod isti habeant Jus Episcopale, ut tradit Jo: Andrea *in dicto cap. sua nobis, num.* 11. ibi = *Cum in Urbe sint tituli Cardinalium, qui quoad suos subditos habent Jus Episcopale: quæritur an iste Vicarius cognoscere possit de causis Subditorum Cardinalium, & videtur quod sic per hanc Decretalem, qua solum excludit jurisdictionem extra Urbem, ergo plenam habet in Urbe, quam & Papa quoad causarum cognitionem, cum sit idem Auditorium* = sequitur *Butr. ibidem numer.* 17 ibi = *Cum in Urbe sint Tituli Cardinalium, qui quoad suos subditos habent Jus Episcopale; quæritur an iste Vicarius possit cognoscere de causis subjectorum titulis Cardinalium, videtur quod sic, quia hic excluditur jurisdictio solum extra Urbem, ergo intra habet illam, quam Papa; cum sit idem utrinsque Auditorium* = Card. Zabarell. *numer.* 3. ibi = *Duodecimo quæro cum in Urbe sint tituli Cardinalium, qui quoad suos subditos habent jus Episcopale, an de causis subditorum Cardinalium possit cognoscere? Videtur quod sic per hanc literam, qua solum excludit jurisdictionem extra Urbem, ergo plenam habet in Urbe, sicut Papa quoad causarum cognitionem cum sit idem Auditorium* = Bellar. *numer.* 8. Paporm. *numer.* 5. ibi = *Cum in Urbe sint Tituli Cardinalium, qui quoad suos subditos habent Ius Episcopale: quæritur an iste Vicarius possit cognoscere de causis subjectorum Titulis Cardinalium? Videtur quod sic, quia hic excluditur jurisdictio solum extra Urbem ergo intra illam habet, quam Papa cum sit idem utrinsque Auditorium, &c. & hoc tenendum videtur etiam dato, quod Vicarius non habeat Papalem, sed Episcopalem jurisdictionem in Urbe, vel Patriarchalem, &c. quia ut dixi, non debet minus posse Vicarius Papa, quam Episcopus ejus* =

Si ergo hujusmodi Classici Canonistæ, qui scripserunt ante Concilium communiter tenuerunt, quod Cardinalis Papæ Vicarius possit cognoscere de causis subditorum Titulis Cardinalium, non obstante quod Cardinales Titulares habeant Ius Episcopale, hoc solum ostendit, quod Cardinales Titulares numquam habuerunt Territorium separatum eo ipso quod Cardinalis Vicarius habet Ius cognoscendi causas subditorum eisdem titulis; natura enim Territorii separati est, ut Episcopus in totum exclusus remaneat, & tota jurisdictio in Clerum, & Populum privative spectet ad Cardinalem Titularem, ut explicat Lotter. *de re benefic. libr.* 1, *quæstion.* 24. *numer* 113. & *seqq.* Pignatell. *consult.* 117. *numer.* 145. *tom.* 10. Petra *ad Constic. Apostol. tom.* 2. *ad Constit.* 6. *Alex. III. sect.* 1. *n.* 45. & *seqq.* Rot. *decis.* 610. *num.* 23. & *seqq part.* 19. *tom.* 2. *recent.* & *in Tolerana jurisdictionis* 17. *Junii* 1689. *coram Molines Decano impress. ad ornat.* Card. *de* Luc. *de jurisd. decis.* 13. *sub numer.* 11. & *in Gerunden. jurisdictionis* 5. *Martii* 1692. §. *Non obstat, coram Molines impress. post disc.* 117. Card. de Luc. *de jurisd.* & *in Firmana jurisdictionis super reservatis* 17. *Martii* 1702. §. *His consequenter*, *coram Molines*, & *in Nullius, seu Fulden. jurisdictionis* 1. *Junii* 1708. §. 144. *cor. Ansaldo.* 14

Et quidem, quod semper Cardinalis Vicarius etiam ante Concilium habuerit Ius cognoscendi causas subjectorum titulis Cardinalium, neque isti numquam habuerunt Tribunal contentiosæ Iurisdictio-

nis,

nis, probat Cherubin. *in Compend. Bullar. ad Con-
stit.* 1. *Pauli II. schol.* 3. ubi quod Cardinalis Vi-
carius cognoscit causas subjectorum Titulis Cardi-
nalium, & ita millies practicatum fuisse testatur;
& melius Mandos. *in regul.* 7. *Cancell. quæst.* 2. *n.*
7. ubi quod nunquam vidit Cardinales Titulares
cognoscere causas subditorum suis Titulis, & quod
contrarium observatur, ibi = *Nec hus usque per
decem & octo annos quibus Tribunalia Urbis exper-
tus sum, aliquando vidi Cardinales Titulares indi-
stincte jurisdictionem exercere in homines, bona, &
res suorum Titulorum, ac Ecclesiarum, & persona-
rum Titulis subjectarum, &c. Ego non credo, quod
indistincte eo ipso, quod sunt Titulares, habent cau-
sarum cognitionem, ut præmissum est, imo contrarium
observatur, vel saltem talis jurisdictio non est usu re-
cepta, vel tempore succedente evanuit, &c.* = Et *n.*
9. *in fine* = *Dico Cardinales Titulares non esse in
ista quasi possessione causas audiendi, imo sunt, qui
disputent an Vicarius Papæ, an Papa ipse cognosce-
re habeat de causis subditorum Titulis Cardina-
lium, ut per Cardinalem in Clemen. ne Romani de
Elect. & sic isti præsupponunt Titulares non habere
hanc cognitionem* = & concordant. Pavin. *de po-
test. Capit. Sede vacant. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 37.
& 38. Galubar. *de potest. Legat. a Lat. in exord.
numer.* 16. Cobell. *de notis. Cardin. cap.* 55. §. *Sed
numquid*, Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.*
5. *num.* 2.

Hinc patet error illorum Doctorum, qui cen-
suerunt Cardinales Titulares habuisse in Ecclesiis
suis plenum Jus Episcopale, ut videre est apud Card.
de Albit. *dicta discept.* 2. *num.* 34. quoties enim
etiam ante Concilium nunquam habuerunt Jurisdi-
ctionem contentiosam in causis suorum subditorum,
sed illam semper exercuit Cardinalis Papæ Vicarius,
impossibile est præsupponere, quod Titulares un-
quam obtinuerint plenum Jus Episcopale, & Ter-
15 ritorium separatum, quod inter alia consistit in Ju-
re cognoscendi causas Matrimoniales, Criminales,
& Civiles, ex quo Jure quis recipit potestatem E-
piscopalem in Clerum, & Populum. Barbos. *ad
Concil. sess.* 24. *capit.* 20. *num.* 55. *de reform.* Fa-
gnan. *in cap. cum contingat*, *numer.* 28. *ad fin. de
foro competente*, Rot. *decis.* 41. *num.* 1. & 3. *post*
Tambur. *de Jur. Abb.* R. P. D. Petra *ad Constit.
Apost. tom.* 2. *ad Constit.* 6. *Alexandr. III. sect.*
2. *numer.* 5. Rot. *in dicta Nullius*, *seu Fulden.
jurisdictionis* 1. *Junii* 1708. §. 144. *coram Ansal-
do*, & *in Nullius*, *seu Capuaquen. jurisdictionis.*
21. *Februarii* 1710. §. *Sæcularem*, *coram Falco-
nerio.*

16 Postquam vero supervenit publicatio S. Concilii
Tridentini non solum Cardinales Titulares nun-
quam habuerunt plenam jurisdictionem Episcopalem
cum Territorio separato, quam antea non habe-
bant, sed amiserunt etiam illos actus jurisdictiona-
les, qui ante Concilium sibi permissi erant *in dicto
cap. his, qui de major. & obed.* Etenim S. Conci-
lium Tridentinum reintegravit Episcopos ad plena-
riam eorum jurisdictionem, & in certis actibus
particularibus prohibuit alios, quam Episcopos se
ingerere posse, & sane circa jus approbandi Con-
fessarios decrevit illud spectare ad solos Episcopos
derogando Privilegiis, & consuetudinibus etiam im-
memorabilibus in contrarium, *ut in sess.* 23. *cap.*
15. *de reform.* idenque determinavit quod jus dan-
di licentiam concionandi *in cap.* 5. *sess.* 24. *de re-
format.* solum excipiendo illos, qui vere habent ju-
risdictionem Episcopalem cum Territorio separato,
ut firmavit Rot. *in Theatina Jurisdictionis* 14. *De-
cembris* 1708. §. *pari difficultate*, *coram Scotto*. Pa-
riter quoad Parochiales Ecclesias voluit deputationes
OEconomorum, & Concursus fieri per Episcopos,
& per eorum Examinatores Synodales, derogando
Privilegiis, & indultis, & aliis quibuscunque, *ut
in cap.* 18. *sess.* 24. *de reformat.*

Pariter jus dispensandi super Irregularitatibus vo-
luit competere Episcopis tantum *in c.* 6. *sess.* 24. *de
refor.* similiter jus cognoscendi causas matrimoniales,
criminales, & civiles reservavit cognitioni Episcopo-
rum derogando quibuscunque Indultis, Concordiis,
& consuetudinibus, *in sess.* 24. *cap.* 10. *de refor.* jus
visitandi easdem Episcopis concessit etiam Auctorita-
te Apostolica, seu delegata derogando omnibus in
contrarium, *ut in sess.* 7. *cap.* 8. *de refor.* & *sess.*
14. *cap.* 4. Et ulterius decrevit ut in erectionibus
beneficiorum de Jurepatronatu Institutio soli Epi-
scopo, non autem alteri reservaretur *ut in sess.* 14.
cap. 12. *de reformat.* quodque examen præsentato-
rum ad eundem spectaret, *ut in sess.* 7. *cap.* 13.
& *sess.* 4. *cap.* 18. & *sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.* &
de unionibus beneficiorum eidem Episcopo reserva-
tis *in sess.* 24. *cap.* 15. *ubi* Barbos. *num.* 5. *de re-
form.* dedit etiam Episcopis facultatem recognoscen-
di beneficia de Jurepatronatu an hoc competeret ex
mera Fundatione & donatione, etiam auctoritate de-
legata, seu Apostolica, *ut in sess.* 25. *cap.* 9. *de re-
form.* concessit Episcopis jus faciendi commutatio-
nes ultimarum voluntatum pariter auctoritate Apo-
stolica, seu delegata *in cap.* 6. *sess.* 22. *de reformat.*
Et demum ordinavit quod Monitoria ad revelan-
dum res deperditas, seu subtractas a nemine pror-
sus, nisi ab Episcopo decernantur *in sess.* 25. *cap.*
3. *de reform.* ibique Barbos. *nu.* 10.

Quidquid ergo sit an ante Concilium Tridenti- 17
num Cardinales Titulares aliquam speciem jurisdi-
ctionis haberent in Ecclesiis suorum Titulorum, de
quo tempore loquitur Bulla Pauli IV. & intelligi
debet numerosa turba contrariorum Doctorum; hoc
unum infallibile est, quod post S. Concilii publica-
tionem amiserunt omnem illam jurisdictionem,
quam antea forte habebant itaut hodie juxta pra-
xim, & experientiam eorum jus sit restrictum ad
præeminentialia, œconomica, & honorifica; subla-
ta penitus omni specie Jurisdictionis, quam S. Con-
cilium competere voluit solis Episcopis in sua Diœ-
cesi, & sic etiam Cardinali Papæ Vicario in Urbe,
& Diœcesi Romana; Statim nanque post Conci-
lium sub Pontificatu Gregorii XIII. orta fuit con-
troversia an Cardinales Titulares possent amplius
in suis Ecclesiis, earumque subditis habere illas fa-
cultates, quæ per Concilium Tridentinum fuerunt
tributæ Episcopis in suis Diœcesibus? & Gregorius
XIII. negative judicavit ex supra relato fundamen-
to, quia Cardinales Titulares non sunt vere, &
proprie Episcopi, ut hæc resolutio per extensum re-
gistratur apud Nicol. *in Floscul. in verb. Cardina-
lis sub num.* 13. ibi = *De Cardinalibus, qui habent
titulos Ecclesiarum Urbis, cum dubitatum esset an
possent in suis Ecclesiis Titularibus, & in earum sub-
ditis uti illis facultatibus, quæ a Concilio Tridentino
tributæ sunt Episcopis in suis Civitatibus, & Diœce-
sibus, & specialiter illis, quæ comprehenduntur in De-
creto cap. Liceat* 6. *sess.* 24. *discusso articulo Grego-
rius XIII. dixit se nolle, ea, quæ Episcopis concessa
sunt a Concilio Tridentino competere Cardinalibus in
suis Titulis, quia licet habeant quasi Episcopalem ju-
risdictionem, non tamen sunt ibi vere, & proprie E-
piscopi* = Et eandem resolutionem referunt Fagnan.
in cap. hic, qui n. 16. *de major. & obed.* & *in c.
ne pro dilatione*, *n.* 42. *de pœnit. & remiss.* Pignat-
tell. *consult.* 117. *n.* 241. *tom.* 10.

Neque subsistit responsio, quam excogitavit Card. 18
de Albit. *in dicta discept.* 2. *num.* 24. & Card. de
Luc. *de jurisdict. disc.* 18. qui agendo causam, quam
defendebant, dixerunt, Resolutionem Gregorii XIII.
denegare tantum Titularibus facultatem dispensan-
di ab Irregularitatibus concessam Episcopis per Con-
cilium, supponendo in aliis intactam remanere Ju-
risdictionem Titularium: quoniam resolutio Ponti-
ficia non stat restrictive ad facultatem dispensandi
super Irregularitatibus, sed generaliter loquitur de
omnibus iis, quæ Concilium Episcopis concessit,
ibi = *Dixit se nolle ea, quæ Episcopis concessa sunt
a Concilio Tridentino competere Cardinalibus in suis
titulis* = Et pariter dubium sibi propositum fuit ge-
nerale = *An Cardinales Titulares possent uti illis
facultatibus, quæ a Concilio Tridentino tributa sunt
Episcopis?* = solum specificando casum dispensatio-
nis

nis ad Irregularitatibus demonstrative per modum exempli, & casus, qui tunc occurrebat, ibi = *Et specialiter illis, quæ comprehenduntur in Decreto c. Liceat 6. sess. 24.* = Unde fit responsionem datam per Gregorium XIII. fuisse generalem pro omnibus casibus, in quibus Concilium concessionem fecerat Episcopis, eisque facultatem dederat, non autem restrictive ad casum dispensationis demonstrative in dubio expressum, juxta ea, quæ advertunt Bald. *conf.* 339. *sub num.* 1. *vers. quæ verb. lib.* 1. Gratian. *discept.* 834. *num.* 22. Gregor. *decis.* 516. *nu.* 9. Emerix jun. *decis.* 117. *num.* 4. Rot. *decis.* 177. *num* 5. *part.* 19. *recent.* & *in Novarien. Interventus in Pontificalibus* 17. *Junii* 1704. §. *Absque eo, quod, coram Omanna.*

Quod manifestat ratio illa generalis adjecta per Gregorium, ibi = *Quia licet habeant quasi Episcopalem jurisdictionem, non tamen sunt ibi veri, & proprie Episcopi*, = quæ nihil aliud importat nisi quod Titulares in suis Ecclesiis licet habeant Jurisdictionem Episcopalem, non tamen eam habent universalem, & privativam cum Territorio separato, prout habent veri, ac proprii Episcopi in suis Diœcesibus, quemadmodum in individuo, Gregorii declarationem explicat Monet. *de commut. ult. volunt.* *cap.* 5. *num.* 453. Pignatell. *consult.* 117. *num.* 242. & *seqq. tom.* 10. ita enim de jure est, ut nisi quis habeat jurisdictionem cum Territorio separato, nequeat exercere ea, quæ per Concilium Tridentinum sunt tributa Episcopis etiam auctoritate delegata, ut in puncto, quod Cardinalis Vicarius jurisdictionem exerceat in Titulis Cardinalitiis auctoritate S. Concilii Tridentini ex declarationibus, & Decretis Pontificiis testatur Card. de Luc. pro veritate scribens, & discedens ab iis, quæ antecedenter scripserat ad defensam causæ Cardinalis de Albit. quemadmodum legere est in *relat. Rom. Cur. disc.* 13 *num.* 2. ibi = *Vicarius Generalis Papæ, &c. regit Curiam Episcopalem cum omnibus Clericis, aliisque Personis &c. ac etiam habet delegatam jurisdictionem a Concilio Tridentino, & Apostolicis Constitutionibus cum Ecclesiis, & Personis exemptis, &c. & quamvis in titulis Cardinalitiis in puncto Juris probabilior forte videatur opinio; a Contradictoribus tamen non immunis, ut illi ab hac jurisdictione, &c. sint exempti, &c. ex particularibus tamen Decretis, vel declarationibus Pontificiis contrarium praxis docet ex eadem ratione, ob quam etiam cum Ecclesiis & Personis exemptis congrua est Ordinarii jurisdictio, ratione scilicet modi, seu occasione Curæ Populi, & Cleri Sæcularis in ejus Territorio viventis.* =

19 Et patet ratione; quia nempe omnis Declaratio, & Rescriptum Papæ debet intelligi prout de Jure ad notum Text. *in cap Causam, quæ de Rescript.* Rot. *decis.* 191. *numer.* 6. *part.* 17. & *decis.* 282. *num.* 25. *part.* 18. *rec.* De jure autem quando prætendens jurisdictionem non probat Territorium separatum, ut sunt Cardinales Titulares, qui tale Territorium non habent, tunc eam jurisdictionem, quam exercebat ante Concilium non potest amplius exercere post ejus publicationem respectu ejus generis jurisdictionis, quæ fuit Episcopis reservata in allegatis Decretis Concilii Tridentini & consequenter jurisdictio Cardinalium Titularium abrogata remansit in omnibus actibus, qui exerceri non possunt nisi per Episcopum, aut habentem jura Episcopalia cum Territorio separato, ideoque amiserunt subjectionem Parochiæ, & Populi, scilicet Jus faciendi concursum, & examinandi, & conferendi Parochiam, & visitandi in concernentibus Curam Animarum, amiserunt Jus approbandi Confessarios, assistendi matrimoniis, dandi licentiam concionandi, erigendi beneficia, instituendi Præsentatos in beneficiis erectis post Concilium, relaxandi Monitoria excommunicationum ad revelandum, dispensandi super irregularitate, commutandi ultimas voluntates, & similia, hæc enim omnia post Concilium Tridentinum competere amplius non possunt nisi Episcopis, aut his, qui habeant jurisdictionem cum Territorio separato, ut inhærendo Decretis Concilii, quoad singulos actus, de quibus supra discretive tradiderunt Doctores, ut de Jure instituendi in beneficiis de Jurepatronatus, Rot. *in Burgen. Juris instituendi* 23. *Junii* 1690. §. *Minus, & in Gerunden. jurisdictionis* 5. *Martii* 1692. *coram Molines ad Ornat.* Card. de Luca *de jurisd. decis.* 20. *n.* 5. & 17. de Jure erigendi beneficia in Ecclesiis, Lotter. *lib.* 2. *q.* 5. *num.* 46. & *seqq.* Monacell. *in formul. tom.* 1. *tit.* 2. *form.* 1. *num.* 2. De Jure approbandi Confessarios, & dandi licentiam concionandi S. Congregatio Concilii *in Vulturanien.* 5. *Junii* 1655. *apud* Pignatell. *consult.* 16. *num.* 25. *tom.* 2. Rot. *in Theatina jurisdictionis* 14. *Decembris* 1708. §. *Pari difficultate, coram Scoto.* De Jure faciendi concursum, deputandi OEconomos, examinandi, & conferendi Parochiales, Rot. *in Marsicen. seu Nullius jurisdictionis* 7. *Junii* 1700. §. *Idque eo fortius, & §. Neque omnia, coram Muto, & in Nullius, seu Fulden. jurisdictionis* 28. *Junii* 1700. §. *Concurrit, coram Card. Tremoille*; ubi etiam loquitur de Jure approbandi Fundationes beneficiorum, & instituendi ad beneficia de Jurepatronatus, & de Jure dispensandi super denunciationibus matrimonii. Panimoll. *decis.* 30. *annotat.* 2. *num.* 22. Boss. *de Matrim. lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 2. Et de Jure cognoscendi causas Matrimoniales, & Criminales, convocandi Synodum, & similibus, Rot. *in Gerunden. jurisdictionis super* 5. *dubio* 21. *Junii* 1998. §. *Nec dici valet, coram Cardin. Caprara, & in Nullius, seu Fulden. jurisdictionis* 28. *Junii* 1710. §. *Libero cum seqq. coram Card. Tremoille, & in Caven. jurisdictionis super Territorio separato* 13. *Junii* 1710. §. *Hisce, coram Falconerio.*

Fortius quia Jurisdictio illa, quam Doctores nostri dicerunt competere Cardinalibus in Ecclesiis suorum Titulorum non est nativa, neque de Jure, sed exorbitans, & dativa ex particulari concessione Papæ, competendo ratione Dignitatis Cardinalitiæ, non autem Ecclesiæ, cujus Capitulum defuncto Cardinali nullam habet Jurisdictionem, itaut tanto magis hæc Jurisdictio abrogata remanserit post supervenientiam S. Concilii, & declarationem Gregorii XIII. ut explicando hanc jurisdictionem docuit Innocent. IV. *in dicto cap. his, quæ de maior. & obed. num.* 2. ibi = *Alii aliter, & forte melius dicunt, quod hæc, quæ Cardinali servantur, non habent de Jure in suis Ecclesiis, sed Cardinalis, vel alius Prælatus hoc recipit a Papa, &c.; & hoc ex eo apparet, quia cum excommunicatio sit mucro Episcopalis, Capitulum habere non potest per se, nec Cardinales hoc habent ab eo, &c. De correctione etiam dicimus, quod Capitulum. vel titulus eam facere non potest de Jure suo puniendo de crimine, vel sententiam ferendo*; = in quo concordant Hostien. *ibid. n.* 5. Jo: Andr. *n.* 7. & 9. 20

Quodque post Concilium hæc Jurisdictio Cardinalium Titularium recesserat ab aula, mirabiliter probat observantia, & consuetudo, dum si Cardinales Titulares vere haberent Jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato, utique in suis Ecclesiis facerent Synodum, deputarent OEconomos in Parochialibus, indicerent concursum coram propriis Examinatoribus, conferrent Parochiam, haberent Tribunal contentiosum cognoscendo causas omnes subditorum titulis Ecclesiarum suarum, excommunicarent, dispensarent, assisterent matrimoniis, & alia facerent, quæ possunt Episcopi in suis Ecclesiis, & Diœcesibus, & tamen experientia teste, nihil minimum ex his unquam exercuerunt, aut exercent ab immemorabili, sed omnia explentur per Curiam Episcopalem Cardinalis Vicarii, ut notum est, & de concursibus tradit Card. de Luca *in relat. Rom. Cur. disc.* 13. *num.* 13. & generaliter, quod Cardinalium Titularium Jurisdictio non sit amplius in usu, sed consuetudo, & praxis sit in contrarium, fatetur ipse Card. Albit. *dicta discept.* 2. *n.* 88. *vers. Non obstat, & quæst.* 8. *num.* 8. *in fin.* & Cardin. de Luc. *de jurisdict. disc.* 34. *num.* 17. Cohell. *de notit. Card. capit.* 55. & magis præcise Card. de Luc. *in* 21

rio *Miscell.*

Miscel. Eccles. disc. 1. *numer.* 24. ubi quod Titolares respectu Cleri, & Populi nullam habent Jurisdictionem.

Nihil suffragante quod etiam hodie Cardinales Titulares exerceant solemnem benedictionem, & habeant collationem beneficiorum, quia respectu benedictionis, hæc respicit honorifica, & præminentialia, ut etiam est usus Pontificalium, quod nihil refert ad jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato, ut firmat Petra *ad constitut. Apost. tom.* 2. *ad constit.* 6. *Alexand. III. sect.* 1. *numer.* 54. Rot. *in Brixien. jurisdictionis* 5. *Julii* 1688. §. *nec*
22 *in præsenti, coram Card. Caprara*, Collatio autem beneficiorum provenit ex Indulto Cardinalitio specialiter concesso per summum Pontificem tanquam Urbis Episcopum, ut Cardinales alliceret ad residendum, ut apud Barbos. *de jur. Eccles. libr.* 1. *cap.* 4. *numer.* 39. Azzor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 2. Lotter. *de re benef. libr.* 2. *quæst.* 2. *num.* 7. *&* 8. ibi = *Cardinales in suis titulis, &c. jus providendi, quod in eis habent, consecuti sunt ex speciali concessione Papæ, cui alias jus illud tanquam Urbis Episcopo originaliter competit, ut eos magis alliceret ad residendum* = Germon. *ad Indult. Cardin.* §. *tum ratione*, *numer.* 15. si ergo hoc habent ex speciali Privilegio Papæ tanquam Urbis Episcopo signum evidens, quod illis non competit de jure ratione tituli Ecclesiarum suarum, seu ratione Territorii separati, ut bene advertit in his terminis Rot. *in nullius, seu Fulden. Jurisdictionis* 1. *Julii* 1708. §. 85. *cor. R. P. D. Ansaldo*, *&* 2. *Junii* 1710. §. 20. *cor. eodem* Petra *ad dict. Constit.* 6. *Alexand. III. sect.* 1. *n.* 51. *& in Firmana Jurisdictionis* 15. *Aprilis* 1701. §. *eodem modo in fine*, *cor. Molines*.

Minusque obstant Auctoritates, quæ dixerunt Cardinales Titulares in suis Titulis nedum habere jurisdictionem Episcopalem, sed etiam, quod eorum Ecclesiæ sunt quasi parvæ ipsorum Diœceses intra fines Episcopatus Romani, ut apud Monet. *de commut. ult. volunt. capit.* 5. *numer.* 452. Card. de Albit. *dicta discept.* 2. *numer.* 46. Card. de Luc. *de Jurisd. disc.* 30. *num.* 16. Loquuntur enim isti Doctores habito respectu ad antiquam Jurisdictionem, quam circa aliquos actus Titulares habebant ante Concilium, neque tamen per hoc firmare excogitarunt vere, & proprie Cardinales Titulares unquam habuisse Territorium separatum, & proprium, sed tantum improprium, utendo illa dictione *quasi parva Diœceses*, & loquendo per quoddam genus improprii Territorii, ut ait Card. de Luca *dicto disc.* 34. *n.* 6. *& in relat. Rom. Curia disc.* 13. *num.* 3. ibi = *Quandam speciem Diœcesis, vel Territorii separati improprii* = quæ verba excluduot verum, ac proprium Territorium, quale requiritur pro exercitio actuum, de quibus est quæstio, ut ponderat Monet. *de commut. ult. volunt. cap.* 5. *num.* 453. ibi = *Non enim poterit illa facultate dispensandi uti Cardinalis in suo Titulo, cum non habeat Diœcesim* = & quod hujusmodi Territorium improprium non importet Jurisdictionem Episcopalem cum Territorio separato, sed solam Jurisdictionem partialem, & mutilam quoad certos actus tantum, advertit Petra *ad constit. Apost. tom.* 2. *ad constit.* 6. *Alex. III. num.* 50. ibi = *Ista verba inducunt quandam speciem impropriam nullius &c. unde dicitur Abbas habere Territorium separatum improprium, & ad certos effectus, & per modum æquiparationis, non autem possunt inducere de se, ut sonant, sine aliis adjunctis certiam speciem jurisdictionis vere nullius Populum, & Clerum cum dismembratione Territorii, quod est Territorium separatum, vere & proprie formatum ad quoslibet effectus, itaut remaneat quidem locus materialiter in Diœcesi, nullo modo formaliter, nec dicatur esse in Diœcesi, nec Diœcesi Episcopi, cum alter improprie separatus secunda speciei locus dicatur in Diœcesi formaliter, & materialiter Episcopi.* =

Et specialiter quod hoc Territorium improprium,
23 seu quasi Diœcesis non eximat Titulos Cardinalitios a Jurisdictione Cardinalis Vicarii, testatur in praxi Card. de Luc. *in relat. Rom. Curia dict. disc.* 13. *numer.* 2. & pariter quod illud non sufficiat ad effectum exercendi actus per Concilium Tridentinum tributos Episcopis in suis Diœcesibus tenet Pignatell. *dict. consult.* 117. *numer.* 144. *&* 145. *tom.* 10. ubi quod requiritur Territorium proprium, quod vere sit nullius Diœcesis loquendo contra Cardinales Titulares, Rosa *de residen. Episcop. cap.* 4. *sect.* 6. *num.* 483. *& seq.* Crispin. *in tract. della Visita Pastorale part.* 1. §. 13. *num.* 40. ubi distinguit Territorium proprium ab improprio Rot. *dec.* 324. *n.* 6. *&* 7. *part.* 1. *recent.* ibi = *Non concludunt Territorium separatum, &c. & quamvis Doctores nonnunquam dicant, quod locus exemptus constituat Territorium per se, illi loquuntur improprie, vel intelligendi sunt quoad certos effectus, & per modum æquiparationis* = *& dec.* 373. *num.* 11. *&* 12. *part.* 11. *recent.* & præcise quod post Concilium Tridentinum hodie redacta sit ad nihilum Jurisdictio eorum Prælatorum, qui habebant Territorium improprium, egregie observat Card. de Luc. *de jurisdict. disc.* 1. *num.* 8. *vers. altera*, *& in annot. ad disc.* 17. *num.* 1. *& disc.* 18. *numer.* 6. *vers. Ponderata*, Petra *tom.* 2. *ad Constit.* 6. *Alex. III. sect.* 1. *num.* 3.

Eadenque responsio militat ad *Constit.* 55. Sixti V. ubi enunciatur fuisse antiquitus institutum, ut Cardinalibus = *Certa in Urbe Roma Ecclesiæ Tituli appellata, quasi quadam cujusque propria Diœceses, &c. assignarentur* = habet enim respectum ad antiquam, ut dixi, Jurisdictionem Titularium quoad plures actus, quos olim forte exercebant, & solum dicit = *quasi quadam Diœceses* = unde natura illius dictionis *quasi* improprietatem, & diminutionem significat, excludendo essentiam, & substantiam veri, & proprii Territorii ex allegatis, & explicando indolem hujusmodi dictionis, tradit Barbos. *dict.* 311. *numer.* 2. ibi = *Propria natura hujus dictionis est denotare improprietatem, fictionem, & diminutionem.* =

Verum quia post Concilium Cardinales Titulares amiserunt omnes actus Episcopales, de quibus supra, amplius non applicatur, quicquid Doctores, & Bulla Sixti dixerunt de hac quasi parva, & impropria Diœcesi; eoque magis stante declaratione Gregorii XIII. & observantia, seu praxi, & consuetudine, juxta quam Cardinalium Titularium jurisdictio non est amplius in usu, sed habet contrarium usum, exercente Card. Vicario, ejusque Vicesgerente omnimodam Jurisdictionem in Ecclesias Titulorum; earunque Clerum, & Populum, & Parochum; hoc enim casu non est deferendum auctoritatibus, & Dicteriis, seu vocabulis Doctorum, & Bullarum Apostolicarum, sed attendi debet rei substantia, quæ consistit in usu, consuetudine, & 24
praxi; cum explorati Juris sit Jurisdictionem dari, & tolli posse per usum, & per contrarium usum respective, ut ad terminos nostros firmavit Rot. *in Gerunden. Jurisdictionis* 5. *Martii* 1691. *coram Molines impress. ad ornat.* Card. de Luc. *de Jurisdict. decis.* 20. *numer.* 7. *& in Giennen. Adjunctorum* 13. *Februarii* 1702. §. *Et quod longa consuetudo*, *&* 15. *Junii* 1793. §. *final. & prima Maii* 1704. §. *Sufficiunt*, *&* 27. *Martii* 1705. §. *Ex quibus*, *cor. eodem*.

Neque adversus hanc inviolabilem observantiam, & passim suffraganrur responsiones datæ per Card. de Albit. *dict. discept.* 2. *num* 89. *& seqq.* quod nempe jurisdictio Episcopalis sit materia facultativa non præscriptibilis, quodque attenta Bulla 55. Sixti V. necnon exercitio Juris conferendi beneficia, & impartiendi benedictionem sulemnem, conservatum rei maneat jus in reliquis; hæc enim omnia sunt inapplicabilia ad casum nostrum, ubi habemus Decreta Concilii Tridentini, quæ supervenerunt, & contra Prælatos non habentes verum, ac proprium Territorium reintegrarunt Episcopos ad eorum Jurisdictionem, juncta declaratione Gregorii XIII. in his nanque terminis consuetudo subsecuta stat declarative ad Concilium, ad effectum ostendendi, quod Cardinalium Titularium jurisdictio fuerit sublata quoad actus per Concilium Episcopo tributos, cum nihil

magis vulgatum quam quod dubietas cujuslibet legis
35 seu generalis, seu conciliaris declarata remaneat ex observantia subsecuta, ut in proposito notat, Rot. *decis.* 493. *numer.* 4. *part.* 13. *& decis.* 48. *num.* 9. *&* 10. *coram Bichio, & decis.* 679. *num.* 9. *coram Buratto, & in Firmana Jurisdictionis* 10. *Maii* 1700. §. 36. *sub die* 15. *Aprilis* 1701. §. 13. *cor. Molines, & in Giennen. Juris mutandi* 26. *Aprilis* 1700. §. *sive demum, cor. Muto.*

Bulla autem Sixti V. ad hunc effectum nihil operari valet veluti edita de anno 1587. a quo tempore usque in præsens decursi sunt anni 125. & potuit per hanc contrariam consuetudinem non solum declarari mens Concilii, & Gregorii XIII. sed potuit introduci amissio Jurisdictionis per non usum, seu contrarium usum quando præsertim ea revertitur ad suam primævam naturam, scilicet ad proprium Episcopum, ut est Cardinalis Vicarius. Tondut. *quæst. benef. part.* 1. *cap.* 61. *num.* 8. *&* 13. Rot. *in Gerunden. juris cognoscendi causam* 20. *Junii* 1700. §. *privilegium, & in Gerunden. Adjunctorum* 3. *Februarii* 1700. §. *& quod causa, coram Molines, & in Calaguritana Jurisdictionis* 10. *Julii* 1701. §. *talis observantia, coram Card. Tremoille.* Neque stante centenaria applicatur Regula materiæ facultativæ, quia non præsumitur per tot annos aliquem jus suum neglexisse, nisi ex justo titulo se crederet exclusum, Rocc. *disput. jur. cap.* 167. *num.* 48. Adden. ad Gregor. *decis.* 162. *num.* 15. Rot. *dec.* 390. *num.* 7. *part.* 4. *recent. & in Urgelen. servitutum* 15. *Martii* 1697. §. *Tertio in fine, cor. Ursino, & in Gerunden. Anniversariorum super pactis* 15. *Junii* 1696. §. *quia facultativa qualitas, cor. Card. Tremoille.*

Actus vero Benedictionis solemnis, & collationis Beneficiorum conservare non poterant jurisdictionem reliquis, dum collatio Beneficiorum non provenit ratione Ecclesiæ, seu tituli; sed ex privilegio, seu indulto speciali; & Benedictio solemnis veluti respiciens honorifica, & Pontificalia non influit ad conservationem jurisdictionis veluti actum diversæ speciei ex allegatis supra §. *nihil suffragante.* Ultra quod hujusmodi objectum supponit Cardinales Titulares habuisse jurisdictionem Episcopalem etiam post Concilium, quod ex prædictis ostensum fuit in subsistens; ideoque Concilium abstulit Titularibus omnes actus Jurisdictionis Episcopalis, & sola retentio Pontificalium, quæ remansit, non potuit conservare cætera, quibus fuit derogatum per legem conciliarem ita declaratam ex
36 observantia, consuetudine, & usu subsecuto. Nec etiam applicatur quod hæc observantia debeat esse præscripta cum suis requisitis, cum id nullo modo procedat in observantia interpretativa legis, seu Concilii. Rot. *coram Buratt. decis.* 391. *numer.* 3. *& coram Cerro decis.* 753. *numer.* 9. *& in recent. decis.* 419. *numer.* 6. *part.* 1. *& decis.* 316. *numer.* 15. *& seqq. part.* 9. *& dec.* 78. *num.* 11. *part.* 14. *& dec.* 273. *n.* 8. *part.* 15.

Sed non sistunt hic rationes, quæ militant pro D. Cardinali Vicario, sed ulterius quoque progrediuntur, ex quo iste non est usus Jurisdictionis Cardinalium Titularium tanto tempore observatus, nedum processit ex superveniencia Decretorum Concilii, sed ex voluntate positiva Summorum Pontificum ad evitandum magnum absurdum, quod ex tali Jurisdictione sequebatur in Urbe, quoniam cum tituli Cardinalium fuerint per Sextum V. aucti usque ad numerum 70. veluti testatur, Barbos. *in capit. his quæ, numer.* 3. *versicul. quos quidem, de majorit. & obedient.* & pro majori parte Ecclesiæ Titulorum habeant Parochiam, & Parochianos, utique Jurisdictio Cardinalium Titularium recognita fuit impracticabilis, & causa plurium inconvenientium, quia in Urbe Romana, & in faciem Summi Pontificis absurdum erat quod tot veluti quodammodo distincti Episcopi Jurisdictionem exercerent, prout erant Titulares, & tot separatæ Jurisdictiones, quot erant Ecclesiæ Titulorum; abhor
37 ret enim natura, ut in una Civitate, & Diœcesi conspiciantur tot Capita quasi monstrum, ut de hac implicantia videre est apud Hostien. *in capit. cum contingat, numer.* 1. *de foro compet. & in cap. Quanto, numer.* 13. *de Offic. ordin.* Gratian. *discept.* 212. *num.* 16. *&* 17. Rot. *dec.* 324. *num.* 11. *parc.* 1. *recent. & in Firmana Jurisdictionis super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §. *Et licet, coram Molines, & in Caputaquen. Jurisdictionis* 4. *Maii* 1708. §. *Et licet coram Caffarello, & in dicta Burgen. Jurisdictionis* 19. *Februarii* 1714. §. *In ancipiti, coram R. P. D. Falconerio.*

Sequebatur etiam, quod in Romana Civitate tot erant Almi, quot Ecclesiæ Titulares diversis subjectæ Jurisdictionibus, ita, & taliter quod Cardinali Vicario fere non remansisset pars Urbis libera ad effectum exercendi Jurisdictionem suam Ordinariam in Clerum, & Populum, si Cardinales Titulares vellent habere sibi subjectum Clerum, & Populum Ecclesiarum suarum magnam partem Urbis occupantium, ultra scissuram tot coæqualium, seu independentium Superiorum, quorum unus alteri impedimentum præstare poterat, unde merito Summi Pontifices pro meliori regimine Civitatis, & in reverentiam, & conservationem propriæ Jurisdictionis per Cardinalem Vicarium repræsentatæ prorsus abstulerunt hujusmodi speciem Jurisdictionis Cardinalibus Titularibus ad evitandam confusionem, & absurditates, quæ exinde oriebantur, & hanc fuisse causam, quare ex observantia recesserit ab Aula hæc Jurisdictio Titularium, testatur Card. de Luc. *de Jurisdictione dict. disc.* 34. *num.* 17. *vers. quamvis, &* Rot. *in Romana juris tumulandi* 20. *Februarii* 1702. §. *de actibus, cor. Card. Priolo impress. apud* Me *discept. Eccles.* 51. *numer.* 29. *in fin. tom.* 2. Et istum non usum, seu desuetudinem Jurisdictionis Titularium processisse ex particularibus Pontificiis Decretis, inquit Card. de Luc. *in relat. Rom. Cur. disc.* 13. *n.* 2.

Et summa quidem ratione dum omnis lex, o- 28
mnis humana dispositio, aut Privilegium, quando tractu temporis per experientiam noscitur impracticabile, aut inconveniens, ad ejus reformationem, & quandoque abrogationem devenitur juxta temporum conditionem, & varietatem; ut enim præcedenter inquit, Innocent. III. *in Cap. non debet de Consan. & affin.* = *Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana, præsertim cum urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit, quoniam ipse Deus ex iis, quæ in veteri testamento statuerat nonnulla mutavit in novo* = Et in proposito cujuscunque humanæ legis, aut privilegii revocationibus subjecti ex motivis prudentialibus extat Decisio *Text. in cap. suggerum de decim. ut late exornat.* Suarez. *de legib. lib.* 8. *capit.* 30. *numer.* 6. *&* 7. Rot. *in Castellana aperitionis oris* 19. *Decembris* 1703. §. *cæterum, coram Molines*; & de hoc absurdo Urbis Romanæ in tanta confusione Jurisdictionum testatur Julius II. in ejus *constic.* 28. §. 1. *Bullar. nov. tom.* 1. in qua propterea omnes Clericos subjecit Cardinali Vicario, & omne aliud Tribunal interdixit.

Non mirum igitur si illa Jurisdictio Cardinalium Titularium recessit ab Aula, licet etiam antiquitus nunquam fuerit plenaria, & cum Territorio separato, ut prædixi; ideoque stante hac consuetudine, quæ inveterata est, non datur exemplum, aut casus hujusmodi Jurisdictionis; Causa enim, quam disputavit Card. Albitius olim Titularis S. Mariæ in Via, nullum habuit effectum in iis, quæ respiciebant Jurisdictionem Cardinal. Vicarii, sed in Congregatione particulari 5. Augusti 1668. solum obtinuit Regulares S. Mariæ in Via esse subditos Titulari in concernentibus Cultum Ecclesiæ = *Reservata inspectione circa concernentia Curam Animarum respectu Jurisdictionis Cardinalis Vicarii, ac altera circa consuetudinem* = ut refert Card. de Luc. *de Jurisdict. disc.* 34. *numer.* 26. qui scribebat in ea causa simul cum Card. de Albitiis, & nihil obtentum fuit ex iis, quæ uterque scripsit prætendendo Jurisdictionem absolutam,

tam, & Episcopalem in actibus apud ipsos relatis.
Immo quod notabile est cum hodiernis tempori-
bus D. Cardinalis Ottobonus Titularis S. Lauren-
tii in Damaso fretus dispositione allegati Textus
in capit. his, quæ de major. & obed. Excitasset præ-
tensionem præeligendi, & conferendi Parochiales
Ecclesias S. Blasii de Fovea, & S. Mariæ in Mon-
ticellis tanquam filiales, & subjectas ejus Titulo
Cardinalitio, disputato Articulo in Congregatio-
ne particulari per S. M. Innocent. XII. deputata,
intervenientibus Cardinalibus Sacripante, & de Spe-
rellis, necnon Prælatis Lancetta, Thomato, Nu-
ptio, & Philippuccio, & de Bellis sub die 2. A-
prilis 1700. plenis suffragiis decisum fuit = *Insti-
tutionem deberi prælectis in concursu ab Eminentis-
simo Vicario* =, & fuit ita successive observatum.
Stante igitur hac solemni re judicata eo magis con-
firmata remanet consuetudo, & praxis hactenus di-
scussa, quæ ubi canonizata reperitur per rem judi-
catam facie statum, & habet vim legis in futu-
29 rum *ad Text. in l. cum consuetudine, ff. de legib.*
Rot. *decis. 266. num. 10. & 12. part. 15. & decis. 78.
num. 8. part. 14. & in Mantuana bonorum 12. Mar-
tii 1706. §. Ex his enim, & §. Absque eo, quod, co-
ram Cardinali Caprara,*
Quia præsertim emanavit contra Cardinalem Ti-
tularem S. Laurentii in Damaso, cujus favore di-
recta legitur dispositio Textus *in dicto capit. his,
quæ de major. & obedient.* ex quo tanquam a suo
fonte deducunt scribentes Jurisdictionem Cardina-
lium Titularium, ac etiam quia mediante hoc ju-
dicato dubitari amplius non potest quin Conci-
lium Tridentinum, & consuetudo abrogaverint Ju-
risdictionem Cardinalium Titularium circa ea, quæ
respiciunt Territorium separatum, ac proprium Jus
Episcopale, quod consistit in Cura Animarum, seu
30 in Jure faciendi concursum in Parochialibus, & præ-
eligendi unum ex ibi approbatis. Barbos. *ad Con-
cil. sess. 24. capit. 18. de reform. numer. 45. & seqq.*
Garz. *de benef. part. 9. capit. 2. num. 321. & seqq.*
Paris. *de resignat. lib. 8. quæst. 9. n. 98. & seqq.* Card.
de Luc. *de Paroch. disc. 37. num. 52.* ubi reddit ra-
tionem, quod concursus spectat ad Episcopum ra-
tione Populi, qui vivit in suo Territorio, & sic re-
solutio Congregationis particularis excludit Territo-
rium Cardinalis Titularis, dum probat Populum
non esse illi subjectum, sed Cardinali Vicario, ad
quem declaravit, spectare Jus faciendi concursum,
& præeligendi non autem ad Titularem, Corrad.
*in prax. benefic. libr. 3. capit. 3. sub numer. 7. vers.
Abbates tamen,* Monacell. *in formul. for. Eccl. part.
1. num. 5. formul. 14. numer. 1.* Et quando Ecclesia
non habet Territorium, in Clerum, & Populum nun-
quam datur Jurisdictio Episcopalis cum Territorio se-
parato quoad ipsos tantum existentes de Collegio
Ecclesiæ, ut egregie Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst.
5. n. 51. in fin.* Card. de Luc. *de Jurisdict. disc. 1. num.
7. vers. hoc autem,* Petra *ad Constit. Apost. tom. 2. ad
Const. 7. Alexand. III. sect. 1. num. 6. & seqq.* Pignatell.
dicta consult. 127. n. 146. tom. 10.
His accedit Constitutio S. M. Innocentii XII. in
31 ejus Bullar. parvo *la* 108. ubi declaravit Cardina-
libus Titularibus competere duntaxat = *Faculta-
tem, seu Jurisdictionem in iis, quæ servitium Eccle-
siæ, seu Loci pii, circa tamen disciplinam Ecclesia-
sticam, & morum correctionem duntaxat concer-
nunt* = Quæ quidem Constitutio silere facit hanc
quæstionem super Jurisdictione Episcopali per Car-
dinales Titulares prætensa, eo ipso, quod eorum fa-
cultatem restringit ad ea, quæ respiciunt servitium
Ecclesiæ cum illa taxativa *duntaxat*, quæ omnem
aliam Jurisdictionis speciem excludit; Gloss. *in extra-
vag. suscepti in verb. duntaxat de elect.* Gonzal. *ad
regul. 8. gloss. 45. n. 24.* Barbos. *diction. 97. num. 1. &
seqq.* Rot. *cor. Cerro dec. 26. n. 55.*
Per quæ verba Constitutionis Innocentianæ non
solum excluditur Jurisdictio in Populum, & Paro-
chianos, sed etiam tribuitur sola Jurisdictio do-
mestica in respicientibus servitium Ecclesiæ circa
disciplinam, & correctionem morum, quæ compe-
tit omnibus Capitulis Ecclesiarum, seu earum Vi-
cariis, Præpositis, Prioribus, seu Archipresbyteris
in forma extrajudiciali pro recto Ecclesiæ guber-
nio, nempe faciendo Ordinationes, & Statuta in
concernentibus disciplinam Ecclesiasticam, & con-
travenientes absque strepitu, & figura judicii mul-
ctando per subtractionem distributionum, & fru-
ctuum, vocis in Capitulo, aliasque similes mulctas
domesticas, & extrajudiciales, ut apud Rot. *in
Barchinonen. Jurisdictionis 5. Julii 1696. §. Non re-
fragante cum seq. coram Ursino, & in Derthusen. Ju-
risdictionis super levibus 6. Februarii 1696. in princip.
& §. Militat, coram Pio, & in Ilerden. Juris mulctan-
di super negotio personali 23. Januarii 1702. §. Licet,
& seqq. cor. Muto.*
Neque extenditur hæc facultas ad excessus gra-
ves, & ad Tribunal contentiosum, ubi delicta ca-
stigantur ad vindictam publicam, ut firmat, Rot.
*in Derthusen. Jurisdictionis super gravibus 4. Maii
1697. coram Pio impress. ad ornat.* Cardin. de Luc.
*de Jurisd. decis. 24. sub num. 21. ac super levibus 6.
Febr. 1696. §. Tum denique, & §. Postremo, cor. eo-
dem, & in Giennen. Adjunctorum 13. Febr. 1702.
§. Reliqui, & §. Consonatque, coram Molines:* Quod 32
Tribunal contentiosum nunquam habuerunt Car-
dinales Titulares, ideoque ex facultate restricta ad
excessus commissos circa servitium Ecclesiæ sublata
remansit omnis Jurisdictio Episcopalis in Clerum,
& Populum, & in concernentibus Curam Anima-
rum, ut distinguendo inter ea, quæ concernunt
servitium Ecclesiæ, & Curam Animarum, dixit
Rot. *in Nullius, seu Clarevallen. Visitationis 21.
Martii 1707. §. Quoad secundum cum seqq. coram
Kaunitz.*
Quamvis etiam in concernentibus servitium Ec- 33
clesiæ cumulative Jurisdictionem habeat Cardinalis
Vicarius, juxta Pii IV. *Constit. 41. Bullar. nov.
tom. 1.* de Jure est, ut talis facultas intelligatur cu-
mulative concessa Titularibus, non autem privati-
ve ad Episcopum, ut dixit Rot. *in Hispalen. Juris
præsidendi in Choro 2. Julii 1700. §. Quemadmo-
dum, coram Omanna,* ibi = *Et si verum sit quod,
&c. Capitulis Ecclesiarum competere valeat Jus cor-
rigendi Capitulares, cæterasque Personas ejusdem Ec-
clesiæ intra ejus ambitum delinquentes, per subtra-
ctionem fructuum, vel distributionum, seu vocis in
Capitulo ad tempus, &c. Hæc tamen Jurisdictio cor-
rectionalis non est privativa Capituli, sed competit
etiam Episcopo, &c. & etiam in corrigendis deli-
ctis levibus.* =
Ex his patet Cardinales Titulares hodie in suis
Ecclesiis prætendere amplius non posse Jurisdictio-
nem Episcopalem, eoque minus plenam, & abso-
lutam cum Territorio separato propter derogatio-
nem Sac. Concilii, propter inveteratam consuetu-
dinem, & praxim, & propter Decreta Pontificia,
ac res judicatas, & denique ad evitandum absur-
dum supra relatum, quod hodie reviviscerét, quan-
do subsisteret prætensio ista, de qua quæritur, nam
palam videre oporteret Cardinales Titulares habere
Tribunal in Urbe, Synodum convocare, concursum
indicere, examinare, conferre Parochias, excom-
municare, dispensare, & alia Episcopalia exercere,
& hoc modo in sua Civitate, seu Diœcesi nihil
fere Jurisdictionis remaneret Cardinali Vicario, &
Papæ per ipsum repræsentato.
Concludendo quod cum Jus erigendi beneficia, 34
reservandi Juspatronatus, & concedendi Institutio-
nem præsentato per Patronum sit de reservatis E-
piscopo tam de Jure, quam ex Decretis Sacr.
Concilii Tridentini; neque Cardinales Titulares
habeant, aut unquam habuerint Jurisdictionem,
Episcopalem cum Territorio separato, consequen-
ter controversi actus pertineant ad Cardinalem Vi-
carium, qui solus repræsentat Papam Romanæ Ur-
bis Episcopum, juxta punctuales Doctrinas supe-
rius laudatas *§. Quod vere cum duob. seqq. & §. Et
patet ratione;* quibus addendus est, Corrad. *in prax.
benef. lib. 4. capit. 3. numer. 24.* ubi testatur se fuis-
se institutum per Cæsarem fidelem Vicesgerentem

Cardinalis Vicarii ad beneficium Jurifpatronatus familiæ de Manlineis erectum in Ecclefia S. Martini de Urbe, quæ eft Ecclefia Titularis.

35 Inde fuperfluom eft quærere an examen, & approbatio præfentatorum ad beoeficia pertineat ad Cardinalem Vicarium; fed omittendum non puto, quod figurato boc erroneo fuppofito, quod Cardinales Titulares babere poffint Jus inftituendi, feu Jurifdictionem Epifcopalem, femper tamen examen, & approbatio fpectaret ad Cardinalem Vicarium, juxta difpofitiooem Sac. Concilii, *feff. 7. capit. 13. & feff. 25. caput. 9. §. Ad hæc de reform.* ibique Basbof. *num. 45. & feqq.* Card. de Luc. *de Paroch. difc. 37. num. 52.* Monacell. *in formul. part. 1. tit. 5. formul. 14. num. 1.* Garz. *de benef. part. 9. capit. 2. numer. 121. & feqq.* Cæterum hoc dubium tanquam fuperfluom fuit pofitum ex abundanti, neque fuper eo infiftendum videtur, quia generaliter dico, quod Cardinales Titulares nullam habeant Jurifdictionem, qooad omnes actus per S. Concilium Tridentinum tributos Epifcopis, & veris Locorum Ordinariis in eorum Diœcefibus, dum careot Territorio proprio, & feparato, habent contra fe confuetodinem, Decreta Pontificia, & rem judicatam.

Hæc erant, quæ fcribebam in hac caufa, coram Sanctiffimo Domino Noftro Clemente XI. fcribente in Facto R. D. Cajetano Ivones meritiffimo Fifcali Tribunalis Eminentiffimi Cardinalis Vicarii, qui defuper doctam, & folidis principiis fundatam edidit informationem, & difputata Caufa; cujus articulus vifus eft altioris indaginis, emanavit ex Audientia Sanctiffimi Decretum provifionale tenoris, ut infra annexi.

R. P. D. FALCONERIO.

Burgen. Jurifdictionis fuper Territorio feparato.

Lunæ 19. Februarii 1714.

LOngævum, atque acerrimum in Sacra Rota certamen inter Abbatem Sanct. Joannis extra muros Burgenfes Ordinis Sancti Benedicti, & illius Archiepifcopum fuper Territorio feparato, cum qualitate Nullius, & Jurifdictione in Populum, & Clerum Parochiæ Sancti Adalelmi prius ad favorem Archiepifcopi definitum coram bon. mem. Orano fub geminis Decifionibus editis diebus 4. Decembris 1595. & 7. Februarii 1599. & poftremo loco coram R. P. D. meo Lancetta, prævia Divifione prodita fub die 26. Junii 1709. iterumque in gradu ulterioris appellationis coram Me reftauratum, non imparem fuit perniciem fortitum, dum Domini præcedentem Rotalem Sententiam confirmarunt.

In ancipiti haud erat inter Partes Parochiam S. Adalelmi effe pofitam in Diœcefi Burgen. prout pariter ipfum Monafterium S. Joannis; Sed folum controvertebatur eandem Parochiam cum fuo univerfali diftrictu fuiffe de Diœcefi Archiepifcopi; Stante, quod Abbas dicti Monafterii prætendebat in Populum, & Clerum habere omnimodam Jurifdictionem fpiritualem, quæ ad hoc, ut compatibilis redderetur, ne in eadem Diœcefi in folidum refiderent duo Capita quafi monftrum, ut ait *Text. in Cap. quoniam de Offic. ordinar.* Hoftien. *in Cap. Cum contingat numer. 1. de for. compet. ibique* Jo: Andr. *fub numer. 4. verfic. nam Capitulum, & Pa*normit. *fub num. 18. verf. nec confuetudo;* fibi arrogare fatagebat diftinctum, & feparatum Territorium ab illo ejufdem Archiepifcopi.

At quia Juris Regula affiftit Archiepifcopo habenti caufam univerfalem in proprio Territorio, ac intra illius limites, juxta *Text. in Cap. 1. de Offic. Judic. Ordin. Can. per fingulas 9. quæft. 3. Can. decretum eft 10. qu. 1. & Can. omnes Bafilicæ 16. qu. 7.* Rot. *cor. Zarat. decif. 10. num. 6. & feqq. & in recent. decif. 304. num. 1. part. 11.* Idcirco nifi Abbas oftendat Territorium diftinctum, & feparatum acquifiviffe, vel ex fpeciali privilegio Summi Pontificis, vel ex immemorabili confuetudine, vel ea quadragenaria præfcriptione cum titulo; Nullatenus valet d. Caufam univerfalem in fuo Territorio Archiepifcopo intervertere, ut ultra authoritates relatas in præcedentibus Decifionibus fub diebus 4. Decembris 1595. & 7. Februarii 1596. coram Orano, & in poftrema coram R. P. D. Meo Lancetta fub die 26. Junii 1709. §. *Præmiffa enim;* probat Card. de Luc. *de Judic. difc. 3. num. 4. de Jurifdict. difc. 1. numer. 12 & difc. 9. n. 5. cum aliis relatis a* Rot. *decif. 79. n. 22. cum duobus feqq. part. 13. rec.*

Tantum abeft Abbatem valuiffe aliquod ex dd. requifitis probare, ut fuam impediffet operam in eruenda feparatione Territorii ab aliquibus actibus Jurifdictionalibus ab ipfomet, & fuis Anteceffori-bus exercitis: Sed quia de iftis erit particulariter agendum, propterea Domini exiftimarunt eos confulto nunc omittere, cum non omnis actus Jurifdictionis fecum ferat Territorii feparationem; Nam multi habent Jurifdictionem, & non habent Territorium, ut bene obfervat Hoftien. *in Capit. cum contingat ante numer. 1. verfic. Capitula vero de for. compet. ibique* Jo: Andr. *fub numer. 4.* Panormit. *fub numer. 5.* Guilielm. de Monte Lauduno *in Clement. Paftoralis numer. 24. de fent. & re Judic.* & ratio emergit ab illa diftinctione quam idem Guilielm. de Monte Lauduno *mutuavit ab* Hoftien. *in Capit. cum contingat numer. 1. de for. compet.* quod aut exercens actus Jurifdictionales habet certam terram fibi limitatam, in qua non eft alius Epifcopus præter ipfum, & tunc dicitur habere Territorium: Aut vero exercitium expletur intra fines alienæ Diœcefis, & tunc vigore d. particularis exercitii, vel in privilegio fundati, vel in legitima præfcriptione acquiritur Jurifdictio quoad perfonas, non autem quoad locum, juxta *Text. in Cap. Auditis de præfcript. & cum* Hoftien. *concordant omnes alii Canonifta fupra relati* Calderin. *conf. 2. de præfcript.* Cardin. de Luc. *de Judic. difc. 3. num. 75. & de Jurifdict. difc. 1. n. 8. & 9. & in hac caufa* Rot. *cor. Orano in decif. impreff. poft* Tambur. *de jur. Abbat. dec. 93. n. 1. & 2.*

Derelicta per Abbatem tanquam nimis afpera, atque impervia provincia fuftinendi feparationem Territorii cum omnimoda Jurifdictione quoad omnia loca a Monafterio poffeffa, ac quoad univerfum Populum, & Clerum fub Parochia S. Adalelmi degentem, fibi magis proficuum credidit fuam prætenfionem reftringere ad Territorium particulare limitatum ad fepta Monafterii, atque ad Ecclefiam S. Adalelmi eidem Monafterio pleno jure fpectantem, nec non ad Perfonas eidem Monafterio, & Ecclefiæ adfcriptas, ac refpective fubjectas, ubicumque degant, cum Ecclefia pleno jure fubjecta Monafterio proculdubio dicatur de Territorio Abbatis, veluti exiftunt ipfamet Monafterii fepta Vitalin. *in Clement. rurfus n. 10. de Stat. Monachorum, & dixit* Rot. *in hac eadem Caufa omnibus Decifionibus impreffis poft* Tambur. *de jur. Abbat. nempe in decif. 41. n. 3. & 4. decif. 42. n. 1. & feqq. dec. 43. n. 3. & 4. & dec. 44. n. 5. & feqq.*

Verum Domini edocti ab illa Ciceronis fententia. Quod omnis controverfia, aut de re folet, aut de nomine effe, utraque harum nafcitur, cum aut res ignoratur, aut erratur in nomine, ad elarificandam omnem terminorum confufionem, diftinguere confuerunt Territorium omnino feparatum, & diftinctum ab illo Archiepifcopi ab altero fub univerfali, & habituali illius Jurifdictione; cum primum abfque Pontificio privilegio, five aliis fupra recenfitis requifitis non fit poffibile, fecundum vero non folum eft poffibile, fed ulterius verificatur de omnibus exemptis, ut ad rem diftinguit Anton. de Butr. *in Cap. cum contingat de for. compet. fub numer. 11. ante finem verf. Puto, affirmans ita confuluiffe pro Abbate Burgi, ut ibi = Exemplum in Abbatem Burgi fuper cujus factis jam confului, fi vult quærere, quafi fub Epifcopo, ut habeat Epifcopus univerfalem faltem habitu Jurifdictionem, &*

Præla-

Prælatus sub eo ita, quod locus sit concursui in Jurisdictionis exercitio, vel disponente consuetudine; vel privilegio, ut in exemptis, excludatur a Jurisdictionis exercitio, non ab habitu, & hoc est possibile, ut videmus in exemptis = & cum eo concordat Panormit. *in eodem Text. sub num.* 18. *&* 19. Rot. *post* Tambur. *de Jur. Abbat. decis. n.* 21. *& decis.* 55. *num.* 17. *&* 18. *& cum cæteris relatis in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure* 1. *Junii* 1708. §. 134. *cor. R. P. D. meo Ansaldo*; Idcirco inter Doctores inolevit altera distinctio inde dependens, quæ meruit a Sac. Rota approbari inter Territorium subjective, & Territorium abusive, sive circumscriptive, quoniam aliud est exemptio passiva, seu etiam cum exercitio Jurisdictionis in Personas, sed sub Episcopo ut superius animadversum est, aliud est habere Jurisdictionem activam jure proprio, tam in personas, quam in loca, mediante separatione Territorii, Cardin. de Luc. *de Jurisd. disc.* 1. *numer.* 9. *& disc.* 18. *sub numer.* 7. *& firmavit* Rot. *apud eundem* Card. de Luc. *post dictum titulum decis.* 13. *numer.* 11. *cum duobus seqq. & in subsequenti decis.* 14. *ac in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure apud eundem* Cardin. de Luc. *ubi supra dec.* 20. *num.* 5. *& in dict. Fulden. Jurisdictionis* §. 136.

Hinc est, quod omnia Monasteria, cæteraque loca exempta præsumuntur de aliqua Diœcesi, *Can. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 1. *capit. cum persona de Privileg. in* 6. Felin. *in capit. grave sub numer.* 2. *de Offic. Judic. Ordin.* Rot. *post* Tamburin. *de Jur. Abb. decis.* 46. *numer.* 3. *& decis.* 47. *numer.* 1. & proinde, non ex quo locus est exemptus, dicitur separatus a Territorio Diœcesani, nam ipsamet exemptio præsupponit existentiam in aliqua Diœcesi, itaut etiamsi non sit de Jurisdictione, attamen est de Diœcesi, & Territorio Diœcesani, Felin. *in dicto capit. grave sub numer.* 20. *vers. sed Dominicus de Offic. Ordinar.* Rot. *post* Tambur. *de Jur. Abbat. dicta decis.* 46. *numer.* 7. *& dicta decis.* 47. *num.* 5. *&* 6. *& ad ornatum* Card. de Luc. *de Jurisdict. dicta decis.* 20. *numer.* 4. Quo circa quamvis Ecclesia S. Adalelmi sit pleno jure subjecta Monasterio S. Joannis, itaut fuerit effecta de corpore ejusdem Monasterii, adhuc nequit avelli a Territorio Archiepiscopi, sicuti extrahi nequit ipsum Monasterium, quod tantummodo intra propria septa habet Territorium abusivum, sive circumscriptivum sub universali, & habituali Jurisdictione, & Territorio Archiepiscopi, juxta superius firmata; Ex qua distinctione omnes conciliantur auctoritates contendentes, quod Ecclesia pleno jure unita Monasterio, ac ipsa septa Monasterii dicantur de Territorio Abbatis; Cum isti loci exempti non existant omnino immunes a subjectione Ordinarii, sed in plerisque eis subjaceant, tam inspecta dispositione *Sacr. Conc. Tridentini sess.* 7. *de Reform. cap.* 8. *& sess.* 21. *cap.* 8. *& alibi, quam etiam aliis de Causis recensitis a* Barbos. *de Offic. & Potest. Episc. allegat.* 105. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 2. cum aliis ab eis laudatis, dummodo, vel ex consuetudine, vel ex speciali privilegio, vel ex re judicata, quoad exercitium Jurisdictionis, ejusque particulares actus, de quibus in futuris disputationibus erit agendum, non ostendatur privativa facultas ad normam *Text. in dict. cap. auditis de præscript.*

Et ita utraque, &c.

Die 3. Novembris 1713.

Ex Audientia Illustrissimi.

SAnctitas sua benigne annuit Oratorum Instantiæ, & ad hunc effectum deputavit R. P. Fabritium Episcopum Liciensem, qui auctoritate Apostolica, & delegata, ac quavis Appellatione remota procedat ad erectionem Beneficiatorum in Ecclesia Sancti Eustachii, necnon ad Institutionem Andreæ, & Matthiæ fratrum de Bartolis Sacerdotum a Canonico Vincentio Riccio Testatore nominatorum ad Beneficia eosdemque immittat in illorum possessionem servatis conditionibus contentis in Testamento supradicti Canonici Ricci, & servata in omnibus Sacrorum Canonum, ac Sacri Concilii Tridentini dispositione; & hæc omnia pro hac vice tantum, ac per modum Provisionis, & sine præjudicio Jurium D. D. Cardinalium Vicarii, & Diaconi Sancti Eustachii, quoad Erectionem, & Institutionem supradictorum Beneficiatorum, & sine præjudicio Jurium Capituli Basilicæ Sancti Petri quoad prætensam collationem excludentem quamcunque Institutionem, cujus Capituli Jura remisit ad Sacram Congregationem Concilii, prout de Jure.

Mandavit insuper Sanctitas Sua, quod præsens provisio nullo deinceps tempore transeat in exemplum, nec tam a partibus supradictis, quam a quocunque alio interesse habente, vel non habente in Causa, possit in Judicio, vel extra nunquam allegari.

P. Episcopus Cyrenen. Auditor.

Et ita fuerit executioni demandatum per supradictum R. P. D. Fabritium Pignatellum Episcopum Liciensem, & Sac. Congregationis Visitationis Apostolicæ Pro Secretarium per Acta Albinacchi Cur. Cap. Notarii ab eodem Illustrissimo D. Delegato specialiter deputati.

D. Jacobus Bonamicus in dissertatione de Benedictione Diaconali inter Dissertationes Card. Brancatii fol. mihi 293. ibi =

Quinimmo etiam in iis, quæ sunt jurisdictionis, & dignitatis major est Episcopus in sua Diœcesi, & Abbas in suo Territorio, quam Cardinalis in suo Titulo. Nam illi possunt ferre leges, congregare Synodum, dispensare, punire, indulgere, quæ Cardinalibus minime competunt, ut tradit idem Card. Bellarm. *de Cler. capit.* 16. §. *Pari ratione, idemque firmat* Mandosius *in Reg.* 7. *Cancell. q.* 2. *n.* 7. *dicens, quod Cardinales in Ecclesiis sibi subjectis tantam non habeat jurisdictionem, ut possint Causas Criminales vel Civiles cognoscere, ac judicare, sicuti possunt Episcopi, & plerique Abbates in suis Ecclesiis; neque habent ea, quæ a Concilio Tridentino sunt concessa Episcopis, prout etiam inquit* Fagn. *in c. his quæ, n.* 6. *&* 52. *de major. & obed. Idque est, quod intellexit* Barbatia *de Card. præstan. p.* 1. *q.* 3. *n.* 6. *dicens, eos æquiparari Episc. quoad quidem, non autem simpliciter.*

Præterea neque habent Cardinales usum Baculi, ut Episcopi, & Abbates, qui est signum jurisdictionis, & dignitatis, &c. =

Hactenus Author præfatus.

Siracusana Canonicatus.

A R G U M E N T U M.

Mandante Fundatore, quod ad Canonicatum in Collegiata præsentari deberent Descendentes, ex certis lineis, seu familiis, qui essent in statu Clericali, seu in Sacris constituti: an Canonicatus dicatur habere annexum Ordinem Sacrum?

S U M M A R I U M.

1 *De Iure Communi Canonicatus non requirit Ordinem Sacrum; & n.* 26.

2 *Concilium Tridentinum corrigens hanc Iuris dispositionem, in quo sensu loquatur?*

3 *Ad assequendos Canonicatus in Ecclesiis Collegiatis, de Iure Communi, an sufficiat prima Tonsura; & quænam ætas requiratur? & n.* 26.

4 *An Lex municipalis Collegiata respectu Canonicatuum liberæ Collationis, locum habeat etiam respectu Canonicatuum, de Iurepatronatus?*

5 *Lex Fundationis est in omnibus observanda; amplia, ut ibi.*

6 *Fundator adjiciendo Iuspatronatus passivum lineis predilectis, non præsumitur exigere in illis Ordinem Sacrum.*

7 *Dictio, seu, stat alternative, & num 9.*
8 *Quomodo intelligenda est Theorica Bartoli dicentis, quod dictio, seu, stat explicative?*
10 *Discretiva, quam facit Fundator inter passive vocatos, denotat diversam ejus voluntatem circa ipsos.*
11 *Expositio verborum unica tantum vice præsumi potest.*
12 *Observantia derivans ex facto Fundatoris attendenda est ad tollendam omnem quæstionem & dubium; & n. 13.*
14 *Fundator præsumitur conservare, & nunquam rumpere, & violare legem Fundationis, ut num. 15.*
16 *An Lex fundationis præsumatur talis, qualem Fundator deduxit ad actum?*
17 *Ad cognoscendam voluntatem Fundatoris recurrendum ad dispositivam, ad quam proœmium refertur; & in qua conditiones leguntur.*
18 *Ad excludendam qualitatem Sacerdotalem attenditur ultimus status?*
19 *Ad residendum, & officiandum Chorum, an requiratur Ordo Sacer?*
20 *Statutum obligans Canonicos ad celebrationem Missæ cantatæ, non inducit obligationem Ordinis Sacri.*
21 *Missa non potest celebrari, nisi a Sacerdotibus.*
22 *Capacitas requisita a Fundatore in præsentando, intelligi potest prout de Jure.*
23 *Quænam ætas requiratur ad suscipiendum Ordinem Subdiaconalem?*
24 *Discretiva separat unum casum ab alio.*
25 *Ubi concurrit obstaculum Concilii Tridentini, fieri debet illi derogatio specialis in limine fundationis.*
27 *Resolutio S. Congregationis Concilii in hac Causa.*
28 *Decisio S. Rotæ in Tarracenen. Beneficii, coram R. P. D. Lancetta, & numer. 29. & seqq.*

ALLEGATIO XLII.

De Anno 1684. olim Vincentius de Abbate fundavit in Collegiata, & Matrice Ecclesia S. Georgii Civitatis Modicæ Canonicatum, & Præbendam, seu Dignitatem Choristæ, reservando Juspatronatus activum favore Francisci de Abbate ejus fratris, & hæredis instituti, ejusque successorum, nec non favore Canonicorum ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ.

Juspatronatus autem passivum tribus distinctis lineis gradatim reservavit, scilicet primo loco favore filiorum, & descendentium ex linea dicti Francisci de Abbate ejus fratris, & hæredis, qui essent *in statu Clericali, seu in Sacris constituti*; & capaces ad ascensionem dicti Canonicatus; Nec non secundo loco favore filiorum, & descendentium ex linea Viti de Grana, qui pariter essent *in statu Clericali, seu in Sacris constituti*. Ac tandem tertio loco favore filiorum & descendentium ex linea Vincentii Xiso, qui similiter essent *in statu Clericali, seu in Sacris constituti*, quibus lineis prædictis deficientibus mandavit eligi Personam *in Sacris constitutam*, idoneam, & capacem, existentem de Parochia ejusdem Collegiatæ.

Canonicatui hujusmodi, illumque pro tempore obtinenti adjecit onus celebrandi, seu celebrari faciendi quatuor Missas singula hebdomada, ac voluit etiam teneri personaliter assistere in Choro dictæ Collegiatæ, aliisque Divinis officiis, & celebrare Missam cantatam super prædictas quatuor Missas singula hebdomada, quando ei competeret, juxta Constitutionem Capituli Ecclesiæ, prout solitum est, nec non ulterius recitare qualibet hebdomada Officium B. Mariæ Virginis, & Defunctorum.

In actu autem fundationis præfatus Vincentius devenit ad nominationem primi Canonici, nominando Josephum de Xiso simplicem Clericum, quo defuncto de mense Maii 1703. cum vacaverit Canonicatus, Canonici Collegiatæ tanquam Patroni de mense Aprilis proxime præteriti, nominarunt Dominum Vincentium de Grana simplicem Clericum in decimo quarto ætatis anno constitutum, tanquam de descendentia, & Nepotem ex filio Viti de Grana comprehensum in Jurepatronatus passivo.

Cum autem quidam Sacerdos extraneus nuper porrexerit supplicationem Sanctissimo, pro Gratia piscatoria hujusmodi Canonicatus, tanquam vacati in Mense reservato, & devoluto, sub narrativa, quod dictus Vincentius fuerit nulliter, & de facto præsentatus, & indebite Canonicatum assequi prætendat, non expressa qualitate Jurispatronatus passivi; per contrarium vero idem Vincentius porrexerit etiam supplicationem pro ejus provisione tanquam qualificati, & de genere vocatorum in Jurepatronatus passivo; exorta proinde fuit controversia coram Eminentissimo Prodatario super relaxatione supplicationis hinc inde.

Et quia Sacerdos extraneus eidem Vincentio opposuit, quod Canonicatus exigeret Ordinem Sacrum, & propterea ille esset incapax tanquam simplex Clericus, & in ætate annorum quatuordecim non apta ad suscipiendum Ordinem Sacrum; Quæritur propterea, an ad obtinendum Canonicatum hujusmodi, seu dignitatem Choristæ, requiratur Ordo Sacer, seu qualitas Sacerdotalis? Quod non aliter, quam negative ex inferius dicendis, de Jure resolvendum censeo.

Clara est enim dispositio Sacrorum Canonum, 1
quod Canonicatus quarumcunque Ecclesiarum, sive Cathedralium, sive Collegiatarum, Ordinem Sacrum non requirant; Panormitan. *in capitul.* 2. *numer.* 5. *de Instit.* Mandos. *in Regul.* 18. *Cancell. quæst.* 1. *numer.* 4. Grat. *discept.* 591. *numer.* 3. Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloss.* 5. *numer.* 94. Rot. *decision.* 421. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* Ceccoper. *lucubrat.* Canonic. *lib.* 3. *numer.* 114. Card. Paris. *consil.* 125. *lib.* 4. Barbos. *voto dec. libr.* 3. *voto* 113. *num.* 2. *& seqq.*

Et quamvis hanc Juris dispositionem correxerit 2
Sac. Concilium Tridentinum *sess.* 24. *capit.* 12. *de Reformat.* ejus tamen Decretum restrictive loquitur de Canonicatibus Ecclesiarum Cathedralium. Unde cum respectu Canonicatuum Ecclesiarum Collegiatarum etiam hodie incorrecta remanserit dispositio Juris nullum exigens Ordinem Sacrum in illarum Canonicatibus; regula est, ut ad illos assequendos suf- 3
ficiat prima Tonsura, ac ætas 14. annorum inchoata, ut ex declarationibus S. M. Gregorii XIII. & resolutionibus hujus Sacræ Congregationis apud Fagnan. *in capit. cum in cunctis, numer.* 85. *de Elect.* Leon. *in Thesaur. Eccles. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 21. Gratian. *discept.* 484. *num.* 1. *&* 9. *& discept.* 591. *num.* 3. 10. 11. *&* 12. Ceccoper. *lucubr. Canonic. lib.* 3. *num.* 114. Barbos. *voto decis.* 113. *num.* 2. *& seqq. & potest Episcop. allegat.* 60. *num* 71. *de Canonic. cap.* 13. *num.* 14. Sperell. *dec.* 76. *num.* 18. *cum aliis apud* Rot. *dec.* 34. *num.* 34. *&* 35. *cor. Arguelles, & dec.* 766. *n.* 4. *&* 5. *part.* 18. *tom.* 2. *Rec.*

Quod absolute, & indistincte procedit etiamsi agatur de Canonicatibus Collegiatarum Insignium; ut probant Narbona *de ætat. Annot.* 14. *quæst.* 55. *numer.* 2. *vers. quod in Canonicatibus.* Garz. *de benef. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 39. Grazian. *discept.* 482. *numer.* 12. Sperell. *decis.* 76. *num.* 18. *&* 19. & sufficere ætatem 14. annorum solummodo inchoatam, tradunt Fagnan. *in cap. cum in cunctis num.* 84. *de Election.* Gratian. *dicta Discept.* 482. *num.* 12. *&* Graz. *ubi supra.*

Stante hac indubitata Juris assistentia, nihil obstat lex erectionis Collegiatæ exigens in Canonicis Ordinem Sacrum; quia ista locum habet quoad Canonicatus liberæ collationis fundatos in pri- 4
ma Erectione Collegiatæ; nullatenus vero quoad controversum Canonicatum, de Jurepatronatus laicorum, nisi probetur, quod Fundator voluerit se conformare cum Statuto Ecclesiæ renunciando dispositioni Juris communis, quæ continetur

prima

prima Tonsura, seu simplici Clericatu; ideoque non quid Lex directionis Ecclesiæ, præscribit inspiciendum est, sed quid disposuit Fundator dans legem rei suæ in Fundatione Canonicatus, cum hæc sit solum inspicienda, & observanda, etiamsi Juri communi, vel Constitutionibus Ecclesiæ repu-
5 gnaret ut tradunt Fagnan. *in capit. cum in cunctis, num. 72. de Elect.* Gonzal. *ad Regul. 8. gloss. 5. numer. 91. ad 96.* Card. de Luc. *de Benef. disc. 95. num. 10. & 18. cum aliis apud Me relatis discep. Eccles. 23. sub numer. 9. part. 1.* Cum igitur hæc sit quæstio voluntatis, tota decidenda venit ex lectura Fundationis, an scilicet Fundator potius se conformare voluerit cum Jure communi, vel cum Jure municipali Ecclesiæ.

Quod voluerit se conformare cum Jure communi, suadet primo loco maxima, & fortis præsumptio, seu verisimilitudo, quia cum adjecerit Juspatronatus passivum favore Descendentium ex tribus
6 lineis ab ipso prædilectis, scilicet Francisci de Abbate ejus germani Fratris, deinde Viti de Grana, & demum Vincentii Xiso dicendum est, quod nequaquam intellexerit in istis prædilectis exigere ligamen, & durum requisitum Ordinum Sacrorum, ne alias stante hujusmodi restrictiva de facili aperiret viam eos excludendi, & Canonicatum transferendi ad extraneos vocatos subsidiarie, ut observat Card. de Luc. *de Fideic. discur. 8. sub numer. 16.* ibi = *Cum ista Commenda fundata sit principaliter pro ejus linea, & descendentia, in ejus vero omnimodum defectum pro illa fratrum; hinc proinde verisimilis voluntas adesse videtur, quod noluerit hujusmodi restrictivam adjicere* =

Assistunt secundo verba Fundationis, quæ specialiter ordinant eligendum esse unum ex prædictis Descendentibus = *In statu Clericali, seu in Sacris constitutum* = Indoles autem hujus dictionis
7 *seu* dicitur stare alternative, itaut præseferat mentem Fundatoris de vocando indifferenter sive Clericum simplicem, sive in Sacris constitutum arbitrio Patronorum, juxta regulam dispositionis Alternativæ, de qua *Text. in cap. in alternativis 70. de Regul. Jur. in 6o. l. si heredes plures, ff. de condit. institut.* Andreol. *controverſ. 331. n. 12.* Rot. *decis. 247. n. 19. part. 5. & decis. 283. n. 2. part. 15. & decis. 161. n. 14. & decis. 387. num. 3. part. 18. & coram Bichio decis. 38. num. 9. & coram Priolo decis. 206. num. 25.* & in terminis nostris Barbos. *vot. decis. 113. n. 10. lib. 3.* Contrarium vide apud Lambertin. *de Jurepatronat. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 18. num. 5.*

Nihil obstante, quod illa dictio *seu* non alternative, sed potius explicative, seu declarative accipienda veniat, declarando scilicet statum Clericalem intelligi debere de constituto in Sacris, juxta Theoricam Bartoli *in l. ubi pactum C. de transact.* juxta quam dictio *seu* accipitur explicative, quando præcedit genus, & subsequitur species; quoniam hujusmodi Theorica Bartoli intelligitur, quando
8 aliàs constat de mente proferentis, ut explicat Coccin. *decis. 79. n. 6.* ibi = *Cum sit posita inter genus, & speciem, & de mente Proferentis satis constat* = secus vero est ubi ista mens proferentis est in quæstione; tunc enim dispositio concepta cum dictione *seu* regulariter importat Alternativam, etiam si præcedat genus, & subsequatur species; ut in puncto Lotter. *de Re benef. lib. 2. quæst. 47. num. 71. & seqq.* ubi quod si jussum fuerit præsentari Sacerdotem, aut Altaristam, licet præcedens verbum *Sacerdos* sit generale, & æquivocum, & possit verificari etiam in Altarista, attamen dicit Lotterius, quod servabitur regula Alternativorum ex Rot. *in Lucana Cappellaniæ 17. Novembris 1593. in fin. principii, & §. non obstat, coram bon. mem. Chyzio.*

Ulterius tale objectum ex pluribus omnino removetur. Et primo, quia proprietas illius dictionis *seu*, nisi aliud ostendatur, denotat sensum al-
9 ternativum, & disjunctivum, nec propterea a proprietate vocabuli recedendum venit, donec, & quousque per convenientes demonstrationes, talis pro-

prietas excludatur, juxta *Text. in l. 1. §. sublata ff. ad Trebellian. cum aliis apud* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 47. num. 17.* Barbos. *dict. 363. n. 1.* Gregor. *decis. 21. numer. 2. & 3.* Rot. *decis. 665. numer. 20. part. 8. tom. 2. & decis. 387. num. 13. part. 19. Recent.*

Secundo accedit notabilis discretiva, dum Fundator durantibus descendentibus trium linearum ab ipso prædilectis, semper jussit præsentari unum *in statu Clericali, seu in Sacris constitutum*; quando vero in eorum defectum vocavit extraneos explicite dixit, quod Patroni præsentarent *Personam in Sacris constitutam*; proinde differentia, quam ipse facere voluit inter extraneos, & lineas prædilectas, est evidentissima; nam circa extraneos voluit se conformare cum statutis Ecclesiæ requirentibus ordinem Sacrum, in lineis autem prædilectis noluit adjicere hanc restrictivam; sed se conformare etiam cum Jure communi, ordinando præsentari unum ex illis etiam in statu Clericali constitutum; juxta ea quæ in his terminis firmavit Rot. *decis. 326. num. 4. part. 1. rec. & decis. 350. nu. 3. post sum. volum. consil.* Farinac. *& decis. 36. num. 11. part. 16. & decis. 16. n. 25. & decis. 101. nu. 11. & decis. 186. n. 6. part. 17. & decis. 393. nu. 11. & 12. part. 18.* Amostat. *de Caus. piis lib. 3. cap. 5. n. 25.* Berracchin. Rot. *decis. 148. n. 2.* Rot. *in Vicen. Beneficii 4. Martii 1678. §. neque, cor. clar. mem. Card. Vicecomite*, & Me scribente *in Rhegien. Jurispatronatus 10. Januarii 1708. §. hancque intelligentiam, cor. Reverendissimo D. Molines Decano.* 10

Quæ virtus Discretivæ non evitatur, sub prætextu, quod legatur in diversa parte Testamenti; quoniam non dicitur diversa pars illa, quæ continetur in toto contextu unius Dispositionis directæ ad Juspatronatus passivum, seu ad vocationem personarum, quas Fundator præsentari jussit, & per consequens cum ista vocatio complectatur Personas prædilectas, & extraneas, dicitur unica dispositio, & intrat argumentum discretivæ quoad Personas sub eadem comprehensas.

Tertio, hoc ipsum confirmat consideratio, quod si Fundator non intellexisset loqui alternative, quando dixit *in statu Clericali, seu in Sacris constitutum*, sed potius declarative, utique in secunda expressione, & vocatione lineæ Viti de Grana, & in tertia vocatione lineæ Vincentii de Xiso omisisset illa verba *in statu Clericali*, & solum posuisset verbum illud *in Sacris*, prout fecit, quando vocavit Personas extraneas; & tamen in tota fundatione vocando descendentes trium linearum, semper constans fuit in repetendo, & continuando illa verba = *In statu Clericali, seu in Sacris constitutos* = ita loquendo per sex vices, usque ad nauseam; & unica tantum vice, quando vocavit extraneos, & incognitos, simpliciter dixit = *In Sacris constitutum* = unde geminatio, & adeo frequentata, & nunquam omissa repetitio illorum verborum = *In statu Clericali, seu in Sacris constitutum* = respectu Personarum dilectarum; nunquam potest intelligi expositive, cum expositio unica tantum vice præsumi possit, non autem per tot vices, & in sermone adeo continuato, & geminato, qui potius præsumitur appositus ad aliquid significandum, & operandum in amplificationem favoris erga Personas cognitas, & dilectas, non autem in eorum odium seu gravamen ex *Text. in l. Balista, ff. ad Trebellian.* Alexandr. *consil. 61. num. 33. lib. 1.* Rot. *decis. 73. num. 2. & decis. 377. num. 3. par. 4. recent. & coram Celso dec. 293. num. 6. & decis. 150. num. 9. par. 16. recen.* 11

Si enim Fundator volebat explicare statum Clericalem pro Ordinibus Sacris, ad quid semper repetere per sex vices = *in statu Clericali, seu in Sacris constitutum* = quando in aliis partibus subalternis se expedire poterat dicendo solum *in Sacris*, prout dixit, quando vocavit personas extraneas, ideoque nunquam dici potest cum illa adjectione *in Sacris* explicare voluisse statum Clericalem; sed potius voluisse ampliare favorem passive vocatis, tanquam

ex sanguine sibi prædilecto, mediante illa dictione alternativa *seu*, quæ regulariter alternat, & disjungit ex allegatis *n.7. & 9.*

Concurrit quarto observantia, seu declaratio ipsius Fundatoris, qui pro primo Canonico præsentavit Josephum de Xiso, ortum ex linea tertio loco vocata; qui tunc erat simplex Clericus, & qui possessionem Canonicatus accepit existens in statu simplicis Clerici, tanquam habens ætatem 18. annorum; quis autem credere potest Fundatorem in lineis prædilectis exigisse Ordines Sacros? quando ipse primus dedit regulam, dedit explicationem, & dedit exemplum, præsentando pro primo Canonico, unum Clericum primæ Tonsuræ; quæ observantia derivans ex facto ipsius Fundatoris tol-
12 lit omnem quæstionem dubitandi, ut in puncto Rot. *in Sutrina Canonicatus* 21. *Junii* 1706. *§. final. coram R.P.D. Priolo, & in Ilcien. Beneficii* 2. *Julii* 1706. *§. Et quatenus, coram R.P.D. Kaunitz, & dixi Ego discept. Eccles.* 27. *num.* 13. Et in his
13 materiis etiamsi res foret dubia, & disputabilis, pro declaratione attenditur factum ipsius Fundatoris; ut in his terminis dixit Rot. *in Romana Cappellania, coram Pamphilio apud* Corrad. *in prax. benef. libr.* 2. *cap.* 10. *numer.* 156. *vers. & eo magis*, Sanchez *cons. moral. libr.* 7. *cap.* 3. *dub.* 48. *numer.* 14. *vers. quod si instituitur*; Cui tamen conclusioni obstat conclusio, quod Fundator non ligatur ex suis legibus, juxta decis. 365. Cavaler. & Rot. *in Ilcien. Beneficii* 2. *Julii* 1706. *§. quia in ordine, coram R.P.D. Kaunitz*; & sic non videtur concludere, quod ipse nominaverit non qualificatum; verum respondeo bene procedere hanc præsumptionem, quoties versamur in dubio, an in passive vocatis fuerit posita uos, vel altera qualitas, quia præsumitur Fundator noluisse transgredi leges, seu qualitates volitas, quando sunt Ecclesiæ servitio favorabiles, sed dedisse exemplum aliis, declarando ex facto proprio mentem suam.

Cui non obstat responsio, quod de tempore Fundationis, nondum esset fundatus Canonicatus, itaut interim nominatus per Fundatorem potuerit progredi ad ætatem, seu capacitatem necessariam pro assecutione Canonicatus; quia non constat in facto, quod de tempore erectionis Canonicatus Joseph Xiso fuisset in Sacris constitutus, sed nec tollitur exinde motivum interpretationis Fundatoris;
14 quia si juxta sensum partis, ille requisivisset Ordines Sacros in eligendo; ipse Fundator non nominasset primum Canonicum, qui esset simplex Clericus sub incerto eventu, quod posset ascendere ad Ordines Sacros, præsertim quando ipse Fundator hunc assensum non expressit, nec consideravit, nec etiam constat primum Nominatum tempore assecutionis Canonicatus fuisse in Sacris, prout esset probandum ad hunc effectum, Abb. *in capit. cum in cunctis §. Inferiora, numer.* 10. *de elect. cum aliis apud* Rot. *decis.* 464. *numer.* 4. *part.* 18. *tom.* 2. *Recent.*

Minusque applicatur alia responsio, quod unus actus emanatus ex aliqua peculiari ratione pro uno Canonico non trahatur ad alios; quia si ille fuit unus ex linea tertio loco vocata, utique quidquid disposuit, seu fecit Fundator quoad illum per necesse trahitur ad alios primo, & secundo loco vocatos ex majoritate rationis; neque enim præsumi
15 potest, quod si Fundator voluisset Ordinem Sacrum in lineis prædilectis, ipse fuisset primus in rumpendo, & violando suam legem, & ita se incontinenti corrigendo, & sibi contrariando, contra *Text. in l. cum hic status §. 1. in fin. ff. de donat. inter. virum, & uxorem*, Barbos. *axiom. numer.* 7. Rot. *decis.* 219. *numer.* 11. *part.* 16. *recent.*
16 Sed potius dicendum est, quod talis præsumatur lex fundationis, qualem Fundator deduxit ad actum, & per se ipsum exercuit, Rot. *decis.* 144. *num.* 14. *p.* 19. *rec. & in Hispal. Visitationis* 30. *Aprilis* 1700. *§. præterea coram R.P.D. Molines Decano, & in his terminis firmatum fuit in d. Ilcien. Beneficii* 2. *Julii* 1706. *§. & quatenus, cor. R.P.D. Kaunitz.*

His solidissimis demonstrationibus non obstant nonnullæ objectiones, & conjecturæ, quæ infeliciter magnificantur ad persuadendum contrarium; Etenim quod Fundator professus fuerit fundare Canonicatum pro majori Collegiatæ decore, & pro augmento ejus Capituli enunciando Bullam erectionis, nequaquam concludit; quod voluerit se conformare cum statutis Ecclesiæ requirentibus Ordinem Sacrum, dum immediate dixit = *Cum conditionibus tamen, oneribus, pactis, & reservationibus inferius declarandis* =; ideoque recurrendum 17
est ad dispositivam, ad quam proœmium refertur, & in qua leguntur conditiones; signanter illa nominandi alternative, unum in statu Clericali, seu in Sacris constitutum, ut dixit Rot. *in Mantuana bonorum* 2. *Julii* 1705. *§. nec adversari, coram Eminentissimo Caprara.*

Declaratio autem fundandi Canonicatum ad majorem decorem Ecclesiæ, & honorem Cultus Divini, nihil aliud significat, quam quod volebat Fundator augere numerum Canonicorum, cujus augmentum redundabat in majorem Ecclesiæ decorem, non autem trahi potest ad intellectum requirendi Ordines Sacros, tanquam idealem, vel nimis remotum.

Prout non relevat, quod Fundator jusserit cele- 18
brari Missas per Gubernatorem Societatis Sanctissimi Sacramenti, donec sequeretur Confirmatio Apostolica fundationis Canonicatus, & donec Joseph Xiso primo nominatus, assequeretur Canonicatum; hoc enim non probat, quod requisiverit qualitatem Sacerdotalem in eodem nominato, sed solum concludit; quod suspenderit ei effectuationem nominationis, donec superveniret Confirmatio Apostolica. Immo retorquetur argumentum; eo ipso, quod non expectata hac confirmatione uti non necessaria, dictus nominatus assecutus fuit Canonicatum, licet esset simplex Clericus, non autem in Sacris; per cujus obitum, dum successit hodierna vacatio, dicitur adesse observantia, & ultimus status, ad exclusionem qualitatis Sacerdotalis, ut per Rot. *in dicta Lucana Cappellania* 17. *Decembris* 1593. *§. final. cor. Gypsio, & in rec. dec.* 223. *n.* 24. *part.* 19.

Nec obstat, quod Fundator huic Canonicatui adjecerit onus assistendi in Choro, celebrandi Missas lectas, & Missam cantatam, prout solitum est, & alii Canonici assistunt, super quo fit magnum festum ad probandum, quod requisiverit Ordinem Sacrum.

Etenim objectum ex omni parte remanet frigidum; nam circa assistentiam Chori, & residentiam personalem, & præcisam; hæc non controvertitur, sed nihil facit ad casum; quia Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ licet sit Clericus simplex, est tamen capax residendi, & officiandi Chorum, ne- 19
que ad hoc requiritur Ordo Sacer, juxta dispositionem Juris, & Auctoritates superius cumulatas, *num.* 1.

Circa vero Missas lectas, Fundator non imposuit onus celebrandi per se ipsum, sed concessit celebrari per alium. Quo vero ad Missam cantatam, nec minus jussit eam celebrari per seipsum, unde hoc onus datum censetur prout de Jure, juxta quod potest per alium adimpleri, ut in puncto 20
quod Statutum obligans Canonicos ad celebrationem Missæ cantatæ non inducat obligationem Ordinis Sacri, sed possit celebrari per substitutum, late probat Ceccoper. *lucubr. can. libr.* 3. *num.* 115. *& seqq.* Barbos. *vota decis.* 3. *n.* 2. *cum seqq. & voto* 113. *n.* 21. *& plurib. seqq. lib.* 3.

Immo est argumentum, quod nimis probat prætendere, quod onus celebrandi Missam cantatam inducat signum exigendi Ordinem Sacrum; quia probaret, quod Canonicatus non requireret Ordinem Sacrum, sed Presbyteralem, & sic esset prætendere, quod Canonicatus deberet esse Presbyteralis, contra ipsa Ecclesiæ Statuta, quæ exigunt tantum Ordines Sacros; ideoque sicut alii Canonici Ecclesiæ, qui sunt in Sacris, & nondum effecti

Pro-

Presbyteri possunt celebrare hanc Missam per substitutum; ita intellexit Fundator, nempe quod suus Canonicus possit per substitutum celebrare, cum ad
21 effectum celebrandi per se ipsum tantum sit incapax simplex Clericus, quantum constitutus in Sacris; ut in his præcisis terminis respondet Barbos. voto decis. 113. n. 98. in fin. ibi = *Deberet Ordo esse Sacerdotalis, non autem Subdiaconalis, quia Missa major non potest celebrari nisi a Sacerdotibus.* =

Subtilis autem intellectus, quod Ordo Sacer exigatur ad effectum inserviendi Missæ cantatæ in qualitate Subdiaconi, aut Diaconi est omnino ponendus ad partes, cum verba fundationis hoc non dicant; sed solum ibi = *Ac celebrare Missam cantatam super prædictis quatuor Missis, quando ei competit, juxta Constitutionem primi Capituli, prout solitum est* =. Quæ verba important solum onus celebrandi Missam cantatam, quando ei competit, & prout solitum est; non autem præseferent onus inserviendi Missæ cantatæ in statu Diaconi aut Subdiaconi; & illa clausula *prout solitum est* relata, & restricta ad onus celebrandi aperte retorquetur, quia probat solitum celebrandi per alium respectu Canonicorum, qui Sacerdotes non sunt, sed solum in Sacris constituti.

Minus obstat alterum objectum, quod Fundator ultra Clericatum requisiverit etiam *Capacitatem ad assecutionem Canonicatus*; quæ capacitas saltem infertur, quod voluerit habitum, & aptitudinem ad Ordines Sacros, nempe ut præsentatus intra annum ad illos promoveri possit.

Hoc enim est aliud æquivocum, dum qui requirit capacitatem ad assecutionem Canonicatus nihil aliud significat, quam quod præsentatus sit capax
22 assequendi Canonicatum; capacitas autem potest intelligi *prout de Jure*, juxta quod simplex Clericus est capax Canonicatus in Collegiata ex allegatis num. 1. Unde ex hoc non concluditur quod capacitas debeat intelligi juxta *Statuta Ecclesiæ* requirentia Ordinem Sacrum sive in habitu sive in actu, super qua cadit nostra quæstio, juxta regulam, de qua *Text. in l. vero C. unde legitimi* Rot. *decis. 54. num. 25. & decis. 188. num. 25. part. 17. & decis. 281. num. 23. part. 11. & decis. 216. n. 13. part. 7. & decis. 99. n. 17. part. 6. & decis. 413. n. 3. part. 5. Recent.*

Quod dilucidatur ex ipso facto Fundatoris, qui in actu fundationis peractæ 3. Aprilis 1684. præsentavit Josephum Xiso ætatis annorum 17. qui cepit possessionem Canonicatus in eadem ætate; & consequenter in ætate inhabili ad suscipiendum intra annum Ordinem Subdiaconalem, pro quo re-
23 quiritur Annus 22. saltem inchoatus; ut ex *Concil. Trident. sess. 23. cap. 12. de reformat.* Narbon. *de ætat. annor. 22. quæst. 1. numer. 5. & seqq.* quod factum Fundatoris inservit pro declaratione, & explicatione suæ voluntatis; ut Ego *scripsi Discept. Eccles. 27. num. 13.*

Ergo non est supponendum quidquid est in quæstione, scilicet *Capacitatem ad assecutionem Canonicatus* expressam a Fundatore esse intelligendam juxta Statuta Ecclesiæ, quia *Capacitas* cum sit verbum æquivocum, quod potest intelligi tam de capace juxta dispositionem Juris communis, quam juxta Statuta Ecclesiæ; interpretatio facienda est, ut intelligatur de capace prout de Jure Communi, in statu simplicis Clericatus, quod est minus onerosum lineis prædilectis, quod consonat verbis alternativis Fundatoris, qui expressit personam in statu Clericali, seu in Sacris constitutam; quod concordat discretivæ cum extraneis appositæ, & quod demum concordat cum facto ipsius Fundatoris, qui præsentavit simplicem Clericum, qui nec actu, nec habitu erat, aut esse poterat constitutus in Ordinibus Sacris.

Nec juvat responsio ad motivum discretivæ inter lineas prædilectas, & extraneos, supra relatum n. 20. Quod in extraneis Fundator voluerit qualitatem Sacerdotalem in actu; in lineis autem prædilectis saltem in potentia; quoniam hæc responsio est idealis contra sensum verborum, nam duo verba contradistincta leguntur apposita; alterum; *In statu Clericali*: & alterum; *in Sacris*. Qui autem vocat constitutum in statu Clericali, cum alternativa, *seu in Sacris*, non dicit quod debeat esse in potentia Sacerdos, nec minus in Sacris, sed vult significare simplicem Clericum contradistinctum a constituto in Sacris, & dare electionem nominandi vel Clericum simplicem, vel constitutum in Sacris; ita & taliter, quod si in vocatione diversi generis personarum, nempe extraneorum, Fundator omisit hanc expressionem alternativam, & restrictive dixit; = *Personam in Sacris constitutam* =; evidens est, quod neque in Potentia, neque in actu desideravit Ordines Sacros in lineis prædilectis, vocando unum ex eis simpliciter constitutum *In statu Clericali*, & hoc operatur virtus discretivæ, quæ separat unum casum ab alio, & dat intelligere non fuisse volitum aliquo modo, quidquid non fuit expressum in uno genere personarum, quod tamen fuit expressum in alio, Balduc. *decis. & rerum judic. tom. 1. tit. 4. dec. 32. num. 33. cum aliis in decis. 78. n. 1. & seqq. p. 14. recent.*

Imo ex alio capite non subsistit; quod lineis præ- 24
dilectis fuerit apposita qualitas Sacerdotalis in habitu; quia si juxta sensum partis Fundator voluisset Descendentes ex eis esse debere in Sacris constitutos, & quidem de tempore electionis, seu nominationis, intraret Conclusio, quod non sufficiat qualitas Sacerdotalis in habitu, quando verba Fundationis respiciunt ipsum actum nominationis, quicquid secus ubi respiciunt Beneficii deservituram per eas, quæ distinguenda advertunt Rosa *de execut. lit. Apostol. in addit. part. 1. cap. 6. num. 122. & seqq.* Rot. *cor. Emerix Jun. decis. 263. n. 8. & seqq. & dec. 278. n. 3. & seqq.* licet apud me nisi ex aliis circumstantiis diversa colligatur mens Fundatoris, hujusmodi conclusio non procedat, ut dixi supra *in alleg. 33. n. 5.* Rot. *in Melviten. beneficii 26. Junii 1711. § Minus, coram Eminentiss. Priolo, & 5. Decembr. 1710. § Graviusque cum seq. coram R. P. D. Lancetta.*

Auctoritas Card. de Luc. *de Canonic. disc. 5. sub num. 7.* fundatur in sola Alternativa conferendi *Presbyteris, vel Clericis* loquendo de Canonicatu erecto in Ecclesia Cathedrali, ubi ex dispositione S. Concilii Tridentini, nemo est capax assequendi Canonicatum nisi habeat Ordinem Sacrum, vel ætatem habilem ad illum assequendum; allegando rationem, quod ubi concurrit obstaculum S. Conci-
lii Tridentini non sufficit voluntas Fundatoris am- 25
bigua, vel simplicitas, sed requiritur, quod illi fiat derogatio specialis in limine fundationis, ut reddendo rationem observat Card. de Luc. *ubi proxime disc. 5. num. 7.* ibi = *Quia pro hujus derogatione, ad hunc effectum quoties agitur de Patronatibus erectis post Concilium, requiritur mentio specialis*; = & in iisdem terminis loquitur Rot. *coram Duran. dec. 228. n. 8.* ibi = *Sunt intelligenda, si adsit clara, & specialis, vel virtualis dispositio Fundatoris.* =

Nec ideo applicatur ad præsentem Fundationem Canonicatus erectam in Ecclesia Collegiata, ubi non habet locum censura, & obstaculum S. Concilii; imo de Jure communi simplex Clericus est capax ejus Canonicatum; hoc namque casu non est locus interpretationi circa requisita ætatis habilis ad obtinendum saltem infra annum Ordines Sacros, ad formam Concilii, sed est locus Interpretationi ad formam Juris communis, quod contentatur sim- 26
plici Clericatu, & ætate 14. annorum inchoata, ut tradunt Alex. *consil. 176. numer. 9. lib. 7.* Paris. *consil. 40. num. 14. lib. 4.* Mantic. *de conject. lib. 6. tit. 7. num. 14. & admittit* Rot. *dec. 228. n. 9. cor. Duran. & in Recent. dec. 345. n. 18. p. 16.*

Maxime cum in hoc Fundator sese explicaverit cum tot demonstrationibus superius expressis, non solum propter Alternativam, sed etiam propter factum proprium præsentando simplicem Clericum inhabilem ad Ordines Sacros etiam in habitu, nec

etiam

etiam propter factum proprium præsentando sim-
plicem Clericum inhabilem ad Ordines Sacros et-
iam in habitu, ac etiam propter manifestam discre-
tivam inter lineas prædilectas, & extraneos, quos
27 tantum voluit esse debere *in Sacris constitutos*, &
per has rationes per Me supra deductas; ita fuit
decisum per Sacram Congregationem Concilii utra-
que parte audita in hac Causa *Siracusana Canoni-
catus 21. Augusti 1706.*

Quemadmodum in hac Causa Fundator vocavit
Clericum, vel in Sacris Ordinibus constitutum, ità
placet mihi inserere hic decisionem S. Rotæ Me
28 scribente & obtinente editam in alia Causa, ubi
Fundator vocaverat *Presbyterum, vel in Sacris Ordi-
nibus constitutum*, quia continuationem materiæ
continet, & forsan suo loco registrabo separatam
allegationem, quam in eadem Causa feci, si ali-
quod mihi dabitur otium; tempus enim mihi de-
ficit tanquam nimis oppresso ex assiduis Causarum
defensionibus in Romana Curia, in quibus etiam
scribo, & semper scripsi præcipitanter, dictando in
Originali verba, & Auctoritates extemporanee in-
ter dictandum repertas, & nunquam aliquid ex
dictatis delendo. Quod enim in aliis facit studium,
in me operatur magna reminiscentia, seu memo-
ria tot beneficialium, & Ecclesiasticarum Causa-
rum, quarum occasione Auctoritatum, & Doctri-
narum punctualium impressio facta mihi est, itaut
nunquam usus fuerim Repertoriis, & similibus a-
ctis, quod quidem non ad jactantiam, sed conci-
liandæ excusationis causa refero, si mea scripta in-
digesta, aut minus elucubrata videbuntur.

R. P. D. LANCETTA

Tarraconen. Beneficii.

Veneris 29. Januarii 1712.

Beneficium, quod fuerat fundatum usque de an-
no 1383. a Berengario, & Espunia Conjugi-
bus Ecclesiæ S. Petri Villæ de Reus vacavit ulti-
mo loco per obitum Pauli, & quodnam Fundato-
res reservaverant sibi donec viverent Juspatronatus
activum, & post eorum mortem declaraverant,
quod spectare deberet ad manumissores electos in
suis tabulis *unà cum Sacrista d. Ecclesiæ, & duobus
probis Viris de genere suo, videlicet uno pro quolibet
ex præfatis Conjugibus*; ideo fuit ad illud ab uno
ex Sacristis, & duobus aliis Compatronis præsen-
tatus Joseph Presbyter.

Verum quia alter Sacrista, & alter ex Compa-
tronis postmodum præsentarunt Balthassarem Cleri-
cum, qui etiam uti Compatronus suæ adhæsit no-
minationi, supplicando pro ipsiusmet admissione,
quamobrem præfatus Joseph Jura Juribus addere cu-
piens provisionem Apostolicam ejusdem Beneficii im-
petravit, expeditisque desuper literas, iisque verifi-
catis coram Ordinario possessionem nactus fuit, a
quibus omnibus reclamante ad Signaturam Balthas-
sare, ex qua non fuerat citatus in verificatione li-
terarum, rescriptum fuit = *Ad Rotam eximendo ap-
posito sequestro* = Unde Causa mihi commissa pro-
posui Dubium = *An literæ Apostolicæ sint exe-
quendæ, vel potius An, & cui sit danda Institutio,
&c.* & Domini pro executione literarum Aposto-
licarum responderunt attenta illarum justificatione.

Cum enim fuerit expositum Summo Pontifici,
quod Joseph fuerat præsentatus a majori parte Pa-
tronorum, quodque nullus adesset de genere Funda-
torum, qui esset Presbyter, vel in Sacris Ordini-
bus constitutus; pro narrativæ verificatione adver-
terunt Domini, quod hic agitur de Beneficio qua-
litatem Sacerdotalem habente, eo quia in Testa-
mento legitur, ut præsentetur, qui inventus fuerit
Presbyter, vel in Sacris Ordinibus constitutus, quæ
omnia undique justificata apparent ex ipsa litera
fundationis.

Ibi namque disponitur, quod præsentari debeat
aliquis de genere Fundatorum, qui inventus fuerit
Presbyter, vel in Sacris Ordinibus, itaquod perpetuò
conferatur *Presbytero, vel in Sacris Ordinibus consti- 29
tuto de genere Berengarii, si reperiatur Presbyter*, &
si non fuerit de dicto genere repertus *Presbyter, vel in
Sacris Ordinibus constitutus*, tunc præsentetur de gene-
re Espuniæ *Presbyter celebrans, vel in Sacris Ordinibus
constitutus, ut prædictum est*, & in casu quod *de utrius-
que Fundatoris genere Presbyter celebrans, vel in
Sacris Ordinibus constitutus, ut prædictum est*, non
fuerit repertus, tunc detur Beneficium *aliis idoneis
Presbyteris in Sacris Ordinibus constitutis loci de
Reus, &c.* superaddito tandem onere, quod semper
teneatur *Presbyter, & in Sacris Ordinibus constitu-
tus esse omnibus horis diurnis, pariterque nocturnis
in Ecclesia de Reus, & etiam celebrare tribus diebus
in qualibet septimana perpetuò in Altari, &c.*

Ex qua sane dispositione aperta, & clara resul-
tat voluntas Fundatorum circa actualitatem Presby-
terii, vel saltem Ordinis Sacri, certum quippe est,
quod in circumstantiis præsentis hypothesis *Presby-
ter* intelligi debet de vero Sacerdote, quia Funda-
tores, dum prius demandaverant esse præsentandum
Presbyterum per modum augmentativum, atque ex-
tensivum tribuerunt Patronis facultatem præsentan-
di, *vel saltem in Sacris Ordinibus constitutum*, prout
est de natura dictionis *vel*, quæ juxta subjectam ma-
teriam sumitur pro *saltem* adnotata per Rebuff. *in
l. verbum oportere 37. §. final. ff. de verbor. signific.*
aliæque relat. per Barbos. *diction. 414. n.7.* ideque
de necessitate verbum *Presbyter* accipiendum est
in sensu rigoroso actualis Sacerdotis, alioquin ex-
tensio, & augmentatio facultatis non verificaretur
ut ad sensum patet.

Eoque fortius prædicta procedere dixerunt Do-
mini omittentes leviora, quia verbo *Presbyteri* ad-
dita fuit qualitas *Celebrantis*, quæ profectò solis 31
actu Sacerdotibus convenit Rocc. *disput. jur. cap.
190. num.3.* Amostaz. *de caus. piis lib.3. cap.5. n.8.
& seqq.* aliisque congest. Rot. *in Rhegien. Juris-
16. Januarii 1708. §. Eoque evidentius, cor. Reveren-
diss. D. meo Molines Decano.*; Non attento quod
præfata qualitas repetatur adjecta solum Presbyte-
ro de genere Espuniæ, non autem Presbytero de
genere Berengarii, cujus est Balthassar; quoniam in
primis deprehenditur ex toto contextu fundationis
Conjuges æqualitatem voluisse, illamque in omni-
bus servasse, eo præterea etiam hanc qualitatem
communem esse omnibus utriusque Fundatoris de-
scendentibus.

Verum ulterius ex duplici, & quidem valida cir- 32
cumstantia censuerunt Domini cessare difficultatem,
quod verbum *Celebrans* qualificet utriusque descen-
dentes, quarum prima est, qualitatem celebrantis
superadditam quoad proximiores Espuniæ fuisse re-
lativam ad præcedentes dispositas, ut denotant, illa
verba, *ut prædictum*, Rot. *dec. Coccin. dec. 1616.
n.9. & in rec. dec.322. num.5. p.15.* & per conse-
quens referri etiam ad Proximiores Viri.

Altera vero magis stringens elicitur ex parte con- 33
ditionali, in qua pariformiter qualificantur Descen-
dentes Fundatorum ibi = *Et in casu quod de utrius-
que Fundatoris genere Presbyter celebrans, vel in
Sacris Ordinibus constitutus, ut prædictum est*, non
fuerit repertus, *tunc detur Beneficium aliis idoneis
Presbyteris in Sacris Ordinibus constitutis, &c.* pro-
indeque asserendum venit in parte dispositiva eodem
modo fuisse qualificatos, cum bene pars conditiona-
lis inservire valeat ad declarationem dispositivæ Rot.
*in Aquilana Beneficii 2. Julii 1708. §. Omnem difficul-
tatem, cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Firmata itaque ex prædictis verificatione litera-
rum in narrativa qualitatis Sacerdotalis istius Be-
neficio, remanet consecutive verificata altera ex-
pressio, quod nempe nullus alius adesset de genere
fundatorum, qui esset Presbyter, vel in Sacris Or-
dinibus constitutus, cum non controvertatur Balthas-
sarem esse simplicem Clericum.

Prout etiam satis videbantur justificatæ literæ in
alia parte, in qua expositum fuit Joseph præsenta-
tum fuisse à majori parte Patronorum, quoniam
præter-

(prætermissa disputatione qualitatis Patronalis hinc
34 inde excitata) si Balthassar fuit nulliter præsentatus, ex quo reperitur in simplici statu Clericali, quando lex fundationis requirit actu Presbyterum, vel Sacris Ordinibus initiatum ex traditis per Lambertin. *de Jurepatr. lib. 2. q. 10. art. 4. n. 17. cum seqq.* Rot. *coram Cavaler. decis. 231. & coram Burat. decis. 680. utrobique n. 1.* utique Juspatronatus, hac vice remansit consolidatum in Patronis legitimam, & ad tenorem Erectionis præsentationem explentibus, Rot. *in Compostellana Parochialis* 8. *Junii* 1696. §. *Eoque facilius, coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, & in Laodien. Beneficii 25. Februarii 1707. §. Et nihilominus, coram R. P. D. meo Ansald*, itaut pro verificato haberi debeat Josephum fuisse præsentatum a majori parte Patronorum, juxta deducta *in Volaterrana Beneficii 7. Decembris* 1708. §. *nulla siquidem, coram R. P. D. meo Crispo.*

Absque eo quod ullam mereatur animadversionem, quod Balthassar valeat promoveri ad Sacros Ordines intra annum; nam si in præsentato requiritur actu, vel Sacerdotium, vel saltem quod Sacris Ordinibus sit insignitus, profecto qualitas adjecta verbo præ-
35 sentationis debet concurrere de illo tempore, Rota *coram Emerix Jun. decis. 248. 263. 278. & 312. & in Romana Cappellaniarum 20. Aprilis 1712. cor. R. P. D. meo Priolo*, ac consequenter nullo modo adstringebatur Joseph narrare Summo Pontifici adesse simplicem Clericum de Parentela Fundatorum, quando iste minime capax esse poterat obtinendi Beneficium ex hucusque firmatis.

Et ita utraque, &c.

ARGUMENTUM.

Agitur hic de Jurepatronatus super Pavimento Ecclesiæ ex Causa constructionis ipsius Pavimenti, & an invito Patrono possit Ordinarius concedere Familiis extraneis Sepulchrum in eodem Pavimento excavandum.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus probatur ex Inscriptionibus marmoreis in Ecclesia affixis; ex Armis, & insigniis*, n. 4. & 6.
2 *Constructio est una ex Causis ad acquirendum Juspatronatus.*
3 *Juspatronatus probatur ex subsecutis restaurationibus, & ex Sententia in judicatum transacta*, & n. 5.
7 *Episcopus invitis Patronis non potest alienationem facere, nec servitutem constituere; nec aliquid innovare;* n. 15.
8 *Patronus Laicus non acquirit Dominium in Ecclesia, acquirit tamen usum rei patronalis.*
9 *Episcopus non potest alteri dare licentiam retinendi in Ecclesia Patronata Stemmum reluctante Patrono; nec etiam ibi collocandi Reliquias Sanctorum;* & n. 10. & 14.
11 *Patronus tenetur restaurare rem Patronatam.*
12 *Juspatronatus an, & in quibus detur stricte, & large?*
13 *Patronus super pavimenta Ecclesia an habeat jus prohibitivum ne aliqua servitus ibi constituatur eo invito?* & n. 17.
16 *Patronus habendo onus habere etiam debet utilitatem.*
18 *Usus rei patronatæ potest per Patronum vendi.*
19 *Consensus Patroni an, & quando non requiratur pro construendo sepulchro?* & n. 20.
21 *Consensus Patroni in actibus voluntariis est necessarius; secus in actibus necessariis Ecclesia.*
22 *Nemo concedere præsumitur jus, & jurisdictionem privative quoad semetipsum.*
23 *Observantia deducitur tam ex facto, quam ex non facto.*
24 *Confessio probat contra Confitentem.*
25 *Patronis non est auferenda utilitas proveniens ex Jurepatronatus.*
26 *Soli Patrono licet apponere arma, & inscriptiones in Ecclesia Patronali.*

ALLEGATIO XLIII.

IN Ecclesia Cathedrali Civitatis Neapolis præclarissima, ac inter Patritias nobilitate generis nemini secunda Familia de Caracciolis habet, & possidet Juspatronatus tam Cappellæ Sanctæ Mariæ de Succursu, quam soli, seu Pavimenti ejusdem Cathedralis prout in contradictorio Judicio de voto Congregationis declaratum fuit anno 1675. per sententiam, seu decretum in auctoritatem rei judicatæ transactum.

Et quod attinet ad Juspatronatus Pavimenti, hoc quæsitum fuit prædictæ nobilissimæ Familiæ ex causa constructionis ipsius Pavimenti, quam de anno 1443. de propriis pecuniis fecit Ciarletta Caracciolus olim Camerarius Regis Ladislai, ut testatur Cæsar de Eugenio in ejus Histor. cujus titulus est *Napoli Sacra fol.* 5. ubi describendo singulas partes prædictæ Cathedralis, sic ait = *il suolo di essa fu fatto da Ciarletta Caracciolo Cameriero del Re Ladislao* = , & immediate registrat inscriptionem occasione constructionis ibi factam his verbis = *Magnificus Miles D. Ciarletta Caracciolus fecit hoc Pavimentum ad honorem Dei, & B. Januarii anno* 1433.

Hinc descendentes de eadem Familia tanquam veri Patroni quotiescumque Pavimentum, aut temporis injuria, aut alia de causa devastatum renovari, vel restaurari oportuit semper de propriis pecuniis hoc onus subierunt, ut signanter contigit de anno 1602. de quo tempore ab ipsis Pavimentum fuit renovatum, ut ex inscriptione sculpta in lapide, qui prius aderat in medio navis magnæ, hodie affixus in fronte Januæ magnæ ejusdem Cathedralis, ibi = *Ciarletta Caracciolus* 1433. *stravit, Gentiles ejus Posteri restituerunt, Alphonso Cardinali Gesualdo Sacri Collegii Decano Archiepiscopo Neapolitano* 1602. & testatur prædictus *Cæsar de Eugenio in d. histor. fol.* 5. necnon *Carolus Celanus Canonicus ejusdem Cathedralis in opusculo, cujus titulus, Notizie di Napoli fol.* 85.

Eadenque restauratio successit novissime de anno 1681. ubi illi de familia dictum Pavimentum, quod erat lateritium reconstruxerunt, & fecerunt marmoreum eo modo, quo nunc actualiter reperitur cum enormi expensa ducatorum 4500. ut legitur in altera inscriptione sculpta in lapide sito in medio Navis magnæ dictæ Cathedralis hujus tenoris = *Ciarletta Caracciolus* 1433. *stravit, Gentiles ejus Posteri restituerunt, Alphonso Cardinali Gesualdo Sacri Collegii Decano Archiepiscopo Neapolitano* 1602. *sed avo citrom & usu, Scipionis Caraccioli, ex eodem Ciarletta hæreditatis, Providi, & munificentissimi Administratores vetusti patronatus servandi studio, quod lateritium acceperant reddidere marmoreum Innico S. R. E. Cardinali Caracciolo Antistite, cæterisque ex eadem Gentilitate Proceribus ad illustria hæc augusto quoque animo pronis anno Domini* 1681. = & tradit idem *Celanus fol.* 85. ibi = *Nell' anno poscia* 1681. *dal Monte fondato da detto Ciarletta fu ridotto in marmo nella forma che oggi si vede* = quod fatetur quoque Eminentissimus Archiepiscopus in relatione ad hanc Sacram Congregationem transmissa ex adverso danda adeout vulgo appelletur = *il Pavimento di Ciarletta Caracciolo* = ut fatentur Vicarius Curatus, & Sacrista major dictæ Cathedralis.

Cum autem hoc genus Jurispatronatus in Pavimento Ecclesiæ præseferret usum Patroni privativum quoad ibi aperiendum Sepulturas; idcirco præfatus Ciarletta Fundator quemadmodum intacta reliquit Sepulchra aliarum Familiarum, quæ tunc temporis ibi reperiebantur; ita etiam provideri voluit publicæ necessitati aperiendo ibi tot Sepulturas, quot erant necessaria ad publicum usum Populi juxta naturam Eccle-

siæ

siæ quæ erat prima, & principalis Parochia, ut prosequitur præcitatus Historicus Cæsar de Eugenio dicto fol. 5. ibi = *il secondo di esso fu fatta da Ciarletta Caracciola Cameriera del Re Ladislao con molte Sepolture à beneficio del Publico* = hoc enim modo impedire noluit ea quæ necessaria erant juxta naturam Ecclesiæ, & simul prospexit ne impostetum excavari posset Pavimentum pro aliis Sepulchris sive publicis, sive privatis appositis in dicto Pavimento, Insigniis, & Armis Familiæ de Caracciolis in pluribus locis.

Et de facto hoc demonstravit subsecuta observantia, dum spatio trium fere sæculorum a die confectionis Pavimenti usque in præsens nunquam visum, vel auditum fuit, quod super dictum Pavimentum ullum aliud apertum fuerit Sepulchrum sive publicum, sive privatum, sed tot semper remanserunt Sepulchra, quot erant de tempore Ciarlettæ, illa scilicet aperta ad publicam utilitatem necnon alia privatarum Familiarum, quæ de eo tempore ab antiquo extabant, & Jus quæsitum habebant.

Verum post adeo longevam observantiam D. Franciscus Moscettola Dux Spezzani de anno 1710. preces porrexit Eminentissimo D. Archiepiscopo Neapolis pro facultate, & licentia construendi Sepulchrum in ea Navi laterali Cathedralis, quæ tendit ad celeberrimam Cappellam, nuncupatam *del Tesoro*, ubi asservatur Caput & Sanguis Gloriosi Sancti Januarii, & Reliquiæ cæterorum Sanctorum Protectorum Civitatis, & proprie ante Januam ejusdem Cappellæ *del Tesoro* sub falsa expressione, quod situs ille spectaret ad Cathedralem, factoque rescripto per D. Vicarium Generalem = *ad Dominos Canonicos deputatos in Ecclesia Cathedrali cum Eminentissimo* = retulerunt Deputati esse indulgendum Duci Spezzani, ut construeret Sepulcrum in loco prædicto pro semetipso tantum, una cum facultate super apponendi Sepulchro inscriptionem marmoream, & ad formam hujus relationis Eminentissimus Archiepiscopus concessionem fecit omnino irrequisitis, & neglectis Excellentissimis Dominis Patronis.

Quibus etiam neglectis Dux præfatus effracto Pavimento excavari, & extrui fecit suam Sepulturam in prædicto conspicuo loco Ecclesiæ apponendo ibi lapidem marmoreum cum hac solemni inscriptione = *Franciscus Muscettola alias Spezzani Dux sibi, Terra filius hic jacere voluit, ut Populi hic confluentis pedibus proteratur, & ad Arma sui amantissimi Patroni Januarii, vel post obitum excubet donec Supremo Mundi die excosso pulvere ejus, immixtus dextera geminibusque ad volum hinc volet in cælum* = *lapidem mortalitatis monitorem immortalitatis auspicem vivens posuit, obiit die .....*

Hæc innovatio quemadmodum sic ex abrupto, & de facto secuta erat, ita provocaverat animum Patronorum ad defendendum etiam de facto proprium Jus verum directa mente ad semitas Juris, & certam sperantes victoriam judiciali experimento se converterunt ad Judicem ad effectum, ut omnia innovata reducerentur in pristinum, & propterea dato supplici libello Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium, & audita de more relatione Eminentissimi Archiepiscopi, concordatum fuit disputatum dubium, an concessio sepulturæ sustineretur pro cujus negative resolutione ita ego scribebam.

Constat de Jurepatronatus Familiæ Caracciolæ in ordine ad Pavimentum Ecclesiæ Cathedralis, & primo quidem ex ejus primæva constructione facta per Ciarlettam Caracciolum de propriis pecuniis anno 1432. de qua primæva constructione liquet ex duobus epitaphiis marmoreo lapide inscriptis de annis 1602. & 1681. juncto testimonio *Cæsaris de Eugenio historici* superius relato ex quibus probari Juspatronatum in dubium revocari non valet ut de inscriptionibus marmoreis in Ecclesia publice affixis tradunt in individuo Bald. *cons.* 310. *numer.* 1. *vers. in contrarium lib.* 5. Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 2. *part.* 2. *quæstion.* 10. *art.* 19. *numer.* 3. & 4. Rocch. de Curt. *eodem tract. in verbo honorificum sub numer.* 83. *in fine vers. an autem Jurispatronatus probetur*, Rot. *dec.* 374. *sub num.* 7. *vers. quibus accedit, part.* 2. & *decis.* 172. *sub num.* 5. & *decis.* 49. *sub numer.* 5. *ac decis.* 492. *sub numer.* 4. *part.* 3. *recent.* & *coram Cavaler. dec.* 378. *sub numer.* 1. & *coram Coccin. decis.* 230. *sub numer.* 5. & *in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Deficiente, coram Illustrissimo Guber. Urbis*, & *in terminis Historicorum*, Rot. *dec.* 1867. *numer.* 20. *coram Coccin.* & *dec.* 505. *n.* 2. *coram Dunoz. Jun.* & *in nullius, seu Senogallien. bonorum* 13. *Maii* 1697. §. 26. *cor. bon. mem. Muto*, & *in Nullius, seu Fulben. jurisdictionis* 28. *Junii* 1700. §. *Accedit, cor. Eminentissimo Tremoille.*

2 Constructio siquidem est una ex causis sufficientibus ad acquirendum Juspatronatus & sic probata constructione Pavimenti facta per Ciarlettam Caracciolum, probatum quoque remanet Juspatronatus super eodem Pavimento juxta *Text. in cap. nobis de Jurepatronat.* & *in Can. filiis* 16. *quæst.* 7. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 9. *n.* 56. & *seqq.* Adden. ad Buratt. *dec.* 1. *numer.* 13. Barbos. *de potest. Episcop. allegat.* 70. *num.* 2. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *art.* 4. *quæst.* 2. *numer.* 2. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 4. *cum aliis in Romana dotis* 28. *Januarii* 1709. §. 14. *coram R. P. D. Aldrovando*, nihil obstante, quod constructio non respiciat ipsam Ecclesiam sed ejus Pavimentum, quia non prætenditur Juspatronatus Ecclesiæ sed ipsius pavimenti, & de cætero verificatur Juspatronatus respectu etiam certæ rei super qua cadit constructio cum Patronus prædicatur ex eo, quod deducit aliquam rem de non esse ad esse, ut in puncto advertit Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 11. *art.* 14. *n.* 6 *fol. mihi* 250.

3 Secundo Juspatronatus probatum remanet ex duabus subsecutis reconstructionibus pavimenti factis per hæredes, & successores Ciarlettæ fundatoris de annis 1602. & 1681. de quo tempore pavimentum vetustate, & usu attritum magnis expensis in elegantiorem formam redactum extitit, ex quibus reconstructionibus indubitatam Juris est, certam enasci probationem Jurispatronatus quoad restaurantes, ex quo solis Patronis hoc restaurationis onus incumbit, Ventrigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 18. §. *Unico n.* 15. Panimol. *decis.* 15. *annot.* 1. *num.* 35. Amostaz. *de caus. piis libr.* 5. *cap.* 6. *numer.* 25. Barbos. ad Concil. *sess.* 21. *capit.* 7. *numer.* 8. *de reform.* Rot. *in Salernitana alimentorum* 11. *Januarii* 1712. §. *Rursus*, & 20. *Junii ejusdem anni* §. *Quemadmodum*, & §. *Et sicuti, coram Illustrissimo Gubern. Urbis*, ubi quod Patroni hoc habent onus, & incommodum propter commodum fructuum Jurispatronatus.

4 Tertio hoc ipsum designant Inscriptiones, Insignia, & Arma hujus nobilissimæ Familiæ, tum antiquis temporibus insculpta, tum etiam occasione restaurationem recenter in pavimento renovata in pluribus locis, prout cernitur in planta cum ex hujusmodi memoriis, elogiis, & Insigniis magnum Jurispatronatus argumentum inferatur, ut in terminis Armorum, & insignium docet *Text. in l. Stigmata, Cod. de fabricens. libr.* 10. quia regulariter in rebus alienis Arma propriæ Familiæ apponere non licet per *Text. in l. finali C. ut nemini liceat sine Judic. auctor. sign. reb. impos. alien.* & communiter pro demonstratione Jurispatronatus hanc Armorum appositionem considerant Anchatan. *cons.* 113. *sub num.* 4 *versic. talia signa* Gabriel. *cons.* 196. *numer.* 10. *libr.* 2. Ursell. *conclus.* 144. *numer.* 4. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. *disceptat.* 110. *numer.* 1. Rot. *decis.* 548. *numer.* 7. *part.* 2. *diversorum*, & *dec.* 527. *numer.* 6. & *seqq vers. ad quam corroborationem part.* 4. *divers.* & *post* Vivian. *de Jurepatr. dec.* 26. *numer.* 15. & 16. & *in recent. dec.* 136. *numer.* 12. *part.* 13. & *decis* 509. *numer.* 8. *part.* 14. *coram Seraph. decis.* 1141. *sub num.* 7. & *coram Coccin. decision.* 230. *numer.* 1. *vers. quæ insignia*, & *in Augustana Jurispatronatus super negotio principali* 31. *Januarii* 1695. §. *Fundatio, coram bon. mem. Ursina*, & *in Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Jisque adducuntur, coram R. P. D. Lancetta.*

5 Quarto accedit sententia Curiæ Archiepiscopalis Neapolis lata de anno 1679. de voto Congregationis

nis ad id specialiter deputatæ, ubi orta quæstione ad
quem spectaret onus renovandi Pavimentum Ca-
thedralis Eminentissimus tunc temporis Archiepisco-
pus, allegando rationem, quod Juspatronatus Pavi-
menti spectabat ad successores Fundatoris ibi = *Un-
de Iuspatronatus ejusdem Cappellæ, ac Pavimenti
tenetur, & possidetur ab Administratoribus hæredita-
tis prædictis quondam Ciarlettæ, & Scipionis Ca-
raccioli* = per sententiam pronunciavit ibi = *Ius
renovandi dictum Pavimentum, & spectare prædictis
DD. Gubernatoribus, ideoque licere, & licitum esse
præfatis DD. Gubernatoribus Pavimentum constru-
re, & apponere Insignia, & Inscriptiones*; quæ qui-
dem sententia veluti in rem judicatam transacta si-
ne dubio de se solam plenam constituit probatio-
nem Jurispatronatus, Rot. *decis.* 58. *n.* 14. *coram Ar-
guelles, & dec.* 300. *n.* 4. *coram Cels. & in rec. dec.*
139. *num.* 10. *& seqq. part.* 17. *& dec.* 136. *numer.* 19.
part 19. *& in Casalen Beneficii super Jurepatronatus*
27. *Iunii* 1696. §. *Roboratur, coram bon. mem. Ursino,
& in Campostellana Parochialis* 2. *Iunii* 1698. §. *Ete-
nim, coram Reverendiss.* Conchen. *& in Cremonen,
Beneficii* 14. *Maii* 1706. §. *Majora, coram Reveren-
diss. Labacen.*

Corruente objecto, quod hæc sententia emanave-
rit in auditis interesse habentibus, ut supponitur in
contraria relatione Eminentissimi Archiepiscopi; Et-
enim constat sese opposuisse nedum Promotorem Fi-
scalem Curiæ Archiepiscopalis, sed etiam Oecono-
mum Ecclesiæ Cathedralis inter quos, & Patronos
causa tunc temporis fuit agitata, ut aperta expri-
mitur sub initio sententiæ, & propterea cum nullus
alius concurreret, seu adesse posset Contradictor,
sententia dicitur lata rite, & recte cum legitimis
Contradictoribus, Card. de Luc. *de jurepatr. discurs.*
4. *num.* 5. Rot. *decis.* 197. *numer.* 59. *part.* 5. *recent.* ubi
quod statur assertioni emissæ in sententia per Ordi-
narium quando illa est lata triginta ab hinc an-
nis.

6 Et quinto demum propter effectuationem hujus
sententiæ, dum in ejus sequelam, sive executionem
renovatum fuit Pavimentum cum ingenti expensa
4500. ducatorum, & apposita fuit inscriptio, ibi
= *VETUSTI PATRONATUS SERVANDI
STUDIO* = quæ inscriptio clarum præsefert tito-
lum Jurispatronatus, amplius idcirco non controver-
tendum, cum hujusmodi inscriptio fuerit admissa,
& usque in præsens approbata, & non reclamata ab
omnibus pro tempore Archiepiscopis successoribus,
Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 72. *numer.* 4. Murga *de
benefic. quæst.* 4. *numer.* 228. *& seqq.* Rot. *coram Mer-
lin. decis.* 128. *numer.* 5. *& in recent. decis.* 509. *numer.*
11. *part.* 14. *& in dicta Cremonen. Benefic.* 3. *Decem-
bris* 1706. §. *Iisque adduntur, coram Rev. P. D. Lan-
cetta.*

Firmato ex prædictis, quod Pavimentum sit de
Jurepatronatus familiæ de Caracciolis titulo onero-
so constructionis, immo etiam reconstructionis ex
integro cum expensa notabili, de qua supra, infalli-
bilis exinde nascitur consequentia, quod super solo,
seu pavimento patronato nequaquam licitum fuerit
Eminentissimo Ordinario invitis Patronis imponere
servitutem, dando licentiam ibi excavandi sepulchrum
pro alia privata familia Ducis Spezzani, juxta rece-
ptam Juris propositionem, quod in quacunque re
patronali sive sit Cappella, sive Pavimentum, sive
7 quid aliud non potest Episcopus, vel Rector Eccle-
siæ invitis Patronis nec alienationem facere, nec ser-
vitutem constituere, nec demum aliquid alterare, si-
ve innovare ut communiter tradunt Paris. *cons.* 149.
num. 10. *& seqq. & numer.* 25. *lib.* 4. Giovagnon. *cons.*
8. *num.* 21. *&* 22. *libr.* 2. Gratian. *discept.* 210. *numer.*
49. Valenzuel. *cons.* 18. *num.* 43. 47. *&* 50. Cardin. de
Luc. *de Jurepatr discurs.* 52. *numer.* 9. Rot. *decis.* 550.
numer. 1. *part. prima diversorum, & coram Cerr. de-
cis.* 686. *numer.* 4. *& in recent. decis.* 220. *numer.* 42.
part. 17.

Nihil obstante, quod non obstante constructione
Pavimenti, & Jurepatronatus super illo adhuc Pa-
tronus non habeat Ius prohibendi ne aliquid fiat su-
per illo, ex quo Laici nunquam acquirunt domi-
nium in Ecclesia, quod semper remanet in potesta-
te Episcopi; Fallacia enim argumenti, est evidens, 8
dum quamvis Laici non acquirant dominium in Ec-
clesia acquirunt tamen usum rei patronalis, in quo
habent Ius prohibendi ne aliquid invitis Patronis in-
novetur, seu alteretur, ut in puncto observant Gio-
vagnon. *d. cons.* 8. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 2. Melchior. Febus *dec.
Lusitan.* 8. *n.* 8. Rot. *cor. Cerr. decis.* 686. *n.* 2. ideoque
Proprietaris, ut est Episcopus invito Usuario non
potest usum rei immutare etiam in melius, & habet
Ius prohibendi juxta *Text. in l. finali in fine, ff. de
usu, & habit.* & in terminis probat Rot. *cor. Cerr.
dec.* 843. *n. primo, & per tot.* ubi quod in Ecclesia 9
patronata non potest Episcopus dare alteri licentiam
ibi retinendi scamnum reluctante Patrono, ad quem
spectat defendere rem suam a qualibet servitute, &
sequitur Adden. ad Pamphil. *dec.* 717. *sub numer.* 7. *in
fine*, & optime R. P. D. Fattinell. *respons.* 110. *numer.*
14. *&* 15.

Ex quo principio videmus, quod in Cappella de 9
Iurepatronatus non potest Episcopus reponere, & col-
locare etiam Reliquias Sanctorum invito Patrono,
ut probat Valenzuel. *cons.* 18. *num.* 50. *&* 51. minus-
que potest concedere, ut ibi aliqua Confraternitas se
congregare possit, ut late ostendit R. P. D. Fattinell.
d. respons. 110. *numer.* 9. *cum pluribus seqq.* idque ex
non alio principio descendit nisi quia Patronus ha-
bet usum rei patronalis, ut est Cappella, scamnum,
sepulchrum, vel quid aliud; ideoque invito Usua-
rio nequit alius ibi se ingerere, nec Episcopus alte-
ri concessionem facere, & servitutem imponere, pro-
ut in casu isto sicut Ordinarius non potuisset pavi-
mentum patronatus alienare, ita nec super eo servi-
tutem imponere excavari concedendo sepulchrum al-
terius Familiæ privatæ, ut probat *Text. in l. si plu-
res* 41. *ff. de religios. & sumpt. funer.* & in specie pro-
sequitur R. P. D. Fattinell. *dict. respons.* 110. *n.* 16. 17.
& 19.

Minusque obstat tale Iuspatronatus super pavimen-
to ex causa constructionis non apparere reservatum,
hoc enim non habet in facto subsistentiam dum ex
omnibus prædictis ostensum fuit ex causa constru-
ctionis familiam de Caracciolis obtinuisse Iuspatro-
natus, ut non solum probant Insignia, & Arma
familiæ, quæ denotant eum, cujus sunt Arma ha-
bere usum rei, cui sunt apposita, sed etiam hoc pro-
bat sententia anni 1679. ubi in specie dicitur succes-
sores Ciarlettæ tenere, & possidere Iuspatronatus Pa-
vimenti, ibi = *Juspatronatus ejusdem Cappellæ, &
pavimenti tenetur, & possidetur ab Administratori-
bus hæreditatis* = probat etiam inscriptio in seque-
lam sententiæ facta, & usque adhuc permissa ab o-
mnibus pro tempore Archiepiscopis, ibi = *Vetusti
Patronatus servandi studio* = & probat denique ipsa
reconstructio, & restauratio per duas vices facta in
magnis expensis, quod sane onus non nisi Patronis
incumbit, quia incommodum reconstituendi, & re- 11
staurandi nascitur ex commodo Iurispatronatus, ex
firmatis per Rot. *in d. Salernitana Alimentorum* 11.
Januarii 1712. §. *Rursus, &* 20. *Junii ejusdem anni*
§. 15. *cor. Illustrissimo Gubernat. Urbis.* Patronus enim
dicitur quasi Pater, qui tenetur ornare, & restaura-
re rem patronatam, quam deduxit de non esse ad
esse, ut ratiocinatur Card. de Luc. *de jurepatr. disc.*
52. *n.* 12. *& disc.* 84. *n.* 2. *&* 3. Rot. *in d. Salernitana
Alimentorum* 20. *Junii* 1712. §. *Et sicuti, coram Il-
lustrissimo Gubernat. Urbis.*

Prout neque dici potest non esse in Iure cautum
quod detur hoc genus Iurispatronatus super pavimen-
to Ecclesiæ, vel saltem non probari, quod illud im-
portare valeat Ius privativum excavandi sepulchra pro
aliis Familiis arbitrio Episcopi; etenim Iuspatrona- 12
tus dari potest stricte, & large; Quoad primum
modum Iurispatronatus stricti, & proprii exempla
sunt de fundantibus Ecclesiam, Cappellam, vel Bene-
ficium, quo vero ad secundum modum Iurispatrona-
tus large sumpti, dantur etiam exempla in praxi re-
cepta, & signanter in rebus, in quibus non venit nisi
usus illatum nempe in scamnis, sedilibus, Archis, Al-
tare

tare portatili, Calicibus, Miſſali, & Breviario, &
ſimilibus, ut bene explicat Lambertin. de Jurepatr.
lib. 1. part. 1. quæſt. 11. art. 9. ſub num. 8. verſic. unde
concluderem, & artic. 14. ſub numer. 7. fol. mihi 250.
ibi = Bene dicerem illud ſtricte, & large poſſe con-
ſiderari in utroque Jurepatronatus hoc modo ut ſtri-
cte dicatur Juſpatronatus in Eccleſiaſtica, ubi com-
petunt fructus ipſius Juriſpatronatus, ſeu pars illorum,
puta in Eccleſiis, Cappellis, & Altaribus fixis do-
tatis & indotatis, in quibus poteſt cadere præſenta-
tio, vel reliqui Juriſpatronatus fructus; LARGE
VERO DICATUR conſiſtere in illis rebus, in qui-
bus non venit niſi uſus illarum, ut in Altare porta-
tili, Calicibus, & aliis, de quibus ſupra, &c. in qua
cadit ſolum uſus, ut in banchis, & aliis, & art. 15.
ibi = quæro decimo, & ultimo an Juſpatronatus ca-
dat in ſedilibus, & banchis, in Eccleſia, &c. di-
cendum eſt quod ſic, & idem dicerem in caſſis, ſeu
Archis, &c. & hoc modo Juſpatronatus Laicale pot-
eſt dici large, quia in his habetur ſolus uſus, &c. quia
facientes prædicta omnino deducunt illa de non eſſe ad
eſſe, & ideo Patroni quaſi Patres.

Ex quo ſequitur dato Jurepatronatus ſuper pavi-
13 mento Eccleſiæ cum Inſigniis, & Armis Fundatoris
habere Patronum Jus prohibitivum ſuper eodem pa-
vimento, ne aliqua ſervitus ibi conſtituatur eo invito
in favorem alterius privatæ familiæ, ea ratione quod
Fundator in dicto pavimento non habet, nec habere
poteſt niſi ſolum uſum ad omnes effectus qui dari poſ-
ſunt ſuper pavimento Eccleſiæ, nempe apponendis
ſedilibus, excavandis ſepulchris, apponendis inſcri-
ptionibus, & inſigniis quia dicitur uſuarius, ſoli,
ſive ſuperficiarius veluti utilis Dominus ſuperficiei,
ſive ſoli, ideoque veluti ſuperficiarius, & uſuarius
habet Jus prohibendi in re ſua, ne alter extraneus Jus
acquirat ſuper eodem uſu, ut eſt excavatio, & uſus
ſepulchri per Text. in lib. primo, §. quod autem, ff.
de ſuperficiebus ibi = Quod autem, & in rem actio
de ſuperficie dabitur petitorii quoque in ſuperficiem
dari, & quaſi uſumfructum, ſive uſum quendam in-
eſſe, & conſtitui poſſe per utiles actiones credendum
eſt, & in l. ſi plures 41. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.
Lambertin. de Jurepatr. lib. 3. q. 5. art. 4. num. 13. Va-
lenzuel. de conſ. 18. n. 50.

Exemplo ſoli, ſeu pavimenti in Cappella patro-
nata, in qua non poteſt excavari ſepulchrum pro
15 aliena Familia invito Patrono, prout nec etiam ap-
poni ſcamnum, ea ratione, quod ſpectat ad Patro-
num defendere propriam rem Patronatam a quali-
bet ſervitute, ut probat Rota coram Cerr. dict. dec.
843. n. 1. R. P. D. Fattinell. dicta reſponſ. 110. numer.
14. & 15.

Fortius autem, quia de cætero niſi tale Jus pro-
hibitivum ſuper uſu Pavimenti competeret Patronis
15 utique Juſpatronatus ad nihil juvaret, & nihil utili-
tatis haberet, dum in tali Jurepatronatus improprio,
ſeu largo non datur niſi uſus in re patronata, qui
uſus ſemper eſt privativus nec ſine conſenſu Domi-
ni in alterum alienabilis, & propterea indubitatum
eſt, quod invito Patrono nihil in re ſua, in qua
habet uſum poſſit aliquid innovari, ne alias Juſpa-
tronatus remaneat fruſtratorium, & de vento, &
abſque plenitudine ſui Juris, & ſic retrahantur Lai-
ci a benefaciendo Eccleſiis, quæ fuit cauſa permiſ-
ſiva Juriſpatronatus, Gloſſ. in cap. cum dilectus in
verbo præſentare in fine de Jurepat. Rot. deciſ. 157.
num. 8. par. 7. recent. gloſſ. in cap. nobis in verbo in
Cappella de Jurepat. cum aliis in Parmen. Beneficii
28. Januarii 1701. §. Quam quidem, cor. Illuſtriſſ.
Gubern. Urbis.

Et ſane alias dicere eſſet abſurdum, & contra di-
ctamen æquitatis, & obligationis antidoralis; ſi enim
hoc Juſpatronatus eſt oneroſum, & tale, ut pro re-
ſtauratione, & renovatione Pavimenti neceſſaria ſit
expenſa magna ſupra Ducatos quatuor mille, & hoc
16 onus in uno ſæculo per duas vices Patroni ſubjerunt,
quid ergo dabimus Patronis in recompenſam oneris
habentis tractum ſucceſſivum? Juſpatronatus enim
eſt oneroſum, & utile unde Patronus habendo onus
habere etiam debet utilitatem, ut eum ſequantur
commoda, quem ſequuntur incommoda, Lambertin.
de Jurepatr. lib. 3. q. 11. art. 2. n. 3. verſ. Sexta, Rot.
in dicta Salernitana alimentorum 11. Januarii cur-
rentis anni 1712. §. 13. & 20. Junii proxime præteriti
§. 15. coram Illuſtriſſ. Gubern. Urbis.

Et per conſequens eſt imperceptibile, quo funda-
mento dari poſſit, quod ubi agitur de oneroſis ſcili-
cet expendendo millia ducatorum pro reparatione Pa-
vimenti ſint obligati Patroni ratione Juriſpatronatus,
per contrarium vero Ordinarius fruatur commodo,
præeminentia, aliis quibuſcunque ſibi beneviſis con-
cedendi uſum pavimenti neglectis Patronis, perinde
ac ſi non eſſent in rerum natura, ut bene argumen-
tatur R. P. D. Fattinell. dicta reſponſ. 110. n. 29. ibi =
illud allegare eſt ire contra dictamen naturalis ra-
tionis, neque enim ferendus eſt, qui lucrum quidem am-
plectitur onus autem ei annexum contendit, & ini-
quum ad modum eſſet, quod Familia de Fattinellis
altera onus conſtruendi, & dotandi Cappellam ſentiat
etiam illud eam ſartam tectamque ſervandi Reveren-
diſſimus vero Prior fruatur commodo, & præeminentia
aliis concedendi uſum Cappellæ, = & concordat Car- 17
din. de Luc. de Jurepatr. diſc. 92. n. 12. neque idcirco
dubitari poteſt quominus Patroni habentes Juſpatro-
natus in pavimento, & ſic ejus uſum ad omnes ef-
fectus dicto pavimento proportionatos habeant quo-
que Jus privativum, & prohibitivum, ne uſus pa-
vimenti alteri eis invitis concedatur, ut bene R. P.
D. Fattinell. dicta reſponſ. 110. n. 23. in fine, ibi =
ſuperfluum eſſet examinare an Patronus habeat domi-
nium Cappellæ cum ſufficiat illum habere uſum, &
commoditatem ad effectum ne eo invito poſſit per Eccle-
ſiæ Rectorem uſus alteri communicari.

Probat hoc etiam alia ratio, quia nempe hujuſ- 18
modi uſus reſpiciens materialitatem pavimenti, pro-
ut etiam eſt fabrica Cappellæ, ſedile, vel ſcamnum,
& ſimilia eſt quid temporale, quod poteſt per Pa-
tronum vendi, & pretio mediante transferri in alte-
rum Card. de Luc. de Jurepatron. diſcurſ. 52. numer.
10. & diſc. 53. numer. 3. Gratian. diſcept. 110. num. 6.
& 10. Noguerol. allegat. 76. num. 23. & ſeqq. Salgad.
in laberint. cred. p. 3. cap. 5. n. 48. Melchior. Fœbus d.
dec. 8. n. 9. R. P. D. Fattinell. d. reſponſ. 110. num. 24.
unde infertur, quod ſi liber uſus totius pavimenti
pertinens ad Patronum eſt pretio æſtimabilis, tanto
minus poſſit imminui, & deteriorari per ſervitutem
conceſſionis loci pro excavando ſepulchro R. P. D.
Fattinell. d. reſponſ. 110. n. 47. in fine, & num. 48. &
ſicut per talem ſervitutem Ordinarius reddit minus
æſtimabilem materialitatem pavimenti, non ita im-
mo fere nihil appretiandam ſi poſſet aperire ſepultu-
ras, eaſque concedere pro familiis ſibi beneviſis,
ita ex hac ratione præjudicii, quod infertur Patro-
no in æſtimatione rei patronalis, nihil innovari po-
teſt invito Patrono, ut bene limitat Lambert. libr. 1.
p. 1. q. 3. art. 57. n. 2. verſ. ubi autem fieret præjudicium
Patrono, fol. mihi 57. Rot. coram Cerr. d. deciſ. 843.
num. 4. & ſeqq.

Hinc inapplicabiles redduntur auctoritates in con-
trarium allegandæ ſuper eo, quod pro conſtruendo
ſepulchro in Eccleſia patronata Patroni conſenſus non
requiritur; loquuntur enim in terminis omnino di- 20
verſis, ubi nempe agitur de ſtricto, & proprio Jure-
patronatus per fundationem, & dotationem Eccleſiæ,
quod Juſpatronatus producit ſuos fructus conſiſtentes
in Jure præſentandi, proceſſionis, & alimentorum,
quibus juribus, ſeu fructibus nullum infertur præju-
dicium ſi aperiatur ſepulchrum in Eccleſia, ut ra-
tionem adducendo probat Murga de ſepultur. tract. 5.
diſquiſit. 5. num. 2. ibi = Nullum præjudicium Patro-
no infertur ex conſtructione ſepulchri in Eccleſia pa-
tronata, ergo abſque illius conſenſu poteſt illud con-
ſtrui, antecedens patet, quia Juri honorifico, & uti-
li, quod habet Patronus in Eccleſia minime detrahi-
tur; nec jus oneroſum augetur per ſepulchri conſtru-
ctionem abſque ejus conſenſu; non enim aufertur ab
eo honor præſentandi Rectorem, nec præcedentia,
nec quod debeat ab Eccleſia ſuſtentari, ſi ad pau-
pertatem devenerit; æque enim bene, & forte melius
ex redditibus Eccleſiæ ſuſtentari poterit conſtructo ſe-
pulchro,

pulchro; quam non constructo, nec imponitur ei major obligatio quoad onerosum, quoad onus scilicet defendendi Ecclesiam, & ei subveniendi ex sepulchri; ergo constructione nullum Patrono præjudicium infertur.

Hæc autem ratio nullatenus applicatur ad aliud diversum genus Jurispatronatus, de quo agitur, ubi in Jure non dantur fructus Juris præsentandi præcedentiæ, aut alimentorum; sed solus, ac simplex usus
20 pavimenti, seu rei patronatæ, præter quem usum nulla alia utilitas insurgit, seu resultat favore Patroni; ergo in tali genere Jurispatronatus si posset usus pavimenti alteri concedi per excavationem sepulchri, inferretur clarum præjudicium Patrono, quoad usum rei patronalia cum sit usuarius soli, cujus usus alteri eo invito communicari non potest, & consequenter in hoc genere Jurispatronatus verificatur præjudicium Patroni mere usuarii, quod non verificatur in Jurepatronatus proprio, & stricto, cujus fructus non consistunt in usu pavimenti Ecclesiæ, neque ideo confundi potest unus casus cum altero tunquam in diversis, ut in fortioribus, quod requiratur consensus Patroni, etiam in concernentibus solum Ecclesiæ in Jurepatronatus proprio, si ejus præjudicium considerari possit, firmavit Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 3. *art.* 17. *numer.* 2. Rocc. de Curt. *eodem tract. in verbo construxit*, *numer.* 11. ibi = *Ubi autem fieret præjudicium Patrono, vel Juripatronatus secus esset* = prout manifestum est præjudicium; si enim hæc libertas resideret in Ordinario, utique Juspatronatus fieret ridicolum, quia posset Ordinarius modo uni, modo alteri ex familiis concedere usum pavimenti pro uno, vel altero sepulchro, & sic brevi temporis spatio perforare totum pavimentum illudque implere sepulchris alienis, ergo ad quid inserviet hoc Juspatronatus?

Quod si dicatur admisso hoc usu prohibitivo, & privativo pavimenti sequi posse absurdum, quod nec etiam Archiepiscopus posset ibi aperire sepulturam pro se ipso, & successoribus, nec si adesset necessitas posse novum sepulchrum extrui pro Populo, facillima, & prompta est responsio, quod tale Jus privativum intelligitur sano modo, nempe exceptis illis, quæ sunt necessaria juxta naturam, & qualitatem Ecclesiæ, & respiciunt utilitatem publicam, quæ impediri non possunt per Patronum, & qui censetur se alligasse, & subjecisse omnibus illis legibus, & servitutibus statui Ecclesiæ proportionatis, ne alias dicamus etiam Populum non posse ambulare per pavimentum juxta firmata per Card. de Luc. *disc.* 12. *per tot. de præmin.*

Quod proinde absurdum non datur, neque dari potest in alio casu diverso, ut est noster, ubi solum
21 dicitur, quod cum Ecclesia concesserit privatæ familiæ de Caracciolis Juspatronatus pavimenti consistens in ejus usu respectu illius familiæ, non potest dictum usum communicare alteri familiæ diversæ in præjudicium familiæ patronæ, quæ dicitur habere non quidem dominium pavimenti, sed dominium usus ejusdem pavimenti, in quo habet Jus privativum excavandi sepulturas, apponendi sedilia, & alia proportionata faciendi, ex auctoritatibus supra allegatis, & signanter R. P. D. Fattinell. *dict. respons.* 110. *numer.* 9. *& seqq.* hujusmodi enim concessiones Sepulchrorum sunt actu voluntarii, non autem necessarii, qui Patronis præjudicata non possunt, & qui illis consentire non tenentur, nam causa voluntaria non respicit necessitatem Ecclesiæ, quæ sola forte posset coarctare Patronum, juxta doctrinam Felin. *in cap. cum accessissent de Constitut. numer.* 20. ubi quod propter necessitatem Ecclesiæ non requisitur consensus Patroni, qui alias requireretur, & sequitur Lambertin. *de Jurepat. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 1. *art.* 20. *num.* 10. *vers. Ubi concludit*, & in specie distinguendo inter præjudicium Patroni ex causa voluntaria, vel necessaria ob servitium Ecclesiæ, in proposito considerant Ciarlin. *contr. lib.* 2. *cap.* 210. *num.* 37. Panimoll. *decis.* 1. *annot.* 15. *num.* 14. Antonell. *de loco legal. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 68. *&* 70. Rot. *in Baren. scamni* 4. *Junii* 1703. §. *De Jure, &* §. *Denique coram Omanna.*

Unde cum in præsenti concessio versatur occasione constructionis Sepulchri explendæ, non ad commodum Ecclesiæ, sive quia ita exigeret illius commoditas, vel indigentia, sed ad privatum commodum, & ad honorificentiam Domini Ducis Spezzani; hinc quemadmodum prohibita eadem constructione nullum resultaret præjudicium Ecclesiæ; ita ea permittenda non est sub obtentu præservandi ipsam Ecclesiam a servitute, cum Ecclesiæ præjudicium tunc demum verificetur, & præponderet Laicorum juribus, quando illis derogari occurrit ex jussu, & rationabili causa directa ad ejusdem Ecclesiæ servitium, & incrementum cultus Divini; non quando derogatio, aut innovatio tenderet, prout hic ad commodum alterius privati, cui Episcopus, aut Rector maluisset gratificari, ut communiter in his juribus præeminentialibus tradunt Giovagnon. *resp.* 8. *n.* 20. *& seq. lib.* 2. Gratian. *discept.* 110. *num.* 19. Antonell. *de loco legal. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 68. *&* 70. Ciarlin. *controvers. forens. libr.* 20. *cap.* 210. *a numer.* 37. Panimoll. *decis.* 1. *annotat.* 15. *num.* 14. *cum aliis plene relat. in Baren. Scamni* 4. *Julii* 1703. §. *De jure, &* §. *Denique, cor. bon. mem. Omanna.*

Ex quo ad assertam restrictionem libertatis Archiepiscoporum construendi Sepulchrum pro semetipsis in nostro pavimento; ultra quod mirandum non est quod existente in Ecclesia loco commodo, & decenti, ubi Archiepiscopi eorum cadavera condant, prætendere nequeant Sepulturam in Ecclesiæ loco jam Laicis concesso, juxta Theoricam Petri de Perusio relatam a Parlador. *quotid. quæst. different.* 66. §. 2. *numer.* 10. ibi = *Adeout nec ipsi quidem Monachi in aliena sepeliri sepulchro queant, &c.* = Accedit insuper, quod dato etiam Archiepiscopos posse pro eorum funere nova extruere Sepulchra; non inde tamen consequitur, quod super eadem constructione possint aliis licentiam impartiri; nam maximum intercedit discrimen inter Archiepiscopos, & Privatos; cum isti nullum jus habeant in Ecclesia patronata, quod tamen Episcopis reservatum censeri posset in concessione Jurispatronatus, juxta illud, quod nemo concedere præsumatur Jus, & jurisdictionem 22
privative, quoad semetipsum, Rot. *coram Buratt. decis.* 912. *num.* 4. *&* 5. *in recent. decis.* 457. *num.* 14. *& seq. part.* 5.

Accedit omnibus prædictis observantia trium fere sæculorum intra cujus spatium pavimentum hoc Ecclesiæ Cathedralis nunquam fuit excavatum pro Sepultura alterius familiæ privatæ, quando si verum fuisset assumptum partis hodie totum pavimentum reperiretur excavatum multitudine Sepulchrorum, nec palmus Terræ intactus adesset in Ecclesia Cathedrali.

In magna enim Civitate nobilitate, opibusque referta, in qua versamur, redditur prorsus inverisimile, quod per tam longum temporis spatium nemo fuerit tantus exterit, qui propriæ devotionis, & 23
honorificentiæ gratia monumentum in hoc augustissimo Templo extruere non concupiverit; Certi autem Juris est, quod observantia plurimum facit in omni materia, quodque deducitur tam ex facto, quam ex non facto, Rot. *decis.* 647. *num.* 3. *part.* 4. *divers. & in recent. decis.* 613. *numer.* 26. *& decis.* 654. *num.* 8. *part.* 18. *& in Taurinen. seu Vercelen. Molendini* 14. *Maji* 1700. §. *Et pariformiter coram Reverendiss. Conchen.*

Non relevante, quod quamplures adsint Sepulturæ in utraque Navi laterali Ecclesiæ; illæ enim omnes præexistebant antequam Ciarletta Fundator pavimentum extruxisset, quarum Patronis non poterat præjudicium inferri in Jure sibi quæsito, cum de anno 1433. quo Ciarletta pavimentum extruxit pluribus retro sæculis existebat Cathedralis, & existebant sepulturæ, ut probant Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 11. *art.* 13. *ex numer.* 1. Rota *decis.* 463. *num.* 1. *& seqq. coram Gregor. & decis.* 162. *num.* 27. *&* 28. *coram Bich. & dec.* 220. *num.* 31. *part.* 17. *recent.*

Et quamvis Sepulchrum illorum de Familia Tisbia videatur extructum de anno 1681. juxta inscriptio-

ptionem appositam in lapide sepulchrali, juxta relationem Eminentissimi Ordinarii, attamen illud fuit subrogatum in locum antiqui Sepulchri familiæ de Buccaplanula, quod aderat in Ecclesia, usque de anno 1389. ut individuando præcisum locum, in quo extat moderna Cappella Tisbiæ testatur Cæsar de Eugenio, ubi supra fol. 17. ibi = *nell'entrare della Porta piccola à destra della Porta maggiore è il sepolchro di Tommaso Boccapianola Cavalliero dell'Ordine della nave, &c. e quivi mi par d'avvertire chi legge, che da destra, o sinistra s'intende secondo l'entrare che si fa nelle Chiese, e nel predetto sepolcro si legge = Hic jacet nobilis, & strenuus miles D. Thomasius Buccaplanula de Neapoli, qui obiit anno Domini* 1389. = & in eodem loco hodie conspicitur dicta sepultura de familia Tisbia, scilicet = *à man destra quando s'entra per la Porta maggiore* = ut fatetur Eminentissimus Archiepiscopus in dicta relatione, unde quemadmodum Patroni impedire non poterant retentionem sepulturæ dictæ Familiæ de Buccaplanula, utpote constructæ ante quæsitum Juspatronatus, ita pariter, nec etiam potuerunt prohibere ne de anno 1681. apponerent super dicta sepultura novum lapidem cum prædicta descriptione illi de familia Tisbia qui sive Jure hæreditario, sive per emptionem, sive alio titulo, da quo non constat dictum Sepulchrum ab illis de familia Buccaplanula habuerunt.

Sed superfluum est discurrere super hoc Sepulchro cum non faciat ad rem nostram; est enim constructum; non quidem intra planitiem nostri pavimenti, sed extra illam, & intra recintum Cappellæ cratis ferreis circumdatum, & divisum ab eodem pavimento, ut videre est in planta, & deponunt testes; ergo tanquam Sepulchrum constructum in situ non cadente sub Patronatu Principalium, sed in alio situ Cappellæ de Jurepatronatus familiæ Tisbiæ non potuit impediri ab eisdem Principalibus nostris nullum Jus habentibus in situ Cappellæ.

Præterea nihil concludit, quod existat, necne aliquod Sepulchrum in Ecclesia, aut enim præsumptio est quod fuerit extructum, antequam Ciarletta acquireret Juspatronatus, nisi contrarium probetur, aut etiam probando contrarium, nec minus relevaret, quia præsumptio esset fuisse extructum de licentia nostrorum Patronorum, nisi pariter contrarium probetur ea ratione evidenti, quod cum ex prædictis Juspatronatus quæsitum fuerit familiæ de Caracciolis, & simul de Jure quæsitus usus privativus pavimenti, utique fundata intentione Patronorum, qui prætendit eam destruere ex actibus contrariis observantiæ, probare tenetur actus esse præcisos, & univocos, quod nempe secuti fuerint sine consensu, & licentia Patronorum; immo illis contradicentibus, & acquiescentibus, ut in specie firmat Posth. *de manut. observ.* 73. *numer.* 6. Rot. *decis.* 508. *numer.* 4. & 5. *part. recent.* & *coram Greg. decis.* 569. *numer.* 1. urgente regula, quod observantia debet esse præcisa non æquivoca, Rot. *decis.* 350. *numer.* 18. *part.* 16. & *coram Merlin. decis.* 454. *numer.* 7. quodque sola possibilitas in contrarium destruit observantiam, Rot. *coram Emerix Jun. decis.* 1021. *numer.* 1. & *decis.* 664. *sub numer.* 5. *coram Buratt.* & *in recent. decision.* 282. *numer.* 10. *part.* 17. & *decis.* 290. *numer.* 21. *part.* 18. & *in Novarien. interventus in Pontificalibus* 27. *Junii* 1604. §. *finali, coram Omanna.*

Omnia hactenus firmata cum sint clarissima, & pro talibus exadverso agnoscantur, frustra recurritur ad prorsus ideale motivum facti, negando, quod controversum sepulcrum fuerit apertum in nostro Pavimento, & figurando, quod illud fuerit excavatum in situ pertinente ad Cappellam S. Januarii nuncupatam, *del Tesoro*, ut enim cernitur planta, sepulchrum fuit excavatum in situ quidem posito ante Cappellam, sed extra ejus recintum, seu extra gradus Januæ ipsius Cappellæ, idque resultat etiam ex confessione Partis, quæ in precibus porrectis Eminentissimo Ordinario petiit, & obtinuit facultatem aperiendi sepulchrum = *nel suolo della Cattedrale avanti la porta della Cappella del Tesoro del Glorioso S. Gennaro* = cum ergo ex confessione Par- 24
tis emissa in precibus aperte liqueat extructum fuisse sepulchrum, non quidem in solo Cappellæ, sed *nel suolo della Cathedrale* = nec intra limites Cappellæ, sed extra = *avanti la porta della Cappella* = hinc exclusa remanet omnis via impugnandi veritatem hujus facti ex propria oris confessione, probatam ad *Text. in leg. cum precum, C. de liberal. caus.* Gratian. *discept.* 789. *num.* 3. Conciol. *allegat.* 3. *numer.* 30. Spad. *cons.* 58. *numer.* 11. *lib. primo* de Angel. *de confess. lib.* 2. *quæst.* 1. *numer.* 1. Rot. *decis.* 353. *numer.* 2. *part.* 2. *recent.*

Quod magis dilucidatur reflectendo, quod Cappella *del Tesoro* tanquam non subjecta Jurisdictioni Archiepiscopi, certosque habens præfinitos limites, & Cappellanos omnino diversos ab illis Ecclesiæ Cathedralis, reputatur & habeatur tanquam Ecclesia penitus distincta ab ipsa Cathedrali, adeout quando faciunt functionem deferendi processionaliter Miraculosum Sanguinem, & Caput Divi Januarii, iidem Cappellani perveniant tantum ad Januam, & gradus dictæ Cappellæ, nec ultra progrediuntur ibique reliquias tradunt Canonicis Cathedralis, ut deponunt Testes; signum evidens, quod usque ad dictum gradum, & non ultra jurisdictio Cappellæ, & Cappellanorum extenditur, neque idcirco sub ejus situ comprehenditur situs controversus, qui manet extra gradum, & ab illo distat spatio duorum palmorum circiter, & per consequens luce meridiana clarius est controversum sepulchrum jacere super Pavimento Cathedralis de Jurepatronatus Principalium, prout ita semper ab omnibus existimatum fuisse deponunt Testes.

Accedente ulterius circumstantia, quod Cappella *del Tesoro* est de Jurepatronatus Civitatis juxta rem omnibus notam, & testatur Cæsar. de Eugenio *fol.* 8. ibi = *e mentre che questo serviamo la Città di Napoli per voto fatto nelli anni di Cristo* 1527. *gli fabrica un nuovo, e celebre tesoro, che sarà Juspatronato della medesima Città con stabilirvi sei Canonici; &c.* unde infertur, quod si locus controversus, ubi extractum fuit sepulchrum spectasset ad Cappellam Adversarii, debuissent recurrere ad obtinendum consensum Civitatis tanquam Patronæ, nec sufficiens fuisset consensus Episcopi, aut Capituli, & hodie comparerer in causa ipsa Civitas, si in ejus solo fuisset ædificatum absque ejus consensu, juxta late firmata apud *R. P. D. Fattinell. d. respons.* 110. *num.* 9. & *seqq.* Rot. *coram Cerro dec.* 843. *num.* 1. & *seqq.* Adden. ad Pamphil. *dec.* 717. *sub num.* 7.

Neque aliquid relevant assertæ attestationes Fabrorum murariorum ipsi enim nullam prorsus mentionem faciunt, neque testari ausi fuerunt de pertinentia situs ad Cappellam, *del Tesoro*, sed solum affirmant, quod anno 1680. Pavimentum Cathedralis fuit reconstructum ex marmore per familiam de Caracciolis non amotis marmoribus antea existentibus in situ controverso, ubi apertum fuit novum sepulchrum, ex qua depositione inferri non potest ad pertinentiam controversi situs ad hanc Cappellam, quia mediante reconstructione nihil aliud actum fuit quam subrogare lapides marmoreos in locum laterum ad effectum, ut totum pavimentum evaderet marmoreum, & propterea cum in situ controverso jam adessent lapides marmorei appositi a nostra Familia de tempore antecedentium reaptationum, hac de causa situs ille fuit relictus intactus, cum nulla necessitas adesset apponendi lapides marmoreos, ubi jam præexistebant.

Ex quibus omnibus dilucide patet concessionem se-
pulturæ spreto Patrono factam non sustineri, ex ra- 25
tionibus supra latius inculcatis, dum absurdissimum forer, quod Patroni essent tantum recognoscendi in odiosis, seu in onere expendendi tot millia ducatorum pro manutenendo pavimento Ecclesiæ, per contrarium vero non sint recognoscendi pro Patronis quoad utilitatem, & commodum, quod nascitur de jure in hoc Patronatu improprio super pavimento, & consistit in usu privativo excavandi sepulcha, ap-

ponen-

ponendi sedilia, inscriptiones, & Arma Familiæ Patronæ, qui usus cum sit tota illa utilitas, quæ retrahitur ex hoc Jurepatronatus non est annihillanda, & auferenda Patronis, ne eorum Juspatronatus remaneat elusorium, & inane, quando requirit suam retributionem, suumque fructum suæ naturæ proportionatum, prout ostendit Lamberrin. *de Jurepatrun. lib. 1. part. 1. quæst. 2. art. 4. sub num. 2. vers. alia potuit esse, & num.* 10. Paulus de Cittadin. *eodem tract. par. 4. num. 1. & 5.* R. P. D. Fatinell. *dicta resp. 110. num. 56. vers. præterea*, & ad propositum comprobat Rota *in Senogallien. fundationis* 13. *Decembris* 1709. §. *Domini, cor. Eminentissimo D. Card. Priulu, & 16. Maii* 1710. §. *Constabilita, cor. Reverendiss. D. Molines Decano.*

26 Recurrentibus absurdis supra consideratis, quod nempe alias esset reducere Juspatronatus ad nihilum, si esset licitum invitis Patronis construere in solo patronatu tot sepulchra, quot peterentur ab aliis Familiis, eisque concederentur: eoque magis crescit inconveniens, si reflectimus, quod quæcunque Familia, cui conceditur sepulchrum, vult & solet ei super imponere lapidem cum inscriptione, & Armis propriæ Familiæ, quemadmodum practicavit in casu isto D. Dux Spezzani Adversarius, in quo consistit altera ratio prohibitiva alterius sepulchri, dum ratione Jurispatronatus soli Familiæ de Caracciolis licitum est in dicto Pavimento apponere inscriptiones, & Arma, ut declaravit Sententia Curiæ Archiepiscopalis de Anno 1679. & etiam de jure est, juxta cujus dispositionem nemini licet præter Fun-
27 datorem, vel Patronum apponere Arma, & inscriptiones Jure patronali, juxta *consil.* 113. Ancharan. Cassaneus *in Catal. glor. mund. consid.* 44. *numer.* 2. Tondut. *quæst. benef.* 73. *num.* 5. Etenim ex appositione insignium resultat quoddam argumentum dominii, unde ne tractu temporis sequatur confusio, & per contrarium, ut conservetur memoria Fondatoris, prohibita est quæcunque alia Armorum, & inscriptionum commixtio, quæ potest in futurum memoriam Fundatoris, & Patronatus aut deferre, aut ad statum dubietatis reducere, Hopping. *de Jur. Insign. cap.* 10. *numer.* 37. a Ponte *de potest. Proreg. tit.* 10. §. 1. *de insignibus, num.* 7. Pax Jordan. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 453. Tranchedin. *consult.* 6. *num.* 26.

Si autem in caso nostro licitum esse posset in solo patronato excavare tot sepulchra, quot placerent Capitulo, vel Ordinario utique brevi temporis spatio videremus omni ex parte excavatum totum pavimentum cum numerosis sepulchris, & cum appositione tot insignium, & inscriptionum quot essent Familiæ privatæ, quibus facta foret concessio, & sic nostrum Juspatronatus omnino iret in præceps, & in totum remaneret deletum, & annihilatum, nec amplius recognosci posset Patronus, cui spectabat usus privativus pavimenti, & Familia patrona procederet a pari cum aliis familiis nullum Jus habendo super pavimento, dum haberet inscriptiones, & Arma, sicut haberent aliæ Familiæ, unde ratio, & æquitas postulat, ut Jura Patroni serventur, nec sint spoliandi commodo sibi debito ratione tituli onerosi Jurispatronatus, dum supportant grave onus manutentionis Pavimenti, & sic incommodum, quod est cum commodo compensandum, ad *Text. in l. secundum naturam, ff. de regul. jur.* Rot. *in d. Salernitana alimentorum* 12. *Januarii currentis anni* 1712. §. *Rursus, coram Illustrissimo Gubernatore Urbis.*

Proposita causa in S. Congregatione Episcoporum, & Regolarium, præadductis rationibus non obstantibus, decisum fuit affirmative sub die 30. Septemb. 1712. ad relationem Eminentiss. D. Card. de Abdua; an autem hæc resolutio subsistat, ponderabit accuratus Lector, quia nihil dicere volo.

Salernitana Alimentorum.

ARGUMENTUM.

Ad effectum consequendi alimenta ab Ecclesia sufficit Patrono probare descendentiam præsumptivam a Fundarore, & ex quibus ea deducatur: iterum firmatur articulus, de quo supra *alleg.* 29. quod hæc alimenta debeantur cuicunque Patrono etiam extraneo,

SUMMARIUM.

1 *Patrono in caso inopiæ præstanda sunt alimenta ab Ecclesia.*

2 *Ut præstentur alimenta Patrono, non requiritur probatio descendentiæ per gradus distinctos a Fundatore.*

3 *Descendentia præsumptiva a Fundatore, ex quo remaneat probata? Vide ibi,* & num. 4. 5. 6. & 7. usque ad 12.

13 *Ad effectum gaudendi jure alimentorum, sufficit quod quis simpliciter probet se esse Patronum; sive sit descendens a Fundatore, sive extraneus.*

14 *Patronus, retento apud se Jurepatronatus, non potest transferre in alium jus alimentorum.*

15 *Jus præsentandi, & Advocationis transeunt ad quoscunque heredes Fundatoris.*

16 *Textus* in Can. Quicunque 16. q. 7. *faciendo mentionem de Filiis Fundatoris, quomodo intelligatur.*

17 *Juspatronatus est Jus onerosum, & utile, & pro utilitate venit fructus Alimentorum.*

18 *In paritate vocum, prælatio debetur præsentato de sanguine Fundatoris.*

19 *Heres etiam extraneus repræsentat Personam Fundatoris,*

30 *Ecclesia non tenetur alere Patronum inopem nisi de reditibus superfluis.*

21 *Beneficiati de superfluis reditibus tenentur facere Eleemosynam Pauperibus.*

22 *Alere Patronum egenum de reditibus superfluis, non est onus, aut materia odibilis Ecclesiæ.*

23 *Jus alimentorum est unus, ex fructibus Jurispatronatus; & quidem præcipuus;* ut n. 24.

25 *Jus alimentorum, ad heredes quoscunque transire variis Auctoritatibus comprobatur, de quibus ibi,* usque ad num. 43.

44 *Patroni descendentes Fundatoris, licet transtulerint in alium Juspræsentandi, retinent Juspatronatus cum jure alimentorum.*

45 *Jus alimentorum cedi non potest alteri per Patronum, sed sola Commoditas.*

46 *Pro his alimentis competit actio ex lege.*

47 *Pensio an numeretur inter expensas Ecclesiæ, quæ ante alimenta Patroni sunt detrahenda.*

48 *Perempta dote data per Patronum, an Ecclesia teneatur ei dare alimenta ex reditibus postea quæsitis?*

49 *Ex pluribus Patronis si unus tantum indigeat habens minorem partem Jurispatronatus, utrum alimenta petere possit congrua ex omnibus reditibus Ecclesiæ? Vide etiam n.* 50.

ALLEGATIO XLIV.

EST locus Sententiæ pro alimentis, de quibus est quæstio; Etenim agitur de Patronis in caso ino- 1
piæ constitutis, ubi Sacri Canones ordinarunt, quod Ecclesia patronata teneatur eis succurrere per congruam præstationem alimentorum, juxta communem sententiam Doctorum, de qua *per Text. in cap. nobis de Jurepatr.* videre est apud Vivian. *de Jurepat. l. 1. cap. 2. n. 20.* Rot. *coram Pania decis. 591. n. 7. & decis. 660. n. 2. & decis. 691. n. 1. & coram Cavaler. decis. 321. n. 3.*

Quod autem Domini de Capocraſſis Patroni reperiantur in egeſtate conſtituti, non poteſt in dubium revocari, cum id plene fuerit probatum ab examine Teſtium formiter facto; aliiſque documentis, quæ prædictam egeſtatem patronorum concludenter probant.

2 Non obſtat quod alimenta non debeantur Dominis de Capocraſſis, ex quo nullatenus juſtificant ſeſe recta linea deſcendere a Fundatore Beneficiorum de Jurepatronatus, ex ſuppoſito, quod *Textus in Can. Quicunque* 16. *q.* 7. loquatur de alimentis præſtandis duntaxat filiis, & Deſcendentibus ipſius fundatoris, non autem Collateralibus, aut extraneis.

Hoc enim objectum priori loco corruit ex facto, ſiquidem Doctores noſtri non requirunt ad hunc effectum, quod probanda ſit deſcendentia per gradus diſtinctos a Fundatore, præſertim in antiquis, ſed communiter firmant ſufficere probationem præſumptivam hujus deſcendentiæ, ut concludit Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 5. *num.* 6. Ventrigl. *in praxi part.* 2. *annot.* 1. §. 4. *num.* 19.

Habemus in præſenti hanc probationem non tam præſumptivam, quam effectivam, & primo concurrit antiquiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi, in qua reperiuntur Domini de Capocraſſis per plura ſæcula, & ab immemorabili, ut liquet ex præſentationibus antiquiſſimis, & modernis, quo caſu iſta quaſi
3 poſſeſſio præſentandi probat præſumptive deſcendentiam Præſentantium ab ipſo Fundatore, ut ait Lambert. *de Jurepat. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 3. *n.* 11. *in fin.* ibi = *Dixi patronorum, immo & exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, quia præſumitur a Fundatore deduxiſſe Originem* = *& lib.* 2. *p.* 2. *q.* 10. *art.* 4. *n.* 12. *verſ. a quo Privilegiato, fol. mihi* 877. Adden. ad Gregor. *dec.* 349. *n.* 6. Rot. *cor. Bich. dec.* 553. *num.* 4. ubi quod deſcendentia a Fundatore præſumitur in eo, qui deſcendit ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, *& in recent. dec.* 347. *n. in fin. p.* 1. ubi quod talis poſſeſſio præſentandi relevat Poſſeſſorem ab onere probandi Deſcendentiam a primo Fundatore, Buratt. *dec.* 559. *num.* 4. *in fine*.

4 Et in terminis terminantibus ita fuit deciſum per S. Rotam *coram Penia dec.* 691. *n.* 6. *&* 7. ubi ponit objectum quod Eccleſia non teneatur alere niſi deſcendentes a Fundatore, & deinde reſpondet hanc deſcendentiam remanere probatam, attenta quaſi poſſeſſione præſentandi per ſpatium 200. annorum, quo caſu inquit Patronos allegare poſſe quemcunque titulum, videlicet Fundationis, ac Dotationis, nec non legitimæ deſcendentiæ a Fundatore, & Dotatore, & faciunt tradita per Rot. *coram Cavaler. dec.* 382. *n.* 1. & poſt Vivian. *de Jurepatr. dec.* 152. *nu.* 9. ubi ſicut ad probandam pertinentiam Juriſpatronatus, ſufficit probare deſcendentiam ab his, qui fuerunt quaſi in poſſeſſione præſentandi, & deſcendentiam hanc probans relevatur ab onere probandi deſcendentiam a primo Fundatore, quia poſſeſſores præſumuntur deſcendere ab illo, ita, & dicendum quando agitur pro alimentis ratione Juriſpatronatus Patrono debitis, quia ſi deſcendentia præſumpta ſufficit ad probandam pertinentiam Juriſpatronatus, multo magis ad effectum obtinendi unum ex fructibus, ſeu conſequentibus ipſius Juriſpatronatus, nihil obſtante, quod conſtaret Juſpatronatus pro quibuſdam unciis deveniſſe ad Capocraſſos per donationem illorum de Guarna, quia cum poſtea lapſa ſint duo ſæcula, hujus centenariæ vigore allegari poteſt titulus novæ dotationis, & vendicationis Eccleſiæ factæ ab illis de Capocraſſis, juxta Peniam *dict. dec.* 691. *ſub num.* 7. idemque comprobat Rot. *in Legion. Parochialis* 2. *Julii* 1706. §. *quibus poſitis*, *cor. R.P.D. Kaunitz*.

Secundo coadjuvatur hæc deſcendentia a Funda-
5 tore ex Teſtibus formiter examinatis, qui deponunt de hac deſcendentia de publica voce, & fama, quæ ſane probatio in antiquis in hac materia ſufficiat reputatur *ad Text. in cap. licet ex quadam de Teſtibus*. Rot. *coram Cavaler. deciſ.* 336. *numer.* 2. *verſ. nec obſtare*, Balducc. *deciſ. & rer. judicat. tit. tertio, deciſion.* 22. *numer. tertio*, Bich. *deciſ.* 180. *numer.* 2. *&* 7. & poſt Vivian. *de Jurepatronat. deciſ.* 152. *num.* 4.

Tertio hoc ipſum deſumitur ex quodam ſtatu an- 6
ni 1640. ubi Paulus Emilius Capocraſſus unus ex Compatronis in judicio introducto in Curia Archiepiſcopali contra Fœminas, in quo petiit manuteneri in quaſi poſſeſſione præſentandi, aſſeruit, ibi = *qualiter per Anteceſſores ipſius Comparentis pro conſervatione, & augmento dictæ Familiæ de Capocraſſis, fuerunt fundata quædam Beneficia, &c.* = ut loquendo de his enunciativis, tradit Rot. *dec.* 266. *numer.* 11. *part.* 9. *& deciſ.* 145. *numer. quarto, par.* 10. *recent. & coram Arguell. deciſ.* 63. *numer.* 7. *& coram Cerro deciſ.* 803. *numer.* 9. Balducc. *dict. dec.* 22. *num.* 8.

Quarto coadjuvat probationem Deſcendentiæ an- 7
tiquiſſima appoſitio inſignium familiæ de Capocraſſis, quæ reperitur in Eccleſia patronata S. Andreæ in Altari majori ab utroque latere, & ſupra Januam majorem ipſius Eccleſiæ, quod pariter arguit Fundatores beneficiorum, de quibus agitur, fuiſſe anteceſſores familiæ Capocraſſæ, & ab eis deſcendere ſucceſſores de eadem familia exiſtentes in quaſi poſſeſſione præſentandi. Cavaler. *deciſ.* 265. *numer.* 1. *& deciſ.* 378. *numer.* 1. Coccin. *deciſ.* 230. *numer.* 1. *verſ. quæ inſignia*, Seraphin. *deciſ.* 141. *ſub numer.* 7. *verſ. & quod in Eccleſiis, & in recent. deciſ.* 518. *num.* 5. *verſ. non parum, part.* 1. *& deciſ.* 172. *num.* 5. *verſ.* 5. *part.* 2.

Quinto Domini de Capocraſſis in feſto S. An- 8
dreæ titularis Eccleſiæ patronatæ recipiunt annuum tributum unius placentæ, necnon in feſto Purificationis Beatiſſimæ Virginis unam candelam annuam ceræ albæ? Quod influere ad probationem Deſcendentiæ præſumptivæ a Fundatore, tradunt Lotter. *lib.* 2. *q.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.* Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 4. *num.* 19.

Sexto conſiderabile eſt, quod Eccleſia S. Matthæi 9
parvi, ubi diverſa beneficia de Jurepatronatus fundata exiſtunt, collocata reperitur intus Palatium nobilis Familiæ de Capocraſſis poſſeſſum ab antiquo ab illis, & modo etiam retentum per modernos Patronos; ex quo maximum inſurgit argumentum, quod Eccleſia prædicta recognoſcat pro Fundatoribus Anteceſſores ipſius familiæ, eo ipſo, quod Eccleſia patronata in eorum Palatio conſtructa reperitur, & ad quam non patet acceſſus niſi per Januam ipſius Palatii. Rot. *deciſ.* 15. *&* 16. *de Jurepatron. in antiquis*. Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 6. *num.* 7. *verſ. ultimo adverte*; Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 10. *num.* 9. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 220. *n.* 24. *&* 25. *p.* 17. *recent.*

Septimo animadverſionem maximam meretur at- 10
teſtatio Reverendiſſ. Archiepiſcopi Salernitani, quod beneficia, de quibus agitur, fundata fuerint per Aſcendentes modernorum Patronorum. Cavaler. *dec.* 55. *num.* 2. Rot. *deciſ.* 12. *num.* 4. poſt Vivian. *de Jurepatr. & in rec. dec.* 168. *num.* 3. *part.* 10. *& in Aretina Beneficii* 21. *Januar.* 1701. §. *quod vero*, *coram R.P.D. Anſaldo*.

Octavo, concurrit Sententia lata ſuper verifica- 11
tione Juriſpatronatus ad formam S. Concilii Tridentini, in qua dictum fuit conſtare de Jurepatronatus ad favorem Dominorum de Capocraſſis ex fundatione, & dotatione ipſorum, quæ ſententia ſine dubio concludit, Aſcendentes de Capocraſſo fuiſſe Fundatores, & modernos Patronos de eadem familia deſcendere ab illis, ad tradita per Rot. *in Gerun. den. beneficii* 26. *Aprilis* 1697. §. *In comprobationem*, *coram R.P.D. Priolo, & in Aſculana Juriſpatronatus* 26. *Januarii* 1703. §. *Accedunt*, *coram R.P.D. Scotto*.

Nono demum hoc probat ipſamet Proviſio Apo- 12
ſtolica, cujus vigore ipſe Dominicus del Pezzo modernus Rector obtinuit beneficia de Jurepatronatus ex fundatione, & dotatione familiæ de Capocraſſis; quæ declaratio impugnari non poteſt ab illo tanquam titulus, cujus vigore ipſe beneficia obtinuit, cum nemo impugnare valeat illud, quod acceptavit, & a quo Jus ſuum deſumit. Rot. *coram Buratt. deciſion.* 100. *n.* 14.

num. 14. Seraph. *decis.* 750. *num.* 1. *& in recent. decis.* 62. *num.* 3. *quæst.* 16. *& decis.* 84. *numer.* 20. *part.* 18. *tom.* 1. Hæc simul juncta sine difficultate probant modernos Patronos esse descendentes a Fundatoribus, dum in antiquis, & supra metam centum annorum ad effectum justificandi descendentiam, sufficiunt leviores probationes, Peregrin. *de Fideic. art.* 43. *num.* 87. Rot. *coram Buratt. decis.* 725. *num.* 3. *& in recentior. dec.* 472. *num.* 38. *part.* 14. Balducc. *dicto tit.* 3. *decis.* 22. *num.* 3.

Quibus omnibus non obstat quædam donatio Jurispatronatus Ecclesiæ S. Andreæ facta Dominis de Capograssis de anno 1512. per Lucretiam Guarna tanquam patronam, quia respondetur, quod ista fœmina non donavit totum Juspatronatus, sed solam portionem, quam habebat; aliam nanque portionem possidebant ab antiquo Domini de Capograsso, quos probatur præsentasse ad dictam Ecclesiam longe ante donationem, scilicet de anno 1372. usque ad diem donationis, & consequenter cum Domini de Capograsso essent per antea Compatroni prædictæ Ecclesiæ per spatium centum quadraginta annorum, id probat antecessores de Capograsso fuisse Confundatores Ecclesiæ simul cum Dominis de Guarna, juxta firmata per Rot. *cor. Penia d. dec.* 691. *num.* 7. ubi allegat rationem, quod centenaria possessio præsentandi præsumit meliorem titulum de Mundo, & sic fundationem familiæ de Capograsso, & descendentiam præsentantium ab ipso fundatore, & concordat Rot. *in Florentina Canonicatus* 8. *Maii* 1705. §. *Etenim, cor. R. P. D. Lancetta, R. P. D. Ansaldus in annot. ad decis.* 38. *num.* 26. *&* 27. *& in Firmana Jurispatronatus* 21. *Aprilis* 1704. §. *Et ad hunc effectum, cor. bon. mem. Muto.* Immo cum post donationem anni 1372. familia de Capograsso fuerit in quasi possessione præsentandi per duo sæcula, & ultra, intra quorum spatium ejus descendentes potuerunt aut redotare, aut reædificare Ecclesias, utique subsecuta hæc centenaria præsumendo meliorem titulum de Mundo, præsumit etiam redotationem, & reædificationem, ut supra factam per Ascendentes modernorum Actorum, qui proinde dicantur descendere ex Fundatoribus, ut *in dicta dec.* 691. *coram Penia.*

Hæc omnia dicta sunt ad ostendendum in facto, quod saltem præsumptive probatam habent descendentiam a Fundatoribus moderni de Capograsso; Verum firmiter puto, quod necessaria non sit ista pro-
13 batio, sed absolute teneo, quod ad effectum gaudendi jure alimentorum sufficiat, quod quis simpliciter probet se esse patronum; sive sit de sanguine Fundatoris, sive etiam extraneus, ea ratione, quod Jus alimentorum est unus ex fructibus Jurispatronatus, ut docet Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 5. *n.* 1. ergo iste fructus spectat ad omnes illos, qui sunt Patroni, & possessores Jurispatronatus, ut generaliter, quod iste fructus pertineat ad Patronos, tradunt Riccius *in prax. par.* 3. *resol.* 284. *num.* 1. Cassador. *dec.* 7. *num* 2. *de Jurepatr.* Antonell. *de Regim. Ecclef. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 86. Et in terminis præcisis, quod Jus alimentorum transeat in quemcunque extraneum, si in illum transferatur Juspatronatus, firmat Lambertin. *de Jurepat. lib.* 3. *quæst.* 3. *art.* 13. *num.* 2. ibi = *Concluderem in præsenti articulo, quod, si Patronus transtulit Juspatronatus in alium, adeo quod Ecclesia non efficiatur libera, quod in illum sint translata omnia ista jura, & illum fore alimentandum, si deveniret ad inopiam* = Eandem opinionem magistraliter fundat Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 1. §. 4. *num.* 2. ubi optimas rationes assignat, & bene discusso articulo ita judicatum fuit in voto impresso apud Palmam nepot. *allegat.* 167. *sub num.* 64. *vers. licet enim, & num.* 6. *tom.* 2. qui plene commendat, & extollit opinionem Lambert. prout pro veritate sustinui in Meis *Disceptationibus Ecclesiasticis, p.* 2. *discept.* 39. *n.* 1. *& seqq.* & bene Lelius Mancin. *tom.* 1. *Sacri Juris controv. dissert.* 9. *cap.* 16. *ex num.* 4. *ad plur. seqq.* ubi quod Jus alimentorum transit cum Patronatu in hæredes etiam extraneos, ut videre est *numer.* 16. & iterum tenuit præallegatus Carol. Ant. de Luca *in observ.* ad Gratian. *discept.* 552. *num.* 8. *vers. oppositum.*

Neque his Auctoribus obstare valent Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 5. *num* 4. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 4. *num.* 18. Surdus *de alimentis, titul.* 7. *quæst.* 32. *num.* 13. *cum seqq.* tanquam supponentes, quod Jus alimentorum non pertineat nisi ad descendentes ab ipso Fundatore. Etenim auctoritas Ventrigl. & Lotterii ex professo reprobata fuit per Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. *ubi supra num.* 2. & Ego etiam omnes illos reprobavi *d. discept.* 39. *num.* 1. *& seqq.* Doctrina autem Surdi non applicatur ad casum;
loquitur enim quando Patronus retento apud se Ju- 14
repatronatus per donationem, vel cessionem transtulit Jus alimentorum in Extraneum, in quibus terminis bene firmat hoc Jus esse personalissimum, & inhærens personæ Patroni, ita ut cedi, & donari non possit, ut legere est *tit.* 7. *quæst.* 32. *num.* 13. ibi = *Tertio non est alendus alius, qui ex emptione, vel cessione; vel alio titulo causam habeat a Patrono, quia hoc jus est ita annexum Juripatronatus, quod ab eo separari non potest. & est personalissimum, & ipsius Patroni Personæ inseparabiliter hærens, ita ut vendi, cedi, aut donari non possit,* & originaliter censuit Panorm. *in cap. præterea il* 2. *de Jurepat. num.* 11. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 20. *tit.* 7. *num.* 490. ibi = *tale vero jus alimentorum non potest Patronus retento Patronatu alio quovis titulo concedere, quia non est separabile ab ipso Jurepatronatus.* =

Qui sane non est casus noster, ubi non quæritur, an Jus alimentorum transire possit in Extraneum separatim ab ipso Jurepatronatus, & separatim a Persona ipsius Patroni, qui possidet Juspatronatus, sed an translato Jurepatronatus in Extraneum per successionem, donationem, vel alium titulum, translatum remaneat etiam Jus Alimentorum tanquam unus ex fructibus ipsius Jurispatronatus, ut consideravi *d. discept. Eccles.* 39. *num.* 2. & Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 1. §. 4. *num.* 3. *vers. retorqueri;* ubi respondendo ad Jus personalissimum alimentorum, quod considerat Surdus, ita discurrit = *retorqueri poterit argumentum. quia si Jus alimentorum sit inseparabile a Persona Patroni, ergo cohærebit Personæ Patroni donatarii, & translatum censebitur cum illo.* =

Si vero attendere volumus rationem, quæ est Anima legis, apud me videtur graviter errasse Lotterium, & cum eo Ventrigliam, quia supponunt, quod Textus *in Can. Quicunque* 16. *q.* 7. loquatur de filiis exinde inferendo, quod hoc beneficium alimentorum non transeat nisi ad filios, & descendentes Fundatoris; quæ sane est ineptia non digna istis Doctoribus, quando omnes Textus, & Decretales, quæ concedunt Juspatronatus, & omnes fructus ipsius, loquuntur de sola persona Fundatoris, nec etiam faciendo mentionem de filiis; ut legitur in *Can. decernimus* 16. *q.* 7. ubi jus advocationis, & ipsum Juspræsentandi concedit solum Personæ fundatoris ibi = *decernimus, ut quandiu Fundatores in hac vita superstites fuerint, pro eisdem locis curam habeant sollicitam, atque Rectores idoneos in eisdem beneficiis, iidem ipsi offerant ordinandos* = Quis non diceret hæc verba esse personalissima, dum restringunt ad personam fundatoris, quandiu vixerit *curam sollicitam locorum,* idest Jus advocationis necnon *Jus offerendi Episcopo Rectores idoneos,* idest Jus præsentandi, & 15
tamen vidimus quod Jus præsentandi, & Advocationis tanquam fructus Jurispatronatus transeunt ad quoscunque hæredes fundatoris etiam Extraneos, immo omne Juspatronatus ex præsumptione Juris est hæreditarium, & transitorium ad quoscunque per *Text. in Clem. plures de Jurep.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 71. *n.* 2. *&* 3. Card. de Luc. *de Jurep. disc.* 20. *n.* 1. *& in Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *quatenus enim, coram R. P. D. Ansaldo.*

Hoc ipsum probat Textus *in Cap. Nobis de Jurep.* ubi Jus processionis conceditur ipsi personæ fundatorum eodem modo, ac Jus alimentorum, ibi = *pro fundatione quoque Ecclesiæ, honor processionis fundatoris servatur, & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modeste*

succurritur = Sicut ergo Sacri Canones concedendo ipsi Personæ Fundatoris omnes alios fructus, scilicet Jus advocationis, processionis, & præsentationis non excluserunt hæredes extraneos, sed exprimendo Personam solius Fundatoris loquuntur demonstrative, demonstrando scilicet Caput, & Auctorem, a quo causam habere debeant alii, sive Consanguinei, sive Extranei successores, suum Auctorem repræsentantes, ita etiam dicendum est de Jure alimentorum, quod Iura Canonica concesserunt cum eisdem verbis directis ad personam Fundatoris, cum omnes isti sint fructus procedentes ex causa universali Iurispatronatus, qui non possunt diverso Iure censeri.

16 Hinc propterea *Textus in Can. Quicumque*, faciendo mentionem de Filiis Fundatoris, aut loquitur demonstrative, non autem taxative, ut dictum est, aut saltem intelligitur de filiis, uti hæredibus, ut probat Vivian. *de Iurepat. lib. 4. cap. 2. n. 1. & 5.* & in puncto Mancin. *d. differt. 9. c. 16. n. 4. verf. contrarium, & n. 9. verf. ad Can. quicunque*, ubi quod filiis, & Consanguineis Fundatoris Iuspatronatus non aliter obvenit, quam si hæredes sint, addendo *Text. in d. Can. quicunque*, loquentem de filiis magis enunciative, quam dispositive loqui; ideoque ad excludendos hæredes extraneos nullius momenti esse. Unde contrarium assumptum mihi semper visum fuit ineptum, cui causam dedit illa *dec. 454. p. 2. rec. ut dicetur infra*, & ita in sensu veritatis concludendum puto, alias enim sequerentur gravissima absurda, quæ sola, si bene considerentur, silere faciunt contrariam opinionem tanquam erroneam, & judaicam.

Primo enim sequeretur, quod si fundator non habendo filios reservaret ab initio Iuspatronatus suis Nepotibus, aut Consanguineis, isti non haberent Iuspatronatus integrum, idest cum omnibus fructibus, sed sine Iure alimentorum idemque succederet, si non habendo consanguineos reservaret illud extraneis, & sic daremus casum, quod Iuspatronatus nasceretur ab initio mutilum, & truncum, nec unquam esset integrum, nisi Fundator haberet descendentes, quod nunquam auditum fuit in Iure nostro, ut bene considerat Carol. Anton. de Luc. ad Veorrigl. *in prax p. 2. ann. 1. §. 4. n. 2. verf. Iuspatronatus enim*.

Secundo cum Iurepatronatus pro majori parte sint hæreditaria, juxta *Text. in Clement. plures de Iurepatr.* Ius alimentorum raro, aut nunquam daretur in praxi, immo nec etiam daretur quoad Iurapatronatus gentilitia, quia descendentia Fundatoris aut non durat, aut si trahitur in longum quis indagabit descendentiam, maxime per gradus distinctos post plura sæcula? prout animadvertit Lambert. *de Iurepatr. lib. 2. p. 2. q. 10. art. 4. sub num. 11. verf. quomodo fol. mihi 876.*

17 Tertio oportebit cassare omnia principia Doctorum nostrorum, qui definiendo quid sit Iuspatronatus, dicunt quod est Ius honorificum, onerosum, & utile, & pro utilitate ponunt fructum alimentorum, ut per Vivian. *de Iurepat. lib. 1. c. 2. n. 20.* Rocc. de Curt. *cod. tr. in verb. & tale, n. 1.* Lambert. *libr. 3. q. 3. art. 1. n. 1.* quando si Ius alimentorum competeret solis recta linea descendentibus a Fundatore, falsa esset definitio Iurispatronatus, quia nunquam, aut raro contineret Ius alimentorum, quod tamen esse præcipuum emolumentum Iurispatronatus, observat Mancin. *d. differt. 9. cap. 16. n. 1.* ibi = *Enim vero præcipuum hujus Iuris emolumentum in alimentorum perceptione consistit.* =

Quarto, dato casu Iurispatronatus reservati descendentibus, si isti in primo gradu deficerent, & succederent hæredes extranei, dicendum esset, quod Iuspatronatus principiaret integrum cum omnibus suis fructibus quoad filios, postea vero continuaret diminutum, & non integrum in hæredibus, & quinto denique si quis de Familia fundaret Iuspatronatus pro omnibus de familia, prout regulariter fundari solet ab uno de familia, sequeretur quod omnibus de Familia ad paupertatem redactis, Ius alimentorum non haberent nisi soli descendentes a Fundatore, non autem reliqui omnes de Familia nempe Nepotes, Pronepotes, & Trinepotes ex fratre Fundatore, aliique Transversales existentes de Familia res sane inepta, & omni ex parte absurdissima; Unde nescio quibus principiis contraria opinio sustentari possit. Minusque relevat alia ratio, quod alimenta debeantur per Ecclesiam ex reverentia, & gratitudine, erga Fundatorem, ejusque sanguinem; Etenim ultra quod contrarium probat Lambertin. *lib. 3. q. 3. art. 7. per totum*, exinde concludens dari actionem Patrono pro alimentis, non autem eam competere officio Judicis, reprobando *Paulum de Cittadinis* sese fundantem in motivo obligationis antidoralis, qua benefacientibus benefacere debemus, respondeo, quod hæc ratio nimis probat, dum totum quoque Juspatronatus fuit concessum ex motivo retributionis pro opere pio erga Benefactorem; ergo sequeretur, quod extinctis descendentibus, ipsum quoque Juspatronatus extingueretur, nec transiret ad extraneos, juxta *Conf. 81. Ancharani*, & tamen nemo dubitat Juspatronatus transire ad hæredes extraneos tam in ingressu, quam in progressu, cum omnibus suis fructibus, ea ratione quod favor ille per S. Canones tributus Fundatoribus transit ad hæredes, qui eorum personam repræsentat, ut clare probatur ab exemplo æquitatis S. Canonum, qui juxta *Gloss. in Can. neminem, dist. 70.* 18
in paritate vocum dant prælationem præsentato de sanguine Fundatoris, ibi = *sed potius sunt illi Clerici instituendi, de quorum bonis fundata est Ecclesia* = Vivian. *de Jurepat. lib. 14. c. 2. n. 67.* Rot. *in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis* 1707. *§ diximus, cor. R. P. D. Ansaldo; & in Firmana Beneficiorum 3. Junii* 1709. *§. final. cor. R. P. D. Lancetta, & in Sorana Jurispatronatus super Institutione 27. Jan.* 1700. *§. & quatenus, cor. R. P. D. Scotto*, & tamen non obstante quod Glossa, Doctores, & decisiones dicant hanc æquitatem competere Descendentibus, & Consanguineis Fundatoris, ex motivo gratitudinis, quam exercere debet Ecclesia erga sanguinem Benefactoris, adhuc hodie est opinio indubitata, quod talis favor procedit etiam in Consanguineis Patroni extranei, ut Me scribente firmavit Rot. *in Alatrina Jurispat. 7. Dec.* 1705. *§. final. cor. R. P. D. Scotto*, ubi allegat rationem 19
claram, quod hæres etiam extraneus repræsentat semper Personam Fundatoris, & gaudet omnibus favoribus eidem Fundatori competentibus, prout de Jure non repugnat, quod in hæredes, & successores fluant privilegia, & favores suorum Auctorum, ait R. P. D. Corradin. *de prælat. q. 42. n. 22. verf. tale Jus.*

Idque videmus in Jure processionis, quod est alius fructus Jurispatronatus, quod licet concernat reverentiam, & honorem debitum Benefactori tanquam consistens in dando præcedentiam, & sessionem, & personalissimum honorem erga personam Patroni, Lambert, *lib. 3. q. 1. n. 2.* attamen non dubitatur quod transeat ad hæredes, & Patronos extraneos, quibus ex persona Fundatoris competit idem honor, ut pleni sunt Libri legales, & optime tradit Mancin. *d. differt. 9. cap. 16. n. 16. & 17.* ubi quod licet obligatio alimentorum pertineat ad causam obsequii erga Patronum, attamen transit in extraneos hæredes cum Jurepatronatus, firmando, quod etiam de Jure Civili non est inauditum, ut ad extraneos successores patronalis obsequii nexus porrigatur, & in fine concludit ibi = *Vides extraneis quoque Patroni hæredibus obsequium deberi.* =

Denique non obstat, quod Jus alimentorum sit valde onerosum Ecclesiæ, & sic quantum fieri potest restringendum; hoc enim est aliud majus æquivocum, si reflectimus, quod Ecclesia non tenetur alere 20
Patronum inopem nisi de redditibus superfluis; nam primo loco relinqui debet Rectori, seu Beneficiato ex eisdem redditibus tantum, quantum potest commode vivere, & secundo loco relinqui debet alia pars redituum sufficiens pro necessariis expensis Ecclesiæ, ut apud Lambert. *de Jurepat. lib. 3. q. 3. art. 3. n. 1. n. 7. in fin. & n. 8.* Ricc. *in prax. p. 3. resol. 293. n. 2.* Rot. *coram Cavaler. dec. 321. n. 3.* Quibus deductis quicquid superest, est assignandum in alimenta Patroni, & in hoc Ecclesia nullum recipit gravamen, aut onus, & nihil adest odibile, aut exorbitans; quia Rectores, & beneficiati de superfluis rediti- 21
bus

bus tenentur facere Eleemosynam Pauperibus. *Text. in Can. quoniam 16. q. 1.* Lambertin. *de Jurepat. lib. 3. q. 3. art. 2. num. 2. verf. nam Ecclesia* Matt. *in addition. reditaum Ecclesia impreff. post tract. de Cauf. Consistorial. num. 134. verf. ex quo enim.*

Unde congruum, & justum est, ut de istis reditibus superfluis potius subveniant Patrono indigenti, quam cæteris pauperibus, ut ad excludendam hujusmodi oneris suppositam duritiem, ait Lambertin. *de Jurepatr. lib. 3. quæst. 3. art. 6. numer. 3. in fin.* ibi = *Nec obstat, quod dicitur per Roffredum hoc esse durum Ecclesia, quia ut in secundo, & tertio articulo supra diximus, Ecclesia dat de his, quæ sibi supersunt, & in quantum sibi superest, quod omnino dandum esset Pauperibus, ut diximus in secundo articulo magis ordinata Charitas est, quod detur Patrono, Uxori, filiis, & servitoribus, quam aliis Pauperibus, qui ab alio quærere potuerunt.* =

Eoque magis, quia aliquando per abusum experimur Beneficiatos habendo reditus pingues potius thesaurizare, aut luxuriari, quam distribuere in Pauperes, propter quod graviter invehit, ac exclamat Ripa *in tract. de peste, tit. de remediis ad curand. pestem, num. 32.* dicendo ibi = *Cujus enim animi putares esse pios Fundatores si suos descendentes conspicerent mendicare, & Cappellanos laute epulari? Si nudos intuerentur Amicos in grabato jacere, & Prælatos magnifice indutos cum scorto luxuriari?* =

22 Igitur non est onus Ecclesiæ, non est materia odibilis, sed maxima æquitas, maxima Charitas, & summus favor Ecclesiæ, ut quando agitur de abundantia redituum, qui respectu beneficiorum de Jurepatronatus familiæ de Capocrasso ascendunt ad ducatos bis mille, pars superflua assignetur pro alimentis Patroni indigentis, dum aut Beneficiatus erogat hanc partem superfluam in pauperes, & prius tenetur subvenire Patrono, quem recognoscere tenetur ante omnes alios; aut per abusum erogat in usus malos; & hoc modo tollitur ei campus abutendi substantia Ecclesiæ; ergo ubi consistit onus? ubi gravamen Ecclesiæ? ubi tanta causa restringendi Juspatronatus, & defalcandi ejus fructus de Jure datos? Præsertim quia favores per Sacr. Canones Patronis elargiti non sunt malignandi, & decurtandi, nisi enim fuissent Patroni, seu Fundatores Laici, Ecclesia Catholica hodie non abundaret tot Ecclesiis, totque Insignibus Abbatiis, Dignitatibus, & Beneficiis; unde quemadmodum dicere frequenter soleo, benigna regulariter interpretatione est indulgendum favore Patronorum, ut bene censuit Lambert. qui nihil intactum reliquit in suo immortali tractatu *de Iurepatr. lib. 1. part. 1. §. 1. art. 4. in fine, num. 11. fol. 12.*

Hinc cum Domini de Capocrasso sive descendant, sive non descendant a Fundatoribus, utroque casu sint alimentandi ob inopiam ab Ecclesia patronata tanquam Patroni, ut ex præmissis mihi clarum videtur; sequitur consequentia, ut interim pendente hac lite Judex teneatur eis subministrare aliquam summam in causam declarandam, ne alias Patroni ex inopia cogantur litem deserere, juxta firmata per Ricc. *in prax. part. 3. resolut. 290. per totam.*

Post hæc scripta potius in sensu veritatis, quam ad defensam supervenit mihi responsio contrariorum Scribentium, ex qua per transennam lecta, & statim restituta, agnovi quanta sub nube jacerent; etenim in primo articulo, quod sicut Iuspatronatus de sui natura est transitorium ad quoscunque hæredes etiam extraneos, ita etiam ad illos transeat Ius alimentorum, tanquam unus ex fructibus inseparabiliter annexus Iuripatronatus, iterum opponebant toties recoctum Textum *in Can. Quicunque 16. q. 7.* insistendo in littera Iudaica ejusdem Textus, & simul adducendo apparatum plurium Doctrinarum, ex quibus prætendebant Ius alimentorum esse collocatum in sola persona Fundatoris, ejusque Filiorum, seu Descendentium.

Verum Ego magis exacte quærendo veritatem, repertis de novo aliis Auctoritatibus, de quibus infra, articulum istum decidentibus, censui nullam amplius superesse difficultatem, quod Ius alimentorum transeat etiam ad hæredes extraneos, & contrarium assumptum esse omnino sophisticum, & contra primum principium Iuris nostri.

Ad hoc assequendum primo loco probabam, quod contrarii scribentes sese fundabant in falso principio, quod Ius alimentorum non esset fructus Iurispatronatus, sed quædam æquitas antidoralis restricta ad personam Fundatoris, ejusque Filiorum, quando hoc erat errare in primis principiis attenta communi opinione omnium Canonistarum dicentium, quod Ius alimentorum est simplex fructus Iurispatronatus illi adeo connexus, ut ab eodem abdicari non possit.

23 Primo siquidem ita docet Pater Canonistarum Innocentius *in Rubrica de Iurepatr. num 3.* ibi = *Ex Iure autem patronatus proveniunt onera, quia tenetur Ecclesiam defendere, &c. item commodum, quia si pervenerit ad paupertatem alitur de bonis Ecclesia; item honor, quia honorificentius recipitur.* =

Rocchus de Curte *de Iurepatr. in verb. & utile n. 1.* ibi = *Quæro in quo consistit utilitas, quæ provenit ex Iurepatronatus? Innocentius, & alii Doctores dicunt, quod consistit in hoc, quod si Patronus deveniat ad inopiam tenetur Ecclesia Patronata ex reditibus ultra necessaria remanentibus alere patronum.* =

Carol. Anton. de Luc. ad Vincentium de Franchis *ad decis. 160. num. 5.* ibi = *Adest alius fructus Iurispatronatus omnino individuus, ut jus utilitatis in habendo alimenta in inopia.* =

Panormitan. *in Cap. Præterea de Iurepatr. num. 12.* ibi = *Ius alimentandi quod habet Patronus, vel honor, qui debetur Personæ suæ, licet sint ista temporalia, tamen non possunt vendi, &c. sunt enim hæc jura annexa Iuripatronatus, ut non possint ab eo abdicari.* =

Lambertin. *de Iurepat. part. 3. lib. 2. quæst. 3. art. 15. num. 1.* ibi = *hoc jus alimentandi quod habet Patronus ex dispositione juris, & honor processionis, qui debetur Personæ suæ licet ista sint temporalia, non tamen possunt vendi, &c. sunt enim jura ita connexa Iuripatronatus, ut non possint ab eo abdicari.* =

Pax Iordan. *tom. 2. Lucubrat. lib. 10. tit. 7. n. 487.* ibi = *Ex Iurepatronatus competit utilitas, consistit autem hæc utilitas, quia si Patronus devenerit ad inopiam, tenetur Ecclesia alere Patronum, &c.* = *& n. 490.* ibi = *Tale vero jus alimentorum, &c. non est separabile ab ipso Iurepatronatus.* =

24 Immo non solum iste est fructus Iurispatronatus, sed etiam ejus fructus principalis, & præcipuus, ut ait Lottet. *de re benef. lib. 2. quæst. 5. num. 1.* ibi = *Patronatus inter fructus ille est præcipuus, quem constituimus in perceptione alimentorum ab Ecclesia, in casu vergentis Patroni ad inopiam.* =

Card. de Luc *in Summa de Iurepat. n. 137.* ibi = *Inter hujusmodi jura frequentius, ac principaliter per scribentes collocatur illud alimentorum Patrono inopi præstandorum.* =

Mancin. *dissertation. 9. cap. 16. num. 1.* ibi = *Enim vero præcipuum hujus Iuris emolumentum in Alimentorum perceptione consistit* = Et hoc ipsum dicit Surdus exadverso allegatus *de alimentis, tit. 7. quæst. 32. num. 13.* ibi = *Hoc Ius est ita annexum Iuripatronatus, quod ab eo separari non potest.*

Quid plus? Canonistæ in definitione generali quid sit Iuspatronatus, ponunt hoc jus alimentorum, communiter dicendo, quod Iuspatronatus sit jus honorificum, onerosum, & utile in Ecclesia competens, & quidem honorificum, quia habet honorem præsentandi; Onerosum, quia habet onus defendendi Ecclesiam; & utile, quia habet jus alimentorum, ut dicit Panormitan. *in Rubrica de Iurep. n. 3.* ibi = *Quid autem sit Iuspatronatus? dic post Ioannem Andream, quod est jus honorificum, onerosum, & utile, est enim Ius honorificum, quia Patronus habet honorem præsentandi Rectorem, item dicitur Ius onerosum, quia tenetur defendere Ecclesiam; dicitur jus utile, quia consequitur utilitatem ex Patronatu, quia si devenerit ad inopiam, tenetur Ecclesia alere Patronum* = Ibi,

que sequuntur in eadem rubrica Buttius *n.* 1. Joannes de Anania *n.* 5. Zabarella *n.* 1. *in fin.* Ancharan. *n.* 1. Sanchez *conf. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 52. *n.* 2. Rot. *coram Cavaler.* 321. *num.* 2. & hinc inolevit notum illud carmen apud Canonistas, quod refert Hostien. *in cap. nobis, num.* 3. *de Jurepatr.* ibi = *Patrono debetur honor, onus, Emolumentum præsentet præsit, defendat, alatur Egenus.* =

Quod adeo verum est, ut Doctores quærendo an, & ad quem spectet onus restaurandi Ecclesiam, dicant illud spectare ad Patronum ea ratione, quod percepit ab Ecclesia fructus consistentes tam in jure præsentandi, quam signanter in jure alimentorum. Barbos. ad Concilium *cap.* 7. *session.* 21. *de reform. num.* 8. ibi = *Ideo patronos ad hujusmodi restaurationem teneri, quia, &c. percipiunt alimenta ab Ecclesia in necessitate* = Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 18. §. *unico, num.* 15. Panimoll. *decis.* 15. *annotat.* 1. *num.* 35. & 36. sicut ergo onus restaurandi Ecclesiam est annexum Jurispatronatus, ita etiam commodum alimentorum correspectivum ad illud.

Firmato hoc principio falsa coovincitur ratio, quod Jus alimentorum sit quædam æquitas restricta ad Fundatorem, ejusque filios, non autem fructus Jurispatronatus, dum hanc ineptiam posuit ad defensam cujusdam causæ Advocatus de Partibus in ejus informatione registrata apud Palmam nepot. *allegat.* 164. *num.* 5. citando auctoritatem Surdi, qui dicit contrarium, & hunc errorem confutavit Advocatus in contrarium scribens in illa causa, ut legere est *in allegat.* 160. *num.* 51. & Judex pronunciavit contra, dicendo hoc Jus alimentorum transire cum Jurepatronatus in extraneum, cui fuerit reservatum, ut in *alleg.* 167. sub *num.* 64. *vers. attamen.* Ex quo principio etiam sequitur, quod si jus alimentorum est simplex, & præcipuus fructus Jurispatronatus; ergo sicut Juspatronatus de sui natura est transitorium ad quoscunque hæredes etiam extraneos, ita cum ipso Jurepatronatus per necesse transit ad illos jus alimentorum, tanquam unus ex ejus fructibus ei inseparabiliter annexus; immo si est fructus qui ab eo abdicari non potest, utique pernecesse transire debet in quancunque Personam, quæ legitime possidet Jospateonatus, alias exempli gratia, si aliquis descendens Fundatoris transferret Juspatronatus in extraneum, daretur separatio juris alimentorum ab ipso Patronatu, dum iste resideret penes extraneum, illud vero remaneret penes descendentes Fundatoris, quod contrariatur omnibus supra relatis Auctoribus, & sic jus alimentorum debet transire cum Jurepatronatus in hæredem extraneum, & hæc opinio est Communis, quam invenio firmatam ab omnibus Classicis Canonistis, juxta seriem, de qua infra.

Primo, hoc firmat Innocentius *In rubrica de Jurepatron. num.* 3. qui postquam dixit, quod ex Jurepatronatus provenit utilitas alimentorum, immediate subsequitur, quod illud = *transfertur successione tam ad suos si instituantur heredes, quam ad extraneos, &c. quidam tamen dicunt ad solos heredes sanguinis deferri, sed hoc non placet.* =

26 Secundo hoc dicit Ancharan. *in cap. Perlatum, numer.* 5. *de Jurepat.* ubi quod Juspatronatut quoad præsentationem indivisibiliter transit ad hæredes, sed quoad Jus alimentorum transit divisibiliter pro rata ibi = *Dicitur hic, quod Juspatronatus quoad effectum præsentationis est indivisibile, ut inter heredes, sed quid dices quoad alios effectus puta alimentorum, & aliorum: dicit Glossa, quod apud unum quencunque heredem est insolidum, ita quod pluribus Patronis ad paupertatem reductis, Ecclesia, si suppetunt facultates, tenetur omnes providere, &c. Et prædicta habent locum in heredibus Patronorum, idem in ipsis Principalibus Patronis esset dicendum.* =

27 Tertio concordat Berous in dicto *cap. Perlatum, num.* 13. ibi = *Alii effectus Jurispatronatus dicuntur Communes etiam aliis Personis, ut patet in honore, qui debetur Patronis, eorumque heredibus, &c. hoc etiam constat respectu oneris, &c. apparet etiam istud esse verum respectu utilitatis alimentorum in casu inopia* = *Et melius num.* 61. ibi = *Juspatronatus transeat ad plures heredes plurium Patronorum in stirpes, & non in capita, quoad actum vel Jus præsentandi, sed solum quoad alios effectus, aliasque utilitates Jurispatronatus; nam quoad alimenta, quoad honores, & onus deffendendi Ecclesiam, Juspatronatus dicetur transire ad heredes omnes æqualiter, & per Capita* = *Et num.* 68 69. & 70. ibi = *Juspatronatus plura sub se continet pluresque effectus operatur, est enim Jus honorificum, onerosum, & utile; onus enim continet respectu defensionis, utilitatem respectu alimentorum, honorem respectu reverentiæ, &c. videamus igitur utrum hi effectus sub Jurepatronatus contenti dicentur dividui, vel individui, &c. Et primo quoad onus defensionis illud judico esse quid individuum, &c. item concludo juspatronatus esse individuum quoad utilitatem alimentorum, &c. item quoad effectum honorum, &c. concludunt juspatronatus quoad omnes prædictos effectum esse apud unumquemque insolidum, nam sicut dicimus esse individuum quoad Patronos ita penes heredes, quoniam conditio obligationis ex personis heredum non immutatur.*

Quarto, consonat Butrint in dicto *cap. Perlatum,* 28
num. 8. ibi = *Juspatranatus est penes ipsos; idest heredes; insolidum quoad alios effectus, scilicet ut honorificentur quoad alimenta, sed non quoad potestatem præsentandi, &c. & sic est in Persona plurium heredum quoad omnes effectus, præter quam quoad jus presentandi, nam omnes habent solidum habitum jurispatronatus quoad alimentum.* =

Quinto adduco doctrinam Cardinal. Zabarel. *in Clement. Plures, numer.* 3. *de Jurepatr.* ibi = *Juspatronatus, &c. transit in heredes, &c. jus processionis, & Alimentorum, & defensionis debetur singulis heredibus per capita.* =

Sexto, idem concludit Vitalin. olim Sacræ Ro- 29
tæ Auditor *in dicta Clement. Plures, num.* 41. *in fin.* ibi = *jus protectionis, jus alimentationis, & jus defensionis debeantur Patronis, & heredibus eorum per capita.* =

Ecce communis opinio Canonistarum, qui occasione firmandi theoricam quod Juspatronatus de sui natura transit ad quoscunque hæredes extraneos, quærunt an transeat insolidum in omnes hæredes, quoad omnes effectus scilicet præsentationis, alimentationis, & defensionis, concludendo quod Jus Alimentationis transeat in omnes hæredes in Capita, & consequenter ista non est opinio controversa, aut broccardica, sicut contrarii scribentes per æquivocum discurrunt, quid ergo dicemus, quando concordant alii moderniores Canonistæ.

Et septimo quidem ita firmat ex professo Lambert. 30
de jurepat. lib. 3. *quæst.* 3. *art.* 13. *num.* 2. ubi quod si Patronus transtulerit Juspatronatus in alium, transit in illum, licet extraneum Jus Alimentationis; quæ Auctoritas male impugnatur ex defectu applicationis copiando per extensum illam subtilitatem excogitatam apud Palmam nepot. *alleg.* 164. *num.* 7. quoniam prædicta allegatio est simplex informatio ad defensam, contra quem judicavit Ordinarius Lucen. ut in ejus voto impresso apud Palmam nepot. 167. *sub num.* 64. *vers. attamen, tom.* 2.

Octavo, multo magis cedendum est Auctoritati 31
Lambettini, quia loco citato non solum dicit, quod Juspatronatus quoad Alimentationem transit in extraneum per viam translationis, seu cessionis, sed etiam in alio loco tenet illud transire etiam in hæredes extraneos, ut fuit noviter repertum, *in lib.* 1. *part.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *n.* 18. *vers. non obstat modo, fol. mihi* 302. ubi dat plures responsiones, *ad text. in Can. Quicunque,* sicut latius dicetur infra.

Nono, adduco aliam novam Doctrinam Mancin. 32
dissert. 9. *cap.* 16. *sub num.* 9. & 16. ubi quod jus alimentorum transit in hæredes extraneos non obstante quod causa obsequii debeatur ibi = *At inquies si ad obsequii Causam alimentorum obligatio pertinet quo pacto in extraneos heredes cum patronatus jure commigrabit? Respondeo sic certa jure definitum esse, idque favore publico, ut magis homines ad fundandas construendasque,*

dasque,

dasque, & dotandas Ecclesias immittentur, &c. vides extraneis quoque Patroni hæredibus obsequium deberi. =

33 Decimo; Iterum repeto Doctrinam Carol. Antonii ad Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 1. §. 4. num. 2.* qui non declarat, sed impugnat errorem Ventrigl. putantis simul cum Lotter. & Gratian. jus alimentorum non transire ad hæredes extraneos.

Undecimo, considerabilis est sententia lata in Curia Lucen. in quadam causa beneficiali, in qua scribebat Palma Nepos, qui licet impugnaverit opinionem Lambertin. tamen Judex illam approbavit, ut in dicta *allegat. 167. sub num. 64. vers. attamen, & num. 65. tom. 2.*

34 Duodecimo; Pro hac opinione evidenti stat Auctoritas Sacræ Rotæ in *Neapolitana Alimentorum*, cujus causæ Decisiones sunt impressæ *in decis. 454. part. 2. & in decis. 201. part. 4. tom. 1. recent.* nec peior decisio est contraria, ut supposuit Lotter. & cum quo supposito etiam Ego processi supra *in alleg. 29. & in hac allegat. sub num. 16.* quemadmodum recognovi, eam melius, ut infra examinando, & combinando cum posteriori *decis. 201. part. 4. tom. 1. recent.* Cum enim in eo casu Eques Januarius Orilia prætenderet alimenta a Monasterio Regulari Montis Oliveti, tanquam fundato per quendam Gutellum Orilia de anno 1411. in prima propositione Causæ, cum non doceret se esse Patronum, quia non cadebat Jus præsentandi in Monasterio Regulari, nec probaret se esse in quasi possessione Juris honorifici, Sacra Rota censuit alimenta sibi non deberi, non solum quia erat dives, & non pauper; sed etiam quia exhibendo fundationem factam per Gutellum Orilam de anno 1411. exinde non probabat post duo sæcula, quod ipse esset Patronus, dum non habebat quasi possessionem Jurium honorificorum, & sic bene respondit Rota, quod non probabat descendentiam a Fundatore, quo tantummodo docere poterat de pertinentia Jurispatronatus ad sui favorem, ut in *d. dec. 454. part. 2. recent.* & in specie, quod probanda sit descendentia a Fundatore ad effectum docendi in Petitorio se esse Patronum, notat Matant. *respons. 46. num. 49. & 50. part. 3. & respons. 39. num. 28. part. 4.* Verum in proposita causa Eques Januarius probavit se esse in quasi possessione Juris honorifici percipiendi Candelam in die Purificationis Beatissimæ Virginis, adducendo judicatum Consilii Neapolitani, ut *decis. 85.* Vincentii de Franchis, & simul manutentionem sibi concessam a Nuncio in quasi possessione percipiendi Candelam, & tunc Sacra Rota in secunda decisione declaravit ad effectum prætendendi alimenta, tria tantum esse probanda, scilicet Juspatronatus, paupertatem, & abundantiam redituum Ecclesiæ, ibi = *In hac enim disputatione pro fundamento intentionis Domini Equitis tria erant probanda, Juspatronatus, paupertas ex parte petentis alimenta, & quod Religiosi superabundant redditus.* =

Et sic exclusit requisitum Descendentiæ a Fundatore in alia decisione solummodo expressum ad effectum probandi pertinentiam Jurispatronatus, ut non implicite, sed explicite in sequentibus verbis declaravit, ut in dicta *decis. 201. numer. 2. part. 4. tom. 1. recent.* ibi = *Primum non controvertebatur, sed tantummodo quod Dominus Eques non probaret Descendentiam a primo Fundatore Gutello; Quam tamen Domini existimabant non esse necessariam* = concludendo, & resolvendo, quod sufficiebat Domino Equiti manutentio in possessione Juris honorifici percipiendi Candelam, juxta *Text. in Cap. Consultationibus de Jurepatr.* super quo advertendum, quod ista perceptio Candelæ non poterat concludere illum esse descendentem a Fundatore, quia Juspatronatus erat hæreditarium, & transitorium ad quoscunque hæredes, & successores, ut legere est apud Vincent. de Franchis *dict. dec. 85. numer. 1.* ubi refert Fundationem, quæ mandabat dari Candelam hæredibus, & successoribus, concludendo, quod = *Ex juris dispositione Juspatronatus transit ad omnes heredes* = & consequenter ista perceptio Candelæ cum esset transitoria ad quoscunque hæredes etiam extraneos, non concludebat Equitem Januarium esse descendentem, sed esse hæredem Fundatoris, & sine difficultate, quia alias Rota sibi contradixisset incontinenti, dum immediate supra censuit non esse necessariam descendentiam a Fundatore.

Decimo tertio; Considerabile etiam est judicatum 35
S. Rotæ *in Calaguritana Jurispatronatus de Victoria coram Cavaler. decis. 321.* ubi quidam assertus Patronus obtinuit super Monasterio Regulari canonizari pertinentiam Jurispatronatus ad sui favorem, & S. Rota, absque eo, quod per umbram excogitata fuerit oppositio descendentiæ a Fundatore, resolvit dicto Patrono deberi omnes præeminentias honorificas, ponendo pro secunda præeminentia jus consequendi alimenta patrono in genere, ut *dicta dec. 421. num. 1. & seqq. signanter num. 3.* ibi = *Responderunt deberi præeminentias illas, quæ colliguntur ex cap. Nobis de Jurepat. &c. Secunda præeminentia debita Patrono consistit in jure consequendi alimenta quatenus devenerit ad inopiam.* =

Decimo quarto concordat auctoritas *Andreæ Vallensis in tract. de Benef. lib. 1. tit. 4. sub num. 20. vers. Denique*, ibi = *Denique transit* (idest Juspatronatus) *jure successionis non tantum in heredes consanguineos, ut quidam volunt, sed etiam ex Testamento in extraneos quoslibet, &c. hinc etiam cuilibet heredi competunt omnes effectus jurispatronatus, &c. ac proinde quilibet eorum ad egestatem redactus ex bonis Ecclesiæ ali debet juxta prædicta.* =

Decimo quinto adstipulatur auctoritas Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 9.* ibi = *Nono quæritur qua ratione juspatronatus successione, vel testamento in heredes transferatur, quidam senserunt, transire tantum ad heredes sanguinis, sed communis, & vera sententia est transire ad quosvis heredes etiam extraneos, &c. ex his perspicitur cuilibet heredi convenire omnes Patronatus effectus, si igitur singuli heredes sint ad egestatem redacti, quilibet illorum debet ex illius Ecclesiæ bonis sustentari.* =

Decimo sexto, idem dicit Gonzal. *in cap. quicunque, num. 5. & 9. de Jurepatr.*

Decimo septimo, Reginald. *in prax. for. pœnit. tom. 2. lib. 30. tract. 3. sect. 2. num. 216.* ibi = *Si igitur heredes ad egestatem veniant, quilibet illorum debet ali ab Ecclesia.* =

Decimo octavo, & Decimo nono, Bellamer. & Archidiaconus *gravissimi Canonistæ in Can. Figentius 16. quæst. 7.* ibi = *Dum potior Ecclesia Benefactoribus, eorumque heredibus, quam aliis imminenti paupertate de rebus Ecclesiæ subvenitur.* =

Vigesimo demum etiam Ego pro veritate ita censui in meis *Discept. Ecclesiasticis, part. 1. Discept. 39. & seqq.* ubi non scripsi ad defensam alicujus Causæ, sed per viam Tractatus, prout eandem opinionem sustinui supra in hoc *Tractat. de Controversiis Patronorum alleg. 29. num. 1. & seqq.* 36

Ex his patet fuisse inexcusabilem errorem Lotter. qui decepit etiam Ventrigl. dicere, quod Jus alimentorum non transeat, nisi ad Fundatorem, ejusque Filios; ex prædictis enim convincitur hoc esse magnum æquivocum, quod non potest defendi, sive attendamus numerum Auctoritatum, sive substantiam rationis.

Quoad Auctoritates hoc non dicunt nisi Lotter. Ventrigl. & Grat. qui non merentur audiri, non solum quia fuerunt reprobati per Carol. Anton. de Luc. *ubi supra*; sed etiam, quia obstat communis opinio Canonistarum, *de quibus supra*; itaut sit mera vanitas in hac materia legali insistere in duobus, vel tribus Doctoribus reprobatis, cum in omni materia legali nihil sit ita pacificum, ut non invenerit aliquem Contradictorem, ut inquit *Text. in §. Si vero auth. de Tabellion. &* Rota *in Albaracinen. Canonicatus cor. Molines* impressa apud Me *discept. Eccles. 4. n. 126.* Neque alias Auctoritates habent contrarii Scribentes, licet cumulent alias extra propositum; nam Rot. *dec. 454. p. 2. & dec. 201. p. 4. rec.* retorquetur pro nostra opinione, ut superius visum est, & magis retorquetur simplex informatio Advocati de partibus scribentis in quadam Causa Beneficiali, registrata apud Palma nepos *d. allegat. 164.* a qua contrarii defen-

sores copiarunt omnes alias Auctoritates, & motiva contra Lambertin. *ubi supra*, dum Curia Lucen. in illa causa judicavit contrarium, & stetit pro opinione Lambertin. ut in *allegat.* 167. *num.* 64. 65. *p.* 2. Et quod attinet ad Auctoritatem *Surdi*, iste locum dicit, quod non potest particulariter cedi Jus alimentorum, retento Jurepatronatus apud cedentem, quia non potest stare apud illum, qui Patronus non sit, ut *titul.* 7. *quæst.* 32. *num.* 13. & 14. = *Est ita annexum Jurispatronatus, quod separari non potest, &c. ea equitas cessat in persona alterius, qui Patronus non sit* = Et explicat Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. l.* 10. *tit.* 7. *num.* 490. ibi = *Jus alimentorum non potest Patronus, retento Patronatu, alio quovis titulo concedere, quia non est separabile ab ipso Jurepatronatus.* =

Si vero attendamus ad substantiam rationis valde miror, quod Lotter. crediderit illum Textum *in Can. Quicunque* respicere solam personam Fundatoris, ejusque filiorum; ejus enim error non solum est clarus, ex quo illud verbum *Filiis* intelligitur de hæredibus, & uti hæredibus, ut explicat Berous *in capit.* 1. *de Jurepatron. num.* 6. ibi = *Nisi hæredes sanguinis, hoc est filii, aliique descendentes sint etiam hæredes universaliter ad ipsos non transibat.* = Sed etiam quia in terminis terminantibus respondet Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 2. *art.* 1. *per totum*; ubi ponit illam quæstionem an Juspatronatus transeat ad hæredes extraneos, vel solum ad hæredes sanguinis; & primo loco pro contraria parte, quod transeat ad hæredes sanguinis, adducit Textum *in dicto Can. Quicunque*, dicendo, cum loquatur de Fundatore, & Filiis, non veniunt extranei, quia in illos non transit Jus alimentorum, ut legere est *numer.* 13. & 14. Successive autem dicit communem opinionem esse in contrarium, quod Juspatronatus transit ad hæredes extraneos etiam cum Jure Alimentorum, respondendo cum tribus responsionibus ad *Text. in Can. Quicunque*; quarum una est, quod ille Textus non loquatur taxative ad excludendos hæredes extraneos, ut legere est *dict. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 1. *sub num.* 18. *vers. non obstat modo*, ibi = *Tertio poterit responderi, illud verbum* Fundatoris, & Liberis *habere respectum non ut taxaret, ut supra, sed quia dubitabatur posse habere liberos, utrum illis danda essent alimenta; adeo ut Fundatori, & Filiis sufficerent dixit Textus, quod sic, & ideo ex illo Textu non potest inferri.* = Idque deducitur etiam ex sensu illorum Doctorum, qui olim tenebant Juspatronatus non esse transitorium nisi ad hæredes sanguinis, adducendo argumentum *Text. in dict. Can. Quicunque*, tanquam loquentis de alimentis præstandis Fundatori, & Filiis, expresse fatendo, quod si Juspatronatus transiret ad extraneos, etiam transiret in eos Jus alimentorum, ut inter cæteros ait Crotus *in cap.* 1. *de Jurepatron. num.* 5. ibi = *Induco Text. in Can. Quicunque Fidelium* 16. *quæst.* 7. *Dum disponitur, quod Patrono, & Filiis alimenta debeant præstari; sed si Juspatronatus transferretur ad extraneos, ipsi quoque alendi essent in casu illo* = ergo cum hodie sit opinio amplius non controversa, quod Juspatronatus transit ad extraneos, etiam in sensu contrariorum Scribentium transire debet in illos jus alimentorum, & patet ex Lambertin. *dict. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 1. *num.* 12. & 13.

Hanc eandem rationem assignat Mancin. *dict. dissert.* 19. *cap.* 10. *sub num.* 9. dicendo, quod Textus prædictus loquitur magis enunciative, juxta ea, quæ frequentius accidunt, non autem dispositive, aut taxative, ibi = *Ad Text. in Can. Quicunque, &c. Respondet loqui jura hac secundum ea, quæ frequentius accidunt, ut ad filios, &c. patronatum jura transferantur; magisque enunciare, quam disponere; quapropter ad explodendos hæredes extraneos nullius momenti esse* = & probat Turrecremat. *in dict. Can. quicunque num.* 2. explicans verbum *filii* pro Nepotibus, & reliquis successoribus prout in proximo sequenti *Can. filiis*, ubi loquitur de quolibet hærede, *ut ex gloss. ibid. in verb. Propinquis* dicens = *Capitulum indistincte loquitur de quolibet hærede* = Et denique hoc ipsum ego etiam firmavi dicta *Discept. Eccl.* 39. *nu.* 2. *circa finem*, = addendo, quod si Doctores dicunt Patronum teneri ad restaurandam Ecclesiam, eo quia percipit commodum alimentorum; ergo sicut quicunque Patroni etiam extranei tenentur ad restaurationem, ita consequuntur, & commodum alimentorum, ex *adductis supra sub num.* 24. cum quibus concordat Amostaz. *de caus. piis lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 25. ubi quod Patronus semper tenetur ad restaurationem, quia *semper* percipit fructus nempe honorem præcedentiæ, & Juris præsentandi, & se alimentandi in casu inopiæ.

Accedebant prædictis aliæ convincentes rationes, ex hoc enim principio, quod omnibus Patronis etiam extraneis alimenta debentur, vidimus, quod si Ecclesia abundans redditibus, vellet erigi in Collegiatam Patroni quantumvis extranei consensus exigitur, ne ille amittat Jus alimentorum Gloss. *in cap. nobis in rub. in Cappell. de Jurepat.* Lambert. *lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 1. *nu.* 204. *fol.* 1064. item ne Patronus extraneus perdat hoc jus alimentorum, non potest Rector Ecclesiæ eo invito constituere Vicarium perpetuum cum allegatione congruæ ex redditibus Ecclesiæ, Panor. *in leg. postulasti, num.* 5. *de Jurepat.* Lambert. *lib.* 3. *art.* 6. *quæst.* 5. *num.* 11. item Papa non solet imponere pensiones in beneficiis de Jurepatronatus, nisi sibi exprimatur hoc spectare ad Patronos Laicos, ne isti ad paupertatem redacti impediantur ex onere pensionis, Tondut. *de pens. cap.* 25. *numer.* 3. & 4. Vivian. *de Jurepatron. lib.* 13. *cap.* 9. *num.* 17. Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 35. *num.* 90. & 91. & denique quia hoc jus alimentorum spectat etiam ad Patronos Ecclesiasticos, Lambert. *lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 1. *art.* 4. *num.* 8. ergo non requiritur ad hunc effectum probare descendentiam a Fundatore, quæ si necessaria foret, jus alimentorum competere non posset Patronis Ecclesiasticis, ut sunt Religiones, Capitula Ecclesiarum, seu Præpositi, Rectores, Abbates, & similes, quorum respectu extranea, & nullo modo verificabilis est descendentiam ista, & juxta præ- 39
dicta judicat A. C. pronunciando per sententiam alimenta deberi DD. de Capograssis de mense Martii 1711. per acta Franceschini A. C. Notarii.

Melius inquirendo, & revolvendo libros inveni modernum D. Monacel. *in formul. for. Eccles. part.* 2. *formul.* 1. *tit.* 15. *num.* 9. qui sequitur contrariam opinionem Lotterii, nullam adducendo rationem nec proinde meretur attendi tanquam simplex Relator, idemque dico de Repertorio Sabelli §. *Patronus, n.* 8. nec non etiam inveni in novo opere R. P. D. mei Petra *ad Constit. Apostol. tom.* 2. *in comment. ad constit.* 7. *Gregorii IX. num.* 21. & *seqq.* quod ipse existimat jus alimentorum non transire in hæredem extraneum, sed tantum in filios, & descendentes Fundatoris, sequendo Lotter. Gratian. & *alios jam supra adductos*, & sese fundando in cortice verborum *Canonis quicunque, &c. nobis de Jurepatr.* & quod magis est fatetur discurrere per principia, & ponit pro principio, quod jus alimentorum non fuit concessum ratione Jurispatronatus, sed ratione fundationis immemor contrarii principii supra ab ipso relati *n.* 27. ubi dicit jus alimentorum competere ratione Jurispatronatus ibi = *Patronorum jus in tribus versari apud omnes Juris Asseclas actum est, ratione Jurispatronatus in Ecclesia inducti, nempe in Jure præsentandi Rectorem, seu Beneficiatum in Jure alimentorum, & in Jure processionis* = Verum non obstantibus per 40
eum deductis, non est recedendum ab opinione superius ad evidentiam firmata tanquam infallibili, pro qua obtinui judicatum A. C. materia acriter hinc inde ventilata in Contradictoriis. Omnia enim, quæ deduxit R. P. D. Petra, evidentissime corruunt ex jam dictis. Corruit enim primum, quod Jus alimentorum non sit concessum ratione Jurispatronatus, ut supra demonstravi *n.* 23. Ratio autem fundationis retorquetur, quia fundatio non dat, neque producit nisi Juspatronatus, & idem est dicere ratione Jurispatronatus, ac ratione fundationis. Corruit secundum circa gratitudinem, seu obligationem antidoralem ex *deductis sub n.* 17. Corruit tertium, quod obligatio Donatarii non excedit personam Donantis, quia est principium generali in

mate-

materia donationis, quod non applicatur ad fundationem, & dotationem Ecclesiarum, & Beneficiorum, ubi Sacr. Canones concesserunt Juspatronatus, & sub illo plures fructus, quorum unus est Jus alimentorum volendo, quod illud eum suis fructibus esset transitorium ad hæredes etiam extraneos Fundatoris, non autem quod non excederet personam illius; Corruit denique quartum super verbis positis in *can. quicunque*, *& cap. nobis*, veluti loquentibus de Fundatore, & filiis, ut plene supra ostensum est *in hac allegat. num.* 14. *& seqq. & in allegat.* 29. *per totam*. Alii vero Canones per eundem R. P. D. meum Petra allegati, *numer.* 25. *in fine*, totum oppositum potius inferunt, nam *Text. in Can. filiis* 16. *quæst.* 7. eo ipso quod mentionem facit de filiis, nepotibus, ac honestioribus propinquis Fundatoris, se non restringit ad descendentes, cum appellatione propinquorum veniant omnes, qui succedunt ab intestato de Jure Civili, usque ad decimum gradum Fusar. *de substitut. quæstion.* 366. *numer.* 1. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 22. *num.* 36. immo quod hujusmodi Canon intelligat tam de hæredibus sanguinis, quam etiam extraneis, docet Gloss. *in dicto Can. filiis in verb. Propinquis*, Alter vero Textus subsequens in *Canon. considerandum*, apertissime loquitur de quibuscunque hæredibus, & ibi Glossa, concludit posse transferri Juspatronatus cum omnibus ejus fructibus in extraneum, neque idcirco dicit remanere adhuc penes Transferentem Jus advocationis, ut supponit Rev. P. D. Petra. Minus concludunt cæteræ ejus rationes, non quidem, quod alimenta debeantur Fundatori, qui fundasset Juspatronatus sine reservatione Jurispræ-

41 sentandi, quoniam Jus alimentorum non competit propter Jus præsentandi, sed propter Juspatronatus; & ideo recluso Jure præsentandi, quod est unus fructus Jurispatronatus, remanent cæteri fructus, inter quos Jus alimentorum est præcipuum, justa Cavalet. *dicta decis.* 421. *numer.* 1. *& seqq.* Quod tale Jus non competat ratione Jurispatronatus ex Privilegio, non est allegabile ad casum, dum Jurepatronatus ex mero privilegio sunt revocata per *Sac. Concilii Tridentini sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.* exceptis Casibus in eo expressis. Quod si revocata non forent, sicut omnes fructus debiti ratione Jurispatronatus competerent Personis in privilegio expressis, ita etiam competeret Jus alimentorum; nec etiam subsistit, quod in Jurepatronatus hæreditario, & transmissibili ad extraneos ex mente ipsius Fundatoris, nequeat communicari extraneis jus alimentorum, sed tantum jus transmissibile præsentationis, & aliorum. Quoniam id fundatur in primo erroneo præsupposito, quod jus alimentorum non proveniat ex ipso Jurepatronatus; si enim provenit ex illo tanquam fonte hujus Juris, Mens Fundatoris assistit omnibus hæredibus extraneis tam in Jurepatronatus hæreditario, quam in gentilitio, quod ultimo loco sit hæreditarium, *ex consil.* 81. Ancharan. exemplum deductum ex dispositione, *Textus in auth. res quæ C. commun. de legat.* quæ procedit tantum in descendentibus, nullam habet connexionem nullanque similitudinem cum subjecta materia Jurispatronatus, quod Sacri Canones voluerunt esse transitorium de sui natura ad extraneos, cum omnibus fructibus ei annexis, & hanc esse voluerunt retributionem debitam ratione Fundationis, & dotationis, non sic respectu subsidiarii remedii *in auth. res quæ*, dum ejus dispositio restri-

42 cta fuit ad descendentes ob legalem necessitatem dotandi, qua Testator adstrictus esset, si viveret, quæ necessitas non cadit quoad transversales, quorum fideicommissa non subjacent huic obligationi, Card. de Luc. *de dot. discurs.* 145. *numer.* 5. *&* 60. Fusar. *de substit. quæst.* 531. *numer.* 75. *& seqq.* Peregrin. *de fideicom. artic.* 42. *numer.* 49. Rota coram Emerix jun. *decis.* 1144. *numer.* 1. & coram Cerro *decis.* 852. *numer.* 3. unde onus dotandi, quod habent Ascendentes respectu descendentium; nescio qua paritate applicari valeat ad jus alimentorum concessum Patronis; hoc enim non fuit eis concessum propter onus Fundatoris de alimentando suos descendentes, sed propter recompensam datam per Sacros Canones ipsi Fundatori, & omnibus aliis, quibus ipse Fundator reservavit Jus patronatus, & quos voluit esse Patronos eum tali casu omnes isti dicantur gaudere hæc commodo, seu beneficio alimentorum uti successores in Jurepatronatus, & repræsentantes personam eorum Auctoris, seu Fundatoris, sicut gaudent aliis honorificentiis, & Juribus relatis per Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 4. *numer.* 2. *& seqq.* & signanter præeminentia in sessionibus, processionibus, susceptione pacis, thurificatione, receptione candelæ in die Purificationis Beatissimæ Virginis, & reverentia per Beneficiatum debita in assurgendo, & salutando Patronum, & petita venia eum in jus vocando, quæ præeminentiæ licet videantur personalissimæ erga ipsum Fundatorem, transeunt tamen ad omnes hæredes etiam Extraneos, cum quia isti repræsentant personam Fundatoris, tum quia omnes sunt fructus Iurispatronatus de sui natura transitorii ad Extraneos, ut superius dixi, & signanter *nu.* 18. *& seqq.* quibus stantibus dispositio *Auth. res quæ*, nullam habet imaginalem applicationem ad casum nostrum, quod vero patrimonium Ecclesiæ de- 43

pauperarentur, si onus alendi extenderetur ad omnes patronos etiam extraneos, est grave æquivocum, quia Ecclesia non tenetur dare nisi reditus superfluos, quos de cætero Rector tenetur distribuere in pauperes, unde sicut absonum foret dicere, quod distribuere superflua in pauperes extraneos, quorum infinitus est numerus esset depauperare Ecclesiam, ita magis absonum est hoc asserere, respectu distributionis hujusmodi superfluorum redituum erga Patronos quoscunque licet extraneos, & *superius dixi*, *numer.* 20. *& seqq.* Postremo non obstat interpretatio data ad Lambertin. quod nempe loquatur, ubi Patronus jus alimentorum cessit extraneo, & sic durante vita cedentis cessionarius uteretur ejus Iure; hoc enim est aliud grave æquivocum, dum Lambertin. loquitur, quando Patronus transtulit Iuspatronatus, non autem jus alimentorum in extraneum, ut *ex verbis supra registratis*, *numer.* 13. alias esset redarguere Lambertinum de errore Juris, & de manifesta contradictione, dum ipse litteris apertis firmat tale jus esse personalissimum, nec posse cedi particulariter retento Iurepatronatus apud cedentem, ut puncto hanc erroneam interpretationem Lambertini rejecit sententia Curiæ Lucen. apud Palma Nepos *allegat.* 167. *numer.* 64. *&* 65. *tom.* 2. maxime cum alibi in suo tractatu Lambertin. expresse firmaverit hoc jus alimentorum transire ad hæredes extraneos cum Iurepatronatus, ut *dixi supra sub numer.* 31. quæ omnia adjungenda censui in merum obsequium veritatis, quæ vere talis est, non autem animo redarguendi doctissima Commentaria, & auctoritatem mihi semper venerandam R. P. D. mei Petra S. Congregationis Concilii nunc meritissimi Secretarii, insignis ingenii, & magnæ literaturæ viri; qui cæteroquin in hujusmodi articulo, non habuit tempus videndi in contrarium nisi Lambertinum, quem solum allegavit, non autem numerum tot aliorum Doctorum, & signanter Classicorum Canonistarum, *de quibus supra numer.* 22. *& seqq.* his enim visis eandem sententiam a me superius defensam procul dubio retinuisset stantibus præsertim tot evidentissimis rationibus supra deductis; eoque magis propter opinionem S. Rotæ *in decis.* 201. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* superius relatam *nu.* 34. cui nihil contradicit auctoritas Rot. coram Penia *decis.* 691. *numer.* 6. ut supra *in allegat.* 29. explicatum est, & denique quia ita sententiatum fuit ab A. C. in hac causa Salernitana alimentorum, ut supra; eaque postea delata ad Rotam, hæc censuit alimenta deberi etiam Patronis extraneis, ut ex *decisione super bono Jure* 11. *Januarii*, *&* 20. *Junii* 1712. *cor. R. P. D. Scotto nunc meritissimo Gubernatore Urbis*, *&* 16. *Decembris ejusdem anni cor. R. P. D. Falconerio*, quæ registrabuntur in fine hujus allegationis, & ita obtinui tres sententias unam A. C. & duas Rotales.

In

In Casu, quo descendentes Fundatoris non habeant jus præsentandi veluti translatum in extra-
44 neum, bene firmavit R. P. D. Petra *ubi supra numer.* 27. quod retineant jus alimentorum, ea ratione, quod remanent Patroni, & Possessores Jurispatronatus, quod stare potest sine uno fructu, qui est jus præsentandi, *ut dixi in allegat.* 19. non tamen intelligo, quæ ipse subjungit *numer.* 29. scilicet hanc conclusionem non procedere, si ex facto eorum id egerunt, qui dum ipsi abdicarunt a se Juspatronatus videtur potius Ecclesia reddita libera, sed quatenus non deciderint facto proprio videtur eis succurrendum; Aut enim intelligit, quod descendentes Patroni ex facto proprio transtulerint jus præsentandi in alium, & semper retinent Juspatronatus quod est diversum ab ipso Jure præsentandi, tanquam uno ex fructibus Jurispatronatus, quo retento retinetur etiam jus alimentorum, Lambertin. *lib.* 3. *quæst* 3. *artic.* 13. *numer.* 3. aut vero intelligit ex facto proprio abdicasse a se Juspatronatus, & tunc distinguendum est, an fuerit illud simpliciter renunciatum, & Ecclesia fit libera, aut fuit translatum in extraneum, & Ecclesia non fit libera, sed in extraneum transit Juspatronatus simul cum jure alimentorum, itaut etiamsi descendentes sint pauperes, non sint alendi ex actione aliqua ratione Jurispatronatus, ut inquit Lambertin. *libr.* 3. *quæst.* 3. *articul.* 13. *numer.* 2. & dixi Ego *discept. Eccles.* 39. *sub nu.* 2. *versic. quodque*, & in *hoc tractat. alleg.* 29. *in fine*.

Inveni etiam ultimo loco resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in unam *Praten. Unionis 9. Februarii* 1697. ubi petente Monasterio Monialium Sancti Matthæi unionem redituum Ecclesiæ Parochialis Sancti Hippolyti de ejus Jurepatronatu, attenta ejus paupertate, & obligatione de Jure insita bonis Ecclesiæ donatis subveniendi Patrono indigenti, juxta *Textus in Can. Quicunque* 16. *quæst.* 7. fuit denegata, quia subventiones dandæ sunt Patrono dotanti, & ejus filiis tantum. Verum hæc resolutio Sacræ Congregationis fuit quidem justa, & sic attendenda in eo, quod principaliter judicavit, scilicet unionem Ecclesiæ Parochialis de Jurepatronatus Monasterii, non esse concedendam eidem Monasterio Patrono licet indigenti; sed non video, ad quod propositum allegari potuerit *Textus in dicto Can. Quicunque*, quia Patrono sunt quidem præbenda alimenta de reditibus Ecclesiæ, sed de illis tantum, qui sunt superflui, scilicet deducta primo loco congrua Rectoris, & expensis necessariis Ecclesiæ, ideoque pro his alimentis non est supprimendum beneficium de Jurepatronatus, & uniendum Patrono, quod non esset ei subvenire de reditibus superfluis Ecclesiæ patronalis, sed per destructiones ipsius Beneficii, quod nullo Jure concessum reperitur; immo prohibitum unire Parochiales Locis piis, vigore Concilii Tridentini *sess.* 24. *capit.* 13. *de reform.* & licet ratio petendi unionem per Monasterium, adducta fuerit super *Textus in Can. Quicunque*, fuit tamen deductio erronea, nec proinde attendi debet, quod per R. P. D. Secretarium allegatum fuerit motivum, quod subventiones dandæ sint Patrono dotanti, & ejus filiis tantum, cum hoc in Iure sit erroneum ex supra late demonstratis, & auctoritas Sacræ Congregationis attenditur in eo, quod judicat ad formam, & interpretationem Decretorum Concilii, non autem in iis, quæ sunt extraneæ a Decretis, ut ait Fagnan. *in capitul. Quoniam* 65. *in fine de Constit.* ibi = *Eatenus se extendetur illius auctoritas, quatenus protendetur latitudo Decretorum Concilii, quæ intrinsece insunt.* = Unde faciet quidem auctoritatem circa quod talis unio nequeat fieri Monasterio Patrono, ex ratione superius adducta, non autem ex alia ratione, quod subventiones Patrono dotanti, & ejus filiis tantum debeantur, cum sit attendendum Iudicatum, non autem ratio, quæ aberrat a Iure, ejusque interpretatione, & præsertim, quia illa Causa fuit resoluta per Memoriale solius Monasterii, nec fuit controversia decisa formiter examinato articulo, seu ratione decidendi, ac etiam quis potest esse, quod illa ratio sit adducta per R. P. D. Secretarium, non autem, quod in ea convenerint nomine Eminentiss. Votantes.

Hoc Jus alimentorum particulariter vendi, aut
cedi non potest retento apud cedentem Jurepatro- 45
natus, quia non potest separari ab ipso Iurepatronatus, & Persona ipsius Patroni habentis Juspatronatus ex optimis rationibus adductis *per* R. P. D. Petra, *ubi supra numer.* 31. Lambertin. *part.* 3. *libr.* 2. *quæst.* 3. *articul.* 15. *numer.* 1. bene tamen cedi potest commoditas, quæ non abdicat ab ipso cedente dominium, seu Jus, neque possessionem, sed solum constituit Cessionarium vice, & nomine ipsius Cedentis, tanquam ejus Procuratorem, & Exactorem ad exigendum alimenta, quæ exacta nomine Cedentis, postea vigore cessionis sibi applicat, ut tradunt Carleval. *de Judic. libr.* 1. *tit.* 3. *disput.* 20. *num.* 8. *vers. posse Olea de cession. Jur. tit.* 3. *quæst.* 1. *numer.* 10. Card. de Luca *de servit. in Summa numer.* 6. Rota Me scribente *in Romana Prælationis, & pecuniaria* 22. *Aprilis* 1709. §. *Quin tale*, & §. *Siquidem*, *coram Reverendiss. D. Mulines Decano*, & sic Patronus pauper bene poterit cedere hujusmodi commoditatem alteri cum onere alendi ipsum Cedentem, ut egregie firmat R. P. D. Petra *ubi supra num.* 31. *in fine*, vel mediante exbursatione tanti pretii, quod compleat tot annatas, juxta vitam Cedentis, regulatam secundum formam *Textus in leg. hereditatum*, *ff. ad legem falcid.* Idque comprobatur ex eo, quod Patronus potest locare, seu arrendare alicui pro tanta pecunia, quicquid percipiendum est ab Ecclesia ratione alimentorum, docet Lambertin. *par.* 3. *lib.* 2. *quæst.* 3. *articul.* 15. *numer.* 2. ubi reddit rationem, quia tali casu non abdicaretur Jus alimentorum a Jurepatronatus, nec alimentaretur Patronus per mediam personam, sed venderet annua percipienda ab Ecclesia, & sequitur Sanchez, *conf. moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 52. *n.* 2.

Vidi etiam in hac materia Lagunez. *de fructib. part.* 1. *c.* 32. §. 3. *per totum*, qui solum registrat ea, quæ generaliter per Doctores deduci solent circa jus alimentorum spectans ad Patronos, dicit tamen, *numer.* 13. & 14. quod hoc emolumentum est præcipuus fructus Iurispatronatus, & quod debetur ratione Iurispatronatus, postea vero, *numer.* 68. &
seqq. quærit, an pro his alimentis Patrono compe- 46
tat actio per condictionem ex lege, seu Canone, seu potius imploratio officii Iudicis, & hanc secundam partem amplectitur credendo eam veriorem, ex quo nulla pro his alimentis datur obligatio, vel quasi, sed ratio quædam sive æquitas naturalis, quæ officium Iudicis promovet, sequendo opinionem Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 9. & *seqq.* sed Ego ex principiis, de quibus supra, hanc quoque conclusionem damnare cogor. Si enim tam Lotter, quam Lagunez admittunt Ius alimentorum esse unum ex fructibus Iurispatronatus, & si clare hunc fructum Patronis concesserunt Sacri Canones *in Capit. nobis de Jurepatr.* ergo pernecesse admittendum est, quod pro alimentis competat Patronis illamet actio, quæ competit pro Iure præsentandi, & aliis Iuribus honorificis, scilicet actio ex lege, seu Canone, ex cujus dispositione æqualiter proveniunt omnes fructus Iurispatronatus, & sic verior est opinio ista, quam sustinet Lambertin. *libr.* 3. *quæst.* 3. *artic.* 7. *per totum*, necnon Azzor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *quæst.* 2. *in fine lit.* C. Layman. *in Theolog. moral. tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 13. *numer.* 8. *in fine*. Panormit. Butr. & *alii Canonistæ* relati apud *ipsum* Lagunez. *ubi su-*
pra numer. 68. placet tamen resolutio hujus Auctoris 47.
in alio eleganti articulo, an si Ecclesia patronata reperiatur gravata pensione annua imposita favore Tertii, hæc sit numeranda inter expensas necessarias pro Ministris Ecclesiæ, ejusque oneribus quæ expensæ simul cum congrua Beneficiati sunt prius deducendæ, & de reliquis tantum superfluis reditibus alimenta debentur, ut supra *num.* 21. dictum est; in quo articulo negative respondet concluden-

do

do alimenta Patroni præferri debere pensioni, ea ratione, quod alimenta sunt anteriora tanquam ab initio fundationis Beneficii, seu Ecclesiæ alendi obligatio fuerit orta, & pro hac sententia allegat Doctrinam Gambar. *de Legat. a later. libr. 6. pension. numer.* 69. concordat Azzor. *instit. moral. part.* 2. *libr.* 8. *capitul.* 8. *quæstion. in fine versicul. respondeo*.

48 Si dos data Ecclesiæ per Fundatorem tractu temporis fuerit perempta, sed aliunde Ecclesia habeat reditus suos, adhuc de his reditibus propriis Ecclesiam teneri ad alendum Patronorum, censuit Paulus *de Cittad. part* 6. *artic.* 4. *numer.* 17. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 54. *num.* 9. *& tit.* 7. *quæst.* 34. *numer.* 1. *& per totam*, Gratian. *discept.* 552. *numer.* 13. Lagunez. *de fructib. part.* 1. *cap.* 32. §. 3. *numer.* 80. sed hanc opinionem reassumit, & declarat Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 2. *quæst.* 3. *part.* 3. *articul.* 24. *per totum fol. mihi* 1046. ut procedat ratione Jurispatronatus adhuc durantis in isto casu, quia nemo alius Patronus dotavit, secus autem si alter Patronus dedisset bona pro nova dote; nam tunc primus Patronus non haberet amplius Juspatronatus, nec ideo Jus alimentorum, quod autem dicendum in casu, quod Patronus renunciasset, seu cessisset Juspatronatus Ecclesiæ utrum hæc teneretur ad alimenta eidem Patrono renuncianti? quæstionem hanc agitavit Lambertin. *libr.* 3. *quæst.* 3. *artic.* 13. *numer.* 3. ubi quod Patronus iste est alendus, sicut ipse adhuc post renunciationem tenetur Ecclesiam defendere juxta opinionem, quod Patronus nequit renunciare Jurispatronatus in iis, quæ respiciunt favorem Ecclesiæ, ut est Jus defensionis, ut apud Lambertin. *lib.* 3. *quæst.* 2. *artic* 16. *numer.* 3. *fol.* 1034. & melius *lib.* 3. *quæst.* 2. *artic.* 4. *per totum fol.* 1022. Quæ ratio est insubsistens, quia nequit renunciare Patronus in onerosis retinendo utilia, & honorifica, secus renunciando totum, ut declarat Lambertin. *lib.* 3. *quæst.* 3. *artic.* 12. *num.* 3. *versic. nisi cessisset*, hoc tamen non obstante dicit Lambertin. etiam cesso toto Jurepatronatus teneri Ecclesiam ad alendum Cedentem illo modo, quo ipse dixit esse alendum illum, in quem Patronus transtulit Juspatronatus, ergo Lambertin. procedit cum sensu, quod Ecclesia habeatur tanquam Cessionaria; in quam transitum fecerit Juspatronatus jura cessionis, sicut in alium tertium, quando hoc procedit, si adsunt alii Compatroni, alias per cessionem Ecclesia fit libera, ergo dicendum puto cum Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 4. *num.* 21. quod propter Beneficium receptæ libertatis teneatur Ecclesia ad alendam personam, qui renunciavit Juri patronatus.

49 Pone, quod sint plures diversi Patroni unius Ecclesiæ, unus qui habeat minorem partem, alter majorem Jurispatronatus, utrum habens minorem partem, si solus sit ad inopiam redactus, debeat alimentari ex omnibus superfluis reditibus Ecclesiæ deductis ejus expensis, & congrua pro Ministris, vel potius ad ratam sui Jurispatronatus, qui casus occurrere potest, quando omnes prædicti reditus superflui sint necessarii pro alendo illo Patrono, ex. gr. quia ipse habet numerosam familiam, vel quia pauci sunt reditus Ecclesiæ. Videtur illi alendum ex omnibus prædictis reditibus superfluis, nec esse spectandam ad hunc effectum portionem modicam Jurispatronatus, quia si alii Patroni non indigeant, nihil eis præjudicatur, si vero postea redigerentur ad inopiam esset tunc locus defalcandi reditus d. Patrono prius indigenti, & faciendi distributionem omnibus. Juxta tamen ratam Jurispatronatus, nam habens majorem partem Jurispatronatus pinguiora alimenta consequetur, Lambertin. *lib.* 3. *quæst.* 4. *artic.* 2. *num.* 4. *in fine fol.* 1051. Ratio hujus opinionis est, & quod Ecclesia tenetur de reditibus superfluis facere eleemosynam pauperibus, & istis præferre Patronos, Gloss. *in Can. pia mentis* 16. *quæstion.* 7. ergo non concurrentibus aliis Patronis majorem partem Jurispatronatus habentibus, non adest ratio, quare non debeat Ecclesia præferre unum ex Patronis indigentibus in omnibus reditibus superfluis, illumque præferre Pauperibus extraneis ad mensuram suæ indigentiæ, & ad propositum, probant traditam per Rotam *coram Priolo decis.* 370. *numer.* 3. *& seqq.* immo si reditus essent insufficientes pro illo unico Patrono, deducta congrua Rectoris, si iste haberet congruam ex alio beneficio liberæ collationis, vel alio de Jurepatronatus teneretur dare omnes reditus Patrono, non deducta ex illis congrua ex traditis per Lambert. *de Jurepatron. lib.* 3. *quæst.* 3. *artic.* 4. *per totum* Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 4. *num.* 35. Rot. *coram Coccin. decis.* 1997. *num.*..... & sicut ubi Ecclesia haberet dotem collatam per Patronum, & simul alia bona postea acquisita aliunde, in decernendis alimentis Patroni habetur ratio etiam de bonis adauctis licet non provenientibus a Patrono, ut apud Lagunez. *de fructib. part.* 1. *cap.* 32. §. 2. *num.* 79. ita & habetur ratio etiam aliorum bonorum, quæ proveniunt ex aliis Compatronis, nisi isti etiam indigeant, & concurrant pro alimentis, ut probant tradita per Ventrigliam *in prax. part.* 2. *annot.* 1. §. 4. *numer.* 35. quibus omnibus obstare non videtur, quod dixit Rot. *coram Penia decis.* 660. *numer.* 13. quod si quis parum Ecclesiæ dedit non potest ea alimenta prætendere, quæ potuisset, si multum dedisset; hoc enim intelligi potest, quoties concurrunt alii Compatroni pro alimentis; tunc enim unusquisque consequi debet alimenta ad mensuram ejus, quod plus, vel minus dedit, secus si alii Patroni non egeant alimentis; in hoc articulo cogitandum relinquo; nam Patronus debet habere fructum Ju- 50
rispatronatus ad ratam suam, nempe ejus, quod contulit iste, aut contulerunt Auctores sui, & sicut quoad Jus præsentandi prætendere non potest majorem partem, quam quæ sibi competit; ita & in alimentis, & per consequens alimenta debita videntur pro rata Jurispatronatus, & pro hac opinione videntur in Jure tradita per Lambertin. *lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 3. *artic.* 8. *numer. primo vers. Colligitur secunda Conclusio fol.* 49. *numer.* 9. *fol.* 51. necnon Casus superius traditi sub *numer.* 38. *in fine*, & ita etiam sentiebat R. P. D. Vincentius Amadorius, olim Romanæ Curiæ Advocatus, nunc autem Signaturæ Justitiæ Votans, & inter Prælatos doctissimus, & insigni nominis Judex occasione, qua Causa prædicta Salernitana alimentorum proposita fuit in Signatura Justitiæ; Ego tamen nihil resolvo, cogita tu.

Decisio Sacræ Rotæ Romanæ

C O R A M

R. P. D. S C O T T O.

In Causa Salernitana Alimentorum.

Lunæ 11. *Ianuarii* 1712.

FRatres Nobilis Familiæ de Capocrasso Patroni Rectoriæ Ecclesiæ S. Andreæ, S. Matthæi, & aliorum simplicium Beneficiorum satis considerabilis reditus in Civitate Salerni existen. ob numerosam familiam, & rei familiaris angustiam ad inopiam redacti institere coram Ordinario Salernitano pro subministratione Alimentorum adversus Dominicum del Pezzo eorundem Beneficiorum Possessorem ex resignatione habita a quondam Antonio de Capocrasso Actorum Patre, delataque per appellationem a quodam Interlocutorio decreto causa ad A.C. cum ab eodem Fratres prædicti voti compotes effecti fuerint mediante sententia, in qua declaratum fuit alimenta deberi servata sibi eorundem taxatione, & ab hujusmodi judicato per Signaturam Justitiæ ad reclamationem dicti Dominici commissa mihi extiterit ulterior Causæ cognitio; hinc gemina subscripsi, & in hodierna Audientia proposui distincta dubia, alterum nempe super taxa eorundem Alimentorum in sententia A. C. reservata, de quo in alia mea contemporanea Decisione, alterum vero

ro

so fuper negotio principali, de quo in præfenti, videlicet = *An Patronis Beneficiorum, de quibus agitur, debeantur alimenta* = quod fuit *affirmative refolutum*,

Ratio decidendi ftetit in eo, quod concurrentibus tribus requifitis, videlicet Jurepatronatus, pau-
51 pertate Patroni, ac abundantia redituum fuper extantium deducta congrua fubftentatione Rectoris, ac manutentione Ecclefiæ, Sacri Canones decernunt, Ecclefiam teneri ad alendos Patronos, *cap. Nobis de Jurepatr.* Cunque hæc tria requifita vifa fuerint adamuffim in hypothefi verificata; hinc jure meritoque refcriptum fuit Alimenta deberi, ut alias refpondit Rot. *dec.* 1997. *num.* 1. *cor. Coccin.* & *dec.* 201. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.*

De Jurepatronatus enim Fratrum de Capocraffo non erat quæftio; de abundantia redituum conftitit ex firmatis in dicta alia mea contemporanea decifione; Paupertas vero, quæ ad hunc effectum non requiritur extrema, fed fufficit talis, ut Patronus vivere nequeat, habito refpectu ad ejus gradum, & conditionem, Covar. *var. refol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 8.
52 Gratian. *difcept.* 552. *num.* 66. Barbof. *de Jure Ecclef. Univ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 216. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *quæft.* 3. *artic.* 11. *num.* 2. Rot. *decif.* 660. *num.* 11. *coram Pania*; fufficienter probati vifa fuit ex Teftibus formiter examinatis, & datis in *Summario Fratrum Numer.* 3. qui enumerando omnia bona per eofdem Fratres poffeffa concludunt fummam eorum egeftatem, dum detractis oneribus, ac debitis illorum, reditus vix afcendunt ad annuos ducatos 138. circiter infufficientes pro fubftentatione numerofæ familiæ 24. perfonarum, quot numerantur in Domo de Capocraffis computatis Uxoribus, & Famulis, de quibus habendam effe rationem ad effectum, de quo agitur, tradunt Lambert. *de Jurepatr. lib.* 3. *art.* 6. *num.* 1. Surd. *de Alimentis tit.* 1. *quæft.* 54. *numer.* 12. Rot. *coram Coccin. decif.* 1997. *num.* 3. Cumque iidem Teftes ulterius addant, quod fratres prædicti nullos habent Confanguineos, a quibus ali valeant, & coarctent negativam, quod nil aliud poffideant, quam bona ab ipfis enunciata, utique paupertatem plena probant, quamvis non deponant fub illa formalitate verborum, quod alia bona poffidere non poffent, quin ipfi fciant, Pacian. *de probat. cap.* 40. *num.* 18. Add. ad Gregor. *decif.* 325. *num.* 27. Rot. *coram Pania decif.* 265. *num.* 3. *cor. Cerro decif.* 508. *numer.* 1. & *coram Bich. decif.* 522. *num.* 16.

Potiffime vero, dum fides Teftium corroboratur, tam ex publico Teftimonio Magiftratus Salerni teftantis de eadem paupertate, cui plurimum deferri debet in materia refpiciente ftatum, & conditionem fuorum Civium, Spad. *confil.* 158. *num.* 8. Rot. *cor. Cavaler. decif.* 10. *num.* 12. & *in recent. decif.* 427. *numer.* 7. *part.* 18. Tum ex fide Parochi, quæ de
53 per fe, & multo magis unita cum Teftibus paupertatem concludit, Rot. *coram Dunozet. Jun. dec.* 797. *num.* 2. & *cor. Emerix Jun. decif.* 137. *num.* 1. Tum demum ex facto Eminentiffimi S. Sedis Camerarii, qui ex motivo inopiæ Decimas Papales a quondam Antonio DD. Fratrum Patre in fumma ducatorum 115. debitas occafione cujufdam penfionis ab illo poffeffæ reduxit ad folos ducatos 70. quod valde urgere vifum fuit ad convincendam paupertatem, fine qua dictus Cardinalis Camerarius Decimas Papales non remififfet ad tradita per Joan. Andr. *cap. cum fint Homines, ibique* Abb. *numer.* 5. *de Decim.* Rot. *decifion.* 95. *num.* 6. & 7. *poft* Tamburin. *de Jure Abbat.*

Verificatis itaque dd. tribus requifitis ad obtinenda Alimenta neceffariis, difficultas unice verfabatur fuper eo, quod fratres prædicti nequaquam probarent defcendentiam a fondatore; quam probationem omnino requiri, ad hoc, ut Patrono debeantur Alimenta, acriter contendebant Informantes pro Dominico; in qua quidem infpectione licet unus ex Domi-
54 nis crederet, quæftionem ex facto dirimi poffe, citra neceffitatem examinandi Articulum in abftracto, *An Patrono extraneo debeantur alimenta*, innixus regulæ, quod ad effectum de quo agitur, defcendentia non fit probanda per gradus diftinctos, fed fufficiat etiam conjecturalis, & præfumptiva juxta firmata per Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæft.* 5. *nu.* 5. Gratian. *difcept.* 552. *num.* 31. Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 2. *part.* 2. *quæft.* 10. *art.* 4. *num.* 12. Rot. *decif.* 201. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* & *decif.* 333. *num.* 2. *coram Pania*. Hancque præfumptivam probationem fatis fuperque refultare eidem videretur, nedum ex Teftibus deponentibus de publica voce, & fama, necnon ex antiquiffima, & ultra tria fæcula continuata poffeffione præfentandi, verum etiam ex Infignibus Familiæ appofitis in Ecclefia, ex fententia lata a Vicario Generali de Anno 1638. in qua dicitur Jufpatronatus fpectare ad Familiam de Capocraffo ex fundatione, & dotatione; Rurfus ex atteftatione Reverendiffimi Archiepifcopi Salernitani afferentis, quod Beneficia, de quibus agitur fundata fuerint per Afcendentes modernorum Patronorum, ex confeffione moderni Rectoris emiffa in litteris fuæ provifionis, quod Beneficia fint de Jurepatronatus, ex donatione, & fundatione familiæ de Capocraffo, ac demum ex annuo tributo unius Candelæ, & Placentæ, iifdem Patronis folvi folito, quæ omnia præfertim fimul juncta videbantur fufficienter probare defcendentiam præfumptivam, ut habito refpectu etiam ad unam tantum, vel alteram ex dictis probationibus voluere Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 2. *part.* 3. *art.* 3. *num.* 12. Lotter. *de re benefic. libr.* 2. *quæftion.* 5. *numer.* 7. Ventrigl. *in praxi part.* 2. *annot. prima paragr.* 4. *numer.* 19. Rota *coram Pania decifio* 691. *num.* 6. & 7.

Nihilominus, quia in hac parte non omnes Domini conveniebant, ideo affumentes examen articuli, an dato etiam per modum fuppofiti, non tamen admiffo defectu probationis defcendentiæ, adhuc illis de Capocraffo, licet extraneis deberentur Alimenta, dictoque articulo alioquin gravi, & inter Doctores fatis controverfo, ea qua folent maturitate, 55
ac diligentia examinato, convenerunt in fenfu affirmativo, quod etiam favore Patroni extranei tale Jus alimentorum competeret, moti, non minus ex pondere auctoritatum militantium pro hac opinione, quam & fortius ex validiffimis rationum momentis, quæ illi affiftunt; Auctoritatibus quidem; nam fententiam hanc, quod Jus alimentorum tranfeat in quofcunque hæredes extraneos fequuntur magis communiter Canoniftæ *in capit. Perlatum, ubi* Anchaian. *num.* 5. Berous *num.* 13. 61. & 68. & *duobus feqq.* Butr. *num.* 8. *de Jurepatr.* & *in Clementina Plures, ubi* Gulielm. de Monte Lauduno *numer.* 1. *inter repetitiones Canonicatus diverf. tom.* 6. Zabarell. *num.* 3. Vitalin. *olim S. Rota Auditor num.* 41. *in fin. eodem titulo de Jurepatr.* & magis ex profeffo in eadem opinione refident Lambert. *de Jurepat. lib.* 1. *part.* 2. *qu.* 2. *art.* 1. *nu.* 28. & *lib.* 3. *qu.* 3. *art.* 13 *n.* 2. Mancin. *differtat.* 9. *cap.* 16. *n.* 9. Carol. Ant. de Luc. *ad Ventrigl. in prax. p.* 2. *annot.* 1. §. 4. *n.* 2. Andr. Valleos *de Benef. lib.* 1. *tit.* 4. *fub n.* 20. Modern. Lucen. *alleg.* 167. *num.* 64. & 65. *tom.* 2. Modet. Roman. *difceptat. Ecclef.* 39. *numer.* 1. & *feqq.*

Neque deficere etiam videbatur auctoritas S. Rotæ in Neapolitana Alimentorum cnram Manzanedo, & Pitovano, licet enim in *prima Decif. cor. Manzanedo impreffa in recent.* 454. *par.* 2. dictum fuerit, quod Eques Orilia Actor non juftificabat primum requifitum, quod fcilicet effet Patronus, ex quo non docebatur de poffeffione in Jure præfentandi, aliifque Juribus honorificis, minufque de 56
propria defcendentia a Fundatore, tamen in repropofitione Caufæ juftificata per D. Equitem Orilia poffeffione Juris honorifici recipiendi Candelam in die Purificationis, juxta difpofita in fundatione, non fuit dubitatum, quin Jufpatronatus ad effectum confequendi alimenta effet fufficienter probatum, etiamfi non probaretur Defcendentia a primo Fundatore, quam S. Rota refpondit non effe neceffariam, ut habetur *in dec.* 201. *n.* 1. & 2. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.*

Huic

Huic autem opinioni tot auctoritatibus, & S. Rotæ resolutionibus comprobatæ, nequaquam adversari visus fuit, *Text. in Can. quicunque 16. quæst. 7.* licet enim *d. Text. in littera* loquatur tantum de Fundatore ejusque filiis, quibus alimentorum Jus impartitur, non exinde tamen excludit Patronos extraneos, cum loquatur demonstrative, & juxta ea, quæ
57 frequentius accidunt, non autem taxative ad excludendos extraneos, ut in specie observant Mancin. *differt. 19. cap. 16. num. 9.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 1. numer. 18.* Modern. Roman. *discept. Eccles. 39. sub numer. 2.* eo modo, quo respectu aliorum fructuum, ut sunt Jus præsentandi, Advocationis, & Processionis; licet Sacri Canones loquantur restrictive ad Fundatorem, *ut in Can. decernimus 16. quæst. 7. & in capit. Nobis de Jurepatr.* Tamen nemo unquam dubitavit, quin dicta Jura, & fructu transeant etiam ad hæredes extraneos Fundatoris, qui ejus personam repræsentare dicuntur, ut in durioribus terminis dixit Rot. *in Alatrina Jurispatronatus 7. Decembris 1705. §. final. coram Me.*

Minusque attendi posse crediderunt Domini auctoritatem Lotter. *lib. 2. quæst. 5. & Gratian. discept. 552. num. 31.* quos cæca fide secuti sunt Ventrigl. & nonnulli alii moderniores; Nam Lotter. se fun-
58 davit in prædicta *Decisione 454. par. 2.* supponens quod S. Rota in illa firmaverit, necessariam esse probationem descendentiæ a Fundatore ad effectum consequendi Alimenta, quando id firmavit tantum ad effectum docendi de Jurepatronatus, ut apertius declaravit in *secunda Decisione, quæst. 201. num. 1. & 2. part. 4. tom. 1. recent.* ubi expresse rejecit objectum, quod esset necessaria probatio Descendentiæ; Ideoque Iure merito præcitati Doctores reprobantur per Carol. Anton. de Luca *in observat. ad* Ventrigl. *part. 2. annot. 1. §. 4. num. 2. &* Modern. Roman. *dict. discept. Eccles. 39. n. 2.*

Ex his igitur patuit auctoritates gravitate, & pondere majores militare favore Patroni, licet extranei, sed ubi etiam res versaretur in opinionum Conflictu; Domini recurrentes ad rationes, & principia in hac materia certa, crediderant solidiora funda-
59 menta assistere opinioni superius firmatæ, & ideo non posse ab illa recedi ex sola auctoritate nonnullorum Doctorum contrarium sentientium, cum ratio sit Anima Legis, & nostrum Tribunal consueverit in Conflictu, & antimonia opinionum illi semper magis inhærere, quæ firmioribus rationum momentis innitatur, non attento numero Doctorum, pro una, vel altera stantium, cum opiniones non numerari, sed ponderari debeant, juxta monitum *Text. in l. 1. §. Sed neque C. de veter. Jur. Enucl. & dictum fuit in Faventina successionis 2. Junii 1708. §. Nec potuit coram R. P. D. meo Aldrevando, & in Romana Legati super reservatis 21. Junii 1709. §. final. cor. R. P. D. meo Crispo.*

Exordiendo si quidem a quidditate, & natura Iurispatronatus, illud communiter definitur, quod
60 sit Ius HONORIFICUM, ONEROSUM, ET UTILE in Ecclesia competens; HONORIFICUM scilicet, quia Patronus habet honorem præsentandi; ONEROSUM, quia tenetur Ecclesiam defendere; Et UTILE, quia si devenit ad inopiam, debet Ecclesia illum alere: Panormitan. *in Rubrica de Jurepatr. num. 3.* Butr. *num. 1.* Jo: Anan. *num. 5.* Zabarell. *num. 1.* Ancaran. *num. 1.* Sanchez. *consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 52.* Rot. *cor. Cavaler. dec. 321. num. 3.* ex quo consequitur, quod sicuti ad extraneum citra dubium transit Iuspatronatus, ita etiam transire debeat Ius Alimentorum, tanquam illius pars constitutiva, alias definitio; quoad illud esset manca, & defectuosa, nec semper conveniret suo definito, quod dicendum non videtur, Gloss. *l. 1. §. Dolum Verb. Itaque, ff. de Dolo malo, ibique* Bart. *num. 1. &* Bald. *num. 3.* Tiraquel. *de Iure Primogen. quæst. 1. n. 1.* Patil. *de Resignat. Benef. lib. 1. q. 1. n. 31.*

Ulterius in extraneum transeunt Jus præsentandi, præcedendi, & alia Iura, quæ dicuntur fructus Iurispatronatus; si ergo cæteri omnes fructus Iurispatronatus debentur extraneo nulla assignabilis est ratio, cur in eundem transire etiam non debeat Ius Alimentorum, quod communiter reputatur unus ex majoribus, & præcipuis fructibus Iurispatronatus, Innocent. *in Rubrica de Jurepatr. num. 2.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 5. num. 1.* Card. de Luc. *de Jurepatr. in summa numer. 137.* Mancin. *differt. 9. capit. 16. numer. 1.* Si enim ad extraneum 61
defertur Causa productiva, in illum etiam transire debet Ius Alimentorum, quod est effectus, ac fructus, & quidem inseparabilis a sua Causa, ut dicunt Rocc. de Curte *de Jurepatr. in Verb. & utile num. 1. & melius* Panormitan. *in cap. præterea de Jurepatr. num. 11.* Pa Iordan. *Lucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 7. num. 487.* Carol. Anton. de Luca *ad Vincen. de Franch. dec. 160. n. 5.*

Rursus eatenus Patrono incumbit onus reparandi Ecclesiam, illamque defendendi, quatenus ab ea percipit non minus honorem, quam utilitatem, ut alatur in Casu, quo fuerit ad inopiam redactus, Barbos. *ad Conc. capitul. 7. sess. 21. de Reformat. num. 8.* Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 18. §. Unico n. 15.* Panimoll. *decis. 15. annot. 1. num. 35.* Amostaz. *de Causis piis lib. 5. cap. 6. num. 25.* Ideoque si onus 62
est correspectivum ad utilitatem, omnis æquitas, & justitia exposcit, quod Patronus extraneus in quem transit onus reparationis, ac defensionis Ecclesiæ, obtinere etiam debeat utilitatem Alimentorum, alias obligatio non esset reciproca, sed claudicaret contra regulam Iuris, quod qui sentit onus, & incommodum, sentire etiam debet commodum, & utilitatem, *l. secundum naturam, ff. de regul. Jur.* Castren. *consil. 307. numer. 2. libr. 2.* Roman. *cons. 282. in fin. & cons. 475. numer. 7.* Rot. *decis. 1169. numer. 13. & decis. 1272. numer. 11. coram Emerix Jun.*

Et demum si ex dispositione Sacrorum Canonum tenetur Beneficiatus reditus superextantes ejus congruæ sustentationis erogare Pauperibus in Eleemosynam, *Can. quoniam 16. quæst. 1.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 3. quæst. 3. artic. 2.* Mer. *in addition. redituum Ecclesiæ impressa post tractat. de Causis Concistorial. numer. 134.* Potiori sane Iure tenebitur 63
largius subvenire Patrono inopi, ex ordinaria Charitate, & antidorali obligatione, dum ex illius, vel sui propinqui præsentatione Beneficium recognoscit, illiusque fructus consequitur, Gloss. *in Can. quicunque il 2. 16. q. 7.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 3. qu. 3. art. 6. n. 3.*

Fundamentis prædictis directe comprobantibus obligationem Beneficiati alendi Patronum licet extraneum; superaddebant Domini alia argumenta indirecta, & a ratione evitandi absurdi derivantia, nam si Fundator nullos habens filios, vel descendentes, Beneficium fundaret, sive in ultima voluntate, sive etiam inter vivos, reservato Iurepatronatus suis Consanguineis, vel etiam extraneis, Juspatronatus in ipsa sua Origine nasceretur mutilum, & mancum, dum deficeret præcipua illius pars constitutiva consistens ex superius dictis in utilitate alimentorum: Pariterque ubi a principio descendentes existerent, & postmodum deficerent, Iuspatronatus in sua Creatione integrum quoad omnes fructus, continuaret diminutum, & non integrum in hæredibus, in quos transiret Causa productiva, non autem effectus, & fructus, quod esset maximum absurdum, ut ponderat Carol. Anton. de Luc. *ad* Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 1. §. 4. nu. 2. vers. Juspatronatus enim.*

Addito denique, quod cum Jurapatronatus pro majori parte sint, ac præsumantur hæreditaria, juxta *Text. in Clement. Plures de Jurepatr.* & Descendentia a Fundatore vel non duret, vel in temporis decursu, & antiquitatis latebris indagari non possit, raro, aut nunquam datetur in Praxi hoc Jus alimentorum, quod de cætero Sacri Canones benigne indulgere voluerunt Patrono ex motivo pietatis, & ad alliciendos Laicos ad fundationem Ecclesiarum ex animadversis per Mancin. *differt. 9. cap.*

cap. 16. *num.* 9. & 16. exemplo Liberti, qui sicuti de Jure tenetur Patronum pauperem alere, ita etiam obstringitur eadem Alimenta præstare, nedum uxori, sed etiam Consanguineis, & hæredibus quamvis extraneis ejusdem Patroni, ut per plura Iura probat Tiraquell. *in l. si unquam*, §. *Liberis num.* 31. *quem sequitur* Surd. *de Alim. titul.* 1. *quæstion.* 51. *nu,* 6.

In conspectu autem dd. rationum, & fundamentorum fragilis nimis visa fuit ratio ea, quæ per scribentes pro Dominico in contrarium deducebatur, quod scilicet Jus Alimentorum non debeatur ratione Jurispatronatus, sed ex obligatione antidorali, juxta quam benefacientibus benefacere debemus;
66 Tum quis ex hac ratione potius elicitur, quod Beneficiatus teneatur alere Patronum, licet extraneum, a quo, vel ejus Patre recognovit Beneficium præsentationis; Tum fortius quia etiam Juspræsentandi, & cæteri fructus Jurispatronatus per Sacros Canones conceduntur Laicis, ex dicto motivo obligationis antidoralis, & retributionis Operi pio. Unde sicuti cæteri fructus ex benignitate Sacrorum Canonum transeunt ad extraneos, ita etiam transire debet Jus Alimentorum, quia Sacri Canones voluerunt hac retributione persiui, nedum Fundatorem, sed etiam ejus hæredes, sive Consanguineos, sive extraneos, qui personam ipsam Fundatoris repræsentant, advertit Mancin. *dicta dissert.* 9. *capitul.* 16. *sub num.* 9. & 16. & dixit in fortioribus terminis Rot. *in Alatrina Iurispatronatus 7. Decembris* 1705. §. *fin. cor. Me.*

Tum demum, quia si juxta sententiam omnium
67 Canonistarum Jus Alimentorum communiter numeratur inter unum ex fructibus ipsius Jurispatronatus, veluti præcipuum, & ab eo inseparabilem, ut præter superius relatos in §. *Ulterius*, tradunt Surd. *de Aliment. tit.* 7. *quæst.* 32. *num.* 14. Sanchez *cons. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 52. *num.* 1. & 2. Pax Jordan. *tom. lucubr. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 409. Absonum videbatur Dominis, quod ratione Jurispatronatus non debetur quidquid in ejus fructus collocatur, cum effectus referri non possit nisi ad suam Causam, Rocch. de Curte *de Iurepatr. in verb. utile n.* 1. Pax Jordan. *Lucubrat. tom.* 2. *libr.* 10. *tit.* 7. *nu.* 487.

Et ita conclusum fuit Partibus hinc inde acriter informantibus.

R. P. D. SCOTTO,

Salernitana Alimentorum super Taxatione

Luna 11. *Ianuarii* 1712.

COmprobato in altera mea contemporanea Decisione, quod Fratribus de Capocrasso debeantur alimenta ex redditibus Rectoriæ, de qua agitur, deducta congrua sobstentatione Rectoris assumptoque examine super illorum quantitate, quamvis Domini non dubitarent, quin in illorum taxatione habenda esset ratio tum status Personarum, adeout pinguiora deberentur pro Patrono Nobili, quales sunt dicti Fratres de Capocrasso, quam pro per-
68 sona ordinariæ conditionis Barbos. *de Iur. Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 218. *in fine*, Lambertin. *de Iurepatr. libr.* 3. *quæst.* 3. *artic.* 11. & *artic.* 12. *num.* 2. & 3. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot. prima* §. 4. *num.* 24. Rot. *coram Penia decis.* 791. *n.* 5. Tum etiam numeri personarum alendarum, nempe Uxoris filiorum, ac famulorum, & totius familiæ in nostro casu satis numerosæ, Lambertin. *de Iurepatr. lib.* 3. *quæst.* 3. *artic.* 6. *numer. primo*, Lagunez *de fructibus p. prima c.* 23. §. 3. *n.* 88. Rot. *cor. Coccin. dec.* 1997. *n.* 3.

Quia tamen in hac materia ultra mox dictas circumstantias præcipue considerandus est valor, seu reditus Beneficii, ex quo assignanda sunt alimenta, Rot. *coram Coccin. dicta decis.* 1997. *sub numer.* 39. & *coram Penia decis.* 691. *sub numer.* 5. & in hac parte non modica erat contentio inter partes 69
prætendentibus dd. Fratribus de Capocrasso redditus Beneficii consistere in ducatis 1900. nempe duc. 400. in tot pensionibus, canonibus, aliisque responsionibus annuis, & in aliis ducatis 1500. pro affictu terrarum, in quibus seritur Oriza; e converso autem impugnante Rectore hujusmodi quantitatem redituum, & insuper allegante augumentum illorum provenire ex causa accidentali non duratura perpetuo, quia scilicet ex prohibitione serendi Orizam in aliquibus locis, terrena Beneficii ad talem usum destinata, notabile augmentum receperint in affictu ob restrictam facultatem ubique locorum dictam Orizam seminandi, quæ tamen prohibitio poterat in dies cessare stante lite desuper pendente; Hinc Domini utrique Parti consulendo dubio proposito responderunt = *Alimenta esse taxanda juxta modum, & pro summa in decisione exprimenda*; = Modus autem, & summa fuit, ut reservatis ducatis 300. super Canonibus, & Censibus tanquam certis pro Beneficiato, reliqui fructus distribuantur in capita Patronis cum Jure accrescendi favore ejusdem Beneficiati in casu obitus alicujus ex alimentandis.

Ex hujusmodi siquidem temperamento Domini satis consultum esse putarunt Rectori neganti quantitatem redituum in summa prædicta ducatorum 1900. dum illi assignatur congrua, quæ pro Bene-
ficio simplici nullum habente onus visa est plus- 70
quam sufficiens in dd. Ducatis 300. & de cætero deducta dicta congrua pro ejus sustentatione ex residuo fructuum tenetur succurrere Patronis egentibus ad traditā per Barbos. *de Iur. Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 217. Surd. *de Aliment. tit.* 7. *quæst.* 32. *n.* 1. & 2. Ventrigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 1. §. 4. *num.* 34.

E converso autem cum eodem temperamento sufficienter provisum esse censuerunt Patronis; si enim reditus subsistant in summa per eosdem prætensa, consequi poterunt alimenta etiam ultra scuta quinque mestrua pro quolibet, in quibus alias Sacra Rota pro Patronis familia tamen carentibus eadem alimenta taxavit coram Coccin. *dec.* 1991. *n.* 11. & *coram Penia dec.* 691. *n.* 5.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. SCOTTO,

Salernitana Alimentorum,

Luna 20. *Iunii* 1712.

REsponderunt iterum Domini, Fratribus Nobilis Familiæ de Capocrasso in paupertatem collapsis deberi alimenta ex fructibus plurium Beneficiorum de eorum Iurepatronatus, quæ in præsenti ad præsentationem Antonii eorum Patris possidet Dominicus del Rezzo persistendo *in decisis*, coram Me sub die 11. Januarii proxime præteriti moti ex
illa potissima ratione, quod scilicet constet de tri- 71
bus requisitis ad hunc effectum per Sacros Canones volitis, nempe Jurepatronatus eorundem Fratrum, illorum paupertate, necnon abundantia redituum superextantium deducta congrua sustentatione Rectoris, ut præter adductos in dicta præterita Decisione §. 2. tradunt Lagunez *de fructibus part.* 1. *cap.* 32. §. 3. *n.* 74. & 78. Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 117.

Iuspatronatus enim favore Familiæ de Capocrasso satis, superque probari visum fuit ex sententiis, Ordinarii datis in præterito *Summ. Numer.* 12. & 14. ut dixit Rot. *in Novarien. Beneficiorum* 27. *Junii* 1703. §. *Alter vera*, & *in Arianen. Jurispatronatus* 27. *Junii* 1708. §. *Juspatronatus*, & §. *Ulterius*, *coram Me*, nec non ex attestatione Moderni
Reverendissimi Archiepiscopi *dicta Summar. Num.* 72
15. cui in materia nostrum Tribunal semper plurimum deferre consuevit, ut in *decis.* 509. *numer.* 6. *part.* 14. *recent.* & *in Compostellana Parochialis* 8. *Junii* 1696. §. *Prædictis*, *coram Reverendissimo Decano*, nec poterat controverti a Dominico, qui Bene-

neficia possidet ex præsentatione Antonii Capocrassi Actorum Patris, ut bene Rot. *coram Cerro dec. 196. num. 2. & in recent. dec. 96. num. 14. & 15. part. 6.*

Paupertas autem, quæ in præsenti propositione exuberanter justificata apparuit ex Testibus formiter examinatis ex Testimonio Magistratus Salerni, fide Parochi, & facto, seu declaratione Eminentissimi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarii, qui Antonio Patri dictorum Fratrum condonavit Decimas Papales, quæ non nisi Pauperibus remitti solent Castropal. *oper. moral. num. 2. tract. 10. disput. unic. punct. 11. num. 2.* Suarez *de Relig. tom. 2. tract. 2. lib. 1. cap. 16. num. 16. & 18. a Spiritu Sancto in director. tract. 3. de decimis disp. 4. sect. 9. n.* 185. frustra in præsenti obumbrari prætendebatur, sive ex informi-
73 bus depositionibus Testium pendente lite expiscatis, sive ex quo Ioseph unus ex dictis Fratribus Uxorem duxerit cum Dote annui redditus ducatorum centum. Nam de Testibus per fides extrajudiciales deponentibus nulla haberi poterat ratio, ex nota regula, quod fides non facit fidem, de qua Rota *decis.* 392. *num.* 20. *part.* 17. *decis.* 178. *num.* 16. *part.* 18. *& decis.* 212. *numer.* 17. *part.* 19. signanter ubi prout in hypothesi dictæ attestationes fuerunt extortæ pendente lite, & post Sententiam A. C. ac resolutionem Sac. Tribunalis, quodque magis est, militantibus in contrarium aliis Testibus formiter repetitis, ac aliis publicis documentis enunciatis in præterita Decisione §. 3. & 4. in quorum concursu fides hujusmodi nimis suspectæ, & inverisimiles redduntur, & in nulla consideratione haberi merentur, ut dixit Rota *coram Bichio decis.* 580. *num.* 14. *coram Emerix Jun. decis.* 31. *sub n.* 3. *coram Priolo dec.* 272. *n.* 11. *& in rec. dec.* 306. *n.* 12. *part.* 17.

Respectu vero assignationis Dotis annui redditus ducatorum centum ab uno ex Fratribus receptæ, nec sufficienter probata apparuit exactio, seu consignatio ex simplici dicto unius Testis, nec quatenus probaretur, posset ad intentum suffragari, cum dictus modicus redditus vix sufficiat pro alenda Uxore, & proinde non excludit paupertatem numerosæ Familiæ inspecto præcipue ejus statu nobili, de quo habenda est ratio pro decernenda paupertate, quæ non requiritur extrema, sed sufficit ta-
74 lis, ut Patronus juxta ejus qualitatem, & conditionem commode decenter se, & Familiam suam sustentare non valeat, & præter adductos in præterita Decisione §. 3. tradunt Barbos. *in cap. Nobis num. 7. de Jurepatr.* Lagunez *de fructibus part. 1. capit. 32. num. 51. & seqq. & num. 86. & seq.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 5. n. 24.* Marescot. *var. resol. lib. 2. c. 83. n. 58. vers. & tandem.*

Abundantia demum redituum Ecclesiæ, qui supersint congruæ substentationi Rectoris, non poterat in controversiam revocari, & resultat ex his, quæ firmantur in altera contemporanea Decisione super taxatione alimentorum. His autem verificatis, necessario consequebatur, quod Ecclesia Patro-
75 nis istis subvenire teneatur cum præstatione alimentorum, in quibus consistit præcipua utilitas Jurispatronatus ad *Text. in capit. nobis*, ibique Gloss. *de Jurepatr.* Card. de Luca *de Jurep. in summa nu.* 137. Amostaz. *de caus. piis lib. 5. cap. 6. num.* 20. *& 25.* Lagunez. *de fructib. part. 1. cap. 32. §. 3. num. 1. & seqq.* Rot. *cor. Cavaler. dec.* 321. *num.* 3. *& coram Coccin. dec.* 1997. *n.* 1.

Neque adversari visum fuit iterum inculcatum objectum, quod scilicet alimentorum Jus competat illis tantum Patronis, qui probent eorum descendentiam a Fundatore non autem tranversversalibus, extraneis, Quoniam (ut rursus animadvertebat unus
76 ex Dominis) descendentia non est ad effectum, de quo agitur, probanda per gradus distinctos, sed sufficit etiam præsumptive desumpta ex eodem cognomine cum Fundatore, & longeva quasi possessione præsentandi, junctis aliis adminiculis, ut in præterita Decisione §. 5, non attento, quod respectu Ecclesiæ S. Andreæ probetur donatio aliquarum unciarum Jurispatronatus facta de anno 1512. per Lucretiam Guarnam ejus Filiis de Caprocasso, & quo ad alteram S. Petri Chrisontii Juspatronatus appareat donatum ab illis de Judice; Nam ultra quod Fratres Actores descendunt ex dicta Lucretia donante per latus maternum, & Ecclesia S. Petri est tenuissimi reditus; Respondebatur ulterius, quod cum Fratres de Capocrasso, eorumque Antenati sint in plusquam centenaria possessione præsentandi, poterant allegare quemcunque titulum meliorem, vel scilicet novæ dotationis, & reædificationis factæ ab eisdem Antenatis post donationem anni 1512. vel descendentiæ legitimæ a primis Fundatoribus si non per lineam paternam, saltem ex latere Materno, cum dicta centenaria possessio hæc omnia præsumat, & illos eximat ab onere verificandi descendentiam per gradus distinctos, ut in individuo respondit Rot. *cor. Pania dec.* 691. *n.* 7.

Cæterum dato millies, quod res versaretur in terminis Patronorum Extraneorum, adhuc Dominis mature reassumentibus examen articuli in præterita Decisione firmati, iterum magis arrisit opinio, quæ pro consequendis alimentis in casu inopiæ assistit favore Patroni quamvis extranei tanquam magis conformis menti Sacrorum Canonum comprobata auctoritatibus numero, & pondere gravioribus, ac demum solidioribus innixa fundamentis, ac rationibus. Ea censura quidem Sac. Cano-
num, quia licet in *Can. quicunque 16. quæstion.* 7. Jus 77
alimentorum decernatur restrictive quoad solum Fundatorem, & ejus Filios, & in *cap. nobis de Jurep. §. Ultimo*, de solo Fundatore mentio habeatur, tamen cum non minus respectu alimentorum, quam quoad cætera Jura Patronis competentia, prout sunt Ius præsentandi, processionis, ac defensionis Canones prædicti loquantur de sola Persona Fundatoris; ut in *Can. decernimus 16. quæst. 7. & in dicto capit. Nobis de Jurepatr.* inde fit, quod sicuti respectu istorum Jurium, Canones præfati intelligendi sunt demonstrative, & non taxative, adeout juxta Sententiam hodie apud Doctores, & Tribunalia pacificam Juspræsentandi, processionis, ac defensionis indubitanter transeant in extraneos, ita etiam iidem Canones demonstrative accipi debent quo ad alimenta, quorum Jus idcirco ad instar cæterorum transferri debet in quoscunque Successores etiam extraneos, ut in individuo observat Lambertin. *de Jurepatron. libr. 1. part. 2. quæstion. 2. art. 1. numer.* 18. & alii adducti in Decisione, quæ confirmatur, §. 8.

Quemadmodum enim ex benignitate Sacrorum Canonum Persona Fundatoris repræsentatur per quoscunque hæredes tametsi extraneos quoad Jus præsentandi, nec non reverentiæ, & obsequii a Bene-
ficiato illis debiti, ac demum respectu oneris restau- 78
randi Ecclesiam, pari ratione repræsentari debet quoad Jus alimentorum tanquam ex dictorum Canonum indulgentia proveniens ex eodem fonte, ac causa ad regulam, de qua Felin. *in capit. præsentia*, Rot. *cor. Emerix Junior. decis.* 1166. *n.* 4. *& decis.* 1237. *n.* 7.

Auctoritates etiam numero, & pondere graviores assistere iterum DD. visum fuit. Nam licet antiquitus Canonistæ dubitaverint, an Juspatronatus transeat ad hæredes extraneos, tamen firmata regula dictis hæredibus favorabilis, non dubitarunt in quandam consequentiam tradere cæteras quoque utilitates, & onera, & signanter Jus alimentorum in eos-
dem hæredes extraneos transferri, ut videre est apud 79
Ben. Butr. & Ancaran. *in cap. Prælatum de Jurepatr.* Zabarell. & Vitalin. *in Clement. plures eod. tit. allegat. in præterita decis.* §. 6. quam opinionem deinde magis ex professo firmarunt Lambertin. *Mancin.* & alii in eadem Decisione cumulati, asserentes Jus alimentorum veluti annexum Juripatronatus transire in quemlibet hæredem, & Donatarium extraneum, quibus addendi sunt Azor. *institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 9.* Gonzal. *in capit. quicunque num. 5. & 9. de Jurep.* Reginald. *in praxi for. Pænit. tom. 2. lib. 30. tr. 3. cap. 16.* & fuit etiam de mente Card.

Tur-

Turrecrem. in dict. Can. quicunque 16. quæst. 7. qui Ius alimentorum competere censuit nedum Filiis, sed reliquis Successoribus etiam extraneis expressis in *Can. filiis 16. quæst. 7.* & hanc demum Sententiam secuta est Sac. Rot. *decis.* 201. *numer.* 1. *&* 2. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* ubi expresse dicitur probationem descendentiæ ad effectum alimentorum non esse necessariam, nec contradicit *decis.* 691. *coram Penia*, quia hoc firmat tantum in objecto, quod in eo casu declinavit cum facto, ex quo scilicet in illa causa constabat de descendentia, unde præfata Decisio nequit allegari nec pro una, nec pro altera opinione, cum articulum examinare prætermiserit tanquam non necessarium in ejus casu, ut dixit Rot. *in Comen. Cappellania* 31. *Martii* 1702. *§. Frustraque, cor. Eminentiss. D. Cardin. de la Tremaille.*

Tot itaque authoritatibus gravitate, ac pondere
80 præstantibus contraponi posse visi sunt Lotter. Ventrigl. *ac* Gratian. ac nonnulli alii Moderniores illos cæca fide sequentes, quos ideo Iure merito reiiciendos esse censuit Sac. Tribunal in præterita decisione, quia vel magis attendendi erant d. antiqui Canonistæ veluti prima lumina Iuris Pontificii, & solidis principiis Sac. Canonum innixi, vel quatenus etiam per hypotesim res versaretur in conflicto duplicis opinionis pares Asseclas numerantis prævalere apud dominos solidissima rationum momenta, quibus innititur Sententia militans pro hæredibus extraneis, cum opiniones præsertim in Supremis Tribunalibus non numerari, sed ponderari debeant juxta monitum *Text. in leg.* 1. *§. sed neque C. de veter. Iur. enucleando.*

Et quidem solidissimum apparuit fundamentum illud, quod Ius alimentorum sit unus ex fructibus, & quidem præcipuus Iurispatronatus immo fructus talis, qui separari, & abdicari non potest ab ipso
81 Iurepatronatus tanquam illi inseparabiliter annexus, Abb. *in cap. Præterea numer.* 11. *de Jurepatr.* Innoc. *in rubric. de Jurepatr. num.* 3. Ancaran. *in cap. Nobis, num.* 16. *vers. tertio oppones eod. tit.* & fatetur Lotter. *antesignanus contrariæ opinionis lib.* 2. *quæst.* 5. *numer.* 1. Lagonez *de fructib. part.* 1. *capit.* 32. *§.* 3. *numer.* 2. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 10. *tit.* 7. *numer.* 490. Lambertin. *de Jurepatr. part.* 3. *libr.* 2. *quæst.* 3. *artic.* 15. *num.* 1. Ricc. *in prax. part.* 3. *resol.* 284. *numer.* 1. Unde si Ius alimentorum est fructus Iurispatronatus, & rursus si est fructus præcipuus, & quidem talis, qui ab illo separari non potest, consequentia est necessaria, quod fructus iste sequi debeat quencunque Patronum, qui possidet Iuspatronatus, sive descendentem, sive extraneum, alias non esset fructus inseparabilis ab ipso Patronatu, ut animadvertit decisio, quæ revidetur, *§. Num.* 15. *& fin.*

Nec obstat, quod alimenta debeantur potius ratione Fundationis, ut ea motivo gratitudinis, & obligationis antidoralis, juxta quam benefacientibus benefacere debemus, non autem ratione Iurispatronatus, Quoniam fundatio est causa productiva Iurispatronatus, a quo postmodum tanquam fructus derivant cæteri effectus, videlicet Ius præsentandi, habendi alimenta in casu inopiæ, & cætera Iura honorifica concernentia obsequium erga Patronum in salutando, in assurgendo, in obtinendo pacem, & candelam, & similia, ideoque idem est dicere, quod
82 Ius alimentorum competat ratione fundationis, ac ratione Iurispatronatus, quia unum venit in consequentiam alterius, & sicuti ratio fundationis facit Iuspatronatus transitorium ad extraneos; ita etiam facere debet transitorium Ius alimentorum cum non possit transire Iuspatronatus, quin etiam transeat Ius alimentorum, quia juxta communem definitionem Canonistarum, Iuspatronatus nil aliud est, quam Ius honorificum, onerosum, & utile, cujus utilitas in hoc tantum consistit, quod ubi Patronus ad inopiam deveniat, teneatur Ecclesia illum alere, Abb. *in rubr. de Iurepatr. numer.* 3. *ibique* Butr. *num.* 1. *&* Io: Ananias *numer.* 5. Ancaran. *in cap. Nobis num.* 17. *vers.* 3. *oppones*.

Nam de cætero si Jus alimentorum non competeret ratione Jurispatronatus non solum redarguenda foret communis Schola Canonistarum quæ tale Jus censuit esse fructum præcipuum Jurispatronatus, sed etiam falsa dici deberet eorum definitio, quod Patronatus esset Jus utile, quia deficeret tota utilitas restricta ad Jus alimentorum; Et altera definitio, quod Juspatronatus sit potestas præsentandi in- 83
stituendum, tanquam mutila & manca, & restringens hoc Jus ad solum actum præsentandi, quando in multis aliis consistit, communiter reiicitur, ut per Joan. Andr. *in rub. de Jurepatr. num.* 3. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 1. *sub num.* 16. *vers. ego pro vera*, Vivian. *eodem tract. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2.

Ratio vero gratitudinis erga Benefactores manifeste retorquetur, quia militat erga omnes personas, quæ succedunt in Jurepatronatus cum repræsentent personam Fundatoris, ut videmus in ipsamet substantia Jurispatronatus, quæ ex hac ratione benefaciendi his qui benefaciunt, transit etiam in extraneos, eodem igitur modo propter hanc rationem transire debet Ius alimentorum, cum in Jure non repugnet, quod ea quæ ratione antidotalis obligationis debeantur Fundatori, debita quoque sint hæredi illum repræsentanti, ut non recedendo a materia Jurispatronatus habemus in prælatione in paritate 84
vocum ea dispositione Sac. Canonum debita Fundatoris consanguineis, quæ habet locum etiam in consanguineis Patroni extranei tanquam repræsentantis Personam Fundatoris, ut dixit Rot. *in Alatrina Iurispatronatus 7. Decembris* 1705. *§. fin. cor. Me.*

Et sicuti Ecclesia ratione d. benemerentiæ recognoscit in cæteris Juribus, nempe repræsentandi Rectorem ejus Sponsum, nec non obsequio, & reverentia Patronum extraneum; quin immo, quod magis urget illum recognoscit in onerosis, videlicet in obligatione defendendi, ac restaurandi Ecclesiam, reparandi suppellectilem Sacram, supplendi Dotem, & similibus, & propter hæc habetur loco Patris familias, ut ait Cardin. de Luc. *de Jurepatron. disc.* 84. *numer.* 2. *&* 3. ita etiam omnis ratio dictat, quod recognosci debeat quoad utilitatem alimentorum nedum ex naturali principio, quod eum sequi debeant commoda, quem sequuntur incommoda, de quo Lambertin. *de Iurepatron. lib.* 3. *quæst.* 11. *ar-* 85
tic. 2. *numer.* 3. *vers.* 6. Verum etiam quia utilitas alimentorum est correspectiva ad onus defensionis, ac reparationis Ecclesiæ, & alia incommoda. Unde non potest stare penes Patronum extraneum unum ea correspectivis, quin in consequentiam veniat etiam alterum, ut in puncto observat Amostaz. *de caus. piis libr.* 5. *cap.* 6. *numer.* 20. Panimol. *dec.* 15. *annot.* 1. *numer.* 36. *cum aliis in decis. quæst. confirmat. §.* 23.

Absque eo quod vis hujusmodi discursus declinari valeat cum responsione, quod reparatio Ecclesiæ sit debita ex obligatione, alimentorum vero Jus ex mera gratia, quæ non transit ad extraneos; Siquidem responsio hæc nulla auctoritate fulcita, omni- 86
no insubsistens apparuit ea animadversione, quod ex Jure antiquorum Canonum Iuspatronatus cum omnibus ejus honoribus, & oneribus erat concessio mere gratiosa, hodie vero cum per nova Iura redactum fuerit in corpore Iuris, dicitur ex Iustitia, ut optime distinguendo tradit Fagnan. *in cap. quoniam num.* 12. *de Iurepatr.*

Rursus, & secundo retorquetur antedicta ratio in contrarium ponderata, quod benefacientibus benefacere debeamus, quia Beneficiatus qui Beneficium obtinuit ad nominationem Patroni Extranei, totum Jus & commodum, quod habet, recepit ab eodem Patrono extraneo cum præsentante, ideoque si naturale principium dictat, quod Benefactori retribuere debeamus, omnis æquitas exposcit; 87
& omnis Iustitia clamat, quod Beneficiatus, qui reditus superabundantes ejus substentationi erogare tenetur in Beneficium Pauperum illos potius distribuat pro suffragio vitæ Patroni licet extranei, ex cujus providentia totum obtinuit, ut in puncto

hac

hac ratione utuntur Ancharan. *in cap. Nobis sub n. 16.* ibique Jo: Andr. *num. 17. de Jurep. Genuen. pract. Eccl. quæst. 379. num. 2.* Lambertin. *de Jurep. libr. 3. quæst. 3. artic. 2. numer. 3. & artic. 6. numer. 3.* qui omnes dicunt eam solam intercedere differentiam inter Pauperes in genere, & Patronum, quod isti indigenti Beneficiatus abundantius, & pinguius succurrere debet, quam cæteris Pauperibus extraneis, quodque Patrono competat actio, quam non habent cæteri Pauperes, & præter mox adductos docent etiam Abb. *in cap. Nobis n. 6. de Jurepatr.* & latius Lagunez *de fructibus part. 1. capitul. 32. §. 3. numer. 66. & duobus seqq.*

88 Exemplum vero donantis, & donatarii, vel tanquam nimis remotum, & generale non erat applicabile ad materiam specialem Jurispatronatus, quod Sacri Canones cum omnibus suis fructibus voluerunt esse transitorium ad extraneos, & sic etiam cum Jure alimentorum ei annexo, vel potius militabat ad magis corroborandam resolutionem captam favore Actorum, quia illorum Pater controversa Beneficia resignavit favore Dominici, qui illa possedit, ac possidet triginta, & ultra ab hinc annis. Unde omnis gratitudo vult, quod filiis tanti Benefactoris hodie subveniatur ex illismet fructibus Beneficii, quod Pater quodammodo donavit, & elargitus est eidem Dominico, eo modo, quo donatarius tenetur alimenta præstare, nedum donatori, sed etiam illius filiis. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 49. n. 1. & per totam.*

Nec demum urgere visum fuit, quod si Fundator vel renunciasset, vel non reservasset a principio Jurispatronatum, adhuc in egestate ali debeat, quemadmodum etiam alimenta consequitur de perdita dote

89 assignata Ecclesiæ, si ista habeat alios reditus, ex quo inferebatur, quod Jus alimentorum proveniat ab alia causa, quam Jurispatronatus videlicet, ex obligatione naturali, ut benefacienti cum indigenti, benefaciamus. Quandoquidem ultra quod ex superius probatis, ratio ista manifeste retorquetur, & potius probat, quod alimenta debeatur etiam Patronis extraneis, adhuc animadversum fuit, quod ubi Fundator renunciat Juripatronatus, alimentorum Jus competit propter Beneficium libertatis ab Ecclesia receptæ, ut in individuo observat Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 1. §. 4. n. 11.* ubi vero dos Ecclesiæ deperiit, Patronus ideo alimenta consequitur ex aliis bonis ab ipsa Ecclesia acquisitis, ex quo adhuc remanet Patronus; Nam de cætero si alius Patronus Ecclesiam redotet, sicuti primus Patronus Juspatronatus amittit, ita etiam cadit a Jure consequendi alimenta, ut punctualiter distinguendo firmat Lambertin. *de Jurep. lib. 3. q. 3. art. 14. n. 4. & duob. seqq.* Unde patet, quod a primo ad ultimum d. exempla, & ratiocinia, vel non applicantur, vel assistunt pro opinione, cum qua DD. tam ex hactenus enucleatis fundamentis, quam ex aliis rationibus latius expensis in præterita decisione iterum transierunt.

Et ita prætermissis reliquis nimium subtiliter, & extra punctum causæ per Informantes deductis, resolutum fuit. Utraque, &c.

R. P. D. SCOTTO.

Salernitana Alimentorum super Taxatione.

Lunæ 20. Junii 1712.

PLacuit iterum Dominis modus, sive temperamentum captum in Decisione edita coram Me sub die 11. Januarii proxime præteriti, quod scilicet reservatis pro Dominico ducatis tercentum super redditibus certis Beneficiorum, de quibus agitur, residuum fructuum distribuatur inter Patronos pro eorum alimentis cum Jure accrescendi favore ejusdem Beneficiati in casu obitus alicujus ex alimentandis, & ideo responderunt pro persistentia *in decisis.*

Præsupposita enim obligatione Rectoris assignandi hisce Patronis alimenta ex Fructibus Beneficiorum, qui supersunt ejus congruæ substentationi, juxta late firmata in altera mea contemporanea Decisione, justum itaque apparuit temperamentum in ea parte, 90
in qua reservantur eidem Rectori ducati tercentum liberi, & immunes a quibuscunque expensis, & oneribus super fructibus certis dd. Beneficiorum, quia si ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reformat. cap. 13.* congrua pro Parocho reputatur sufficiens in scutis centum, non habet profecto, de quo conqueratur Dominicus, si ex Beneficiis simplicibus, nullum habentibus onus Curæ Animarum illi assignantur ducati tercentum exuberantes pro ejus decenti manutentione, ut observat Decisio, quæ revidetur §. *Ex hujusmodi temperamento*, & eo magis attento Jure accrescendi reservato favore Beneficiati in casu obitus alicujus ex alimentandis.

Non minus justus visus est modus captæ resolutionis in altera parte, in qua fructus residuales Beneficiorum assignantur Patronis pro eorum alimentis; Siquidem in hac materia Doctores communiter tra- 91
dunt, quod ex fructibus Beneficii primo loco deduci debet congrua Rectoris, & de eo, quod superest tradi alimenta Patrono, Abb. *in cap. Nobis n. 6. de Jurep.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 20. q. 3.* Lagunez *de fruct. part. 1. cap. 32. §. 3. n. 74.* Ventrigl. *in praxi part. 2. annot. 1. §. 4. n. 35.* Lambertin. *de Jurapat. lib. 3. q. 3. art. 2. n. 6. & 7.* Hæcque alimenta taxanda sunt arbitrio Judicis consideratis consuetudine Regionis, Cyriac. *controv. 34. n. 13.* Surd. *de alim. tit. 4. q. 19. n. 12.* Rota, *cor. Pania dec. 691. num. 5.* necnon gradu, & qualitate personarum Patronorum, adeout pinguiora debeantur pro personis nobilibus, quam ordinariæ conditionis, Paul. de Cittadin. *de Jurep. part. 6. art. 4. numer. 4. & 7.* Lagunez *de fructib. part. 1. cap. 32. §. 3. n. 87.* ac habita etiam ratione numeri personarum alendarum, cum obligatio alimentandi respiciat totam Familiam Patronorum, & sic Matrem, Sorores, Uxorem, Filios, ac Famulos, Paul. de Cittadin. *dicto art. 4. n. 157.* Lagunez *de fruct. dicto §. 3. n. 87.* Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 18. n. 19. & 20. & quæst. 24. n. 14.* Rot. *cor. Coccino dec. 1997. num. 5.* & demum inspectis redditibus Beneficii, qui si pingues sint, magis quoque condecentem, & statui Patroni nobilis accomodatam assignationem exposcunt Cyriac. *contr. 34. n. 11.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 3. quæst. 3. art. 3. n. 2. & seqq.* Gratian. *discep. 552. n. 12.* Rot. *cor. Pania dec. 691. n. 3.*

Hisce circumstantiis per Dominos præ oculis habitis, censuerunt reditus superextantes detractis per antipartem ducatis 300. pro Dominico Rectore non posse dici assignationem exorbitantem, sed potius valde moderatam pro alimentis Patronorum; Inspecto 92
enim more, & consuetudine Regionis pro manutentione etiam parca, & modesta unius personæ nobilis requiruntur annui ducati 120. ut deponunt Testes formiter examinati dati *in præterito Summario Actorum Nu. 3. litt. M. & X.* in quorum concursu attendi non poterant informes depositiones aliorum Testium ultimo loco exquisitam testantes sufficere longe minorem summam, tum quia retractarunt eorum depositiones; Tum etiam quia fides non facit fidem, ut sunt notæ regulæ, præcipue vero ubi, prout hic alii Testes formiter repenti, contrarium deponunt Rota *cor. san. mem. Alexandro VIII. decis. 58. numer. 37. & seqq. & cor. Celso decis. 136. n. 12.*

Familia autem est valde numerosa usque ad 24. personas, & in nobilitatis gradu constituta, & quatenus etiam per modum hypothesis delendi essent ab hoc numero tres filii naturales, quos tamen omnino computandos esse in his terminis, bene censuit Lambert. *de Jurepat. lib. 3. q. 3. art. 6. n. 14.* adhuc remanent 21. personæ, inter quas quinque Sorores, quarum duæ permanent in Domo Paterna, & aliæ tres in Mona-
sterio, & Domum gravant, nedum in solida menstrua 93
provisione solvenda Monasterio pro alimonia, & pro vestibus, aliisque impensis, quæ sunt considerabiles pro manutentione Educandarum, quas decet incedere pari ornatu cum cæteris Puellis nobilibus in Monasterio existentibus, verum etiam pro illis parare oportet Dotes cum acconcio, aliisque gravibus expen-

fia in die Veftitionis, ac Profeffionis fieri folitis, ac affignare folitum Livellum, ut de fimilibus expenfis, & Livello dixit Rot. *in Romana Fideicommiff. de Maximis fuper primis quatuor fubrogationibus* 18. *Junii* 1708. §. *Quoad primam, & fequ. &* 17. *Decembris* 1708. §. *Precedentes enim, & fequ. cor. Me.*

Et quamvis alter ex fratribus Patronis ingreffus fuerit Oratorium S. Philippi Nerii Neapolis, quatuor vero filii, quibus gravatur alter frater, fint in tenera ætate; Tamen Domini ponderabunt, quod pro Presbyteris Oratorii S. Philippi requiritur folitum Livellum, ex cujus defectu non potuit adhuc dictus
94 Frater procedere ad ulteriora in fufceptione Sacrorum Ordinum, ut de his præftationibus feu Livellis pro Religiofis, Rota *decif.* 671. *num.* 32. *cor. Merlino*; Filii vero alterius fratris quamvis teneræ ætatis, requirunt tamen expenfas confiderabiles pro Nutrice, & ftudiis, quæ crefcente ætate, crefcunt, & in dies augeri poffunt per nativitatem aliorum filiorum, cum agatur de Uxore, & Viro in florida juventute exiftentibus, & fic quotidie redire oporteret ad Sacrum Tribunal pro augendis alimentis iftorum filiorum, prout aucta Familia; & expenfio augenda effe tradunt Gratian. *Difcept.* 613. *n.* 23. Rota, *coram Mantic. dec.* 331. *n.* 5.

Cum ergo in his terminis pro manutentione hujus numerofæ Familiæ, juxta ejus conditionem, & confuetudinem Regionis requiratur fubminiftratio confiderabiliffimæ fummæ, ex computatis etiam reditibus propriis afcendentibus ad ducatos 198. vel paulo
95 plus, ut fieri debere obfervat Rota *decif.* 9. *num.* 8. *in fin. part.* 13. *Recent.* Et a converfo non modica adhuc verfaretur contentio inter partes fuper redditibus Beneficiorum, quos fratres Actores fuftinebant afcendere ad ducatos 1900. Rector vero calculabat in folis ducatis 1300. iftifque pro majori parte incertis, utpote pendentibus ab exitu litis fuper prohibitione ferendi Orizam aliis Territoriis finitimis injuncta; Hinc Domini crediderunt, optimum effe temperamentum ftatuere certam, & invariabilem fummam pro congrua Rectoris, & cæteros fructus affignare pro alimentis Patronorum, quia five dicti fructus afcendant ad fummam prætenfam a Patronis; Sive confiftant in ea tantum, quam allegat Rector, femper erunt inferiores neceffitati, qua premuntur dicti Patroni, qui ulterius hoc modo fubfunt periculo illorum diminutionis, & incertitudini exitus præfatæ litis, a quo e contra liber evadit Rector, qui per anticipatam fuam congruam detrahere debet, & quod
96 reliquum eft, five plus, five minus affignare Patronis, & tollitur etiam occafio novarum litium in cafu diminutionis reddituum, prout inevitabiles effent, fi modo taxaretur certa fumma Patronis in capita confignanda; In hac enim materia affignatio, & taxatio non habet certam regulam; fed remittitur arbitrio prudentia Judicis, ut dixit Rot. *cor. Panja decif.* 661. *n.* 1. *& cor. Corvino dec.* 1997. *n.* 8.

Nec obftat, quod vigore iftius temperamenti Rector de Domino fiat Alimentarius, & fpolietur poffeffione Bonorum, in quorum adminiftratione ex Sacrorum Canonum difpofitione, Patroni nequaquam fe
97 valent immifcere, ut perperam exclamabant Informantes pro Dominico; Hoc fiquidem erat folemne Partis æquivocum, quia mens, & intentio Dominorum nunquam fuit, nec eft cum dicto temperamento fpoliandi Rectorem poffeffione Bonorum, nec illum ab eorumdem Bonorum adminiftratione removendi, fed tantum firmandi congruam certam, quæ debeat remanere libera, & immunis apud ipfum Rectorem, & loco Taxæ in certa quantitate pecuniaria affignandæ pro alimentis Patronorum, ftatuendi refiduum fructuum, qui fuperantur, deductis expenfis neceffariis, ac congrua præfata; Hoc autem modo Rector remanet Poffeffor, ut prius omnium redituum Beneficii, & de ejus manu capiendum eft a Patronis dictum refiduum fructuum, nec proinde dici poteft, quod ipfe efficiatur Alimentarius, cum immo remaneat Dominus, ut prius, & folum diftribuat fructus fuperfluos in fubftentationem Patronorum, quod nedum non repugnat difpofitioni Juris, fed eft illi conforme, cum alimenta Patronis fint affignanda de eo, quod fupereft, deducta congrua Rectoris, nec in Jure præfinitum fit, quod alimenta Patronis fint affignanda potius in pecunia, quam in fructibus, ut in dictioribus terminis, quod poffit Judex affignare Patrono pro ejus alimentis etiam ipfas poffeffiones, reditus, & fpecies Ecclefiæ tradit Lamber. *de Jurepatr. lib.* 3. *quæft.* 3. *art.* 10. *num.* 2. *in fine*, Ciarlin. *controver.* 209. *num.* 5.

Potiffime dum per dictum temperamentum utrique Parti confulitur, & refecatur occafio novarum litium, five fuper certa quantitate redituum Beneficiorum, de quibus agitur, five fuper illorum decremento in futurum contingere valente, ut animadvertit præterita Decifio, §. *Ex hujufmodi temperamento, & feq.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. FALCONERIO

Salernitana Alimentorum.

Veneris 16. *Decembris* 1710.

SEdulo, ac mature in geminis Decifionibus coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore fub diebus 11. Januarii, & 20. Junii proxime præteriti difcuffo, atque firmato articulo, quod alimenta, 98
quæ ab Ecclefia præftari debent Patronis in deteriorem fortunam prolapfis non tam debeantur Fundatoribus, & aliis Patronis de eorum genere, fed ulterius quibufcumque illorum fucceffioribus, etiam extraneis, dummodo ad eos tranfeat Jufpatronatus, & fint vere, ac effective Patroni, necnon Ecclefia habeat reditus fuperextantes congruæ fubftentationi Rectoris; Non acquiefcente Dominico fententiæ in fequelam dd. Decifionum emanatæ, in ulteriori nunc inftantia DD. illam confirmare non ambigerunt.

Non eft fane valde elaborandum ad effectum colligendi omnia onera, omniaque emolumenta debita Patronis in Ecclefia Patronali cum fuerint mirabiliter expreffa in duobus verfibus relatis a *Gloff. in cap. Nobis in fine de Jurepatr.* nempe.

Patrono debetur honor, onus, utilitafque
Præfentet, præfit, defendat, alatur egenus:

quibus unifona eft definitio Jurifpatronatus ab omnibus Canoniftis approbata, quod fit Jus honorificum, onerofum, & utile. Honorificum nanque, ut Patronus honorificentius in Ecclefia recipiatur, & ftudiofe eis a Miniftris Ecclefiæ defervietur, & in proceffione, præ aliis honoretur; Onerofum, ut teneatur
Ecclefiam ab impugnatione defendere, & de fuis rebus follicitudinem gerere, ne fraudetur; Utile, ut fi 99
Patronus ad egeftatem perveniat alatur de bonis Ecclefiæ, ut fere ad verbum explicat Paghan. *in c. Quoniam n.* 31. *de Jurepatr.* & latius Lambert. *de Jurepat. in tribus principalibus, & primordialibus qu. lib.* 3. prædictamque definitionem majorum authoritate roboravit, *fecunda dec. fub die* 20. *Junii proxime præteriti* §. *Nec obftat, cor. R. P. D. Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Ex fupra perpenfis patet quam fit erronea definitio illa reftricta ad folum Jus præfentandi, cum ipfa non explicet quidditatem, naturam five effentiam Juris patronatus per Partes, quoniam Jus præfentandi eft
unus ex fructibus Patronatus comprehenfus fub Jure 100
honorifico, ultra honorem proceffionis, & prælationis, ut bene animadvertit Lambert. *de Jurep. art.* 7. *qu. principali* 1. *libr.* 3. *fub n.* 7. *verf. ex omnibus*, & proinde hoc non eft definire Jufpatronatum per fuam quidditatem, naturam, five effentiam per Partes, fed eft, velle definire in una parte totum, ut ad rem refpondit *dicta dec. fub die* 22. *Junii* §. *Nam de cætero:* Dummodo Jus præfentandi non accipiatur pro ipfo Jurepatronatus, ut quandoque fieri folet, ut bene probat Vivian. *de Jurepatr. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 3. qui in præcedenti *n.* 2. Jus præfentandi definit eodem modo, quo definitur Jufpatronatus, nempe quod fit Jus honorificum, onerofum, & utile, quo circa in ifto cafu non effet definitio, fed ipfa res definienda.

Ca-

Certum quippe est ad Patronum, sive descendentes a fundatore, sive transversales, sive extraneos spectare omnes fructus Jurispatronatus, unde cum Jus alimentorum sit unus ex Principalioribus fructibus Jurispatronatus nulla ratio est assignabilis cur omnes
101 alii fructus indistincte debeantur omnibus Patronis, & tantum iste Juris alimentorum patiatur restrictionem ad illos solos de descendentia Fundatoris, ut egregie arguit, & probat *utraque Decisio*, *cor. Rev. P. D. meo Scotto prima in §. Ulterius*, *secunda in §. Quidem*, *cum seqq.*

At quia pro parte Dominici in hodierna propositione fuerunt tantummodo repetita omnia numero in antea actis propositionibus deducta, plene discussa, simulque confutata in utraque decisione R. P. D. mei Scotti: Idcirco Domini ad easdem decisiones relati-
102 ve se habuerunt, eas in omnibus approbando, & confirmando. Non obstante, quod *can. quicunque* 16. *q.* 7. loqui videatur de solo Fundatore, & filiis, ac quod Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *qu.* 5. *num.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 177. *& cap.* 552. *n.* 31. Ventrigl. *in prax. Eccles. annot.* 1. §. 4. *n.* 18. *cum aliis seqq.* contrarium sentiant, quoniam istorum sententia repugnat Sac. Canonum principiis, adversatur contrariæ aliorum Doctorum numero, & auctoritate majorum, atque se apponit evidentiæ rationis.

103 Repugnat enim principiis Sacrorum Canonum, dum, & si *Can. quicunque* 16. *quæst.* 7. loquatur de fundatore, & filiis, attamen ista verba uti demonstrative posita non excludunt, quin post fundatorem, & filios, idem Jus transeat in alios quoscunque successores in Patronatu juxta sensum Turrecrem. *in eodem Can. quicunque n.* 1. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *qu.* 3. *art.* 1. *n.* 18. Mancin. *discept.* 19. *capit.* 16. *n.* 9. Modernus Romanus *discept. Eccles.* 39. *sub n.* 2. & approbant præcedentes *decis. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *nempe sub die* 11. *Janu.* 1712. §. *Hinc autem*, *& die* 20. *Junii subsequentis* §. *Cæterum*, *& seqq.*

Hujusmodi veritas comprobatur a Canone subsequenti *filiis* 16. *q.* 7. in quo Jus advocationis attribuitur *filiis*, *vel Nepotibus*, *ac honestioribus propinquis ejus*, *qui construxit*, & adhuc *Gloss. in verbo propinquis ait d. Canon. indistincte loqui de qualibet Herede*, ut pariter prius dixerat *Gloss. in Canon. Constitutum*, *in eodem verbo propinquis* 16. *quæst.* 1.

Magisque in aperto ponitur ab Altero mediato *Canon. Decernimus* 16. *qu.* 7. in quo Jus præsentandi assignatur per verba personalissima soli fundatori, & tamen omnibus compertum est dictum Jus transire ad omnes hæredes juxta sancita *in Clemen. plures de Jurepatr. & animadvertit* 1. *decisio in* §. *Hinc autem*, *&* 2. *in* §. *Cæterum*.

Adversatur opinioni communiter receptæ ab omnibus gravioribus Canonistis relatis *in* 1. *decisione*, *cor. R. P. D. meo Scotto in* §. *Nihilominus*, *& seqq. & in secunda decisione* §. *Authoritates*, *& seqq.* quibus addi potest Ægid. Bellamer. *in Canon. fulgen. in Text. vero frigentius* 16. *qu.* 7. *vers. dum potius ibique pariter Archidiac. in eodem vers. stante*, quod concordant in littera ajentes = *dum potius Ecclesiæ Benefactoribus*, *eorumque Heredibus*, *quam aliis imminente paupertate de rebus Ecclesiæ subvenitur* = Lambert. *de Jurepat. art.* 2. *quæst.* 3. *libr.* 3. *n.* 10.

104 Tandem se opponit evidentiæ rationis, ut fuit demonstratum *in* 1. *decis. sub die* 11. *Januarii a* §. *Exordiendo cum seqq. & in secunda sub die* 20. *Jun.* 1712. *cor. R. P. D. meo Scotto a* §. *Et quidem usque ad finem*. Addito, quod, si Ecclesia adeo redditibus abundaret, ut vellet erigi in Collegiatam requireretur consensus Patroni qualiscunque ille sit, sive de sanguine, sive extraneus prospecta ratione proprii præjudicii, ne per dictam erectionem amitteret Jus alimentorum, ut considerat *Gloss. in c. nobis in verbo in Cappella de Jurep.* si ergo Patroni extranei hoc Jus alimentorum non haberent, sequeretur absurdum, quod Ecclesia Patronalis erigi valeret in Collegiatam, absque eorum consensu. Ita pariter ex eadem ratione si Rector Ecclesiæ Patronalis vellet in ea deputare Vicarium perpetuum cum assignatione congruæ ex redditibus Ecclesiæ, nequiret hoc agere invito Patrono, nec ex novo onere depauperata Ecclesia illo amitterent Jus alimentorum, Panorm. *in c. postulasti n.* 5. *vers. aut Eccl. de Jurepatr.* Lambert. *de Jurep. art.* 6. *q.* 5. *lib.* 3. *n.* 11. Prout similiter ad evitandum præjudicium Patronorum in Jure percipiendi alimenta non solet Papa imponere pensiones in beneficio Jurispatronatus, nisi exprimatur illud spectare ad Patronos Laicos, Vivian. *de Jurep. lib.* 13. *c.* 9. *n.* 27. Tondut. *de Pension. cap.* 25. *n.* 3. *&* 4. quorum consensus requiritur, alias eveniente eorum egestate foret removendum gravamen pensionis, ut Patroni promptius eorum consequantur alimenta, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 35. *n.* 90. *&* 91.

Manifestatur veritas prædicti assumpti exemplo Patronatus Ecclesiastici reservati a fundatore alicui Religioni, sive Clericis alicujus Ecclesiæ, quibus in casu inopiæ competit Jus alimentorum, non secus, 105
ac aliis Patronis in Patronatu Laicorum juxta sensum omnium Canonistarum *in c. cum*, *& plantare de Priv. ubi* Innoc. *n.* 1. *&* 2. Hostien. *n.* 8. *vers. quid si Patroni*, Butr. *n.* 19. Zabarell. *in* §. *in Ecclesiis sub n.* 2. Jo: And. *n.* 9. Lambert. *de Jurep. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 1. *art.* 4. *num.* 8. Inde sequitur ut pro consequendis alimentis non requiratur descendentia a fundatore, dum ista nullo modo verificari potest in Religione Ecclesia, sive aliis Patronis Ecclesiasticis, sed tantummodo sufficiat, ut sit vere, & effectiva Patronus ad hoc ut ultra onera valeant etiam percipere fructus, & honores Patronatus, ut bene declarant definitio Jurispatronatus, sive Juris præsentandi, & versus supra transcripti *in* §. *Non est*, qui non loquuntur restrictive ad fundatorem, sive ad ejus descendentes, sed in genere de Patrono, cujus nomen convenit omnibus illis, quibus Juspatronatus transit, ut in Jure Canonico absolutissimum est ex ore Lambertin. *de Jurepatr. artic.* 2. *quæst.* 1. *part.* 1. *lib.* 1. *n.* 6.

Ab his itaque, & aliis fundamentis deductis in præcedentibus *decisionibus*; *cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore* convictus saltem, nisi persuasus Dominicus aperuit Dominis voluntatem suam non amplius insistendi in hoc puncto, ac proinde Domini existimarunt ulteriorem illius discussionem prætermittere, & inutili labori libentius parcere.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. FALCONERIO

Salernitana Alimentorum super Taxatione.

Veneris 16. *Decembris* 1712.

QUo magis remisso omni Juris obice, Stratam Domini invenerunt viam ad confirmationem Sententiæ Rotalis super contemporaneo dubio in negotio personali, eo magis inasperam, & salebrosam propter incursantes inter se facti difficultates, offenderunt in hoc altero dubio super taxatione alimentorum. Quapropter censuerunt confirmandam esse Sententiam Rotalem juxta modum.

Pro comperto fere apud omnes Dominos fuit habitum, quod Patronis ex redditibus Ecclesiæ Patrona-
lis superextantibus congruæ substentationi Rectoris de- 106
beantur alimenta non quidem ob solam necessitatem, & ad suffragium tantum vitæ, sed ut modeste, & condecenter juxta gradum, & conditionem propriarum personarum vivere valeant, approbando in hac parte Conclusionem firmatam in Decisionibus præteritæ Instantiæ super negotio personali 11. *Januarii* 1712. §. *de Jurepatr.* & super taxatione, §. 1. & in altera 20. Junii sequentis §. *Non minus*, *cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*; Ea ratione, quod unusquisque alendus est secundum dignitatem suam, unde fit Patrono nobili pinguiora, & ampliora alimenta, quam ignobili præstanda esse ab Ecclesia, & in specie concludunt Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 18. *num.* 15. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 218. *in fin.* Lagunez *de fruct. part.* 1. *cap.* 32. §. 3. *num.* 86. Lambertin. *de Jurepatron. libr.* 3.

quæst. 3. artic. 3. num. 5. art. 6. num. 18. & artic. 11. num. 1.

Nec obstare visum fuit, quod *Text. in cap. Nobis de Jurepatr.* hæc alimenta Patronis decernat cum illo termino, *modeste*, quasi ad puram vitæ necessitatem respexerit; Etenim juxta communem Sententiam omnium Canonistarum hoc verbum, *modeste*, excludit quidem alimenta sumptuosa, & excessiva, non au-
107 tem illa, quæ sunt necessario & condecenter debita juxta statum, & qualitatem personæ, cum Nobilis pro vivendo indigeat famulis, necnon cibis, & vestibus propriæ conditioni convenientibus, ut originaliter docuit Gloss. *in dict. capit. Nobis in verbo, Modeste*, quam communiter secuti fuerunt omnes Scribentes, & signanter Abb. *ibidem n. 6.* Jo: Andr. *n. 17.* Butr. *numer. 22.* Card. Zabatell. *in §. Pro fundatione, n. 2,* qui etiam asserunt esse Patronis honorifice providendum Barbos. *num. 11.* Felin. *in cap. Cum omnes, n. 32. de Constit.* Lambertin. *de Jurepatr. dicto libr. 3. quæst. 3. artic. 2. num. 1. art. 6. num. 18. & artic. 13. num. 1.* plenissime Lagunez *de fruct. part. 1. capit. 32. §. 3. n. 67. & 87.* Paulus de Cittadinis *de Jurepatr. parte 6. art. 4. nu. 13. vers. sic etiam puto,* Rocch. de Curt. *eodem tract. in verb. Et utile n. 4.* Antonell. *de Regim. Eccles. lib. 3. cap. 6. n. 95.* Gratian. *discept. 552. n. 12.* Lotter. *de Benef. lib. 2. q. 5. n. 32. 39. 40. & 99.* Ventrigl. *in praxi part. 2. annot. prima §. 4. n. 24.* ubi testatur de communi sententia Doctorum Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 54. n. 8. & tit. 4. quæst. 18. n. 15. & seqq.* Bacia *de inop. debitor. capit. 17. num. 70.* & resolutum fuit *in Regien. alimentorum coram Pania decis. 660. n. 11. & 12.* ubi Rota ad hunc præcisum effectum considerat, quod Patroni tunc dicantur pauperes, quotiescunque ex redditibus, & facultatibus, quas habent secundum conditionem suam modeste, & condecenter vivere non possunt, & in *decis. 691. n. 3. & 5.*

Hæc enim est differentia inter alimenta, quæ petuntur per Patronum ab Ecclesia, ab illis, quæ petun-
108 tur per alios pauperes, quia etsi Ecclesia teneatur omnibus pauperibus subvenire, attamen Patronis tenetur providere abundantius, quam aliis, & tanto magis Actoribus, qui quandoque fuerunt divites, & oriuntur ex Nobili Familia de Capocrasso, *Gloss. in Can. Quicunque 16. qu. 7. in verbo Ex inopiam,* Abb. *in dict. cap. Nobis numer. 6.* ubi assignat alteram differentiam, quod Patrono debeantur alimenta Jure actionis, aliis vero pauperibus implorato nobili Judicis officio, & concordant Jo: de Anania *numer. 13.* Jo: Andr. *num. 17.* Zabarell. *ubi supra sub n. 2. vers. Patrono,* Surd. *de alimen. tit. 1. quæst. 54. n. 8.* Lambertin. *lib. 1. part. 1. quæst. 3. art. 8. n. 9. vers. sive in simili. & libr. 3. quæst. 3. artic. 2. num. 2. 3. & 6. & art. 3. n. 5.* Lagunez *de fruct. part. 1. capit. 32. §. 3. num. 67.* & comprobat conclusio, quod alimenta ad puram necessitatem tunc solum præstentur, quando decernantur miserationis causa, uti Eleemosina, & non uti alimenta, secus ubi competunt Jure actionis, aut Juris naturalis intuitu, & in recompensationem Beneficii recepti, ut in individuo Lagunez *de fruct. dict. §. 3. num. 67.* Surd. *de aliment. titul. 4. quæst. 18. num. 56.* Salgad. *in Labyr. part. 1. capit. 24. numer. 13. & 20.*

Unus idcirco ex Dominis hac rationum momenta serio perpendens stetit in sensu pro confirmatione simpliciter Rotalis Sententiæ, sed tandem nec alienum se præbuit convenire cum aliis Dominis in aliquo augmento summæ assignatæ Rectori, non quia
109 sibi blandiebatur modum in sententia præfinitum impositurum esse optatum finem novis jurgiis, atque Patrium litibus, quibus heu nimis! alimenta dietim præstabunt ad invicem collati Beneficii memoria, ingratique animi vitium, sed quia nec Hercules omnia renascentia Hydræ capita unico ictu amputavit, nec datum est nostræ Jurisprudentiæ omnia contingibilia ex tempore prævidere, & providere. E contra vero aliorum mentem Dominorum contorserunt tot, tantæque difficultates, dubietatesque a præscripto modo obortæ, nempe assignandi ducatos 300. Rectori, & in capita distribuendi reliquos fructus Patronis cum Jure accrescendi favore Rectoris in casu obitus alicujus ex Alimentariis; Quoniam dicta resolutio non videbatur congruere qualitati, & naturæ Judicii, in quo agitur de taxandis alimentis a Patronis petitis, & ordine inverso fuit taxata congrua Rectoris in ducatis 300. cæterique fructus Beneficii fuerunt assignati Alimentariis, quod tantummodo fieri solet in longe diverso casu, in quo Rector agat pro sua congrua contra Pensionarios.

Nec ulterior deficit amaritudo in scrutando præ- 110
dictum modum non extinguere, sed novas gignere dissentiones cum sub fine cujuslibet anni in casu diminutionis, vel augmenti redituum recentes suscitarentur controversiæ super certa quantitate fructuum, qui deducta congrua assignata Rectori pro Alimentariis superfuissent.

Prout pariter majores advertebant Domini progerminare posse altercationes in casu Juris accrescendi per obitum alicujus ex Alimentariis ob incertam portionem quolibet anno unicuique tangentem: Præsertim quia adhuc non fuit in claris positum, quantivere reddat Beneficium; Nam pro parte Rectoris asserebatur illius fructus ascendere ad ducatos 1300. & 111
pro parte Patronorum augebantur reditus usque ad ducatos 1900. Et insuper sub involucro incertitudinis pariter velabantur reditus Bonorum patrimonialium ipsorum Patronorum, dum ex Testium depositionibus constabat, eos, deductis oneribus, ascendere ad ducatos 138. Rector autem omnibus oneribus, & debitis deductis promptum, & paratum se offerebat illa recipere ad locationem perpetuam, & tradere cedulam bancariam pro annuis ducatis 380.

Non sane minores Scopulos Domini transfretarunt ad præscribendum numerum personarum alendarum; Quippe quia tametsi nulla fuisset inter partes discrepantia, omnes ascendere ad numerum vigintiquatuor personarum, tamen inter istos numerabantur quatuor Famuli, duæ Fœminæ innuptæ, & infirmæ Domi degentes, tres aliæ in educationem retentæ in 112
Monasterio, quatuor filii Josephi infantes, & pupilli, Dominicus, qui condecenter prætendebatur per Dominicum ali in Congregatione Oratorii Neapolis, Isabella Mater, & Francisca Uxor Josephi, quibus non controvertebantur alimenta, sed credebat idem Dominicus earum dotes esse conferendas: Tres filii naturales, quorum unus asserebatur adscriptus Militiæ Principis Exteri.

Quibus non obstantibus convenerunt nihilominus Domini, posthabitis quatuor Famulis, dum quotiescunque assignantur alimenta Dominis tanquam No- 113
bilibus, iis tenentur solvere salarium eorum Famulis, atqui statuerunt numerum alendorum ad viginti personas, inter quas comprehenderunt naturales, vel quia si directe non valerent petere alimenta, saltem faciunt numerum ad ea taxanda ex speciali doctrina Lambert. *de Jurepatr. lib. 3. quæst. 3. artic. 6. nu. 14.* vel quia possunt esse Patroni, stante quod agitur de Patronatu reservato pro illis de Familia, agnatione, & Domo, inter quos comprehenduntur etiam naturales, R. P. D. meus Ansaldus *in annot. ad decis. 100. n. 72. & 73.* Rota *in Mediolanen. Archipresbyteratus 7. Januar. 1710. §. Non adversante, cum seqq. cor. Mo.*

Ex opposito considerato, quod in Civitate Salerni ducati 40. sufficiunt pro Patrimonio Sacro Clericorum, & vivente Patre adeo numerosa Familia congrua recepit alimenta cum sola annua pensione duca- 114
torum 240. quam ille sibi reservaverat in resignatione hujus Beneficii facta ad favorem Dominici; Domini modum explicando ita dixerunt = *Convenimus, quod dentur a Titulari ducati 550. ex fructibus Beneficii, dummodo ex bonis Patrimonialibus habeant illi de Capocrassis duc. 380. pro qua quantitate Titularis offerebat Cedulam bancariam* = Et quatenus ad tantam quantitatem non ascendant, Domini sunt parati augere usque ad eandem quantitatem ex cæteris fructibus Beneficii. Quo vero ad casum obitus Patronorum Domini ad resecandas ulteriores discussiones, dixerunt, quod in casu cujuslibet morientis, accrescant Beneficiato annui ducati quadraginta; & e converso in caso nativitatis aliorum Patronorum accrescant Pa-

tronis

tronis alii ducati similes quadraginta subministrandi per Beneficiatum.

Et ita utraque, &c.

Signatura Justitiæ die 6. Aprilis 1713. in hac Causa rescripsit sine præjudicio trium Conformium, & amplius.

Pampilonen. Beneficii de Tafalla.

ARGUMENTUM.

Qualitates Beneficii appositæ ab Ordinario extra limen Fundationis ex statuto confirmato etiam in Indulto Apostolico, afficiunt Provisos ab Ordinario: non autem Provisos Apostolicos.

SUMMARIUM.

1 *In gratiosis prior in tempore est potior in Jure.*

2 *Beneficia existentia extra Ecclesias Cathedrales, aut Collegiatas, an requirant de Jure Ordinem Sacrum?*

3 *Statutum conditum ab Inferiore non afficit Papam; vide, n. 4. Amplia, ut n. 5.*

6 *Indultum Pontificium confirmatorium alicujus statuti, an attendatur per Papam.*

7 *Qualitates supervenientes ex Indultis Apostolicis extra limen Fundationis, non sunt de natura Beneficii, & n. 8.*

9 *Lex Fundationis solum dicitur, quando Beneficium de non esse deducitur ad esse.*

10 *Qui dividit Beneficium antea fundatum, non dicitur de novo fundare Beneficium.*

11 *Conditiones apposita in divisione unius Beneficii in duo, non sunt fundamentales.*

12 *Dictio Quoties quomodo accipiatur?*

13 *In sermone generali non comprehenditur Persona loquentis.*

14 *Statutum cum decreto irritante circa provisiones Beneficiorum, an liget solum inferiores statuentes?*

15 *Observantia in claris locum non habet, multo magis si sit equivoca.*

16 *Ad effectum probandi quod Provisiones facta fuerint de Presbyteris ad formam statuti; quid est attendendum? vide ibi, & n. 17.*

18 *Quid requiratur ad Observantiam longævam?*

19 *Onus probandi observantiam pertinet ad eum, qui se fundat in ea.*

20 *Dispositio restricta ad unum casum an extendatur ad alium?*

21 *Quando qualitas non comprehendit Provisos Apostolicos, non intrat necessitas exprimendi illam Papa.*

22 *Afferuntur Decisiones S. Rotæ super hoc.*

23 *An Provisio Apostolica sit subreptitia, quando non exprimitur qualitas apposita extra limen fundationis.*

ALLEGATIO XLV.

VAcante Beneficio *Portione* nuncupato existen. in Parochiali Ecclesia Villæ de Tafalla Pampilonen. Diœcesis, Clericus Joseph Crocetta ejusdem Villæ oriundus obtinuit sibi de illo provideri in Dataria Apostolica, mediante solita supplicatione signata, & datata.

Cum autem in actu expeditionis litterarum, sese opposuerint Sacerdotes Antonius Oloris, & Benedictus Bon, & sub prætextu, quod obstaret Indultum fan. mem. Alexandri VI. juxta quod prædictum Beneficium debetur solum Presbyteris, ideoque laceratæ supplicatione Crocettæ, tanquam simplicis Clerici, relaxanda foret supplicatio unius, vel alterius ex adversariis; placuit Eminentiss. D. Cardinali Prodatario, quoad prætensum obstaculum memorati Indulti exquirere Votum Sac. Congregationis Concilii; in qua propterea disputatum fuit dubium, scilicet = *An supplicatio Josephi sit relaxanda, non obstante Indulto Alexandri VI.* = quod affirmative omnino resolvendum esse dicebam.

Pro relaxatione enim supplicationis Crocettæ assistit regula Juris quæsiti, dum ea fuit signata, & datata, antequam oppositores comparuissent; & eorum supplicationem porrexissent; ideoque istorum oppositio facta re amplius non integra, & post Jus quæsitum Crocettæ, mediante signatura, & data, retardare non debet relaxationem gratiæ jam perfectæ; 1
cum in gratiosis Prior in tempore sit potior in Jure. Gloss. *in cap. duobus de Rescript. in 6. in verb. concurrant.* Felin. *in c. Capitulum n. 5. de Rescript.* Bellamer. *decis. 570. n. 1.* Borell. *in summa dec. tit. 20. de Benef. in 67.* Rot. *in Regien. Jurispat. 16. Janu. 1708. §. inchoando, coram Reverendiss. D. Molines Decano, & in puncto* Rot. *decis. 678. n. 16. & 17. p. 19. tom. 2. Rec.*

Et quamvis ante expeditionem Literarum recedatur ab hac regula, quando alius compareat, qui se ostendat unice qualificatum, & vocatum; attamen in casu isto non adest aliqua lex fundationis, quæ ostendat Beneficin annexum esse Ordinem Presbyteralem; itaut illud solis Sacerdotibus conferendum veniat; se 2
clusa autem Lege fundationis, beneficia præsertim existentia extra Ecclesias Cathedrales, seu Collegiatas de Jure non requirunt Ordinem Sacrum, sed simplicibus Clericis conferri valent *Text. in c. super inordinata, ubi* Gloss. *in verbo pueri de preb.* Barbos. *de Potest. Episc. alleg. 60. n. 72.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. n. 93.* Lezzana *in summ. q. Regul. in verb. ætas n. 9. vers. 2.* Ventrigl. *in prax. p. 2. annot. 6. §. 1. n. 11. & 13.* Gratian. *discept. 591. n. 12.* Card. de Luc. *de benef. disc. 17. n. 17. & disc. 95. n. 18.*

Neque adversatur Indultum san. mem. Alexandri VI. in quo cavetur, Beneficium, de quo agitur esse conferendum Presbyteris, etenim advertendum est; quod hujusmodi Indultum nihil aliud est, quam simplex confirmatio statuti facti ab Episcopo Pampilonensi ad instantiam Rectoris, & Beneficiatorum Ecclesiæ Parochialis, & quo casu tanquam statutum conditum 3
ab inferiore extra limen fundationis, non afficit Papam, seu ejus provisos Apostolicos; quidquid secus esset ubi ageretur de statuto edito in limine fundationis ut distinguendo probat Rot. *decis. 375. n. 15. & 16. part. 4. tit. 1. & dec. 665. n. 14. & seqq. part. 18. t. 2. rec. & in Cæsaraugustana beneficiorum 14. Junii 1670. §. nec placuit, cor. clar. me. Card. Vicecomite, impressa in dec. 345. n. 12. & seqq. part. 16. rec. & in Leodien. seu Aquisgr. Canonicatus super bono Jure 7. Martii 1701. §. firmata, cor. R. P. D. Scotto; & 20. Januar. 1702. §. verum, cor. R. P. D. Priolo, & 22. Januar. 1703. §. Validitas, & §. verum, & §. fin. cor. Reverendiss. Decano, & in Leodien. Canonicatus 1. Julii 1707. §. fin. cor. R. P. D. Scotto.*

Et ratio est, quia omnia Inferiorum statuta, quæ 4
tangunt articulum provisionis Beneficiorum semper intelligi debent de illis provisionibus, quæ ab ipsis Inferioribus, Auctoritate Ordinaria fiunt, non autem de illis, quæ fiunt per Summum Pontificem, cujus Auctoritas semper censetur excepta, seu non comprehensa in statuto inferiorum, quorum potestas apta non est ligare manus eorum Superioris, seu Papæ; ut bene advertit Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 38. n. 11.* ibi = *Quod summa ratione constat, etenim omnia inferiorum statuta tangentia articulum Provisionis, debent intelligi de provisionibus, quæ per ipsos inferiores fiunt, non autem de his, quæ fiunt per Papam, cujus Auctoritas semper censetur excepta* = Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 9. §. 1. n. 52.* Amayden. *de stylo Datar. lib. 1. c. 15. §. 8. n. 4. & seqq.* Rot. *dec. 375. n. 1. p. 4. tit. 1. rec. & in dict. Leodien. seu Aquisgr. Canonicatus 7. Martii 1701. §. firmata cor. R. P. D. Scotto.*

Quod indistincte procedit etiam si statutum infe- 5
riorum fuerit Auctoritate Apostolica confirmatum, immo quod magis est etiamsi fuisset factum ab ipsomet summo Pontifice ea ratione, quod Papa in suis indultis censetur solum voluisse ligare inferiores, non autem voluisse ligare se ipsum, & legem imponere suis

Provisionibus Apostolicis, ut bene advertit Rot. *cor. Cerro decis. 73. numer.* 11. *& in Recen. decis.* 193. *n.* 2. *& 8. part. 6. et decis.* 127. *n.* 15. *part. 9. et in dicta Cæsaraugustana beneficiorum* 14. *Junii* 1670. *§. et ex eadem, cor. clar. mem. R. P. D. Vicecomite impressa in dec.* 343. *sub n.* 16. *et seqq. part.* 16. *rec. et in dict. Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus* 7. *Martii* 1701. *§. fin. cor. R. P. D. Scotto, et* 20. *Januar.* 1702. *§. verum, cor. R. P. D. Priolo.*

6 Quæ ratio probat Indultum Alexandri VI. nullatenus applicari; & obstare ad casum Provisionis Apostolicæ; si enim non comprehendit Papam, nec loquitur de Provisionibus Apostolicis, frustra allegatur contra Crocettam ad impediendam ejus gratiam; obstaculum nanque indulti consideratur in suis terminis, & in casu, de quo loquitur; si ergo loquitur, & intelligi debet de Provisionibus Ordinariis, utique non obstat Provisionibus Apostolicis, & non solum obstare, non debet, sed immo illud attendere in casu isto esset perniciosum exemplum ligandi manus Papæ per statuta inferiorum, & supremam ejus Auctoritatem diminuere sine ulla ratione, & causa, ut probant Auctoritates adductæ per Lotter. *dict. lib.* 2. *quæst.* 38. *n.* 11. Rot. *cor. Cerro dec.* 73. *n.* 11. *et in dict. Aquisgranen. Canonicatus* 20. *Januarii* 1702. *§. Verum, et* 11. *cor. R. P. D. Priolo.*

Minusque dici potest, quod indultum sit favorabile adjiciendo qualitatem Presbyteralem, quia licet favorabile, & in augmentum Cultus Divini, semper tamen verum est; quod loquitur de provisionibus ordinariis, non autem Apostolicis, neque proinde iste favor extendi debet de uno casu ad alium; immo Summus Pontifex neque ex congruitate Indultum servare debet contra se ipsum, cum sit incongruum, quod ipse observet qualitates, & conditiones, quæ non
7 sunt de natura Beneficii, quales reputantur omnes illæ, quæ superveniunt ex Indultis Apostolicis, & extra limen fundationis. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 9. *§.* 1. *n.* 52. Rot. *dec.* 665. *n.* 12. *et seqq. part.* 18. *tom.* 2. *rec. et in dicta dec.* 127. *n.* 14. *et* 15. *part.* 3. *et in dicta dec.* 183. *n.* 2. *et seqq. part.* 6.

Hoc ipsum tenet Rot. *in allegata Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus* 22. *Januarii* 1703. *§. fin. cor. Reverendiss. D. Molines Decano*, ibi = *Cum incongruum sit, quod Pontifex observet qualitates, quæ non sunt de natura Beneficii, quales reputantur duntaxat illæ, quæ ad alliciendos Fundatores apponuntur in solo limine fundationis Beneficiorum, non autem quæ superveniunt extrinseco etiam ex Indultis Apostolicis* = Et in
8 puncto, quod qualitas Presbyteralis quoad provisionem Beneficiorum non attendatur a Proviso Apostolico, nisi fuerit adjecta in limine fundationis, dixit Rot. *in Leodien. Canonicatus* 1. *Junii* 1707. *§. fin. cor. R. P. D. Scotto.*

Minusque applicatur regula, quod in adjudicatione Beneficii, Sacerdos præfertur Clerico, quia non sumus in hac quæstione, an nempe Beneficium sit adjudicandum Sacerdoti, vel Clerico in judicio prælationis, seu gratificationis, in quibus terminis loquitur Rot. *in Calagurritana dimidii Beneficii de Lanziego,* 23. *Aprilis* 1706. *cor. Illustriss. D. Gubernatore Urbis.*

Sed nostrum dubium est; an gratia facta per Summum Pontificem simplici Clerico sit relaxanda, non autem infringenda propter Indultum Alexandrinum, ubi solum examinari debet, an hoc Indultum habeat locum in Provisionibus Apostolicis, & an liget manus Summi Pontificis in suis mensibus, itaut possit conferre simplici Clerico non obstante eodem Indulto, prout posse conferre, & Indultum non obstare, clare probat Rot. *dicta dec.* 645. *n.* 14. *p.* 18. *tom.* 2. *Recent. & in dicta Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus, ubi supra §. fin.*

Quibus omnibus de Jure clarissimis duæ non obstant exceptiones, quæ in contrarium adducebantur coram Eminentiss. Prodatario; non quidem prima, quod adjectio qualitatis Presbyteralis dicatur facta in limine fundationis, seu erectionis, ex quo in Indulto Alexandrino asseritur, quod Statutum Ordinarii Pampilonen. ordinasset numerum portionariorum 24. reduci ad numerum 16. excepta quadam portione de Mensa, de qua fieri deberent duæ mediæ portiones conferendæ duobus Presbyteris.

Etenim Statutum Ordinarii Pampilonen. confirmatum ex Indulto Alexandrino, primo loco disponit, ut de Beneficio, *Portione* nuncupato provideretur Presbyter de Oppido oriundus; & hoc esse videtur Beneficium controversum *Portio* nuncupatum, non autem una ex duabus mediis portionibus de Mensa, quas statutum vocat medias portiones ibi = *De Portione de mensa hujusmodi existenti fierent duæ mediæ Portiones* =

Sed quatenus controversum Beneficium esset una ex his mediis portionibus, attamen exinde non sequeretur, quod qualitas Ordinis Sacri illis adjecta diceretur in limine fundationis; quodque Statutum esset fundamentale, quando ibi nihil aliud statuitur, nisi quod de una portione de mensa fierent duæ portiones; quod sane non vocatur Lex Fundationis, quæ 9
solum dicitur, quando Beneficium de non esse deducitur ad esse, & primam sortitur erectionem de bonis ab aliquo fundatore assignatis, ut ponderat Rot. *in dict. Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus, ubi supra §. fin. cor. Reverend. Decano, & in altera dec.* 7. *Martii* 1701. *§. non obstantibus, cor. R. P. D. Scotto.*

Quidquid enim ordinavit Statutum nihil aliud fuit, 10
nisi divisio unius Beneficii longe antea fundati in duas partes, seu portiones, cui erroneum est applicare terminos legis fundationis, ut probat *Text. in c. Majoribus de præben.* ubi hanc vocat sectionem, & divisionem Præbendæ, ibique *Gloss. in verb. Divisionem*, dicens = *Ex justa causa potest una Præbenda dividi in duas cum vacat, si facultates sufficiant, &c. ut unus unam medietatem habeat, & alter alteram;* = & concordat alter *Text. in capit. vacante de Præben.* ubi quod dicta divisio supponit præcedentem fundationem, & reditus sufficientes, in eadem Fundatione antiqua assignatos; & bene exponit Gloss. *ibid. in verb. Integrare, & in verb. constituta, & in figuratione Casus in fin. vers. nota quod una præbenda*, Barbos. *n.* 3. Garz. *de benef. p.* 12. *c.* 4. *n.* 2. *&* 3. Rot. *apud ipsum transcripta in Calagurritana Beneficii de Ariola n.* 5. *vers. & inter alia requiritur.* Et in terminis quod ista non dicatur lex fundationis respondit Rot. *in Tirasonen. Prioratus* 19. *Novemb.* 1691. *§. Quoniam in præsenti, cor. Reverend. D. Molines Decano impressa apud Me Discept. Ecclesiast.* 25. *sub n.* 31.

Unde si statutum de quo agitur non continet le- 11
gem Fundationis, sed legem divisionis unius beneficii in duo, utique conditiones ibi appositæ non sunt fundamentales, dum non fuit assignata aliqua dos beneficio diviso; sed hoc remansit cum suis bonis in primæva fundatione assignatis; & sic tale statutum extra limen fundationis conditum circa qualitatem Sacerdotalem, non censetur dedisse legem, nisi provisionibus Ordinariis, & ab ipso statuente faciendis, non autem faciendis per Papam in mensibus reservatis, etiamsi agatur de qualitate favorabili, & in servitium Ecclesiæ, & cultus Divini, juxta punctuales Authoritates Rot. *dec.* 183. *n.* 2. *&* 6. *& dec.* 343. *n.* 6. *&*
seqq. part. 17. *& dec.* 665. *n.* 11. *& seqq. part.* 17. 12

Quo stante in vanum prætenditur statutum in illis verbis = *Et quoties aliqua dictarum portionum vacare contigerit* = comprehendere Provisiones etiam Apostolicas; quia cum statutum Ordinarii ex defectu potestatis nequeat imponere legem Summo Pontifici, generalitas verbi *quoties* semper restringitur ad provisiones Ordinarias; immo quod verba hæc = *Toties, quoties beneficium vacare contigerit* = non comprehendant vacationem beneficii in mensibus reservatis firmavit Rot. *in Barchinonen. Beneficii* 5. *Decemb.* 1685. *§. minus, & in altera Barchinonen. Beneficii* 16. *Jan.* 1585. *§. corruit; &* 12. *Jun. ejusdem anni §. Parum referentibus cor. cla. me. Card. Matthæjo, & in Tirasonen. Prioratus* 19. *Nov.* 1691. *§. Etenim cor. Rever. Molines Decano, & in Arrutina Ben.* 19. *Jun.* 1705. *§. absque eo quod, & §. minus relevat, cor. R. P. D. Scotto, & apud me discept. Eccl.* 25. *n.* 26. *vers. hinc patet p.* 1.

Prout alia verba generalia deducta ex Decreto irritanti confirmationis Apostolicæ, &c. = *Si secus super hoc a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari,*

nura-

nunquam comprehendunt Summum Pontificem loquentem, tum ex regula, quod in generali sermone
13 non comprehenditur persona loquentis; tum etiam quia persona Papæ non includitur sub vero *quoquam* generalissimo, sed requiritur mentio specialis, juxta firmata per Rot. *cor. Duran. dec.* 406. *n.* 7. Adden. ad Pamphil. *dec.* 189. *n.* 37. Rot. *in dicta Tirasonen. Prioratus* 19. *Novembris* 1691. §. *in nihilo, versic. cum Papa, cor. Reverendiss. Molines Decano.*

Multoque magis, quia in hoc casu Decretum irritans est simplex clausula accessoria, quæ non ampliat dispositionem Statuti extra limites, & casus, de quibus loquitur; Si ergo statutum factum ab inferioribus non loquitur, nec intelligi potest, nisi quoad ipsos inferiores statuentes, quando scilicet vacatio succedit in mensibus Ordinariis, juxta punctuales doctri-
14 nas superius relatas in §. *Et ratio est*, *n.* 4. Utique Decretum irritans ligat solum ipsos inferiores statuentes, seu Ordinarium, qui stante Confirmatione Apostolica cum Decreto irritanti ligatur suo statuto, nec illud amplius inconsulto Papa revocare valet, ut in terminis terminantibus respondet Rot. *cor. Cerro dec.* 93. *numer.* 12. *& seqq.* & generaliter *Text. in cap. dilecto* 25. *de preben.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 14. *sub n.* 30. Barbos. *de Canon. cap.* 3. *sub n.* 3. Bonaccin. *oper. moral. tom.* 2. *tit. de legibus disput.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 1. *n.* 16. *versic. hoc tamen limitat* Rot. *in Pisana distributionis* 14. *Decembris* 1699. §. *Et quidem*, *coram R. P. D. Lancetta*, *& in Melevitana Decretorum* 21. *Martii* 1707. §. *Circa*, *cor. R. P. D. Ansaldo.*

Cum igitur sit negotium clarum, quod Statutum Ordinarii confirmatum ab Alexandro VI. ad supplicationem partis intelligatur quoad provisiones ab ipso Ordinario faciendas in suis mensibus; quodque Confirmatio Papæ cum toto Decreto irritanti, nihil aliud præseferat, quam ligare manus Ordinarii pro tempore existentis, seu omnium successorum ipsius Ordinarii statuentis, ut constat ex supradictis. Vanum inde convincitur refugium prætensæ observantiæ, quæ
15 in claris locum non habet; & tamen neque etiam ubi locum haberet, esset in casu isto probata concludenter, prout requiritur cum observantia æquivoca sit ponenda ad partes. Rot. *decis.* 282. *num.* 10. *part.* 17. *& dec.* 268. *n.* 25. *part.* 12. *& dec.* 290. *n.* 21. *part.* 18. *& dec.* 464. *sub n.* 5. *cor. Curats. & dec.* 1021. *n.* 1. *cor. Emerix jun.*

Tota observantia desumitur ex quibusdam modernis provisionibus de anno 1695. 1703. & 1706. datis per Fidem Custodis Registri literarum Apostolicarum nihil concludentibus, ex quo hujusmodi modernæ provisiones, nihil aliud continent, quam collationem beneficiorum pro Titio, & Sempronio enunciative tantum *Presbyteris* nominatis, quod nihil concludit ad rem nostram; ubi ad effectum probandi,
16 quod provisiones factæ fuerint de Presbyteris ad formam Statuti confirmati ab Alexandro VI. opus esset probare, vel quod in concursu Clericorum beneficia collata fuerint Presbyteris, vel saltem, quod in literis Apostolicis dicatur = *Tibi N. N. qualificato ad formam Indulti Alexandri VI.* = juxta praxim Datariæ Apostolicæ, ut probat super hoc *Regula* 57. *Cancell.* Rosa *de Executione litt. Apost. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 125. Corrad. *in prax. benef. num.* 65. Ubi quod nulla adest necessitas exprimendi qualitates nisi eas, quæ sunt appositæ in limine fundationis, secus quæ superveniunt postea ex Indultis Apostolicis.

17 Et in terminis claris, quod provisiones factæ Sacerdotibus non probent necessitatem conferendi Sacerdotibus, neque concludant observantiam beneficii Sacerdotalis, nisi probetur hoc successisse in concurrentia Clericorum, firmat Mantica *dec.* 129. *n.* 3. *in fin. versic. nec ad rem pertinet*, *& cor. Merlin. dec.* 826. *num.* 23. *& in Leodien. Præpositura* 3. *Martii* 1684. §. *Attento*, *cor. bon. mem. Albergato*, *& in Dertusen. Beneficii* 16. *Februarii* 1705. §. *Non denique*, *coram Illustriss. Gubern. Urbis.*

18 Neque hinc allegari potest observantia longæva, dum non fuerunt exhibitæ nisi modernæ provisiones infra spatium decem annorum, quando tamen probandum esset beneficium fuisse collatum, saltem per quadragenariam Sacerdotibus per Sedem Apostolicam una cum qualitate coactiva, scilicet quod Clerici fuerint rejecti in concursu Sacerdotum, ut in his terminis dixit Rot. *in Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus* 22. *Janu.* 1703. §. *Proindeque*, *cor. Reverend. D. Molines Decano*. Nec dici potest adesse alias provisiones factas Sacerdotibus, quia Oppositores exhibendo tantum nonnullas modernas complectentes miserabile spatium decem annorum faciunt conjecturam, quod omnes aliæ provisiones temporis anterioris sint in contrarium, nimirum factæ simplicibus Clericis, alias non omisisset exhibere anteriores, sicut fecit de ultimis, ut dixit Rot. *in Cracovien. Canonicatus* 11. *Maii* 1705. §. *Quoad autem*, *cum seq. cor. Rev. P. D. Omanna*, *& in Monaster. Vicaria* 18. *Martii* 1707. §. *Inutiliter*, *& in altera dec. super remissoria* §. *Eadenque*, *cor. eodem*. Et de cætero spectat ad Opposito-
tes ostendere ulteriores provisiones, quia nihil magis 19
vulgatum in foro, quam quod onus probandi observantiam pertineat ad illum, qui se fundat in ea, & qui habet contra se præsumptionem, seu assistentiam Juris; *Text. in l. generaliter* §. *Si petitum*, *in fin. ff. de Fideic. libert.* Menoch. *de præsump. lib.* 1. *præsump.* 32. *n.* 5. Rot. *dec.* 207. *n.* 7. *part.* 10. *& dec.* 99. *n.* 12. *part.* 17. *& dec.* 3an. *n.* 27. *part.* 16. *recent.*

Pariter non obstat altera Exceptio, quod nempe esto etiam Summum Pontificem non ligari qualitatibus appositis post, seu extra legem Fundationis; attamen saltem exprimenda fuisset Papæ qualitas etiam non adjecta per legem Fundationis, quando, ut in præsenti, illa respicit servitium Ecclesiæ, seu cultum Divinum, qua præcognita saltem Papa difficilius gratiam concessisset non qualificato.

Tollitur enim objectum ex solida responsione, quod ubi statutum factum ab inferiore tangit tantum provisiones ab ipso Ordinario faciendas in suis mensibus, non autem Provisiones Apostolicas; In istis terminis statutum dicitur non applicari, scilicet non
comprehendere casum diversum, idest provisiones 20
Apostolicas, quia dispositio restricta ad unum casum
non extenditur ad alium; Si igitur qualitas Presbyte- 21
ralis non comprehendat Provisos Apostolicos, non intrat necessitas exprimendi Papæ eas qualitates non requisitas in caso Provisionum Apostolicarum, non obstante quod agatur de qualitate favorabili pro majori Servitio Ecclesiæ, & Cultu Divino, ut in terminis punctualibus ita resolvunt infrascriptæ decisiones.

Et quidem ita decisum fuit *in Cracovien. Beneficii* 22
impress. in dec. 665. *n.* 11. *cum pluribus seqq. part.* 18. *tom.* 2. *rec.* ubi agebatur de beneficio conferendo Theologo, vel Philosopho, quæ est qualitas magis concludens ad servitium, & cultum Divinum, & tamen dictum fuit, ibi = *Non obstat subreptio adversus gratiam Samuelis objecta ex eo, quod Pontifici non narraverit, quod beneficium erat conferendum Theologo, vel Philosopho, &c. quia cum hæc conditio apposita non fuerit in limine fundationis ipsius Jurispatronatus quamvis postea, etc. apponi potuerit, cum non sit contra Jus, sed juxta Juris dispositionem, et in Augmentum, & honorem virtutis, & Divini Cultus, &c. non ideo tamen, hæc qualitas necessario Pontifici exprimenda erat, quia incongruum videtur, quod Summus Pontifex observet qualitates, & conditiones, quæ non sunt de natura beneficii, quales reputantur illæ, quæ apponuntur in solo limine Fundationis, non autem, quæ superveniunt etiam ex Indultis Apostolicis.* =

Pariter ita resolvit eadem Rot. *in decis.* 183. *p.* 5. *recent. & dec.* 183. *num.* 2. *&* 6. *part.* 6. Et demum omissis aliis magistraliter docet Rot. *in Cæsaraugustana Beneficiorum cor. clar. mem. Card. Vicecomite impress. in decis.* 343. *n.* 6. *in fin. cum seqq. part.* 15. *rec.* ubi ad unguem apponebatur hæc exceptio circa non expressionem qualitatis Sacerdotalis ad formam Indulti Julii II. Et tamen S. Rota ibi respondit, quod objectum procedit ubi agitur de qualitatibus adjectis per legem Fundationis, non autem quæ ex indultis Apostolicis deducebantur, ut legere est *dict. decis.* 343. *sub n.* 17. *versic. et ex eadem part.* 16. *rec.*

Ex quibus patet prætensam subreptionem non 23
intrare etiamsi agatur de qualitate favorabili, & ad

Caleum Divinum, ex relato principio, quod hujusmodi qualitates tanquam non adjectæ, nec procedentes quoad provisiones Apostolicas, non possunt eas reddere subreptitias si expressæ non fuerint, cum nunquam necessarium sit exprimere in uno casu, quidquid factum fuit pro alio diverso, ut firmat Rot. *in Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus* 22. *Januarii* 1703. §. *Prout etiam, coram Rev. P. D. Molines Decano*, Et ita in hac Causa fuit resolutum per Sacram Congregationem Concilii decernendo relaxandam esse supplicationem Josephi Crocettæ.

Melevitana Beneficii.

ARGUMENTUM.

Donatio Jurispatronatus facta pro Filia, ejusque hæredibus, & successoribus in perpetuum, est hæreditaria, & ad liberam dispositionem Donatariæ, non autem restricta ad hæredes sanguinis; Plura de ineffectuatione Donationis, & aliis ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *An ultimus Status acquisitus ex Persona Antecessoris suffragatur etiam Successori?*

2 *Causa donandi restricta ad unam Personam, absque expressione ejus Filiorum, ostendit ejus Filios non fuisse contemplatos, & numero* 5.

3 *Natura Donationis est, ut sit transitoria etiam ad heredes extraneos.*

4 *In Universalitate Donationis, an nomine Jurium, veniat Juspatronatus?*

6 *Donatio, non dicitur facta pro Filiis, si post Matrem, de eis non fuit habita mentio.*

7 *Quo casu expressio Filiorum semel facta in donatione, intelligatur de Filiis, non uti Filiis, sed uti heredibus? Vide ibi 3. & numero* 8.

9 *An, & quando verba, Heredes & Successores, intelligantur de Heredibus, & Successoribus sanguinis?*

10 *Argumentum discretivæ locutionis attenditur.*

11 *Juspatronatus an veniat sub Fideicommisso particulari, restricto ad certa bona?*

12 *Donatio Jurispatronatus est hereditaria, si præsentatio fuerit facta titulo hereditario.*

13 *Heres contravenire non potest facto proprii Auctoris. Et n. 17.*

14 *In donatione requiritur acceptatio Donatarii.*

15 *An donatio facta Filiis censeatur facta omnibus pro virili?*

16 *Fideicommissum in illis, qui sine prole decesserunt, sit hereditarium; Sed limita, ut ibi.*

18 *Attenditur ultimus Status, quoties Petitorium non est clarum, sed turbidum.*

ALLEGATIO XLVI.

Sententia de partibus est confirmanda, juste enim concessa fuit institutio D. Bonamico tanquam præsentato per Mariam Xeberras unicam Patronam, quæ habet pro se legitimum titulum, necnon ultimum statum, Vivian. *de jurepatr. libr.* 12. *capit.* 7. *n.* 2. Rot. *in Valentina Beneficii* 16. *Januarii* 1704. §. *quamvis, coram R. P. D. Lancetta, et in Verulana Abbatia* 23. *Aprilis* 1706. §. *Sed ulterius, coram Eminentiss. Caprara.*

Etenim constat in facto quod controversum Juspatronatus devenit ad Antonium Bonello nomine hæreditatis majorum suorum, & ab ipso in Mariettinam ejus filiam, deinde in Margheritam Legatariam Mariettinæ ipsius Matris, quæ præsentavit de anno 1665. Jacobum Murmurum ad Beneficium, de quo agitur hodie vacatum per mortem ejusdem Jacobi, cumque Maria sit Filia, & heres Theresiæ, cui Margherita reliquit Juspatronatus, per consequens dicitur habere pro se legitimum titulum, & ultimum statum, qui acquisitus ex persona Antecessoris 1
suffragatur etiam Successori ad effectum obtinendi institutionem, juxta firmata *in Mediolanen. Prioratus* 14. *Februarii* 1701. §. *quoniam, coram R. P. D. Scotto, et* 5. *Junii* 1702. §. *nec dicatur, coram Rev. P. D. Priolo, et in Lucana Beneficii* 21. *Martii* 1703. §. *quoniam, coram Rev. P. D. Muto, et in Florentina Canonicatus* 8. *Maii* 1705. §. *fuit enim, cor. R. P. D. Lancetta.*

Non obstat, quod Juspatronatus non potuerit remanere liberum, & hæreditarium in Mariettina stante donatione omnium Bonorum, & Jurium facta per Antonium Bonello ejus Patrem ipsi Mariettinæ ejusque Filiis, quo casu Juspatronatus in universalitate donationis comprehensum non potuerit per istam relinqui in totum Margheritæ uni ex quinque Filiis in præjudicium aliorum ex propria persona vocatorum in donatione; quorum favore, sicut pro æquali portione transire debebant bona donata, ita etiam eorum jura, seu Juspatronatus, cumque ista sit exceptio clara in petitorio, absorbet quamcumque possessionem, & ultimum statum ex deductis apud Me *Disceпт. Eccles.* 28. *numer.* 2. *et seqq.*

Ego enim examinatis diligenter verbis donationis, necnon Facti circumstantiis potius ad veritatem, quam ad defensam hujus Partis, ni fallor, absolute censeo nedum in possessorio, sed etiam in petitorio pertinentiam universi Jurispatronatus esse claram favore Mariæ Xeberras, quæ præsentavit D. Bonamicum, idque desumo ex pluribus solidissimis fundamentis.

Primum est, quod hujusmodi donatio non legatur facta in favorem Filiorum Mariettinæ, sed solum pro ipsa Mariettina jam nata annorum quinque, & pro aliis Filiis Antonii donantis imposterum nascituris, in proœmio enim dicit Donator hæc verba = *Attendens pariter, et semper considerans ad ingentem amorem filialem, quem semper gessit, et gerit erga spectabilem D. Mariam ejus dilectam Filiam ætatis nunc annorum circa quinque, ejusque Filios utriusque sexus natam, et nascituros ex ipso D. Antonio, et spectabili Domina Imperia ejus legitima Uxore;* = quæ verba significant, quod Donator movebatur tantum ex amore erga ipsius tantum filios, nempe Mariettinam jam natam, & alios nascituros ex ipso Donante, & Imperia ejus Uxore,
non autem ex ipsa Mariettina, & consequenter cau- 2
sa donandi restricta ad solam Mariettinam absque ulla expressione ejus Filiorum apertissime ostendit ejus Filios non fuisse contemplatos, ut probant Decius *consil.* 216. *num.* 4. *versic. quia donatio facta Colino*, Menoch. *consil.* 286. *numer.* 16. Rocc. *disputat. jur. capit.* 106. *numer.* 2. *versic. quoad primam, et numer.* 3. Rot. *coram Buratto decis.* 861. *num.* 1. *et* 3. *in fine, et num.* 4. *et coram Otthobono dec.* 99. *num.* 23. *et decis.* 133. *num.* 6. *et in recent. decis.* 428. *num.* 19. *part.* 12.

In dispositiva autem continuat idem tenor, dum Donator sub clausula constituti se constituit possidere omnia bona, & jura donata ibi = *Nomine, et pro parte ipsius D. Donatariæ, cæterorumque ipsius D. Antonii filiorum utriusque sexus ex supradicto Matrimonio procreandorum, et nascendorum, me Notario pro eis, eorumque heredibus, et successoribus in perpetuum stipulante, et recipiente.* = Ecce paritet clarum, quod non fuit considerata nisi Maria Donataria, & Filii nascituri ex Donante facta stipulatione pro eorum hæredibus, & successoribus in perpetuum, & proinde ista stipulatio intelligitur pro hæredibus, non autem pro filiis, qui
nominati non fuerunt juxta naturam donationis, 3
quæ transitoria est ad hæredes quoscunque etiam extraneos, ut bene Rota *decis.* 264. *numer.* 2. *part.* 13. *recent. et coram Otthobon. dicta decis.* 99. *num.* 9.

Rocc.

Rocc. *disput. jur. dict. cap.*106. *n.*3. *& seqq.* Alciat. *cons.*30. *n.*3. *&* 6. *lib.*3. Rota *dec.* 302. *n.* 25. post Tort. *de pact. futur. success.*

Insuper in eodem Instrumento Donator dedit licentiam intrandi possessionem bonorum eidem *D. Mariæ, cæterisque ejusdem Antonii Filiis, & Liberis procreandis, & nascendis*. Unde etiam in hac parte nullam mentionem faciendo de Filiis Mariettæ, solum ad illam respexit, & ad Filios ipsius Donantis, non autem Donatariæ, itant donatio censeatur libera, & hæreditaria Menoch. *cons.*40. *n.*26. Molin. *de ritu nuptiar. lib.*3. *q.*14. *num.* 18. Barbos. *claus.*112. *n.*2. *&* 4.

Eodem modo continuavit inferius dicendo, ibi = *Ad habendum per d. D. Donatariam, ejusque hæredes, & Successores* = quæ clausula manifeste demonstrat donationem esse mere, ac simpliciter hæreditariam, nec alias personas fuisse contemplatas, nisi illas, quas placuisset Donatariæ hæredes facere Rocca *dict. cap.*106. *n.* 57. *& seqq.* Rot. *decis.* 793. *n.*8. *p.*18. *dec.*311. *n.*3. *p.*19. *tom.*1. *& dec.*457. *n.*8. *p.*19. *tom.*2. *rec.*

Rursus in parte illa substantiali, quæ respicit do- 4 nationem Jurium, quorum appellatione venit Juspatronatus in universalitate donationis, Seraphin. *decis.* 725. *num.* 3. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.*4. *n.* 16. idem Donator melius se declaravit cedendo jura universa solum favore Mariæ, ejusque hæredum ibi = *Omnia jura, &c. quæ ipse Donator tam proprie, quam hæreditario nomine fuorum, &c. concessit, & concedit d. D. Mariæ Donatariæ, ejusque hæredibus, & successoribus, ac Filiis, & Filiabus ex d. Matrimonio nascituris, eorumque hæredibus, & Successoribus* = hæc pars substantialis esse non potest evidentior ad significandum, quod soli Filii Donatoris fuerunt contemplati, nempe Maria, quæ sola vocata est *Donataria*, necnon alii filii Donantis nascituri ex ipso, & Imperia uxore, & in ipsis bona reddita sunt hæreditaria, stante clausula = *ejusque hæredibus, & successoribus* = ita & taliter, quod nulla ex parte donatio respiciat Filios, seu sit facta Mariettæ, cum onere restituendi ejus Filiis, quoties verba sunt restricta ad ipsam solam Mariam, solam Donatariam, & solam prædilectam, & contemplatam una cum aliis Fratribus, & Sororibus suis, & respective Filiis ex ipso Donante nascituris, ut in puncto, Othobon. *dicta decis.* 99. *num.* 9. *& decis.*133. *num.*17. Rocca *dicto cap.*106. *n.* 58. *vers. ex qua receptione, & cap.* 107. *n.* 44. Rot. *dec.* 529. *n.*26. *p.* 14. *rec.*

Usque ad tedium consonant omnes aliæ partes subalternæ donationis, ubi semper Mariam appellavit 5 unicam Donatariam simul cum aliis fratribus nascituris ibi = *constituens dictus Donator, &c. dictam D. Donatariam cum cæteris ejus fratribus, & sororibus forte procreandis, & nascendis procuratricem in rem propriam, &c.* & inferius ibi = *constituens d. D. Donator. d. D. Donatariam una cum dd. ejus filiis forte nascituris* = & ulterius ibi = *in favorem, & utilitatem tam d. D. Donatariæ, quam aliorum filiorum ut supra forte nasciturorum, &c.* = & cursus ibi = *Ususfructus perceptus, &c. acquisitus intelligatur dictæ D. Mariæ Donatariæ, & cæteris ejus Fratribus, & Sororibus forte nascituris* = Si igitur semper Maria sola fuit contemplata pro Donataria simul cum ejus Fratribus, & Sororibus nascituris, evidens est, quod filii Mariæ dici non possint vocati, & considerati pro Donatariis in secundo gradu, ut inquit *Decius dicto cons.*216. *sub num.*4. ibi = *Quia donatio facta Colino a Patre fuit facta simpliciter ipsi Colino, & non Liberis ejus, & per consequens filia dicti Colini videlicet Claudia, & Catherina in tali donatione nullum jus habent, nec habebant.* =

Et denique, quia Donator gravando Donatarios onere celebrandi annuum Festum solemne in die S. Francisci in Conventu Civitatis Meltiæ, dixit ibi = *Mandavit, quod dicta D. Maria si sola Donataria remanserit, vel si Fratres, & Sorores habuerit, teneatur, sitque obligata, eorumque hæredes, & successores in infinitum quot annis in die S. Francisci de mense Octobris celebrari facere Festum solemne in Conventu notabilis Civitatis Meltiæ.* = In quo duo sunt notanda, unum quod Maria fuit considerata pro Donataria sola, si non habuisset Fratres, & Sorores, ergo ipsa sola, ejusque Fratres, & Sorores fue- 6 runt Donatarii, & alterum gravati fuerunt, *eorum hæredes, & successores in infinitum*; ergo donatio non potest dici facta pro Filiis, si post Matrem de eis non fuit habita mentio, sed solum de hæredibus, ut ait Rota *d. dec.*264. *n.*2. *par.*13. *rec.* Othobon. *d. dec.*99. *n.*9. *& dec.* 133. *n.* 6. *& seqq.*

His omnibus pro meo judicio clare præseferentibus donationem mere hæreditariam in Mariettina dum nulla legitur facta vocatio ejus Filiorum, non obstat, quod in prima parte donationis dictum fuerit = *concessit, & concedit Mariæ ejus unicæ Filiæ, ejusque Filiis, & Successoribus una cum Filiis utriusque sexus nascituris ex dicto Matrimonio inter ipsum D. Donatorem, & dictam D. Imperiam, &c. omnia, & singula ejus bona mobilia, & stabilia, &c. præsentia, & futura, &c.* = in qua tantum parte negari non po- 7 test, quod semel Donator expresserit filios Mariæ, quoniam intrat efficacissima responsio, quod cum in proœmio Donator solum amorem expresserit erga Mariam, & Filios, ex ipso Donatore nascituros, & per totam donationem semper contemplaverit Mariam pro Donataria, nec unquam expresserit ejus Filios, *sed tantum ejus hæredes, & Successores*, ut per decem repetitiones superius probatum est illa expressio Filiorum semel facta in priori parte Donationis intelligitur facta de Filiis, non uti Filiis, sed uti hæredibus Matris, ne una, eademque donatio contineat contradictionem, easdemque personas modo exprimat, uti Filios, & modo uti hæredes, ut in puncto Rocc. *d. cap.* 106. *num.* 38. *& cap.*107. *num.* 59. *et* 60. Rot. *dict. decision.*529. *num.*13. *et* 14. *part.*14. *recent.*

Quod ex duobus redditur evidens; primo ex regula, quod in dubio donatio facta censetur Filiis non uti 8 Filiis, sed uti hæredibus quando agitur de nascituris, & Donatori non cognitis, ut in individuo Hodiern. ad Surd. *decis.* 322. *n.* 11. Rocc. *d. cap.* 105. *n.*34. *et cap.*107. *n.* 51. Menoch. *dict. cons.* 286. *num.* 15. *et* 16. præsertim quando Donator in proœmio expressit affectionem duntaxat erga Matrem, nulla facta mentione Filiorum, quia tunc concessio censetur facta contemplatione solius Matris, ut prosequitur Menoch. *d. cons.*286. *n.*15. *et* 16. Rot. *d. dec.*264. *n.*2. *p.*13. *rec.*

Et secundo, quia etiam in ea parte, ubi donatio facit mentionem de Filiis Mariæ, isti non leguntur vocati simpliciter nomine filiorum, in quo tantum casu solet apud Doctores tractari illa quæstio, an Donatio facta filiis intelligatur uti filiis, vel uti hæredibus, sed dictum fuit = *ejusque filiis, et successoribus* = unde aut illa dictio *Et* stat explicative pro *idest Successoribus*, & filii censentur vocati tanquam hæredes, & non tanquam filii, ut optime Rocca *d. cap.*106. *num.*70. Rot. *decis.*13. *part.*10. *et dec.*457. *num.* 1. *et fere per totam part.* 95. *tom.* 2. *recentior. et coram Benincasa dec.*95. *n.* 15. aut vero stat ampliative, & censentur vocati arbitrio Donatariæ omnes, & quicunque ejus hæredes, etiam extranei ubi agitur de materia transitoria ad illos optime Mantic. *de tacit. lib.*14. *tit.*19. *n.*24. Card. de Luc. *de Jurepat. disc.*25. *sub n.*6. Rota *dec.* 223. *n.* 4. *et seqq. par.*19. *recent.*

Neque hic applicari puto illam regulam, quod verba *Hæredes, et Successores* intelligi possunt de hæredibus, & successoribus sanguinis, quippe, tunc 9 est locus hujusmodi impropriationi verborum, quando ex aliis verbis donationis clare constat fuisse vocatos, & contemplatos ipsos filios independenter ab eorum Patre, vel Matre, secus quando, ut in præsenti contemplata fuit sola Mater in proœmio, & in omnibus aliis partibus totius dispositionis, in quibus per decem vices fuit dictum, quod donabatur ipsi Mariæ, *ejusque hæredibus, et successoribus*, in his enim terminis, sicuti per decem vices semper fuerunt no-

minati

minati *heredes, et fucceffores*, fine ulla mentione filiorum, ita expreffio Filiorum femel facta, & copulata cum illo verbo = *Succefforibus* = nunqoam poteft intelligi de hæredibus fanguinis, feu filiis uti filiis, fed tantum oti hæredibus, & quatenus fint hæredes Matris, immo quod veniant etiam hæredes extranei, dixit Rot. *decif.95. num.15. et 17. coram Benincafa, et dec.264. num.6. part.13. recent. Surd.*
10 *dec.332. num.56.* ibique Hodiern. *n.10. verfic. cum id videatur procedere*; & concordant Mantic. *de tacit. dict. lib.14. tit.19. num.24.* Rota *dec.529. numer.26. part.14. et decif.451. num.8. par.19. tom.2. recent.*

Minufque obftat, quod donatio in alia parte, ubi loquitur de bonis ftabilibus fibi facta pro Maria, nec non filiis Nepotibus, Pronepotibus, & defcendentibus in infinitum, quoniam donatio habet duas partes inter fe diftinctas, & ad invicem non confundendas.

Prima eft, ubi generaliter donantur omnia bona, & jura *fub clanfulis, refervationibus, vinculis, fucceffionibus inferius declarandis*, & hæc pars eft illa, quæ conftituit donationem univerfalem fub qua fpecialiter donantur, & continentur omnia jura, & fic etiam includitur Jufpatronatus, & hæc pars eft illa, quæ importat donationem mere hæreditariam, aut mixtam, ut hactenus probatum eft.

Alia eft, obi donator fuper bonis ftabilibus fupra donatis conftituit Fideicommiffum particulare, feu perpetuam illorum vinculationem in fequelam prædictorum verborum = *fub clanfulis, refervationibus, vinculis, &c.* & in ifta ad differentiam alterius partis appofuit vinculum, & Fideicommiffum favore *Nepotum, Pronepotum, & pofterorum per rectam lineam defcendentium ufque in infinitum cum pacto, quod non poffent ullo unquam tempore vendi, alienari, aut quovis titulo in alium transferri.*

Ex qua diftinctione, & difcretiva utriufque Partis nafcitur mihi fortiffimum argumentum, quod nempe ficut donator, qui erat Advocatus, ubi voluit, expreffit Fideicommiffum favore *Filiorum, Nepotum, Pofterorum, & defcendentium Mariæ in perpetuum*, ita ubi non expreffit, fed tantum dixit donare *Mariæ, ejufque heredibus, & fuccefforibus* clarum eft, quod noluit Fideicommiffum conftituere, fed exceptis ftabilibus omnia alia bona, & jura relinquere in libera difpofitione ipfius Mariæ, & tranfitoria ad ejus Filios, quatenus eos Mater relinquere voluiffet hæredes juxta argumentum difcretivæ, de quo Rota *dec. 262. num.13. part.17. & decif.393. n.11. & 62. part.18. & decif.122. num.8. & decif.451. n.23. part.19. tom.1. rec. & in terminis*, Priol. *dec.203. n.5. & 6.*

Concurrente etiam ratione diverfitatis in utraque parte, nam circa ftabilia militabat ratio confervandi bona in agnatione, quæ non erat æque confiderabilis quoad mobilia, & Jura tanquam minoris momenti, ac etiam quia Maria Filia debebat habere fuam legitimam liberam, & per confequens doctus Donator exceptis ftabilibus bene in reliquis expreffit donationem hæreditariam.

Minus objici poteft Jufpatronatus effe regulandum ad formam Fideicommiffi particularis impofiti fuper ftabilibus, quia Jufpatronatus non venit fub Fidei-
11 commiffo particulari reftricto ad certa bona, fed folum fub generalitate, & univerfitate aliorum bonorum, & Jurium. Vivian. *de Jurepatr. lib.4. cap.5. & 6. & cap.1. num.4. & feqq. & cap.2. n.9. & in Afculana fubhaftationis hæreditatis 6. Junii 1704. §. etenim cum feqq. coram bon. mem. Muto*, idenque illud regulare debemus ad formam donationis univerfalis, independenter ab ipfo Fideicommiffo particulari, ut in puncto Rot. *dec.537. per totam fignanter n.8. p.19. tom.2. rec.*

Ea obfervantia etiam fubfecuta intellectus ifte remanfit indubitatus, dum Filii Mariettinæ, ejufque ulteriores defcendentes hanc donationem acceperunt, & declararunt uti hæreditariam Mariæ, ut conftat ex actu præfentationis ubi Maria præfentavit tanquam Filia, & hæres Mariæ ejus Matris, ac uti hæres Clariæ Amitæ tanquam Filiarum, & Hæredum Mariettinæ Filiæ, & Donatariæ, & fic etiam Balthaffar, & Carolus præfentarunt titulo hæreditario Philippi, & Cletiæ uti Filiorum, & fucceffforum Mariettinæ 12
Filiæ, & Donatariæ fi igitur fuit facta præfentatio titulo hæreditario Mariettinæ Donatariæ, evidens eft, quod donatio fuerit hæreditaria, illiufque Filii fuerint vocati tanquam hæredes, & non tanquam Filii, ut in puncto Rocc. *difput. Jur. dict. cap.107. num.44. et 45.*

Ex hoc primo fundamento ceffat contrarium objectum, fi enim donatio eft mere hæreditaria, itaut comprehendantur filii non uti filii, fed uti hæredes, prout Mariettina libere difponere de Jurepatronatus etiam in extraneos, eo magis potuit difponere inter Filios, & fic comprehenfos relinquendo totum Jufpatronatus foli Margheritæ uni ex Filiis, nec poffunt alii hanc difpofitionem impugnare tanquam vocati cum qualitate hæreditaria Matris, quæ operatur, ut
ratam habere tenetur difpofitionem Matris, nec ejus 13
facto contravenire valeant, ut in terminis donationis ubi vocati funt Filii non uti Filii, fed uti hęredes, probant Menoch. *conf.286. num.20. et feqq.* Rocc. *difput. Jur. cap.107. num.7. et num.65. verf. cæterum, et num.69.* Card. de Luca *de donat. difc.28. n.6.* & quod Pater poffit inter comprehenfos unum gratificare prælegando rem donatam, five cujus recepit inveftituram pro fe, ejufque Filiis, & hęredibus; nec alii vocati poffint impugnare illius factum, feu Judicium propter hęreditariam qualitatem firmat Mantic. *de tacit. lib.21. tit.17. num.33. & prius, lib.14. tit.19. num.26.* & in terminis Jurifpatronatus mixti, Ruin. *conf.108. n.11. lib.5.* Vivian. *de Jurepatronat. lib.14. cap.2. n.28. & feqq.* Peregrin. *conf.34. fub n.23. in fine lib.1.* Palmam Nepot. *allegat.159. fub n.22. verf. unde quæritur, & alleg.165. num.3.*

Secundum fundamentum eft, quod ubi etiam donatio per maliffimam hypothefim contra verba, & contra obfervantiam dicenda foret facta Filiis uti Filiis Jure proprio vocatis, adhuc attendenda non effet tanquam ineffectuata, & non acceptata per omnes Donatarios, ut in puncto Rota *in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 5. Decembris 1687. §. Tum magis, cor. bon. mem. Urfino.*

Etenim Marietta prima donataria hanc donationem non acceptavit, fed titulo hęreditario poffedit pręvia aditione hęreditatis cum beneficio legis, & Inventarii, & libere difpofuit de Jurepatronatus in Margheritam, quæ pręfentavit uti hęres Matris, & reliquit illud Clerię, & Therefię, quę pariter pręfentarunt titulo hęreditatia Mariettinę, cum ergo tres Filię donationem non acceptaverint quoad ipfas, & earum portiones non poteft allegari Fideicommiffum donationis, fi quod effet, ut in fpecie dixit Rota *dec.97. n.9. verf. & hodie, & num.10.* apud Tott. *de pact. futur. fucceff.* Rota *in d. Lunen. Sarzanen. 5. Decembris 1687. §. et quidem ex allibus, coram bon. mem. Urfino, et in Majoricen. beneficii 16. Maii 1704. §. Evenit cum feqq. coram bon. mem. Muto.*

In donatione enim tanquam contractu requiri- 14
tur acceptatio Donatarii ad differentiam ultimę voluntatis, etiamfi Notarius ftipulatus fuerit pro abfentibus, & nafcituris Tott. *de pact. futur. fucceff. libr.2. cap.13. num.46.* & Rot. poft ipfum *dec.202. n.11. et 12.* quoties autem non probatus adeffe acceptationem, immo probatur adeffe non acceptationem factam per tres Filias, de quibus fupra utique quoad ipfas non poteft obftare lex donationis, cum ipfę in fui prejudicium potuerint renunciare, & non acceptare, Tott. *de pact. futur. fucceff. libr.3. cap.2. numer.108.*

Et fatis eft ad noftrum intentum, quod tres Filię, & fic major pars non acceptaverint, fed renunciaverint donationem, ad hoc ut Jufpatronatus pro tribus partibus remanferit hęreditarium independenter a donatione, non curato, an alii duo filii acceptaverint nec ne eandem donationem, verum etiam ex parte iftorum fcilicet Philippi, & Marię, probatur ineffe-

ctuatio,

ctuatio, & non acceptatio, dum asserti Patroni, qui oppositorem præsentarunt, allegarunt Martiam, & alios fuisse filios, & hæredes Mariettinæ, & tamen si donatio fuisset facta filiis independenter, & Jure proprio, tam præsentantes, quam Martia, & Philippus, vel Catherina, & Marie ejus filii se non vocassent hæredes Mariettinæ, nec venissent titulo ejus hæreditario, sed ex persona propria, & tanquam Successores Antonii Donatatii, ut bene advertit Rota *dict. dec.97. num.9. & 10.* apud Torr. *de pact. futur. success. & in dict. Lunen. Sarzanen. ubi supra*.

Eo magis quia Philippus Catherina, & Maria ejus filii, necnon Martia passi sunt præsentationes ad omnia beneficia de Jurepatronatus semper fieri per Margheritam titulo hæreditario Matris, & post Margheritam fieri per Cleriam, & Theresiam de annis 1658. 1665. 1667. 1676. & 1681. absque eo quod ipsi unquam reclamaverint, aut allegaverint ad ipsos quoque spectare Jus præsentandi virtute donationis; Immo nec etiam hodie facta fuit præsentatio Jure proprio, & in vim donationis, sed titulo hæreditario Mariettinæ, ita & taliter; quod ineffectuatio donationis a primo Donatario ad ultimum videatur clara, ut notat Rota *in dict. Lunen. Sarzanen. Beneficiorum ubi supra, §. Ex præsentationibus, coram Ursino*.

Tertium fundamentum est, quod ubi etiam donatio probaretur facta filiis uti Filiis, & simul acceptata, attamen expirata remansit quoad Margharitam, & Cleriam defunctas absque Filiis, quarum duæ voces effectæ hæreditariæ translatæ fuer in Theresiam Auctrices hujus partis, dum Margharita reliquit Juspatronatus pro medietate Cleriæ, & pro medietate Theresiæ, & post obitum Cleriæ totum reliquit eidem Theresiæ, quæ dispositio fuit effectuata, & acceptata per Cleriam, & Theresiam. Unde diviso Jurepatronatus in quinque Filios Donatarios Mariettinæ tanquam Jure proprio vocatos, & expirato Fideicommisso donationis, quoad duas voces Margheritæ, & Cleriæ, eisque translatis ad Theresiam, semper Juspatronatus pro majori parte pertinet ad stipi-
15 tem Theresiæ, donatio enim facta filiis censetur facta omnibus pro virili *l. si hæredes 127. ff. de legat. 2. cum aliis* per Rot. *in Mediolanen. Jurispatronat. cor. Pauluccio impress.* apud Me *Disceptat. Ecclesiast. 38. num.9*.

16 Et Fideicommissum in illis, qui sine prole decesserunt, fit hæreditarium, & transitorium ad placitum illorum, nisi probetur reciproca linealis, Peregrin. *de Fideicommiss. art.13. num.89.* Merlin. *dec. 798. n.23. & 25. & in recent. dec.68. n.1. par.15. & decis.235. num.24. part.16.* Loquor hic de Fideicommisso bonorum continente etiam Juspatronatus, nam alias si donatio esset de solo Jurepatronatus, & inciperet ab uno, non posset pro parte remanere gentilitium, & pro parte hæreditarium, ut scripsi *Disceptat. Eccles.26. n.17. & Disceptat.39. n.3.* Rot. *in Firmana Jurispatronatus* 21. *Aprilis* 1704. *§ final. coram bon. mem. Muto, & in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. *§. Nec refert, coram R.P.D. Kaunitz*.

Quartum denique fundamentum in eo consistit, quod Præsentantes Oppositorem non possunt juvari donatione, & venire ex Jure proprio, quoties allegarunt qualitatem hæreditariam Mariettinæ, & Cleriæ, quarum prima disposuit de Jurepatronatus in Margheritam; secunda autem acceptavit dispositionem Margheritæ, quæ reliquit totum Juspatronatus Theresiæ,
17 quando enim Jure proprio vocatus est heres illorum, qui fecerunt alienationem, non potest eorum facto contravenire, & se tueri Juribus propriis, ut per vulgat. *Text. in l. cum a Matre, Cod. de rei vendicat.* millies dixit Rota tum in materia Jurispatronatus signanter in *Lunen. Sarzanen. Beneficiorum* 4. *Maii* 1685. *§. final. coram bon. mem. Rondinino, & in Mediolanen. Præpositura* 3. *Martii* 1704. *§. Corroborantur, coram R.P.D. Ansaldo, & in Majoricen. Beneficii* 11. *Maji* 1705. *§. Haud relevante, cor. bon. mem. Muto, & in Florentina Canonicatus* 8. *Maji* 1705. *§. Et per consequens, coram R.P.D. Lancetta, & 2. Julii 1706. §. Firmata, coram Rev. P. D. Priolo*.

Tum etiam in materia Fideicommissaria præsertim *in decis.89. num.8. & 10. part.8. recent. & coram Emerix Jun. decis.138. num.13. & dec.277. num. 1. & 2. & in Perusina Reintegrationis 20.Junii 1707. §. Constabilita, coram bon. mem. Pio, & in Romana Fideicommissi 12. Junii 1702. §. Non obstat circa medium, cor. R.P. Kaunitz, & in Romana Locorum Montium 30. Januar. 1703. §. Quia ad suadendum in fine, cor. R.P.D. Lancetta*.

Ex his quatuor fundamentis mihi videtur donationem non obstare etiam in petitorio, eo minus autem reflectendo ad Judicium possessorium, in quo sumus super Institutione præsentati, ubi stari debet, & judicari ad formam ultimi status, maxime, ut hic fir- 18
mati per Centenariam, quotiam petitorium non est, ita clarum, quod absorbet possessorium, sed potius turbidum, & intricatum; tunc enim ab ultimo statu non est recedendum, juxta quotidianam conclusionem, de qua Rota *in Mediolanen. Cappellaniæ* 20. *Februarii* 1699. *§. Ita etiam, cor. R.P.D. Lancetta, & in Tuden. Parochialis* 3. *Junii* 1700. *§. Ad effectum, coram Olmo*, nunc Reverendiss. Conchen. *& in Melevitana Jurispatronatus* 31. *Martii* 1702. *§. Minusque, coram R.P.D. Scotto*.

Quid ergo dicendum, quando etiam in petitorio negotium videtur clarum pro Maria Xebertas, quæ præsentavit D. Bonamicum.

Juxta prædicta fuit sententiatum per R.P.D. Pandinum de Mense Martii 1708.

Firmana Prioratus S. Stephani.

ARGUMENTUM.

Serenissimus Magnus Magister Militiæ S. Stephani, an Territorium unius Prioratus de Jurepatronatus alicujus Equitis dismembrare valeat, ad effectum erigendi in parte dismembrata alium Prioratum de Jurepatronatus alterius Equitis.

SUMMARIUM.

1 *Terra S. Elpidii non pertinet ad Territorium Maceratæ*, & n.66.
2 *Miles S. Stephani nequit prætendere aliquid super Terra, quæ non existit intra limites sui Prioratus*.
3 *Concessio novi Prioratus facta absque voluntate, & potestate concedentis est nulla*.
4 *Superior nunquam facere gratias præsumitur in præjudicium Juris tertio quæsiti*, & n.54.
5 *Subreptio quot modis committatur?*
6 *Princeps tenetur servare pacta*, & n.15.
7 *Omnis variatio est indecens in Principe*.
8 *Gratia quando judicetur subreptitia*.
9 *Ubi agitur de præjudicio Tertii scientia in Principe non admittitur præsumpta, sed requiritur expressa*.
10. *Papa nunquam præsumitur velle Patronis præjudicare*.
11 *Rescripta per importunitatem potius, quam ex voluntate Principis concessa non valent*.
12 *Serenissimus Dux Hetruriæ in Religione Ordinis Militum S. Stephani gerit figuram Generalis Religionis*, & n.53.
13 *Episcopus non potest dismembrare aliena territoria, nec habet Jus derogandi legi fundationis nec uniendi Beneficium patronatum absque consensu Patroni*.
14. *Magnus Magister in Hospitalibus de Jurepatronatus, procedere non potest ad unionem pro erectione Commendarum absque consensu Patronorum*.
16 *Prioratus, Bajulivatus, & Commenda cum Jurepatronatus reservato Familiis Fundatricibus*

tendunt

tendunt in utilitatem Religionis.

17 *Servare pacta Fundatoribus, & illa non violare respicit utilitatem publicam.*

18 *Qui non poteſt privilegium revocare, nec reſtringere illud valet.*

19 *Tollere uni, & dare alteri, eſt contra bonum publicum.*

20 *In extraordinariis, & ſoli Papæ reſervatis quicquid non legitur attributum, cenſetur prohibitum.*

21 *Princeps Supremus quando aliquid facit, an præſumatur facere ex juſta cauſa.*

22 *Prælatus ſimplex neque cum cauſa, nec ſine derogare poteſt legi Fundationis.*

23 *Bajulivatus ex ſtatutis Ordinis gerunt, & ſupplent vices Prioris.*

24 *Quanto magis quis præeſt melioribus, & dignioribus tanto magis ipſe & illuſtrior eſt.*

25 *Solus Papa poteſt diſmembrationes Cathedralium facere.*

26 *Papa non procedit ad diſmembrationes in Eccleſiis de Jurepatronatus Laicorum titulo oneroſo abſque horum conſenſu.*

27 *Quidquid prohibitum eſt in toto, prohibitum eſt in parte.*

28 *Præſens, & certum cedi non debet propter futurum, & incertum.*

29 *Papa in conferendis beneficiis concurrit cum omnibus Epiſcopis in ſuis Diœceſibus.*

30 *Magnus Magiſter poteſt concurrere in Juriſdictione cum Priore in ejus Territorio.*

31 *Nihil eſt tam clarum, quod non valeat aliqua dubitatione, aut cavillatione offuſcari.*

33 *Conceſſio Juriſpatronatus Prioratuum, & Commendarum Religionis S. Stephani an proveniat ex titulo gratioſo, & revocabili, aut potius ex titulo oneroſo per viam contractus;* & n.33. & ſeqq.

35 *Juſpatronatus Commendæ fraternizat cum Jurepatronatus Beneficiorum Eccleſiaſticorum.*

36 *Stat ſimul quod conceſſio Juriſpatronatus ſit gratia, & tamen hæc gratia ſit titulo oneroſo.*

37 *Juſpatronatus in Commendis, quo ſenſu intelligatur eſſe ex gratia.*

38 *Juſpatronatus in Commendis competere titulo oneroſo probatur ex diſpoſitione Statutorum Religionis Militaris S. Stephani;* & n. 39. 41. & 42.

40 *Pactum fundationis nequit per Magnum Magiſtrum violari, aut in aliquo alterari.*

43 *An Juſpatronatus in Commendis reſpectu Succeſſorum ſit gratioſum?*

44 *Juſpatronatus in Commendis eſt ex titulo oneroſo, etiamſi fundatio illarum habeat pro fine gloriam Dei, & devotionem erga S. Religionis protectorem.*

45 *Ex diſmembratione irrogatur præjudicium perpetuum.*

46 *Papa in ſimplici proviſione beneficii de Jurepatronatus nunquam illi derogat.*

47 *Poteſtas Papæ in Beneficialibus eſt ampliſſima, & male arguitur a Prælato Religionis ad Papam.*

48 *In Fundatione Commendarum præſumitur interveniſſe omnia requiſita neceſſaria, quando fuit facta præſente, & acceptante Magno Magiſtro.*

49 *In contractibus attenditur tempus contractæ obligationis, non autem quicquid ex futuro ſucceſſu ſupervenerit; amplia,* ut n.50. & ſeq.

52 *Juſpatronatus competens ob ſervitia, & benemerita, an competere dicatur ex titulo oneroſo?*

53 *Juſpatronatus in Commendis competens titulo oneroſo an diminui, & diſmembrari poſſit abſque conſenſu Patronorum.*

56 *Una pars ſtatuti alteram declarat.*

57 *Quando ſpoliatur unus de eodem Ordine, & alter ejuſdem Ordinis inveſtitur, dicitur alienatio.*

58 *Magnus Magiſter non poteſt derogare Statutis emanatis in vim Auctoritatis Sedis Apoſtolicæ.*

59 *Princeps non eſt Dominus contractum ad effectum eos derogandi.*

60 *Exceptuatio unius firmat comprehenſionem alterius.*

61 *Non licet argumentari tacite ad deſtructionem expreſſæ legis,*

62 *Volentibus non fit injuria.*

63 *Obſervantia ad effectum ut procedat quid requiritur?* & n.64.

65 *In reſervatis ſoli Papæ an poſſit dari centenaria, aut immemorabilis?*

68 *De duobus malis minus eſt eligendum.*

ALLEGATIO XLVII.

EX Lege fundationis uſque de Anno 1589. approbatæ per inſign. mem. Ferdinandum I. Magnum Hetruriæ Ducem, Familia Marchionum de Nobilibus obtinuit in Religione Militum S. Stephani erectionem Commendæ de ſuo Jurepatronatus in titulum, ſeu Dignitatem Prioratus totius Provinciæ Marchiæ excepta tantum Civitate Anconæ, mediante aſſignatione bonorum de Capitali in ſcutis viginti quatuor millibus, & annui reditus ſcutorum mille, & tercentum.

Cum hodie per extinctionem lineæ Patronorum factus fuerit locus reverſioni Commendæ Crizi. ad Ordinem Religionis, ſeu Aotianitatis cujus Commendæ Bona reperiuntur ſita in Terra Sancti Elpidii Firmana Diœceſis, & in Provincia Marchiæ, ſeu Territorio Prioratus, D. Marchio de Nobilibus modernus Prior devenit ad nominationem Adminiſtratoris Commendæ, juxta facultatem ſibi tributam in Statutis Ordinis *titul.*11. *capit.*2. per contrarium vero D. Eques Joannes Baptiſta Zucconius prætendit ad ſe ſpectare nominationem, ex quo nuper de anno 1710. obtinuit erectionem Commendæ ſub titulo Prioratus Maceratæ ejuſque Territorii, & Juriſdictionis temporalis, ſupponendo, quod Terra Sancti Elpidii ſit de Territorio, ſeu Juriſdictione temporali Maceratæ.

In hac controverſia requiſitus Ego, quid pro veritate ſentiam, omnibus hinc inde deductis matura diſcuſſione examinatis, cenſeo prætenſionem Domini Equitis Zucconi eſſe deſperatam, & vanam, omnique Juris fundamento deſtitutam, & verſa vice nominationem controverſæ Commendæ omnino ſpectare ad Dominum Marchionem de Nobilibus unicum totius Marchiæ Priorem.

Ad ſic decidendum movet me priori loco inſub-
ſiſtentia ſuppoſiti, ſuper quo fundatur prætenſio D.
Equitis Zuccooi, quia nempe ejus modernus Prio-
ratus comprehendit Civitatem Maceratæ ſuumque
Territorium, ſeu Juriſdictionem temporalem, ibi =
*Con titolo di Priorato di Macerata, e di tutto il
ſuo Territorio, ò ſia giuriſdizione temporale* = Ter-
ra autem S. Elpidii, in qua Commendæ Bona exi- 1
ſtunt, nullo modo pertinet ad Territorium Macera-
tæ, ejuſque juriſdictionem temporalem, ſed exiſtit
in Diœceſi Firmana, & in temporalibus ſubeſt Gu-
bernatori, ſeu Poteſtati ipſius Terræ Sancti Elpidii,
qui deputatur per Sac. Conſultam, & dependet ex
Gubernatore Marchiæ, quemadmodum non ſolum
teſtantur Cives Regiminis Sancti Elpidii, ſed etiam
Officiales Marchiæ, ex atteſtationibus mihi exhibitis,
& quæ dantur adpartes, ubi deſcribitur Territorium
Maceratæ, & ab illo excluditur Terra Sancti Elpidii 2
aſſignatis rationibus, & circumſtantiis, unde inſur-
git concluſio, quod nequeat D. Eques Zucconius ali-
quid prætendere ſuper Terra Sancti Elpidii, quam
non oſtendit eſſe intra limites ſui Prioratus, ſed per
contrarium oſtenditur eſſe intra fines alieni Territo-
rii, juxta *Text. in leg. fin. ff. de offic. Præfect. Urb.
& in l. final. ff. de Juriſdict. omn. Judic.* Rot. *coram
Dunoz. Sen. deciſ.* 309. *num.* 7. *& coram Seraphin.
deciſ.* 1278. *num.* 1. *verſ. & præcipue, & in Capu-
saquen. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 4. *Maii* 1708.
§. *ex hac autem, coram bon. mem. Caſſarello, & in*
Nul-

Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis 2. *Februarii* 1710. §. *in hisce*, *coram R. P. D. Falconerio*.

Sed quando etiam per modum erronei suppositi asserendum foret Terram Sancti Elpidii esse de Territorio, & Jurisdictione temporali Maceratæ, adhuc remanet insubsistens, & vana prætensio Domini Equitis Zacconi, ex quo Jus suum desumit, ex titulo prorsus infecto, & vitioso, scilicet moderna concessione novi Prioratus nuper exorti de anno 1710. in Civitate Maceratæ, ejusque Territorio existentibus intra fines antiqui Prioratus Familiæ de Nobilibus, & olim titulo oneroso concessis ea Lege fundationis ut superius præmissum est; Concessio enim,
3 seu erectio novi Prioratus obtenta intra limites alterius Prioratus, & sic alieni Territorii involvens dismembrationem, & rumpens Sacrosanctam Legem fundationis approbatam per Serenissimum Antecessorem Ferdinandum I. fuit apertissime, & radicitus nulla ex duplici insanabili vitio, tam nempe voluntatis, quam potestatis Serenissimi Magni Magistri, quæ duo vitia veluti malignantis Naturæ destruunt, & annihilant quascunque de cætero qualificatas concessiones, etiam Regias, Imperatorias, & Apostolicas, justa *Text. apertos in Capit. super literis de rescription. & in leg. nec damnosa*; *& in leg. rescripta contra Jus.*, *Codic. de precibus Imper. offeren. & in l. final. Cod. si contra Jus.*, *vel utilitatem pub.* in omni enim actu humano substinendo, concurrere debet voluntas, & potestas, quibus deficientibus, actus non dicitur actus, *ad Text. in cap cum super* 23. *de Offic. deleg.* Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 9. *n.* 6. R. P. D. Ansald. *dec.* 74. *n.* 40. Rot. *in Castellana validitatis Concordia*, *seu bipartita* 12. *Januarii* 1705. §. *Posito*, *coram Reverendissimo Molines Decano*.

Et quidem aperte meo Judicio deficit voluntas Serenissimi, & piissimi Magni Magistri; Etenim ex lectura concessionis video, quod fuit facta simpliciter relatio eidem Magno Magistro = *che si potesse accettare il Priorato con titolo di Priorato di Macerata, e di tutto il suo Territorio, e sua Giurisdizione temporale, come desidera il medesimo Supplicante* = & sub hac relatione postulatis annuit Serenissimus Magnus Magister, cujus propterea voluntas, & Religio fuit circumventa, cum nullam habuerit notitiam ab expositis; quod iste erectio novi Prioratus fieret ad dismembrationem, & præjudicium alterius antiqui Prioratus Familiæ de Nobilibus, cujus Territorium usurpabatur, & sic spoliabatur unum Altare pro altero cooperiendo, cum enim Superiores, sive Ec-
4 clesiastici, sive Sæculares nunquam scribere præsumantur & facere gratias in læsionem, & præjudicium Juris Tertio quæsiti, ex illa ratione quam allegat. *Text. in l. meminerint in fin. Cod. unde vi*, ibi = *ne, inde injuriarum nascatur occasio, unde Jura nascuntur* = Et in quibuscunque rescriptis semper præservatum intelligatur Jus tertii, juxta *Text. in cap.* 1. *de Relig. domib.* ubi quod Summus Pontifex non intendit per suam gratiam auferre Episcopo Jurisdictionem in parte Diœcesis, & in *cap. cum olim de consuet. & in cap. licet de Offic. Ordin. & in l.* 2. §. *si quis a Principe. ff. ne quid in loco publico*, Rot. *decis.* 163. *n.* 13. *par.* 16. *& dec.* 86. *n.* 19. *par.* 18. *recent. & cor. R. P. D. Ansaldo*, *dec.* 64. *n.* 6. Jovius *de solemn. in contract. min. gloss.* 8. §. 6. *n.* 47.

Inde sequitur, ut si aliquid ad supplicationem Partis concedat, quod vergat in præjudicium tertii auferendo Jus illi quæsitum, semper gratia remaneat subreptitia, & nulla ex defectu voluntatis, nisi clare, & explicite ex parte supplicantis sibi fuerit narratum præjudicium Tertii, & quod illo sibi narrato, & plene cognito adhuc voluerit Princeps rescribere,
5 quia subreptio committitur, sive exprimendo falsum, sive occultando verum, ut advertit Jovius *de solemn. in contract. minor. gloss.* 8. §. 3. *numer.* 23. *& seqq.* ibi = *Scientia definitur, quod sit animi certitudo apprehendens vera, &c. nec vella præsumitur, quæ ignoramus, nam nostra cognitio, & appetitus versatur in objecto, & hoc dum latet Principi non potest dici ut illud voluerit, quia volitum dici non potest, quod mente non concipitur sed potius ignoratur* = *Et late*, Rot. *in Melevitana Permutationis Commendarum* 26. *Junii* 1709. §. *brevis enim*, *coram Rev. P. D. Lancetta*, *&* 13. *Januarii currentis anni* 1713. §. *obreptio*, *&* §. *alias enim cum seqq. coram R. P. D. Falconerio*, *& in Majoricen. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. §. *principale*, *coram R. P. D. Ansaldo*.

Et crescit in immensum hujusmodi subreptio, sive obreptio reflectendo ad præjudicium Tertii non quidem resultans generaliter de Jure, sed descendens ex contractu, seu lege fundationis pactionata cum ipso Serenissimo Magno Magistro Antecessore, cui oblata fuerunt Bona valoris scutorum viginti quatuor millium pro obtinendo Prioratu totius Marchiæ, sub qua lege, & non alias, Familia de Nobilibus contraxit, & bona sua dedit; Quis autem prudens rerum, & callidus temporum persuadere sibi potest, ut exemplarissimus Princeps, & excelsa pietatis, ac Justitiæ voluerit unquam pactum, & legem fundationis antiqui Prioratus violare, contra Jus Gentium, & contra proprium factum sui Antecessoris, quod esset pacta 6
non servare, quod neque etiam Principi datum est, ut post *Text. in l. Juris gentium*, §. *Prætor ait*, *ff. de pactis*, *probant* Card. Paril. *consil.* 1. *n.* 87. *lib.* 1. Bonden. *collect. legal.* 37. *n.* 23. *lib.* 2. Jovu. *de solemn. in contract. minor. gloss.* 8. §. 4. *n.* 29. *& seqq. & infetius plene deducam*.

Principis enim verbum decet esse mansuetum, quan- 7
do concessio præsertim emanavit titulo oneroso, & omnis variatio est indecens in Principe, de quo dici solet, quod unum tantum calamum, & linguam habere fas est, juxta ea quæ dixit Dominus = *quod scripsi, scripsi, & quæ processerunt de labiis meis non faciam irrita* = prout utendo hujusmodi verbis communiter dixerunt Probus ad Monach. *in c. frustra*, *n.* 5. *de Regul. Jur. in* 6. Roland. *consil.* 13. *n.* 58. *lib.* 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 9. §. 20. *n.* 31. *& seq.* Rot. *dec.* 9. *n.* 26. *part.* 19. *recent. & R. P. D. Ansald. in annot. ad dec.* 18. *n.* 41.

Unde apud me indubitatum est concessionem fuisse subreptitiam, & defectu voluntatis, & Intentionis Serenissimi Magni Magistri eo ipso, quod nulla in supplicatione immaginabilis mentio facta fuit de præjudicio antiqui Prioratus Familiæ de Nobilibus, nam si scivisset novum Prioratum erigi velle ad diminutionem, & dismembrationem alterius ad spoliandum unum, & vestiendum alterum, & in summa ad violandam legem fundationis, & contractum titulo oneroso obtentum, nunquam in alicujus sensati hominis mentem cadere potest, quod piissimus Princeps hanc monstruositatem, & extravagantiam permittere voluisset, & sine dubio respondisset quidquid scripsit Divus Gregorius *in Can. si ea destruerem* 25. *qu.* 1. ibi = *Si ea destruerem, quæ Antecessores nostri statuerunt non constructor, sed Eversor esse juste comprobarer, testante veritatis voce, quæ ait omne Regnum in se ipso divisum desolabitur, & omnis Scientia, & lex adversum se divisa destruetur*.

Hinc propterea semper subreptitia judicatur gratia, 8
nisi hæc duo indispensabiliter concurrant, alterum nempe, quod supplicans explicite narraverit præjudicium alterius, quod nempe novus Prioratus erigi deberet in diminutionem, & dismembrationem alterius, & alterum quod Princeps concedendo novum Prioratum literis claris adjecerit, *non obstante concessione Territorii alteri Prioratui facta*; ut tradunt Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 9. §. 2. *n.* 6. *& seqq. & n.* 30. Jovius *de solemn. in contract. minor. gloss.* 16. §. 6. *numer.* 94. *& seqq. & numer.* 99. ibi notabiliter ait, quod si Princeps in suo rescripto præjudicaverit Tertio, præsumitur circumventus ex oblivione, vel facto, seu dolo Impetrantis, Rot. *decis.* 86. *num.* 19. *part.* 18. *rec.* & plene firmatum fuit in dicta *Melevitana permutationis Commendarum* 26. *Junii* 1709. §. *haud suffragante*, *coram R. P. D. Lancetta*, *&* 15. *Junii* 1711. §. *Adversari*, *coram R. P. D. Crispo*, *&* 13. *Januarii* 1713. §. *Frustra*, *coram R. P. D. Falconerio*.

Unde semper inesse dicitur subreptio, & nullitas gratiæ,

gratiæ, propter læsionem Juris Tertii quæsiti, Magno Magistro nec expressam, nec ab ipso volitam mediante derogatione speciali, quæ hic fieri debeat per expressam dismembrationem antiqui Prioratus, & cum derogatione Legis fundationis, sine quo deficit voluntas, nec potest immaginari, quod Princeps habuerit notitiam aliunde, vel in genere, juxta communem propositionem, quod ubi agitur de præjudicio Juris Tertii, scientia in Principe non
9 admittitur præsumpta, generica, aut extrajudicialiter, & secreto habita, sed requiritur expressa, & specialiter deducta ex ore supplicantis, ex verbis Concedentis, quidquid secus ubi admixtum non esset præjudicium Tertii, ut in individuo distinguunt Alexand. *cons.*11. *num.*13. Decius *cons.*606. *num.*18. Rodulph. *de absolut. Princip. potest. cap.*6. *numer.* 3. *&* 6. Gabriel. *de Claus. conclus.*1. *num.* 31. Jov. *de solem. in contract. min. gloss.* 8. §. 3. *num.* 79. Rot. *coram Bich. decis.* 302. *num.* 7. & plene Ego scripsi *Disceptat, Eccles.* 27. *sub n.* 7. *versic. cui motivo, part.* 2.

10 Quæ nullitas magis augetur, ex quo etiam in Summo Pontifice quando fiunt actus præjudiciales legibus fundationum, ut exempli gratia contingit in unionibus, dismembrationibus, aut suppressionibus Ecclesiæ, seu Beneficii patronalis, habemus Regulam, quod nunquam præsumitur velle Patronis præjudicium inferre, nisi specialiter exprimat derogando Regulæ de Jure quæsito alteri non tollendo, ut in specie advertit Lambertin. *de Jurepat. lib.*3. *quæstion.* 7. *artic.* 6. *num.* 1. ibi = *Episcopum non posse minuere, nec supprimere Beneficium, & in consequentiam Jurispatronatus, sine ipsius Patroni licentia, sicut illud, quod non potest disponere Episcopus in Jurepatronatus, nec intelligitur velle Papam nisi exprimat, quia nec præsumitur præsentationi Patroni Laici derogare, nisi exprimat* = imino necessariam esse citationem Patroni ad effectum, ut ipse patiatur præjudicium, & læsionem Juris sui, quo nemo privari debet inauditus, tradit Jov. *de solemn. in contract. minor. gloss.* 16. §. 6. *num.* 101. ibi = *Rescriptum non valet per quod quis Jure suo privatur sine citatione* = Rot. *coram Bicch. decis.* 393. *num.* 2. *& decis.* 408. *num.* 3. & hoc etiam operatur necessitas exprimendi præjudicium Tertii, in supplicatione, quia nempe, tunc Princeps, aut se abstinuisset, aut saltem gratiam in forma commissaria concessisset non aliter exequenda, nisi auditis Patronis interesse habentibus, & quatenus gratia sit de Jure concessibilis neque contraria publicæ utilitati, aut rationi, alias est inauditum, inhumanum, & pessimi exempli, quod pendeat ex arbitrio Personæ privatæ extorquere sibi gratiam ad se vestiendum, & alterum spoliandum non expresso præjudicio illius, nec eo audito, vel citato, ut tradunt Felin. *in cap. in nostra, num.* 15. *de rescript.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 54. *num.* 32. Jov. *de solemn. in contract. min. gloss.* 16. §. 6. *num.* 90. *& seqq.* ubi quod talia rescri-
11 pta præsumuntur per importunitatem potius, quam ex voluntate Principis concessa; ideoque non valent, Rot. *coram Merlin. dec.* 389. *num.* 21. *& plene in dicta Melevitana permutationis Commendarum* 15. *Junii* 1711. §. *Eoque magis, coram R. P. D. Crispo, &* 13. *Januarii* 1713. §. *Plane, coram R. P. D. Falconerio, & in Leodien. Dismembrationis prima Februarii* 1712. §. *Defectis, coram R. P. D. Falconerio*.

Hæc meo judicio exuberant pro impalliabili nullitate concessionis novi Prioratus ad dismembrationem Territorii antiqui Prioratus de Nobilibus, neque subest necessitas ulterius indagandi super potestate Serenissimi Magni Magistri, verum si adhuc esset super hoc inquirendum, ingenue sentio in terminis veritatis hanc potestatem in Magno Magistro totaliter defi-
12 cere; Etenim in hac materia Serenissimus Magnus Dux Hetruriæ non facit figuram supremi Principis Sæcularis respectu suorum subditorum, sed in hac militia, & Religione Ecclesiastica diversam gerit Personam Prælati, seu Gener. Relig. seu militiæ totam auctoritatem suam desumens a Papa, qui eam illi dedit limitatam, ut in puncto advertit Card. de Luc. *de Jurepat. disc.* 20. *num.* 18. ibi = *Licet enim iste Magnus Magister in sua temporali Ditione habeat Jura Supremi Principis, &c. attamen id procedit prophana, & Laicalia sub ejus Laicali Principatu cadentia, non autem in spiritualibus, & Ecclesiasticis, in quibus diversam gerit personam Prælati, seu Generalis Religionis, vel militiæ Ecclesiasticæ seu piæ, auctoritatem desumens a Papa, qui eam sibi dedit limitatam.* =

Ergo si Magnus Magister gerit figuram Prælati, 13
seu Generalis Religionis non habet majorem potestatem, quam habeat simplex Episcopus in sua Diœcesi, qui propterea nunquam auditum fuit, quod possit dismembrare aliena Territoria, & dare Jus uni, tollendo alteri, quod soli Papæ est reservatum de plenitudine potestatis, ut quod Episcopus non habeat Jus derogandi legi fundationis, nec sine ejus consensu uniendi Beneficiorum patronatum tradunt Lambert. *de Jurepatronat. lib.* 3. *quæst.* 7. *art.* 6. *num.* 1. Garz. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 202. Rebuff. *in prax. benefic. tit. de union. num.* 28. Rot. *in dicta Melevitana Permutationis Commendarum* 13. *Januarii* 1713. §. *plane, coram R. P. D. Falconerio*, & hanc veritatem probat Bulla Sanct. Mem. Sixti V. concessa Magno Magistro, in qua illi conceditur facultas erigendi in Commendas etiam per unionem Hospitalia per Laicos regi solita, & limitata fuit hæc facultas id faciendi = *de illorum Patronorum Laicorum consensu* = ut legitur in Bulla impressa in libro Statutorum Ordinis, fol. 43.

Si igitur non potest Serenissimus Magnus Magister 14
in Hospitalibus de Jurepatronatus procedere ad unionem pro erectione Commendarum absque consensu Patronorum, multo minus potuit spoliare Familiam de Nobilibus parte Territorii Prioratus sibi concessa ex lege fundationis, titulo oneroso, & per viam contractus initi inter Serenissimum Magnum Magistrum Antecessorem, & Familiam de Nobilibus, quod pactum, & contractum revocandi, neque etiam Supre-
mo Principi facultatem Jura nostra dederunt, quia 15
pacta, & contractus, quæ sunt de Jure naturali Gentium Deus non subjecit Principi, ut ait Salgad. *in labyrint. Credit. part.* 1. *cap.* 38. *numer.* 15. *&* 16. Jov. *de solemn. in contract. min. gloss.* 22. §. 19. *numer.* 20. *& seqq.* ubi ait, hoc procedere etiam quoad Principem Successorem ibi = *Deus quidem contractus uti a Jure Gentium provenientes non subjecit Principi, &c. ex quo descendit, quod Princeps revocare non potest Privilegium, quod in Contractum transivit, sed illud servare debet, & hoc procedere non solum quoad se ipsum, sed etiam per ejus Successores servandum est*, = *& concordant* Tondut. *resol. civil.* 25. *num.* 3. *tom.* 1. Cyriac. *contr.* 469. *n.* 61. *& controv.* 554. *num.* 94. Adden. ad Rot. *decis.* 217. *n.* 460. *p.* 19. *rec.*

Accedit cumulus rationum ad evidentiam ostendens exorbitantiam; & monstruositatem spoliandi unum Patronum, ut alter investiatur, comprobantes magis defectus potestatis in Principe fortius in simplici Prælato legibus omnino subjecto, & quidem primo ego censeo hoc spolium unius, & vestimentum
alterius esse contra publicam utilitatem, quia nem- 16
pe Prioratus, Bajulivatus, & Commendæ cum Jurepatronatus reservato Familiis fundatricibus tendunt in utilitatem Religionis, ut extincta linea Patronorum ad liberam ipsius Religionis nominationem & dispositionem revertantur, exemplo Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ, quæ admisit Juspatronatus Laicorum, ut Ecclesiæ, & beneficia fundarentur ad ipsius Ecclesiæ publicam utilitatem, ad cujus liberam collationem devolvuntur Ecclesiæ, & Beneficia extinctis Patro-
nis, unde consequitur, ut servare pacta fundatoribus, 17
& illa non violare respiciat utilitatem publicam, ut Laici alliciantur, sicut ad fundationem Beneficiorum, & Ecclesiarum in Orbe Catholico, ita ad erectionem Prioratuum, & Commendarum in Religione Militum Sancti Stephani contrarium vero infringere non servare, & violare pacta fundationum tendit contra publicam utilitatem, quia sic Laici retraherentur ab

erectio-

erectionibus Commendatum videntes sibi pacta non servari, & ab exemplo unius inferrent, *hodie mihi, cras tibi*, ut in proposito exclamarunt, *gloss. in c. cum dilectus in verbo præsentare in fine de Jurepatr.* Vivian. *de Jurepat. part.1. lib.4. cap.9. sub num.* 56. Rot. *decis.*157. *num.8. part.7. recent.* Gonzal. *ad regul.8. gloss.9. §.1. numer.8. & coram Dunozett. Jun. dec.*769. *n.*3. & apud Me *Disceptat. Eccles.*25. *sub. n.*28. *vers. & subjungebam*, *& in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. *§.Quam quidem*, *coram R.P.D. Scotto*, quidquid autem contra publicam auctoritatem rescribitur, aut conceditur per Principem, esse nullum protestatur est Imperator *in l. universa in fine, Cod. de divers. rescript.* Amaya *in l. unica, n.*56. *Cod. de Collat. donat. lib.*10. & latissime exornat Jur. *de solemn. in contract. min. gloss.*16. *§.*6. *n.*86. *in fine*, *& n.*87. *cum seqq.*

Secundo quia si introduceremus hanc praxim, irent in præceps omnes Dignitates Religionis sive omnes earum fundationes, nam Territorium unius Prioratus modo castraretur, ut alter sibi locum haberet, deinde iste alter posset iterum subdividi, & sic de singulis minutim, & in partes, unus excluderet alium, & secundus, primum, & quartus, tertium, utque ait Fulvius Testius.

Siccome in Fiume,
L'Onda inalza l'altr'Onda,
Tal dal secondo dì, cacciato è il primo.

Et sic quæro quænam species fundationum esset ista? ubi fides publica? ubi observantia pacti? ubi Sacrosancta Lex contractus? nonne hoc esset decipere fundatores, qui legem rei suæ dixerunt? nonne esset violare Jus Gentium, & naturale: si itaque hæc potestas deficeret in Principe Supremo, quidquid sit respectu Papæ ex magna causa, quid dicendum erit in terminis Prælati simplicis, cujus figuram gerit Magnus Magister, & qui sine dubio tenetur stare legibus fundationis: neque potest spoliare unum Altare, ut vestiat alterum, nam sicut il-
18 le non potest revocare fundationem, ita nec illam restringere, aut diminuere, ut ait Jovius *de solemn. in contract. minor. gloss.*22. *§.*19. *n.*42. = *Nam quando quis non potest privilegium revocare, nec restringere illud valet.* =

19 Tertio est contra bonum publicum, tollere uni, & dare alteri, & maxime in Jurisdictionalibus, ubi Jura nostra exclamant, quod Ecclesiasticus ordo confunditur, cum sua cuique Jurisdictio non servatur, & propter hoc Summus Pontifex per gratias unionum, quas facit de Ecclesiis inferioribus protestatur nolle eas dismembrare a limitibus Diœcesis, in qua existunt, ut ait *Gloss. in cap. quia Monasterium de Religios. domib.* ibi = *Per hanc unionem non fit præjudicium Episcopo in cujus Territorio est, & sic est argumentum, quod Papa non intendit Juri alterius derogare per suum privilegium, quia si unicuique Episcoporum sua Jurisdictio non servatur, Ecclesiasticus ordo confunditur.* =

Nunc accedo ad satisfaciendum objectis, quæ in vero Illustrissimorum Dominorum Equitum relatorum motivandi gratia adducuntur; illis enim ad Justitiæ lancem allibratis; minus habere comperio juxta factum, & regulas Juris nostri.

Et sane non applicatur quidquid dicitur de potestate Supremi Principis circa dismembrationem, ex quo præsumitur facta ex justis causis; sicut enim superius animadversum est Serenissimus Magnus Magister in hac materia non gerit figuram Supremi Principis Sæcularis, sed solum Prælati, seu Generalis Religionis, qui propterea habet solam potestatem ordinariam legibus alligatam, nec aliquid contra Jus facere potest; nisi sibi concessum probetur
20 ex Bullis Apostolicis, quæ concessio ad rem istam non legitur attributa, ergo censetur prohibita tanquam in extraordinariis, & soli Papæ reservatis, juxta *Text. in Can. qualis, dist.*25. *ubi gloss. in verbo vigatur*, Rot. *decis.*324. *num.*5. *part.*1. *& decis.* 70. *num.*32. *part.*13. *& decis.*472. *num.*4. *part.*19. *tom.*2. *recent. & coram Rojas dec.*231. *num.*4. *& decis.*218. *num.*8.

Immo est longa historia in examinando articulo, an Princeps Supremus quando aliquid fecit, fecisse præsumatur ex justa Causa, & si hoc examinandum foret, non esset recedendum ab illa distinctione, quod quidquid sit in aliis Juribus, utique quando agitur de tollendo pactum, in quo violatur Jus naturale gentium, tali casu non præsumitur justa causa, nisi probetur, ut tradunt Ripa *in cap.*1. *num.*7. *de rescript.* ibi = *Non est præsumenda causa in Principe contraveniente Jure naturali, nisi de ea appareat, &c. sed necesse est, quod probetur, quod illa Causa sit vera, ne sit in facultate Papæ, vel Principis exprimendo causam pro arbitrio tollere Jus naturale* = de Angel. *post tract. de confess. opusc.*2. *n.*146. *a* S. Ubald. *quolibet. regul. dub.*22. *num.*1368. & aliis cumulatis Ego probavi *Disceptat. Eccles.*22. *n.*6. *part.*2. verum, ut dixi non est opus assumere hanc inspectionem, cum hic agatur de simplici Prælato Religionis Piæ, qui non gerit figuram Principis Supremi quatenus est Magnus Magister Religionis. 21

Ex qua responsione superfluum est etiam discurrere super Justitia Causæ; nam quando deficit repræsentatio Principis Supremi, & agitur de simplici Prælato, iste neque cum causa, nec sine derogare potest legi fundationis, sed abstinere non possum quominus retorqueam illud genus causæ, quod figuratur assistere ad faciendas similes exorbitantias; dicere enim, quod hoc modo publicæ Religionis utilitati consulatur per reversionem Commendarum ad Religionem, ut alliciantur Milites ad pugnandum pro Fide Catholica, nihil aliud est, nisi dicere, quod introducatur modus usurpandi Jus uni, & dandi alteri, & sic nullatenus alliciendi, sed retrahendi Milites a fundationibus Commendarum, quibus non fundatis retraherentur Milites ad pugnandum pro Fide Catholica, quia deficit proventium ex defectu Commendarum; & hoc præcise est illud, quod tendit contra publicam utilitatem; & assigno exemplum in Papa; si enim ipse diceret volo dismembrare Ecclesias de Jurepatronatus, ut erigam alia Beneficia libera, vel de Jurepatronatus, ut magis providere possim Sacerdotibus benemeritis, nonne hoc esset proprio se ligone percutere, & aperire viam, quod amplius Laici non fundarent Beneficia, & Ecclesias? quod autem alio modo nequeat Serenissimus Magnus Magister subvenire oneribus Religionis, ego sane non intelligo, quia potest erigere Commendas, & Prioratus in aliis locis ad libitum, absque eo quod velit concedere uni, quidquid alteri concessit, juxta notum Dicterium, quod spoliandum non sit unum Altare, ut alterum cooperiatur, neque dici potest publica utilitas, quod directe infringit publicam utilitatem, quia violare Jura singulorum Militum in suo Jurepatronatus est illud quod lædit bonum publicum ex prædictis. 22

Neque aliquid concludit causa illa, quod cum dilatata sit Religio in omnem fere Orbem Catholicum, & in omnibus Provinciis, & Civitatibus numerus Equitum sit adauctus; propagatio ista exigit, ut Prioratus erigantur in singulis quoque Provinciis, Civitatibus, & Oppidis; Si enim jam in Provincia Marchiæ fuit constitutus Prioratus, & Prior, & iste sufficiens est propter exiguum numerum duodecim Equitum circiter in ea Provincia commorantium, nulla ratio suppetit, quare sit dismembrandus Prioratus, quod non licet etiam cum causa invito Patrono ad mentem *Text. in cap. ad audientiam de Eccl. ædif.* eoque magis quia etiamsi infinitus excresceret numerus Equitum in ea Provincia, non esset locus adhuc dismembrationi, dum suppleri posset per erectionem Bajulivatus qui ex statutis Ordinis gerunt, & supplent vices Prioris, ut *in cap.*2. *tit.*12. & in specie in dismembrationibus Ecclesiarum, ita practicandum esse, ut ad illas nunquam deveniatur, quando suppleri potest per Vicarium, seu Coadjutorem, firmarunt Barbos. ad Concil. *sess.*21. *capit.*4. *de reform. num.*10. Bertachin. *vor. dec.*117. *num.*2. 23

Card,

Card. de Luc. de Paroch. disc. 34. num.6. Rot. *decis. 378. n. 7. & 8. part. 19. recent. & adductis pluribus concordantibus in Laodien. Dismembrationis 1. Februarii 1712. §. Idcirco, coram R. P. D. Falconerio.*

Minus suffragari valet asserta consuetudo faciendi similes dismembrationes, hæc enim nullo modo pro-
24 batur in ordine ad ipsos Prioratus, sed solum concurrit quoad Bajulivatus ad formam statutorum *tit. 11. c. 2.* ut etiam fatetur contrarium votum in §. finali, hujusmodi autem consuetudo, & potestas erigendi Bajulivatus intra limites Prioratuum non solum non est dismembratio illorum, aut aliquid præjudiciale illis, sed immo est in majus augmentum, & honorem Prioratus, dum hoc modo datur Priori dignitas sibi subordinata, quæ tenetur supplere vices Prioris in ejus absentia, circa exercitium Jurisdictionis, prout in statutis Ordinis dicto *tit. 11. c. 2.* quod sane est facere favorem Prioris, ejusque dignitatem, & splendorem augere, nam quanto magis quis præest melioribus, & dignioribus, tanto magis ipse, & illustrior est, ut in *Text. in §. Nos igitur, Authent. de defens. Civit.* ibi = *Quanto enim quilibet præest melioribus, tanto major ipse, & honestior est,* = *& probat* Valenz. *vol. cons. 43. n. 69.*

Ad rem nostram non facit exemplum Summi Pon-
25 tificis, qui modo unam, modo aliam Ecclesiam dismembrat ab alia Cathedrali, & citra consensum illius Episcopi in novam erigit Cathedralem est enim exemplum omnino extraneum, nam primo potestas Papæ non est in Magno Magistro, qui est simplex Prælatus Jure ordinario procedere debens, & qui solus potest has facere dismembrationes, ut scit Card. de Luc. *in miscell. Eccles. disc. 9. num. 5.* ibi = *Neque solius Pontificia potestatis est Diœceses, ac Territoria dividere, dismembrare, sive unire, atque Ecclesias Cathedrales, & Metropolitanas de novo erigere* = & secundo, quia Summus Pontifex ad has dismembrationes procedit in Ecclesiis liberis, & quarum ipse est absolutus Dominus, non autem in Ecclesiis de Jurepatronatus Laicorum titulo onerosæ fundationis,
26 aut dotationis, in quo semper requiritur consensum Patroni, & ulterius illi non præjudicat, sed reservat Juspatronatus in Ecclesia nova, quæ erecta fuit ex redditibus alterius Ecclesiæ dismembratæ, *Gloss. in c. nobis de Jurepat. in verbo in Cappella, & in cap. ad audientiam de Eccles. edific. in verbo honor.* Lambert. *de Jurepatr. lib. 3. quæst. 6. artic. 1. numer. 1. & seqq.* Rot. *coram R. P. D. Ansaldo decis. 14. num. 28. & in Bisinianen. Jurium Parochialium 16 Januarii 1710. §. Quodque proinde. coram eodem, & in Salernitana Alimentorum 16. Decembris 1710. §. Tandem, coram R. P. D. Falconerio.*

Miror autem de illo supposito, quod in casu isto agatur de modico præjudicio, ex quo dismembratur una, aut altera ex Civitatibus, non autem major pars, & quod Commenda, quæ vacavit in Terra Sancti Elpidii non sit considerabilis, quia potest Prior expectare aliam Commendam vacaturam in Civitatibus sibi remanentibus, quandoquidem damnum Prioratus non solum consistit in perdenda dispositione Commendæ, sed in amittenda Jurisdictione sive in una, sive in duabus, aut tribus Civitatibus, aut locis; nemo autem hactenus dixit, quod amissio Jurisdictionis sive sit in una, sive in pluribus Civitatibus sit modici præjudicii, quando ex prædictis probatum fuit esse maximi præjudicii, & talem reputari dismembrationem partis Territorialis, & quomodo non est magni præjudicii quidquid aufertur Priori, si est sufficiens ad creandum novum Prioratum? Signum evidens, quod dismembratur pars considerabilis, & essentialis, cum perdere unam quoque Civitatem in jurisdictionalibus sit maximi præjudicii, & quidquid
27 prohibitum est in toto, prohibitum est in parte, ut apud Jov. *de solemn. in contract. min. gloss. 22. §. 19. n. 42.*

Præterea etiam magnum præjudicium est tollere nominationem Commendæ nunc reversæ ad Religionem, nec Dominus rei spæ tenetur expectare futuram, ac de longinquo, & forte nunquam eventuram vacationem alterius Commendæ in vita moderni Prioris, ut cedat Jus sibi quæsitum præsens, & radicatum in Commenda jam vacata, cum non debeat 28
cedi præsens, & certum, propter futurum, & incertum, ut probant Rocc. de Curte *de Jurep. in verbo Jus, n. 13.* & Lambert. *eod. tract. lib. 1. part. 2. q. 2. art. 36. n. 9.*

Minorem applicationem habet illa conclusio, quod Princeps concedendo Jurisdictionem non censetur se spoliare privative, itaut possit in totum Jurisdictionem abdicare; hæc enim propositio intelligitur, ut Princeps concedendo Jurisdictionem in Feudo, seu Castro, possit cumulative concurrere ad exercendam Jurisdictionem per se ipsum cumulative cum Barone, 29
seu Vassallo, sicut Papa concurrit in conferendo Beneficia cum omnibus Episcopis in suis Diœcesibus, juxta *Text. in cap. dudum, §. Nos igitur, de præbend. in 6.* Gonzal. *ad regul. 8. §. 2. proœmial. n. 2. & seqq.* quod solum probat Magnum Magistrum posse in Territorio Prioris concurrere ad exercendam Jurisdictionem per se ipsum, non autem quod possit spoliare Vassallum, seu Priorem illa Jurisdictione, quæ sibi data fuit ex Lege fundationis pactionata cum eodem Magno Magistro.

Pariter non applicantur ea, quæ dicuntur circa generalem concessionem Principis ex Peregrin. *de jure Fisci, lib. 1. tit. 3. n. 75.* cum iste Auctor loquatur de materia extranea, an per concessionem factam ab Imperatore censeatur translatum altum dominium, quod negative resolvit, neque aliquid commune habet cum caso isto, ubi ratione alti dominii Magnus Magister poterit concurrere in Jurisdictione cum Prio- 30
re in ejus Territorio, sed non derogare Legi fundationis dismembrando partem Territorii, & investiendo novum Priorem, quod est violare Jus naturale gentium, non servare pacta, & cum re aliena alterum vestire in publicam perniciem Religionis, ita retrahendo omnes Milites a fundationibus Prioratuum, & Commendarum.

Credideram satis esse, quæ studio veritatis scripseram, ut veluti Summo Judicio dissonam, & ipsis etiam naturæ legibus inimicam doctissimi Relatores repellerent, & ut ita loquar damnarent exorbitantem Instantiam, & prætensionem Domini Equitis Zucconii in Causa ista dismembrationis, seu potius annihilationis antiqui Prioratus Nobilissimæ, & Insignis Familiæ DD. Marchionum de Nobilibus; verum quia 31
etiam in Causis de sui natura clarissimis non est abbreviata manus subtilibus Ingeniis ex necessaria industria defensionis obumbrandi veritatem, propter quod merito exclamabat *Imperator in §. si vero Auth. de Tabellion.* dicendo = ibi = *Nihil inter Homines sic est indubitatum, ut non possit, licet aliquid sit valde Justissimum, tamen suscipere quandam sollicitam dubitationem,* = & advertit Rot. *in Albaracinen. Canonicatus, coram Reverendissimo Molines Decano impressa apud* Mo. *Discept. Eccles. 4. num. 126.* ibi = *Cum nihil sit in Terrarum Orbe tam clarum, quod non valeat aliqua dubitatione, seu hominum cavillatione offuscari.*

Idcirco ad tuendam infirmitatem Causæ memorati Domini Equitis, insurrexit Dominus Advocatus de Partibus, qui plura excogitavit in ejus erudito responso: Cujus primum assumptum est, quod concessio Jurispatronatus Prioratus de Nobilibus tam in genere, quam in specie proveniat ex titulo gratioso, & revocabili, non autem oneroso per viam contractus: Secundum, quod supposito etiam titulo oneroso, iste Impedimentum non præstiterit dismembrationi Prioratus tam ex dispositione Juris, quam ex Constitutionibus Religionis, & observantia; Tertium denique assumptum est, quod novus Prioratus concessus fuerit Domino Equiti Zucconio in Civitate Maceratæ, nec non = *Tutte le adjacenze, o luoghi sottoposti al suo Governo Secolare* = Itaut comprehendatur, non autem exclusa remaneat Terra S. Elpidii, ejusque Commenda Crisia novissime reversa ad Religionem ob extinctam lineam Patronorum.

Ego autem scio omnia hæc assumpta existimo conatus Ingenii animosos, & æquivoca manifesta, ut inferius probabo; Ita non dubito præclarissimos, & in

hac

hac materia versatissimos Relatores, agnita insubsistentia contrariæ defensionis executores fore quicquid Galliarum Civitates in conflictu duorum inter se discordantium determinasse, refert Tacit. *lib.4. Histor.* ibi = *Et Valentini animum laudabant, Consilium Aspicis sequebantur* = Ad quod assequendum distincte juxta methodum contrariæ informationis respondebo cum protestatione, quod quicquid impetu veritatis inferius dicam plus æquo forsan redarguendo, & acriter inculcando, non animo injuriandi ingeniosum, & elaboratum Patris Advocatum, sed exclamantis Justitiæ vocibus tribuatur.

32 Primum igitur assumptum tituli gratiosi, & revocabilis fundat contrarius Defensor in Auctoritate Francisci Ansald. *conf.12. cum seq.* ea ratione, quod cum erectiones Commendarum non taliter fiant, quam mediante libera, & gratuita donatione, qua Fundator Bona in Religionem transfert, itaut primo Bona Religioni donentur, postea erigatur Commenda, & deinde a Serenissimo Magno Magistro fiat reservatio Jurispatronatus, ideirco talis reservatio proveniat ex gratia, seu pacto gratioso Serenissimi Magni Magistri, quod proprie non competit propter fundationem Commendæ, seu donationem Bonorum, quæ est libera, nec secum fert reservationem Jurispatronatus in Commendis, sicut in Beneficiis Ecclesiasticis, sed competit ex gratiosa reservatione ipsius Magni Magistri, quæ si expressa non adesset, sola fundatio nullum jus tribueret Fundatoribus, & ideo quilibet successor non recognoscit Juspatronatus a Fundatore, sed a Magno Magistro.

Hoc est gravissimum æquivocum in terminis, &
33 propositio ab omni Jure damnata, Admitto enim, quod Juspatronatus recognoscatur a Magno Magistro, ad quem spectat illud concedere, admitto quod ubi Fundator Commendam erigeret, non reservando sibi Juspatronatus, hoc non competeret, sed dico istam concessionem Jurispatronatus, quam facit Magnus Magister in vim Legis fundationis illud reservantis provenire ex titulo oneroso, non autem ex mera gratia Concedentis, quando enim quis propriis pecuniis, & substantiis, fundat, sive Beneficium Ecclesiasticum, sive Commendam, cum expresso pacto Jurispatronatus, vel aliis conditionibus sibi benevisis, & Superior Legem fundationis approbat, & admittit, nunquam auditum fuit in Jure nostro, quod ista sit mera gratia ad arbitrium Superioris revocabilis, sed est gratia correspectiva ad titulum onerosum, & est contractus positivus, & reciprocus inter Fundatorem, & Superiorem, utiste ea lege proprias pecunias dare, & Commendam erigere, ille autem correspective ad hunc titulum onerosum eam legem approbare profiteatur, ut in puncto firmat idem Ansald. *conf.26.n.31.& seqq.* ibi = *Quamvis Patronatus Commenda, & habitus ex gratia procedant Principis præcedente, correspectivus hujusmodi contractus esse tamen censetur, &c. quod correspectivus contractus hinc inde obligatorius, individuus est, itaut uno sublato, alius etiam sublatus intelligatur* = *& n.69.* ibi = *Dictus contractus licet ex gratia correspectivus, hinc inde obligatorius est, adeout uno sublato, alius etiam corrumpi intelligatur.* =

34 Ergo quamvis admittere, vel non admittere Fundationes, & Erectiones Commendarum dependeat ex arbitrio Magni Magistri, & hoc respectu sit, & vocari possit, gratia, nihilominus postquam ille admisit Legem Fundationis, & gratiam fecit, ista gratia induit naturam contractus, & est contractus titulo oneroso, *do, ut des*, nam verum est, quod Magnus Magister elargitur Juspatronatus, sed verum quoque est, quod Fundator hac Lege, & Conditione Jurispatronatus reservandi, elargitur Religioni magnam utilitatem, & commodum, ut nempe extinctis Patronis libere Commenda, aut Prioratus transeat ad commodum Equitum Religionis, unde Juspatronatus dicitur dari in retributionem, & recompensam Beneficii, quod Fundator erogat ad commodum Religionis, & sic est Titulus onerosus, & contractus reciprocus omnino inviolabilis, & perpetuo servandus, ut probat idem Ansald. nedum allegato *conf.36.*

n.34. & 69. sed etiam expressius *in conf.32. n.74.* ubi hunc vocat contractum, *& conf.33. ant.n.1. & n.33. & conf.34. n.1. cum duobus seqq. & n.84. & 88. & conf.141.n.15.* & concordat Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.80. n.8.* ibi = *Cum actus perfici, & substantiari dicatur directe, ac principaliter cum Religione, ejusque Magno Magistro, tanquam per contractum reciprocum, & correspectivum.* =

Et in hac parte Juspatronatus Commendæ quicquid 35
secus in aliis, fraternizat cum Jurepatronatus Beneficiorum Ecclesiasticorum; Etenim nulla magis gratia vere dari potest, quam reservare Juspatronatus Laicis, in Ecclesiis, & Beneficiis, cujus illi sunt incapaces, ut quod tale Juspatronatus procedat ex gratia tradit Fagn. *in cap. quoniam, num 4. & seqq. de Jurep.* ibi = *Fundatoribus Ecclesiarum Juspatronatus acquiri non ex mero Jure, sed ex gratia, & permissione quadam, & tolerantia Ecclesiæ, &c. nam ut inquit Geminian. &c. Laici de Jure antiquo in Ecclesiis per eos ædificatis, & dotatis nullum Jus habebant, &c. Verum tempore succedente constituit Ecclesia, ut ipsi Patroni haberent in Ecclesiis certa Jura, &c. & hoc Laicis concessit Ecclesia, ut ad fundandas, & dotandas Ecclesias inducerentur, quamobrem quicquid Juris habent Patroni in Ecclesia, totum ex gratia procedit, & de speciali gratia toleratur* = Paris. *de resig. l.2. q.4. n.33.* & tamen ista gratia non est titulo lucrativo, & vere gratioso, sed absolute, & totaliter oneroso, itaut omnes asserant Juspatronatus Laicis concedi, & reservari in recompensam, & retributionem Fundationis de propriis eorum substantiis peractæ, ex qua resultat commodum Ecclesiæ, quæ extinctis Patronis acquirit libertatem Beneficiorum, & sic Concessio Jurispatronatus non est mera gratia, seu donatio, ut bene Paulus de Citad. *de Jurep. p.4. num.5.* ibi = *Concludo igitur primam esse Causam quare Jus Canonicum concedat hoc Juspatronatus Laicis ex quadam pia remuneratione erga Patronos Ecclesiæ Benefacientes ad remunerandum tam grande Beneficium; Cum ergo appareat Juspatronatus esse adinventum causa remunerandi, sequitur, quod Juspatronatus non dicatur mera donatio, non enim donare dicimus, quod in remunerationem damus.* =

Stant ergo simul ista duo, quod nempe concessio 36
Jurispatronatus sit gratia, & tamen hæc gratia sit titulo oneroso, & vigore contractus reciproci, & correspectivi, ad remunerandum Fundatorem de Beneficio, quod redundat in commodum Ecclesiæ, ut in Ecclesiasticis, & in commodum Religionis Militaris, ut in Prioratibus, Bajulatibus, & Commendis, quemadmodum bene ostendit Lamber. *de Jurep. l.1. q.1. art.4. ante n.1. & sub n.2.* ibi = *Quæritur Juspatronatus an sit ex gratia, an ex debito, & dic secundum Goffredum, Juspatronatus esset ex gratia, &c. Ecclesia enim substinet Patronos ex gratia in hac parte, &c. & ad hoc Ecclesia inducta est, quia cernens multum refrigescere fidem Christianam adeo quod non erat, qui Ecclesias fundaret, substinuit quod in ea Fundatores haberent hoc Jus, & inducerentur ad eas fundandas, &c. illa igitur fuit prima Causa concedendi, seu permittendi Juspatronatus, &c. alia potuit esse scilicet remunerationis, ut Patroni, qui fundant Ecclesias, pro remuneratione habeant, ut uti possint hoc jure in illis* = *& n.20.* ibi = *fuit inductum Juspatronatus ad remunerationem Ædificantis, ut in iste articulo supra diximus, & remuneratorio est ex debito,* = & concordat Lotter. *de re benef. l.2. q.8. n.28.* R. P. D. Fattinel. *resp.110. n.56. vers. præterea*; quamobrem ubi gratia data est in remunerationem, & maxime ex pacto adjecto in limine fundationis, non dicitur amplius gratia, sed contractus reciprocus, sed debitum, sed Justitia, sed denique pactum inviolabile, sine quo Fundator alias non dedisset pecunias suas pro erectione Commendæ, aut Prioratus, Rot. *dec.221. n.14. p.8. & dec.472. n.57. p.19. tom.2. rec. & cor. Seraph. dec.907. n.4.* & in præcisis terminis Commendarum hujus Militiæ, probat Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.20. n.20.*

Hinc de facili respondeo ad decantatam auctorita- 37
tem Francisci Ansaldii, qui censuit in Commendis Juspatronatus esse ex gratia. Etenim iste Auctor dicit qui-

dem esse ex gratia, non tamen ad effectum, ut hæc gratia sit titulo lucrativo, & revocabilis durantibus Personis vocatis, ut in contrarium figuratur, sed solum eo fine, & respectu, ne extenderetur ad Hæredes, & Successores Extraneos, sicut transit Juspatronatus in Beneficialibus, quod nihil ad rem nostram; verum quod potius est, memoratus Auctor in Causa, quam defendebat, infeliciter succubuit, & contra ejus opinionem judicarunt Relatores; agebat enim Causam Commendæ de Concinis, & prætendebat Juspatronatus Commendæ non transire ad fœminas, nec Hæredes, & successores extraneos, probando differre Juspatronatus Commendarum ab illis Beneficiorum Ecclesiasticorum, quorum Juspatronatus transit ad extraneos, ut legere est *in Consil.* 12. 13. 14. 15. 16 *&* 17. & tamen Relatores contrarium Judicarunt, prout de tali judicato, seu relatione acriter ipse lamentatur in *Consil.* 16. *n.* 8. 9. *&* 10. *& seqq.* ibi = *Nullum verbum de Commendarum origine, atque natura, sive ipsarum Jurepatronatu facientes, sed pervicaciter concepta per eos, absque alio studio, opinioni inhærentes, Commendarum Militiæ D. Stephani Juspatronatus non diversimode a Jurepatronatus Beneficiali dijudicantes, & in scriptis dubiis, & in aliis sermonibus non aliud Jus præsenti Casui, & Causæ, quam Juspatronatus Beneficiale applicantes, nec Jurispatronatus Nobilis Commendarum, diversitates innumeras, & discrepantias a Jurepatronatu Beneficiali a me allatas metientes, & rimantes, prout rimari, & metiri debebant in termino octo dierum, &c. ad Tribunal Consilii relationem transmiserunt, continentem partes dicti Tribunalis, fuisse, & esse in declarando Juspatronatus dictarum Commendarum ad dictas Nobiles Juniores de Concinis, & ad quaslibet ipsarum, & ipsarum cujuslibet Heredes, & successores in perpetuum spectasse, & pertinuisse, spectare, & pertinere* = *Et Consil.* 17. *n.* 89. *cum seqq.*

Præterea minorem animadversionem meretur præcitatus Author, qui sequentibus Consiliis ejus voluminis sibi apertissime contradicit; ut enim superius notav. literis apertis fatetur, concessionem Jurispatronatus in Commendis esse contractum reciprocum, & hinc inde obligatorium; quomodo igitur erit mera gratia, si est contractus reciprocus, & obligatorius hinc inde? Rursus in aliam prorumpit dissonantiam, quia successive in *Consil.* 140. *&* 141. apertissime sustinet hanc Jurispatronatus concessionem æquiparari feudo, quod est contractus, quia utrinsque gratia contrahitur, ut dicto *Consil.* 150. *n.* 57. *& seqq.* ibi = *Vel eadem Jurispatronatus concessio, sive reservatio a conventione, & pacto, in vim contractus dependet, &c. eo quia gratia utrinsque contrahitur, &c. adeo strictus est contractus feudalis cum dictum assimilatur Juspatronatus, ut eatenus tantum concessum esse intelligatur, quatenus scriptum reperitur, &c Unde ab Investitura tenore contractus feudi, aut Commenda non discedis, &c. quia verba* Contractus sunt forma contractus = *& n.* 101. 110. *&* 116. *& conf.* 141. *num.* 15. = *In contractibus, prout est Commenda,* ex quo principio, quod agatur de contractu reciproco, & correspectivo, memoratus Author in *Consil.* 26. *n.* 33. *& seqq.* substinuit, ut diminutio dotis Commendæ, consistentis in locis Montium, cedat ad damnum Fundatoris, non autem Religionis, ita ut Fundator, vel ejus Hæredes teneantur reintegrare, & manutenere antiquos reditus, in mensura ab initio assignata ipsi Commendæ, & per *totum Consilium* nihil aliud reperit, nisi contractum, necnon rigorem contractus, effectus, & leges contractus, *ut ex lectura*, & pariter clarius idem auctor fatetur, & substinet, quod pacta legis fundationis Commendarum, transeat in conventionem, & contractum, & violari non possint per Magnum Magistrum *in Conf.* 23 *n.* 32. Si ergo standum est Authoritati hujus consulentis, iste, mirabiliter retorquetur ad probandam concessionem Jurispatronatus in Commendis provenire ex contractu reciproco, & correspectivo, & sic titulo oneroso, qui revocari non potest ex firmatis in specie *apud* Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 9. §. 2. *n.* 49. *& glos.* 36. *n.* 36.

38 Sed res transit in evidentiam ex dispositione Statutorum hujus Religionis Militaris, ibi enim *tit.* 9. *cap.* 2. exprimitur auctoritas Magni Magistri circa erectionem Commendarum de Jurepatronatus his verbis = *Accettar Commende di Patronato con quelle condizioni, e privilegj, che a lui parranno* = ex quo Textu duplex ad rem insurgit argumentum; primum scilicet, quod dum statuta Ordinis permittunt Juspatronatus in Commendis sub conditionibus Magni Magistri arbitrio recipiendis, ergo Juspatronatus dicitur ex Justitia, & debito, non autem ex gratia, quando hæc redacta est ad legem, seu scripta reperitur, & concessa in corpore legis, ut in puncto animadvertunt Fagnan. *in dicto Cap. quoniam n.* 12. *de Jurepatr.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 19. *& q.* 7. *n.* 20. *&* 21. R. P. D. Fatinell. *resp.* 120. *n.* 8. Rot. *decis.* 231. *n.* 12. *& seqq. p.* 8. *rec. & in Salernitana alimentorum* 20. *Junii* 1712. §. *Absque eo quod coram R. P. D. Scotto nunc Illustrissimo Gubernatore Urbis.* Et alterum, quod si Magnus Magister debet acceptare Commendas de Jurepatronatus sub conditionibus ejus arbitrio approbandis, palam redditur, quod agatur de vero, ac proprio contractu, in quo requiritur acceptatio conditionum, & pactorum, & sic mutuus consensus Fundatoris, & Superioris exigitur juxta Text. *in §.* 1. *Conventiones, ff. de pactis, l. obligationum substantia, ff. de action. & oblig. late* Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 4. *& seqq.* Rot. *decis.* 116. *n.* 18. *p.* 17. *rec.*

Manifestius hoc reddit alterum Statutum *tit.* 13. *cap.* 9. ubi non solum permittuntur, & approbantur Commendæ, de Jurepatronatus, pro linea, & Descendentibus Fundatorum, sed etiam Magnus Magister declaravit non posse alterari, neque ab ipso, neque ab ejus Capitulis generalibus hujusmodi Commendas in præjudicium Patronorum, ibi = *E questa nostra deliberazione, commandiamo, che non possa mai essere alterata in pregiudizio de' Padroni da Noi, ò da Capitoli generali, ò nostri successori* = Frustra igitur quærimus, an Juspatronatus in Commendis sit mera gratia, vel potius contractus, & titulus onerosus, quando promissio nihil alterandi in præjudicium Patronorum, ostendit jus ejus quæsitum, ex contractu irrevocabili, Gomez *ad reg. de jure quæsit. non tollen. quæst.* 4. *num.* 26. Mantic. *de Tacit. lib.* 23. *tit.* 12. *num.* 13. *& tit.* 20. *num.* 12. 39

Si enim nostra quæstio versatur in eo, an Serenissimus Magnus Magister possit aliquid alterare super Commendis de Jurepatronatus in præjudicium Patronorum, & solum ad istum effectum quæritur an Juspatronatus proveniat ex contractu, seu titulo oneroso, vel potius gratioso, & lucrativo, utique de hoc titulo oneroso non est dubitandum per antecedens, quando statutum literis claris admittit consequens, disponendo ne Magnus Magister, ejusque Capitulum generale possit unquam alterare aliquid in præjudicium Patronorum, & propterea versamur in Casu legis, quod pactum fundationis nequeat per Magnum Magistrum violare, aut in 40 aliquo alterari, Rot. *dec.* 181. *n.* 1. *p.* 4. *diversor. & dec.* 68. *n.* 11. *part.* 12. *& dec.* 346. *n.* 12. *p.* 17. *recent. & dec.* 228. *n.* 11. *& coram Burat. dec.* 434. *num.* 13. & in terminis violationis pactorum in Commendis hujus Militiæ, Ansald. *Consil.* 23. *num.* 32.

Eo magis autem, quia ad tollendum dubitationem, an Statutum in parte, de qua supra prohibente alterationem in præjudicium Patronorum intelligatur de omnibus conditionibus, & pactis per fundatores appositis in Instrumento Fundationis, adjecit in fine verba specialia hanc dubietatem dirimentia, ibi = *E se nelle Fondazioni delle Commende vi saranno altre patti, ed esenzioni, quelle osservare inviolabilmente si devino* = Ecce magis clarum, quod Statutum omnia, & singula pacta apposita in Commendis de Jurepatronatus, voluit esse inviolabiliter servanda, nec alteranda etiam ab ipso Magno Magistro, & per consequens erroneum convincitur assumptum, quod agatur de mere gratiosis, seu concessis titulo gratioso, & lucrativo, & ad voluntatem Magni Magistri revocabili, quando Statutum occidit in litera supponendo pacta, & sic contractum titulo oneroso, & prohibendo ex una parte eorum alterationem, ex alia vero demandando

dando inviolabilitatem, & sempiternam observantiam, juxta *Text. in Leg. Jurisgentium*, §. *Prætor ait*, *ff. de Pactis*, & in proposito tradit Ansald. *d. conf.* 23. *n.* 32. & *conf.* 25. *n.* 2. & 22. Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 27.

41 Nec deficit in Statutis etiam specialis prohibitio circa præcisum casum nostrum dismembrationis Commendarum *in eodem tit.* 13. *cap.* 10. ubi post ordinatam prohibitionem dismembrandi Commendas Antianitatis, quoad alias de Jurepatronatus non aliter dismembrationem fieri posse voluit, nisi de consensu Patronorum, ibi = *Vogliamo si possino dividere, &c. a beneplacito de Padroni* = quæ dispositio limitata ad casum Beneplaciti Patronorum firmat prohibitionem in casu converso dissensus, & contradictionis Patronorum qua stante recurrit Censura præcedentis Statuti *in cap.* 9. prohibentis alterationem in præjudicium Patronorum, & demandantis inviolabilem observantiam pactorum in Commendarum Fundationibus adjectorum, ut in fortioribus probat in specie *Text. in Leg. de Contractu C. de rescind. vendit.* Decius *conf.* 558. *num.* 1. Mantic. *de Tacit. libr.* 1. *tit.* 16. *num.* 35. & *libr.* 23. *tit.* 20. *numer.* 9. 22. & 23.

42 Immo tantum abest, quod agatur de titulo gratioso, & revocabili, ut Serenissimus olim Ferdinandus Magnus Magister in Conclusione finali Statutorum Ordinis expresse declaraverit, & protestatus fuerit, quod per Statuta ab eo ordinata, & reformata de anno 1590. non intellexerit alterata conventiones, & pacta, quæ apposita fuissent in præteritum in Prioratibus, Bajulatibus, & Commendis de Jurepatronatus, prout est noster Prioratus erectus de anno 1589. ibi = *Le quali Leggi, e Statuti Noi Ferdinando Medici, &c. abbiamo ordinati, o riformati con espressa dichiarazione, che non s'intenda fatta alterazione a' Privilegii, Patenti, Esenzioni, Convenzioni, o Patti di Priori, Bajulivi, & Commendatori di Patronato, o altri di qualunque grado, e condizioni, a i quali per il passato fosse acquistata ragione, ò dove per patto, altrimenti per l'avvenire nella Fondazione delle Commende, si disponesse*, = quæ quidem specialis declaratio silere facit absurdissimam prætensionem Tituli gratiosi, & lucrativi, & revocabilitatis legum fundationis Prioratuum, & Commendarum, dum voluit pacta fundationum inita ante Statuta firma, & intacta remanere propter Jus quæsitum Patronis; In futuris autem fundationibus deposuit, ut pacta Statutis contraria admitterentur, vel eisdem Statutis subjecta non forent, signum evidens, quod agitur de vero contractu, & pactis titulo oneroso fundationis omnino servandis, & quibus per Statuta noluit derogari, Bonac. *disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 8. §. 3. *n.* 2. Lessius *de Justit. & Jur. lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 4. *n.* 35. Castropal. *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 4. *punct.* 21. §. 2. *n.* 1. & *tom.* 2. *tract.* 13. *de Benef. disputat.* 2. *punct.* 3. *n.* 13. *in fine*, Garz. *de Benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 120. quando per contrarium si ageretur de mera gratia, & mero privilegio gratioso, non fuisset alicui quæsitum jus irrevocabile, ut supposuit Dux Ferdinandus, qui nec etiam declarasset præservare hujusmode pacta, quæ si competiissent ex mera gratia, & privilegio, exigente Justitia suapte natura, cecidissent sub censura, & reformatione Statutorum, Rot. *coram Molinedan. decis.* 1. *num.* 2. *in fine de rescriptis*, Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 9. §. 2. *num.* 59. & *gloss.* 36. *num.* 31. Rota in *Monasterien. Decanatus* 13. *Junii* 1710. §. *Nec hujusmodi, coram bon. mem. Caffarello*, & *in Moguntina Decanatus* 15. *Januarii* 1712. § *Quinimmo, cor. R. P. D. Lancetta.*

Stantibus his adeo clarissimis, Infelices convincuntur omnes rationes in contrarium excogitatæ ad palliandam rem manifestam, & adhuc subsistendam assumptum, quod Juspatronatus sit in Commendis titulo gratioso, & lucrativo; Et sane idealis est illa ratio, quod in fundationibus Commendæ primo Bona donantur libere Religioni sine ulla conditione, ad effectum acquirendi Crucem, & habitum equestrem, & deinde ipsa Religio ad promovendas similes fundationes, ultra largitionem habitus, eidem Fundatori, consuevit Patronatum reservare, ideoque cum Religio in recompensam donationis factæ pro assequendo habitu, ipsum habitum militarem concesserit, quidquid ulterius indulserit respectu Patronatus, dicatur ex mero Privilegio, præsertim quoad Successores, ad quos nonnisi per gratiosam extensionem Juspatronatus protractum est, quando ab initio Religio ad solam vitam Donantis concedebatur.

Nam fallacia primi suppositi est evidens, reflectendo, quod in primis, & ante omnia, quando Fundatores intendunt erigere Commendas, supplices preces porrigunt Serenissimo Magno Magistro, in quibus exponunt leges, & pacta sibi benevisa, & pendet ex arbitrio Magni Magistri admittere, vel non admittere, & quando placet admittere, facit rescriptum, a quo regulantur omnes actus subsequentes donationis Bonorum, erectionis Commendæ, & reservationis Jurispatronatus, tanquam actus executivi, & in sequelam rescripti, ut in specie advertit Ansald. *conf.* 140. *n.* 110. *cum seqq.* Si ergo donatio, erectio, & Juspatronatus sunt actus executivi ipsius rescripti, erroneum est dicere, quod Bona Religionis prius donantur libere, & propter assequendum solum habitum, quodque Juspatronatus indulgeatur ex privilegio quasi aliquid supra illud, pro quo facta extitit donatio, dum si vigore pacti, & Legis fundationis approbatæ per rescriptum Magni Magistri, donatio Bonorum pro erectione Commendæ facta legitur cum reservatione Jurispatronatus. Ergò actus subsequens donationis non fit libere, neque fit pro assequendo solo habitu, sed intuitu Jurispatronatus, sub cujus lege, & conditione, & non alias, Fundator supplicavit Magno Magistro, & iste concessit per rescriptum, qui est consensus Superioris unitus ad consensum Fundatoris, producens contractum reciprocum, & onerosum, ut probat Ansald. *dicto conf.* 140. *n.* 110. *cum pluribus seqq.* ubi quod omnia gerunt in executionem rescripti Serenissimi Magni Magistri, & ita factum legitur in erectione nostri Prioratus ejusque dotatione in quo non habitus, sed Juspatronatus fuit petitum, & obtentum, & cum hac lege deventum fuit ad fundationem, & donationem *Summ. num.* 1. ibi = *Quam quidem fundationem, & erectionem Commendæ fecit, & facit Illustrissimus Dominus Joannes Paulus cum pacto, quod Juspatronatus ipsius sit, & deinde sic pertineat linea, &c. Servato modo, & ordine, de quo in precibus supradictis.* =

Prioris insubsistentiæ est, quod saltem respectu 43 Successorum Juspatronatus sit gratiosum quasi per extensionem contra originalem naturam, quia quando ex Lege fundationis approbata per Magnum Magistrum petitur, & conceditur Juspatronatus etiam pro Successoribus, ut in præsenti factum legitur, ista non vocatur extensio, sed comprehensio, & observantia pacti, nec attenditur natura originaria, quia notum cuique est, quod pacta alterant naturam etiam in Feudis, aliisque materiis differentibus per *Text. in cap. Unico de Feudo non habente propriam Feudi naturam*, Oldrad. *conf.* 203. *n.* 10. Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 39. & *lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 19. Pacion. *de locat. cap.* 3. *num.* 10. & *seqq.* & maxime quando ipsa Statuta ita disposuerunt volendo pacta servari debere, nec posse alterari, & Serenissimus olim Ferdinandus ab ipsis Statutis excepruavit pacta in contrarium, quo casu non dicitur contra naturam actus, quicquid Lege, seu Statuto permittente apponitur, & in conventionem deducitur, ut per Bald. *conf.* 352. *in princip. lib.* 1. Cravett. *conf.* 186. *numer.* 5. *vers. natura*, Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 5. & 7.

Addit contrarius Defensor, quod causa finalis instituendi Commendas est meritum donationis ad Dei gloriam promovendam ex pietate erga Deum, & devotione erga Sanctum Religionis Protectorem, & sic bonum spirituale, & salutem animarum, quodque cum hæc omnia assecuti fuerint Fundatores, Juspatronatus, quod deinde Religio reservat pro excitanda eorum Pietate, & ut causam impulsivam exhibeat, non reddit contractum onerosum, qui non revocatur ex defectu Causæ impulsivæ.

44 Respondeo, quod etiam fundatio Ecclesiarum Beneficiorum, & Cappellaniatum cum onere spirituali Missarum, & piorum operum, habet multo magis speciem meriti erga Deum, & pietatis, & devotionis, & tamen Fundatoribus de Justitia reservatur Juspatronatus in recompensam eiusdem onerosi, ut alliciantur Laici ad fundandas Ecclesias, Beneficia, & maxime quando ita, & non alias Fundatores declarant velle fundare, & dare pecunias suas pro erectionibus Beneficiorum; Si ergo hoc procedit in Spiritualibus, & Ecclesiasticis, ubi magis stricte actus respicit bonum Spirituale, & salutem animarum, fortius in his Commendis, quæ non habent hanc spiritualitatem, & Ecclesiasticitatem, & ratio est, quia causa finalis in his fundationibus est illa, quam exprimunt, & volunt Fundatores in Instrumento fundationis, quando igitur volunt Juspatronatus, & Superior approbavit, ut servatum fuit in hoc Prioratu, tunc aliæ omnes Causæ Pietatis, & devotionis reputantur media, quæ famulantur, & deserviunt fini, & intentioni principali habendi Juspatronatus, ut in puncto advertit Lotter. *de re benefic. lib.2. q.8. n.110. omnino viden.*

Respondet Scribens in contrarium, quod exemplum Jurispatronatus Beneficiorum Ecclesiasticorum retorquetur, ex quo Summus Pontifex derogat Jurispatronatus competenti ex fundatione, & dotatione etiam invitis Patronis signanter ex causa vacationis in Curia, inde ducit consequentiam his verbis = *Ergo manifestum est titulum fundationis in Patronatibus Beneficiorum, non esse sufficientem ad constituendam causam onerosam* = Sed primo loco nihil commune habet derogatio, quam facit Papa Jurispatronatus Laicorum ex causa vacationis in Curia, quia derogat pro ea vice ad effectum illius vacationis tantum, & sic nullo modo destruit, aut dismembrat Juspatronatus in perpetuum præjudicium Patronorum, ut in præsenti casu factum fuit, quia in unica
45 collatione Beneficii non consideratur præjudicium perpetuum, quod ex dismembratione irrogatur, ut ait Fastol. *Causa 6. dub.1. num.1. in fine*; Unde non discedendo ab Exemplo Summi Pontificis, ad rem nostram magis applicantur casus unionum, & dismembrationum in Beneficiis, & Ecclesiis de Jurepatronatus, quæ etiam factæ per Papam non valent, nisi interveniat consensus Patronorum, ne alias Laici retrahantur a Fundationibus Ecclesiarum, & Beneficiorum, ut bene Faber *in Cod. lib. 6. tit. 1. Definit. 8.* ibi = *quod in superioribus diximus Summum Pontif. cem posse pro medietate derogare Juripatronatus Laicorum pro ea vice, ut Pragmatici loquuntur, locum non habet, cum agitur de Beneficiorum unione; Sicut enim unio semel facta semper durat, ita, quæ ex hujusmodi unione fieret injuria Patrono Laico, perpetuo duraret, indeque fieret, ut Laici a dotandis Beneficiis deterrerentur* = concordat unanimiter Zabatell. *cons. 96. numer. 3. versic. Nam etiam Papa*, Rebuff. *in prax. ad regulam de union. gloss. 11. num. 6.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 8. n. 94.* Paris. *de resign. lib. 2. qu. 4. num. 11.*

46 Rursus etiam in simplici provisione Beneficii, de Jurepatronatus, Papa nunquam illi derogat, ut videmus in resignatione etiam ex causa permutationis, ubi requirit consensum Patronorum, Lotter. *ubi proxime, num. 93.* pariter in vacationibus apud Sedem per assecutionem incompatibili, ut tradunt relati apud Me *Discept. Eccles. 27. num. 20.* in provisionibus per Commendam, & aliis apud Paris. *ubi supra n. 11. & seqq.* Et eatenus in vacatione Beneficii in Curia derogari consuevit Juripatronatus Laicorum, quatenus hæc derogatio non est contraria voluntati Fundatoris ex ratione quam deducit Lotter. *lib. 2. q. 8. num. 98.* In aliis vero casibus derogationes fiunt, quando nullum irrogatur præjudicium Patronis; scilicet ubi Juspatronatus est litigiosum, & ignoratur quis sit Patronus, & ubi in paritate vocum derogatur alteri medietati, in quibus casibus cessat præjudicium Patronorum, ut bene prosequitur Lotter. *d. libr. 2. quæst. 8. num. 110. & seqq.* Rota *in Faventina Beneficii 24. Aprilis 1705. §. Continuatio, & §. finali, & 10. Junii ejusdem anni §. Minimeque, coram Reverendissimo Kaunitz, & apud* Me *Discept. Eccles. 28. sub num. 13.* Ex quibus patet, ipsum quoque Summum Pontificem, qui in beneficialibus frænum non habet, non derogare Juribus patronatus Laicorum, nisi in aliquibus casibus particularibus, in quibus non consideratur præjudicium Patroni, etiam quoad Collationes; Eo minus autem quoad actus præjudicialissimos, & annihilantes perpetuo ipsum Juspatronatus, ut sunt uniones, dismembrationes, & privationes in totum, vel in parte ipsius substantiæ Jurispatronatus, ut advertit Card. de Luca *de Jurepatr. in summa numer. 123.* Lotter. *de benef. libr. 2. quæst. 8. num. 92.* Rot. *decis. 44. num. 4. et seqq. post* Antonell. *de Juribus, & oneribus Clericor.* & maxime nunquam derogatio ista datur, quando obstat Lex fundationis, ut advertit Card. de Luc. *de benef. disc. 6. n. 6. in fin. & n. 10.*

Verum secundo dico quod male arguit Dominus 47
in contrarium scribens ab eo, quod potest Papa ad potestatem Magni Magistri, nam potestas Papæ in Beneficialibus est amplissima, & nullum habet frænum nullosque limites, *cap. proposuit de Præbendis*, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 1. Procemial. num. 32. & seqq.* Gomez. *ad regul. de Jure quæsit. non tollend. quæst. 1. num. 7.* Lambertin. *de Jurepatr. part. 3. q. 7. artic. 6. num. c. in fine, versic & quam maxime hoc procedit*, Rot. *decis. 44. numer. 4.* post Antonell. *de Jur. & oner. Clericor.* quam potestatem non habet Magnus Magister in Commendis, cum ipse in Religione faciat figuram, & repræsentationem Prælati generalis, non autem supremi Principis, ut in puncto Card. de Luca *de Jurepatr. disc. 20. num. 18. & disc. 80. num. 11.* ubi allegat Martham *vot. pisan. 9.* hoc dicentem; qui Prælatus generalis est superior Ordinarius, & habet potestatem ordinariam sicut Episcopus in sua Diœcesi, ut in specie advertit Ansald. *consil. 33. n. 46. & 47.* ibi = *Serenissimus Magnus Magister, & ejus Deputatus est quod Jurisdictionem subditis uti Episcopus, etc. Jurisdictio, etc. Ordinaria esse dicitur, et omnia Jura Ordinariæ potestatis habet* = & propterea male arguitur a Prælato Religionis ad Papam. Quod igitur Papa derogare possit Juripatronatus Laicorum, provenit ex sua amplissima potestate, quam habet in Beneficialibus, non autem ex quo Juspatronatus Laicorum ex fundatione, & dotatione competens, sit mera gratia, seu Privilegium gratiosum, quia illud esse privilegium, & gratiam ex titulo oneroso est unum elementare principium, quod controvertere primis principiis repugnat, ut probant superius allegatæ authoritates Sac. Rotæ *decis. 221. num. 13. & seqq. part. 8. & decis. 472. num. 57. & in Salernitana Alimentarum 20. Junii 1712. §. Absque eo quod, coram R.P.D. Scotto.* ibi = *Ex Jure antiquorum Canonum Juspatronatus cum omnibus ejus honoribus, & oneribus erat concessio mere gratiosa, hodie vero cum per nova Jura redacta fuerit in Corpore Juris, dicitur ex Justitia.* =

Piget respondere aliis superfluis inductionibus, signanter ratiocinio, quod contractus ab initio censeatur locrativus, eo quia donec durat Juspatronatus in Personis vocatis, Religio nihil acquirit non obstante quod acquirat libertatem Commendarum extinctis Patronis; Est enim conclusio, quæ non reperitur scripta in Jure, & repugnat primis principiis; nam commodum donationis datur, & consideratur etiam suspenso effectu, ad certum tempus, & certum casum necessario eventurum, & reservatio Jurispatronatus tali casu habetur pro mero accidenti, quo de medio sublato, Commenda perpetuo acquiritur ad commodum Religionis, ut ponderat Ansald. *consil. 140. num. 73. vers. Et per consequens*, alias si hoc verum foret, an etiam in fundationibus Ecclesiarum, & Beneficiorum, ob magis longum, & remotum casum libertatis acquirendæ in favorem Ecclesiæ, dicendus non esset titulus onerosus, sed lucrativus, quod est apertum absurdum, & propterea cum habeamus Doctrinas in individuo dicentes hunc esse contractum reciprocum, & hinc inde obligatorium, & habeamus ita existimari

stimari

stituti etiam fundationes Jurispatronatus in Ecclesiasticis, & denique habeamus expressum casum legis in Statutis ordinis, de quibus supra prohibentibus alterationem in Commendis, in præjudicium Patronorum, & omnino demandantibus pacta fundationum inviolabiliter servanda fore, & hæc omnia ponant in claris contractum onerosum, inde sequitur ut hujusmodi decisiones, & leges in terminis silere faciant argumenta, & ratiocinia, quibus abundat contrarium responsum, super quo punctualis est locus Cyriac. *contract.* 248. *num.* 21. & 22. & sic transeo alterum ratiocinium, quod etiamsi Juspatronatus dici possit ex causa onerosa, non tamen eamdem naturam habeant Privilegia eidem elargita, quod ratiocinium sane non intelligo quid sibi velit; Si enim Juspatronatus est onerosum, & per viam contractus hinc inde obligatorii, non potest in aliquo alterari, & lædit super concessis, & nescio ubi consistat pars onerosa, divisibilis a gratiosa, quæ videtur præcisio Metaphysica, nullatenus apta ad veritatem assequendam, ut dicunt Gemini. *cons.* 49. *num.* 4. *vers. Nam subtilitas*, Roman. *consil.* 301. *num.* 15. Roland. *consil.* 55. *num.* 7. *lib.* 1. *& est Text. in Leg. sed hæc nimium scrupulosa sunt, ff. de excus. Tutor.*

Minus attendi potest quicquid in contraria responsione insinuari prætenditur, quod nempe, ut jus quæsitum dicatur ex titulo oneroso omnino necessarium sit, quod pretium correspondeat valore rei concessæ, saltem supra medietatem, quam regulam applicando ad rem nostram dicit donationem scutorum vigintiquatuor mille pro dote assignata controversi Prioratus non ascendere ad medietatem justi valoris, imoio neque ad ejus partem, & sic Religio enormissime læsa dicenda esset, & probat læsionem, ex quo Religio ex universa Provincia Marchiæ posset retrahere plus, quam *scuta centum mille*, & præventive sibi respondet, quod non sit attendendum tempus fundationis, sed quidquid postea sequi potuerit, cum agatur de re habente tractum successivum.

48 Etenim cum Serenissimus olim Ferdinandus Magnus Magister oblata dote scutorum *vigintiquatuor mille*, cum pacto reservationis Jurispatronatus acceptaverit, & concesserit fundationem Prioratus cum Jurepatronatus, non sit nota imprudentiæ erga Prudentissimum illum Principem, & Reformatorem Statutorum Ordinis, objectatur exadverso, quod admiserit dotem incongruam, & modicam pro fundatione Prioratus, quando primæ regulæ Juris undique exclamant, quod ubi Superior dotem acceptavit in quantitate, & mensura per Fundatorem oblata, ista præsumitur ab initio congrua, & æqualis respective ad rem concessam, dum alias non admisisset sagacissimus Princeps actum suo Decori, & Religionis utilitati præjudicialem, ut concludunt Barbos. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 22. Lotter, *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 32. *num.* 7. Rot. *decis.* 521. *num.* 1. *part.* 2. *& decis.* 174. *num.* 3. *&* 4. *part.* 18. *recentior.* ibi = *Dum fundatio facta fuit præsente, & acceptante, & authorizante Ordinario omnia requisita necessaria intervenisse credendum est, & signanter congruam dotem fuisse constitutam* = Quo posito, nunquam audivi, quod congrua dos ab initio constituta in fundationibus Ecclesiarum, aut Commendarum tractu temporis mutatione rerum, & temporum, dici debeat incongrua, & læsiva, quando fuit semper a die fundationis usque in præsens inviolabiliter observata, per observantiam centum annorum, & ultra, quæ observantia omnem læsionem excludit, Rot. *decis.* 1188. *num.* 8. *coram Emerix Junior. & decis.* 442. *num.* 13. *vers. & stante, coram Bich. & in recentior. decis.* 193. *sub num.* 1. 14. *&* 15. *p.* 18. & maxime urgente principio, quod cum supra probatum fuerit hunc esse contractum reciprocum in-
49 ter Fundatorem, & Superiorem, utique in contractibus attenditur tempus contractæ obligationis, non autem quicquid ex futuro successu supervenerit, juxta *Text. expressum in Leg. si voluntati in fine, Cod. de rescindend. vendition.* Mantic. *de tacit. libr.* 3. *tit.* 15. *n.* 22. *&* 23. ibi = *Justitia, vel injustitia contractus, eo tempore, quo celebratur, non ex futuro eventu consideratur, unde debemus inspicere eam rei qualitatem, quæ fuit tempore contractæ obligationis, unde cum quæritur, an contractus fuerit utiliter celebratus, tempus, quo habuit initium, inspicitur non id, quod postea acciderit* = Rot. *coram Cerr. dec.* 170. *num.* 18.

Quæ textualis propositio indistincte locum habet etiam in contractibus, & conventionibus de se habentibus tractum temporis in futurum, adhoc enim non est licitum desumere læsionem ab accidentibus, quæ postmodum tractu temporis eveneruur, alias hoc modo nullus contractus haberet firmitatem, juxta veriorem sententiam, quam reprobatis contrariis tenent Menoch. *consil.* 156. *num.* 35. *quem secuta est*, Rot. *decis.* 584. *num.* 7. *part.* 4. *& decis.* 18. *numer.* 4. *part.* 2. *diversor. & coram Dunozet. Jun. decis.* 713. *num.* 8. *&* 9. *coram Peutinger. decis.* 49. *num.* 1. 3. *& seqq.* & in terminis legis fundationis *decis.* 22. *n.* 6. *& seqq. coram Benincasa*, & contrarium procedit in privilegiis, seu actibus ex mera liberalitate emanatis, non autem in contractibus reciprocis, in quibus aliquid hinc inde datum fuit; hoc enim casu contractus etiam habens causam successivam ex capite supervenientis læsionis non rescinditur, ut totidem verbis distinguit Rot. *cor. Peutinger. d. dec.* 49. *num.* 6. *&* 7. 50

Alias, cum impinguare Provincias, & Prioratus novis Commendis, & Bajulatibus dependeat non solum ex arbitraria voluntate Fundatorum, sed etiam Religionis, seu Magni Magistri, sequeretur absurdissimum inconveniens, quod ad effectum auferendi Prioratum, & Juspatronatus huic, vel illo Patrono, vel Priori, haberet Religio campum largum impleodi, ex facto proprio hujusmodi Prioratus novis Commendis, & subditis, & postea allegandi læsionem, ita, & taliter, quod ista esset via auferendi Prioratum, modo uni, & modo alteri: Res quidem pessimi exempli, & nondum audita in Orbe Terrarum, quia sequeretur, etiam eadem Metamorphosis in feudis pactionatis, & pecunia emptis, quia crescentibus Vassallis, posset feudum ex capite læsionis revocari, quia propter tale augmentum plus valeret, & sic de omnibus aliis contractibus, quo nihil absurdius, & ideo firmum remanet, quod ad effectum læsionis spectandum sit tempus contractus, non autem futurus eventus, ut docet *Gloss. in capit. ad aures in verb. tunc, de reb. Eccles. non alienan.* ibi = *Tunc scilicet tempore contractus, & sic spectatur initium contractus, & tunc si læditur Ecclesia, restituitur, alias si postea res fieret melior, & non expelluntur, ex quo in principio Ecclesia non fuit decepta* = Cagnol. *in Leg.* 2. *n.* 169. *&* 214. *C. de rescind. vendit.* Gregor. *decis.* 570. *num.* 5. Rot. *cor. Benincasa dict. decis.* 22. *num.* 7. *&* 8. ubi quod ista opinio est verior, ut etiam testatur Dunoz. Jun. *d. decis.* 713. *n.* 8. *&* 9. 51

Præterea obstant huic absurdæ propositioni ipsa statuta Ordinis, quæ sicut in Commendis, & Prioratibus, & Bajulatibus de Jurepatronatus voluerunt, quod pacta = *Inviolabilmente osservare si devina* = & protestatus est immortalis mem. Ferdinandus in conclusione, Statutorum, ut supra visum erit, ita silere faciunt hujusmodi revocabilitatem ex capite futuri eventus, quia juxta subjectam materiam Prioratuum, super quibus juxta statuta *in titul.* 21. *cap.* 2. considerari poterat augmentum Equitum, adhuc observantiam pactorum dirigunt in futurum, & in perpetuum, ut dicunt Jason. *in L. quominus, num.* 136. *vers. nisi aliter, ff. de flumin.* Rot. *coram Peutinger. d. dec.* 49. *n.* 8.

Insuper pro titulo oneroso Jurispatronatus conces- 52
so super Controverso Prioratu, non est consideranda sola dos scutorum *viginti quatuor mille*, sed etiam tempus nascentis Religionis, cui utile erat se stabilire, & sic expediebat in illis principiis non ita rigorizzare, ut ita dicam, in pretio pro erigendis Commendis, ac ulterius considerandum venit grande pretium meritorum Insignis Familiæ Marchionum de Nobilibus,

dum Antenati, & Majores Fundatoris in Servitio Serenissimorum Magnorum Ducum Etruriæ Sanguinem, & vitam effuderunt in Militia, & Bello, expensas fecerunt de proprio pro Serenissima Domo, ut distincte narratur *Summ. num.*2. Servitium enim quod nedum in pace, sed etiam in Bello præstitum fuit, sicut est pretio Inæstimabile, ut est perdere vitam, & effundere Sanguinem in obsidionibus, & Bellis, ita quidquid Familiæ sic benemeritæ concessum fuit, concessio dicenda venit remuneratoria, & titulo oneroso meritorum, quæ ultra pretium pecuniarum sunt consideranda ad effectum Causæ onerosæ ad ea, quæ notarunt Castropal. *oper. moral. tom.*1. *tract.*3. *disput.*4. *punct.*21. §. 2. *num.* 1. Sanchez *de Matrimon. lib.*8. *disput.*33. *num.*9. Suarez *de Legib. lib.*8. *cap.*37. *num.* 5. Bonacin. *disputat.* 1. *num.* 3. *pract.* 8. §. 3. *num.* 1. & in terminis Jurispatronatus ob servitia, & benemerita titulum onerosum habenti, firmat Pax Jordan. *tom.*2. *lucubr. lib.* 10. *tit* 7. *num.*71. Rota *coram Benincasa d. dec.*22. *n.*8. & 9. ultra quod talis decantata læsio, & valor scutorum *Centum mille* est Idealis figuratio partis sine Fundamento probationis, & solum innixa erroneæ Credulitati, qui sane non est modus probandi læsionem, & destruendi Legem Fundationis.

Superatis hujusmodi fallacibus ratiociniis super erroneo assumpto tituli lucrativi, & firmo remanente titulo oneroso, magis damnabile est alterum, quod Juspatronatus etiam titulo oneroso concessum potuerit diminui, & dismembrari ex dispositione Juris, & Constitutionibus Ordinis; Nam circa dispositionem Juris, contrarius scribens aggreditur longam bilantiam super speciali indole, & natura Jurisdictionis, quam dicit esse ad nutum revocabilem sive concessa fuerit per privilegium, sive per contractum, adducit opinionem contrariam in contractibus, respondet distinguendo inter Jurisdictionem concessam in Officium, non autem in dominium, & dicendo concessam in Officium esse irrevocabilem ex pacto, & revocabilem deficiente pacto, inde descendit ad probandum, quod Jurisdictio in Prioratus sit concessa in Officium, & ideo revocabilis per Principem, qui Superiorem non recognoscit qualem esse supponit Serenissimum Magnum Magistrum cum aliis divagationibus extra propositum consarcinatis.

Hæc omnia sapiunt inutilem repletionem cartarum, non enim versamur in concessione Jurisdictionis, sed in Lege fundationis Prioratus acceptata per Magnum Magistrum, in vim reciproci contractus, qui Prioratus habet de sui natura Jurisdictionem annexam ratione Statutorum Ordinis *tit.*11. *cap.*2. Unde Jurisdictio non nascitur ex privilegio, sed ex natura ipsius dignitatis Prioralis, nec propterea intrat quæstio de revocanda Jurisdictione, sed de revocando Prioratu, eoque dismembrando in præjudicium Patroni, & de derogando Legi Fundationis, & violando contractum, & consequenter nostra quæstio restringitur in eo tantum articulo, an Serenissimus Magnus Magister voluerit, & potuerit derogare Legi Fundationis, & dismembrare Prioratum spoliando unum & vestiendo alterum de re aliena; Ergo super hoc puncto est discurrendum, non autem in extraneis divagandum confundendo unam rem cum alia.

Circa voluntatem Serenissimi Magni Magistri ego plenissime probavi, quod piissimus Princeps numquam excogitaverit dismembrare Prioratum Familiæ de Nobilibus, ut vestiret Dominum Equitem Zucconium ex solidissimis fundamentis relegendis in Meo Priori *responso*, §. *Et quidem cum pluribus seqq. usque ad* §. *hæc meo Judicio*, respondet siccis verbis contrarius Scriptor, quod Magnus Magister ad Commendæ erectionem processerit non ad solam partis Instantiam, inconsulto, & ex abrupto, sed prævia informatione clarissimi Auditoris, & rigorosa discussione negotii facta per Theologos, & quod ubi Princeps aliquid facit prævia Ministrorum informatione, aut Causa aliter cognita nequeat dari de defectu intentionis.

54 Argumentum hoc nihil concludit, quia omissa discussione Theologorum, quod est suppositum in facto non probatum, & prorsus inverisimile in actu adeo enormi, & præjudiciali, informatio Ministrorum cum cadere potuerit super examine dotis oblatæ per Equitem Zucconium, & super ipsius personæ meritis, & requisitis, nunquam probat fuisse Principi narratum, quicquid ipse supplicans illi occultavit, & non expressit in suis precibus, & propterea cum agatur de materia adeo præjudiciali, & directa ad spoliandum Patronos, & alterum vestiendum ad effectum, ut Princeps dicatur voluisse præjudicium, & Spolium facere, non juvant præsumptiones, adminicula in abscondito, sed literis claris hoc præjudicium exprimi debet per supplicantem, & literis claris per Principem est facienda mentio, & derogatio Juris alieni, alias Justissimus Princeps tanquam lex animata non præsumitur velle præjudicium, & Spolium Tertii, ut tali casu non sufficere quod Princeps asserat ex certa Scientia processisse probat late Adden. ad Rot. *dec.*217. *num.*41. & *seqq.* Gomes. *ad regul. de Jure quæsito non tollen. quæst.*1. *n.*4. & 5. *versic. nam ut dictum est*, cum aliis allegatis in Meo Priori responso §. *Unde semper*, & in puncto, quod subreptio locum habeat, etiamsi agatur de actu gesto per Summum Pontificem, prævia discussione negotii habita in Congregatione particulariter ab eo deputata Me scribente firmavit Rota *in Castellana validitatis Concordiæ, seu Bipartitæ* 12. *Januarii* 1705. §. *Hæc subreptionum Capita, coram Rev.a D. Molines Decano*, & quod necessaria sit expressio præjudicii per derogationem specialem, & mentionem Juris alieni tradit etiam in Papa Lambertin. *de Jurepatron. lib.*3. *quæst.*6. *articul.*2. *numer.*1. *versic. nisi exprimat*, & *lib.*3. *quæstion.* 7. *artic.* 6. *numer.* 1. quod solum sufficeret ad decidendam hanc causam quia defectus mentis Serenissimi Magni Magistri, secundum legales regulas, est clarissimus, absque necessitate descendendi ad examen suæ potestatis.

Sed quia urget contrarius Defensor super hac po- 55
testate, dico absolute, quod in Religione hac Militari Serenissimus Princeps non repræsentat suum Principatum temporalem, ut æquivocatur exadverso, sed uti Magnus Magister Ordinis, repræsentat personam Præfecti Generalis, ad instar simplicis Episcopi, & habet potestatem illam duntaxat, quæ per Summos Pontifices sibi tributa fuit, ut probant punctuales Auctoritates Ansaldi *cons.*33. *num.*47. Matiha *voto Pisan.*9. Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 20. *num.* 18. & *disc.*80. *num.*11. cui insuperabili motivo contrarius scribens nescit quid respondeat, discurrendo, & divagando super Principibus quia habent, vel non habent jus supremarum appellationum, quod nihil Commune habet cum Generali Religionis, qualem esse Magnum Magistrum Doctrinæ punctuales, ut supra convincunt, & uti Generalis, & uti Episcopus non habet facultatem derogandi Legibus fundationum, & violandi Contractus quos nec etiam Principi subjecit Deus, ut probavi per elatas Authoritates in Meo priori responso §. *ergo si Magnus Magister*, & §. *si igitur cum seqq.*

Sed quod silere facit omnem quæstionem, interrogo, qua ratione salvabimus Statuta, in quibus ipse Serenissimus Magnus Magister pacta fundationum voluit inviolabiliter servari, ibi = *quelle osservare inviolabilmente si devino* = *ut tit.*13. *cap.*9. quod intelligitur etiam ligare manus Magno Magistro, quia in Verbis præcedentibus, postquam habitus fuit sermo de privilegiis concessis fundatoribus Commendarum, & eorum lineis ipse Magnus Magister dixit = *E questa nostra deliberazione commandiamo, che non possa mai essere alterata in pregiudizio di Padroni da noi, e da capitoli generali, e nostri successori* = quæ verba declarant sequentia, in quibus promittitur observantia inviolabilis pactorum fundationis, retento scilicet eodem Themate non alterandi hæc pacta in
præjudicium Patronorum, neque per factum Magni 56
Magistri nam una pars statuti alteram declarat, Declus *cons.*11. *num.*2. Cæphal. *cons.*451. *num.*82. *lib.* 4. Rot. *decis.*38. *numer.*3. *par.*10. & *decision.* 387. *num.* 31.

num. 31. *part.* 13. *& dec.* 20. *num.* 2. *p.* 14. *& decis.* 644. *n.* 8. *p.* 18. *rec.*

Quomodo saltabimus aliud Statutum *tit.* 13. *c.* 10. super dismembratione Commendarum solum permissa de beneplacito Patronorum, necnon declarationem Magni Magistri in finali conclusione Statutorum de non derogando pactis fundationum, & denique *tit.* 9. *cap.* 3. ubi dispositum ita reperitur = *il gran Maestro non vuole avere autorità di alienare in alcun modo cosa, che fosse in pregiudizio, &c. dell'Ordine, ò di Persona alcuna* = quæ dispositio de non alienando aliquid in præjudicium *di Persona alcuna* verificatur præcise in hac controversa dismembratione in præjudicium Patronorum, quæ alienatio, qualis de
57 Jure intelligitur etiam illa per quam spoliatur unus de eodem Ordine, seu Ecclesia, & alter ejusdem Ordinis investitur, ut communis est opinio, de qua Panorm. *in cap. sicut nostris, n.* 4. *de Jurejur.* Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 8. *n.* 12. Card. de Luc. *de alien. disc.* 54. *n.* 8. *&* 9. Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 6. *num.* 13. Rot. *decis.* 361. *num.* 7. *& seqq. p.* 5. *& decis.* 3. *num.* 31. *part.* 6. *& decis.* 85. *n.* 5. *part.* 8. *rec. & in Gerunden. Eleemosynæ Panis super manutentione* 20. *Martii* 1702. §. *Et tanto magis, cor. Eminentiss. D. Card. Priolo, & in Gerunden. Administrationis super collectione Eleemosynarum* 23. *Junii* 1703. *cor. clar. mem. Cardin. Caprara.*

Quando tamen ad hunc effectum, ut Magnus Magister non habeat potestatem derogandi legibus, & pactis fundationis, non requiritur, quod in illis ipsius potestas legatur inhibita, sed sufficit ibi dictum fuisse quod pacta fundationum *inviolabilmente osser-*
58 *vare si devino:* nam cum Statuta emanaverint in vim auctoritatis Sedis Apostolicæ, juxta Bullam S. Mem. Pii IV. ubi demandatur eorum observantia una cum decreto irritanti non potest Magnus Magister illis derogare, aut contravenire per *Text. in cap. Dilecto* 25. *de preben.* Bonacin. *oper. moral. tom.* 2. *tit. de legib. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct. numer.* 16. *versic. hoc tamen limita,* Lotter. *de re benef. libr.* 1. *quæst.* 14. *sub n.* 30. Barbos. *de Can. cap.* 3. *sub n.* 3. Rot. *in Pisana distributionum* 14. *Dec.* 1699. §. *Et quidem, cor. R. P. D. Lancetta, & in Melevit. decretorum* 21. *Martii* 1707. §. *circa nanque primum, cor. R. P. D. Ansaldo,* & in puncto, quod Magnus Magister non habeat hanc potestatem derogandi pactis, & legibus fundationis in Commendis aperte concludunt Ansald. *cons.* 23. *n.* 32. ubi quod pacta fiunt in fundationibus ad evitandam derogationem Magni Magistri, qui illis derogare non potest, *& cons.* 12. *n* 32. ubi quod nec etiam interveniente ordinaria Principis authoritate, potest alterari lex fundationis in præjudicium vocatorum, Card. de Luc. *de Jurep. disc.* 80. *num.* 11. adducens authoritatem Martæ *voto Pisan.* 9. & maxime quando agitur de violatione contractus, & pacti fundationis, qua mediante spoliatur unus, ut alter vestiatur, quod sine magna Causa etiam Papæ Jura non permittunt, si credimus Gomesio *ad regul. de Jure, quæsit. non tollend. q.* 11. *num.* 23. *in fin. & n.* 24. ibi = *Putarem tamen isto casu requiri Causam in concessione Papæ; quando agitur de magno, & eorum præjudicio; quia alias aliena largiri sine culpa possidentis esset quædam species Tyrannidis, per quam contaminatur Principis liberalitas, & Magnanimitas, &c. nec obstat Papam habere plenitudinem potestatis in Beneficialibus, &c. quia illud est verum quoad collationem Beneficiorum, non autem quoad privationem faciendam sine Causa* = quod probatur ex traditionibus eorum, qui has Commendas æquiparant feudis, ut apud Ansald. *cons.* 12. *num.* 62. *& seqq. cons.* 17. *n.* 68. *cons.* 27. *num.* 59. *& cons.* 140. *n.* 32. *& cons* 141. *n.* 89. Cæphal. *cons.* 252. *num.* 18. *lib.* 2. Card. de Luc. *de Jurepat. disc.* 8. *num.* 6. feudum autem est contractus, a quo Princeps non potest discedere, nec illum revocare, & alterare in præjudicium vocatorum, ut late discusso articulo probat Mantic. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 20.
59 *num.* 5. *et seqq.* neque enim Princeps est Dominus contractuum, ad effectum eos revocandi, Bald. *cons.* 82. *n.* 1. *lib.* 1. *et cons.* 275. *n.* 8. *vers. diceres, lib.* 2. Mantic. *ubi supra lib.* 5. *tit.* 13. *n.* 2.

Quo stante frigescunt inutiles divagationes, & diverticula contrarii Responsi super concessione Jurisdictionis in Officium, cum non agatur de Principe supremo, sed de Generali Religionis, nec de concessione Jurisdictionis, ut supra animadversum est, & tamen cum Statuta disponant super irrevocabilitate, & observantia pactorum fundationis, retorquentur authoritates in contrarium laudatæ, scilicet Casanat. *cons.* 43. *num.* 57. *&* 60. Torr. *de Primog. p.* 1. *cap.* 32. *n.* 120. *cum aliis citatis,* sed magis intollerabile est quicquid (semper extra propositum) fabricatur super concessione Jurisdictionis restrictive ad certum locum, seu Territorium, quando non fuit declaratum quantam extensionem Territorium habere debeat, & an semper in eadem amplitudine conservandum sit, quia repeto nostrum casum non esse de concessione Jurisdictionis in Officium, sed fundatione Prioratus totius Marchiæ, & ulterius dico non adesse in proposito hanc incertitudinem Territorii, quia verba supplicantis sunt clara, ibi = *Una Commenda col titolo di Priorato di tutta la Marca* = & pariter clara verba rescripti Serenissimi Magni Magistri ibi = *S. A. accetta il Priorato qual di sopra, non s'intenda però per Ancona Terra della Marca* = *Sum. n.* 1. Unde Territorii specificatio est clara dicendo = *tutta la*
Marca = quod nullam Civitatem nullumque lo- 60
cum hujus Provinciæ excludit, & maxime attenta exceptuatione Civitatis Anconæ, quæ firmat comprehensionem omnium aliarum Civitatum, & locorum totius Provinciæ *per Text. in Can. qualis distinct.* 25. *vers. quod enim,* Fagnan. *in cap. cum dilectus, n.* 38. *de Religios. domib.* Bich. *decis.* 225. *numer.* 7. & apud Me *discept. Eccles.* 20. *n.* 5. Rot. *dec.* 320. *n.* 15. *p.* 16.

Supponis post hæc contrarius scribens, constitutiones Ordinis concedere Magno Magistro dismembrationem Prioratuum *tit.* 11. *cap.* 2. in illis verbis = *Furono, &c. Instituite alcune dignità provinciali sotto nome, e titolo di Priore, e Bali* = sed hæc verba non dicunt quicquid ille excogitavit, & glossavit; nam singula singulis congrue referendo, verbum *Provinciali* refertur ad verbum *Priori,* verbum *locali,* ad verbum *Bali,* quia Bajulatus fundatur subordinate ad Priores in Provinciis, uti sunt Prioratus, & non sine admiratione video mendicari, & captari verba Statutorum nihil ad propositum dicentia, quando in pluribus locis, de quibus supra eadem Statuta sunt litteralia ad tollendam facultatem Magno Magistro de aliquid alterando in præjudicium Patronorum, neque
unquam licitum est argumentari tacite ad destructio- 61
nem expressæ legis, *l. cum ex filio,* §. *filio Impubere, ff. de vulgar. & Pupill. l. Maritus, C. de Procur.* Becc. *cons.* 39. *n.* 24. Cravett. *cons.* 92. *n.* 3. *cum aliis recollectis* per Barbos. *axiom.* 89. *n.* 3.

Frustra recurritur ad observantiam, quæ in claris contra expressam resistentiam statutorum in materia violandi contractus, quod neque Principi licitum esse docent allegati in Meo *responso,* §. *Si igitur,* non est observantia quia requirit rem dubiam, sed est contraventio, & destructio Statutorum, ut ait Coccin. *dec.* 1086. *n.* 54. Sed ad Justitiæ stateram appensis, & libratis exemplis in contrario responso adductis §. *Talisque, &* §. *Accedit,* unica responsio ea omnia destruit, quia nempe emanarunt consentientibus, & non reclamantibus Patronis, de quorum præjudicio agebatur, & præsertim Patronis Subditis Serenissimi Magni Ducis existentibus in Statu Florentino, qui ut gratiam captarent sui Principis, & meritum haberent, consenserunt, & sese neque per umbram opposuerunt: quid ergo valent hujusmodi exempla? plane nihil, quia Lippis, & Tonsoribus notum est, quod unusquisque potest favori suo renunciare, & quod volentibus Patronis possunt
fieri uniones, & dismembrationes, & similes actus 62
præjudiciales, quia volentibus non fit injuria, ut in puncto Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *quæst.* 6. *artic.* 2. *& artic.* 3. *cum seqq. & lib.* 3. *quæst.* 5. *artic.* 3. *num.* 1. *& sequent. & num.* 5. ibi = *Quia potest Juspatronatus præjudicari consentiente Patrono, ut concluditur per omnes* = & inferius ibi = *quia solum renunciat Juri suo, seu in ipsius favorem per*

primum fundatorem introducto = Lott. *de re benef. lib. 2. quæst. 8. n. 94. & seqq.* punctus noster est an dissentientibus, & reclamantibus Patronis, possint isti spoliari Jure suo, derogando pactis, & legibus Fundationum, ubi non adducitur exadverso unus casus, vel exemplum; Ideoque contraria exempla nihil concludunt, tanquam non emanata in specie casus, Rot. *cor. Bich. dec. 452. n. 20. & coram Cerro decis. 380. n. 4. & in Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus 7. Martii 1701. §. Quo vero, cor. R. P. D. Scotto, & 20. Januarii 1702. §. Frustra, coram Eminentissimo Domino Cardi-*
63 *nali Priolo*, cùm ad effectum observantiæ, necessarium sit probari, quod in hujusmodi casibus Patroni, contradixerint, & adhuc effectum habuerint hujusmodi monstruosæ dismembrationes cum subsecuta acquiescentia Patronorum succumbentium, Rot. *in d. Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus 22. Januarii 1703. §. Prout deque, coram Reverendiss. D. Molines Decano, & in Fossanen. Jurispatronatus super executione litt. 12. Martii 1703. §. Non obstat, cor. clar. mem. Cardinalis Caprara.*

64 Sed nec etiam id juvaret in proposito, si reflectimus, quod respectu Subditorum in proprio Statu Florentino degentium, talis acquiescentia referri potest ad metum reverentialem erga Principem, ideo observantia non concludit, Menoch. *consil. 337. nu. 37.* Rot. *decis. 282. num. 10. p. 17. & decis. 290. num. 2. part. 18. & coram Burat. dec. 462. sub num. 5. & coram Emerix Junior. decis. 1021. n. 1.* ac etiam quia cum teneant Statuta Ordinis, & resistat defectus potestatis in ordine ad Generalem Religionis, qui non potest violare sacrosanctas Leges fundationum, & pacta infringere, quæ de Jure naturæ sunt, requiritur observantia præscriptiva, ut ait Rot. in *Leodien. Canonicatus 1. Julii 1707. §. Lavierit, coram R. P. D. Scotto*, quæ in proposito esse debet Immemorabilis, nec sufficeret centenaria ob decretum Irritans adjectum in confirmatione Statutorum, Garz. *de Benef. part. 7. cap. 10. num. 36.* Pax Jordan. *tom. 2. Lucubrat. lib. 10. tit. 27. num. 11. & plane* Ego *scripsi discept. Eccles. 23. num. 16. & 17.*

65 Ut autem verum fatear, nec centenaria, nec immemorabilis dari potest in hac materia, cum agatur de reservatis soli Papæ a quo Magnus Magister suam Jurisdictionem respectu Ordinis Militaris accepit, itaut nequeat plus potestatis exercere, quam obtinuisse probet a suo Fonte, seu Sede Apostolica, ut ait Cardin. de Luca *de Jurepatr. disc. 20. num. 18.* ibi = *auctoritate desumens a Papa, qui eam sibi dedit limitatam* = Unde cum potestas per Statuta respectu derogationis pactorum fundationis sit limitata, & prohibita Immemorabilis non potest dari propter initium, quod ex Statutis limitatum apparet, & malam fidem producit impeditivam cujuscunque præscriptionis, etiam millenariæ, & immemorabilis, juxta doctrinam Geminian. *consil. 96. num. 4.* ibi = *Nam illi vellent præscribere additive ad suum Privilegium, quod est impossibile, quia quandu legunt Privilegium, vident illud limitatum, & sic in excessu Privilegii apparet eos esse in mala fide, ergo quandocunque tempore possederunt non præscribunt* = Rot. *in Giennen. Adjunctorum 27. Martii 1705. §. Hic propterea, coram Reverendiss. D. Molines Decano*, ibi = *alias admitteretur præscriptio additivè ad Statutum, quod in Jure non licet propter malam fidem resultantem ex illius scientia.* Etiam nanque præscriptio Immemorabilis non admittitur cum mala fide, Barbos. *in repertor. in verb. præscriptio*, ibi = *præscriptio Immemorabilis non admittitur cum mala fide* = Trobat. *de effect. Immem. quæst. 4. num. 54.* Vasquius *controv. Illustr. c. 81. num. 10. versic. contrarium*, Mascard. *de probat. conclus. 1213. num. 45. & seqq.* & maxime ob repugnantiam subjectæ materiæ, quæ incolvit violationem contractus, & Juris gentium, & in qua nihil operatur Immemorabilis, nec potest præsumere Privilegium Apostolicum, ut eleganter inquit Felin. *in cap. cum ex officii num. 3. de præscript.* ibi = *Non crederem posse allegari titulum Privilegii, & probari ex præsumptione dicti temporis, quia esset allegare Privilegium in materia, in qua non est verisimile, quod Papa aliquem privilegiaret, &c. quia petere hoc a Papa, & concedere sapit impalliabilem, & tirannicam injustitiam, unde privilegia, quæ tantum deviant ab honestate, præsumuntur falsa, vel subreptitia* = & in terminis nostris, Trobat. *de effect. Immem. quæst. 15. art. 5. num. 2. & seqq.*

Immo si ipse Summus Pontifex illimitatam potestatem sibi a Deo datam nunquam exercuit, aut exercet in spoliando Patronos Jure suo, & derogando pactis, & legibus fundationum, nisi in casibus ubi considerari non valet præjudicium notabile Patronorum, ut superius notavi §. *Respondes cum sequentibus*; ergo nec poterit Inferior spoliare, & derogare, quia quod Papa ex defectu voluntatis non facit, Inferior non valet facere ex defectu potestatis, ut ait Lambertin. *de Jurepatr. lib. 3. quæst. 6. art. 2. num. 2. versic. quod quando*, & sic nunquam attendi valent exempla, & præscriptiones, & observantiæ in hoc puncto, ut ita dicam Telonipo, & magni momenti, ubi violaretur fides publica alliciendo laicos ad erogandum proprias pecunias, & fundandum Prioratus, & Commendas, cum lege observandi pacta, ut legitur in Statutis, & postea decipiendo, & spoliando, & violando fidem promissam in Statutis, quod pejus est dismembrando arborem cum fructibus, scilicet illum locum ubi vacaverat Commenda Crisia, qui fructus expectatur per sæcula a Prioribus, hic autem, quando venit messis expectata, auferretur, ut alter gaudeat de fructu alieno, & tandiu suspirato, ut fatetur *contrarius scribens §. finali*. Ego plane nescio quomodo res ista defendi possit, & dicam cum Tacito *lib. 1. Annal.* = *quæ stenta sunt potius defleri, quam defendi possunt* =

Restat alterum fundamentum in quo dixi nec etiam concessionem factam Domino Equiti Zucconio posse extendi ad Terram S. Elpidii, ubi successit vacatio Commendæ Crisiæ, quia concessio cantat sic limitata = *Con titolo di Priorato di Macerata, e di tutto il suo Territorio, sia giurisdizione temporale* = etiam in hac veritate facti displicet mihi dicere quod contrarius Defensor æquivocavit alterando verba, & loco prædictorum ita variavit = *Tutte le adjacenze, e luoghi sottoposti al suo governo secolare* = ut in ejus responso §. *firmata* ubi sub his verbis adulteratis fabricat discursum, & adducit Doctrinam Card. de Luc. *de Statutar. success. §. 2. num. 28.* quam summopere exaltat. 66

Sed iterum dico, quod Prioratus Domino Equiti Zucconio concessus, restringitur ad Civitatem Maceratæ cum suo Territorio, seu Jurisdictione temporali ibi = *Macerata, e di tutto il suo Territorio, e sia Giurisdizione temporale* = Male autem confunditur Territorium Maceratæ cum Gubernio Marchiæ, & Jurisdictione, quam habet Gubernator Marchiæ, iste enim appellatur Gubernator Maceratæ, non quia loca, & Civitates Marchiæ existant sub Gubernio Maceratæ, sed quia Gubernator Marchiæ facit residentiam Maceratæ, & propter hoc appellatur Gubernator Maceratæ, & retorquetur auctoritas, Card. de Luca *in contrarium allegata ad Statut. success. §. 2. numer. 28.* ubi ponit titulum his verbis = *De Gubernio Marchiæ vulgo Macerata* = & in corpore assignat rationem dicendo = *vulgo dicitur Macerata ex causa residentiæ in hac Civitate, &c. non autem quod dicta Civitas aliquod jus Metropoliticum habeat, &c. nisi forte respectu aliquorum non considerabilium locorum in ejus Territorio, vel districtu existentium* = Et per consequens aliud est Territorium, & Jurisdictio Civitatis Maceratæ, aliud vero Gubernium Marchiæ quod exercet Gubernator, residendo in illa Civitate per accidens, & qui ibi residet, non uti Gubernator Maceratæ, sed uti Gubernator Marchiæ, & quod Macerata habet suum Territorium licet parvum aliquorum non considerabilium locorum, testatur Cardin. de Luc. *ubi proxime*, ergo ad Civitatem Maceratæ suumque licet parvum Territorium concessio restringitur, & sufficit concessionem in hoc verificari, quia si D. Eques Zucconius volebat loca subjecta Gubernio Marchiæ, debebat id specialiter exprimere = *Luoghi soggetti al Governo della Marca* = non autem se restringere ad Maceratam, suumque Territorium, quando sub Territorio Maceratæ non comprehenditur Gubernium 67

Mar-

Marchiæ, juxta *Text. in l. Veteribus, ff. de Pactis, ex cap. 1. §. Profecto de lege Corrad. in usibus feudorum*, Mant. *consult.* 30. *numer.* 11. *lib.* 1. Rosental. *de feud. capit.* 5. *conclus.* 12. *numer.* 3. *& capit.* 2. *conclus.* 3. *numer.* 1. *& seqq.* Rot. *in Cremonen. feudi* 8. *Iunii* 1696. §. *Talis autem, coram Eminentiss. D. Card. Priolo*; & maxime ita dicendum necessario est, ne recedamus a tenore Verborum, & ad evitandum magis enorme præjudicium nostri Prioratus, qui fere in totum dismembratus, & absorptus remaneret, si novus Prioratus extenderetur ad totum Gubernium Marchiæ, ut liquet ex numero Civitatum, Terrarum, & Castrorum eidem Gubernio subjectorum *Summ. numer.* 3. ad evitandum namque majus præjudicium semper stricta interponi,
68 & adhiberi debet interpretatio, Mantic. *de Tacit. lib.* 1. *tit.* 17. *numer.* 13. *&* 29. *& lib.* 2. *tit.* 13. *num.* 1. *& seq.* Rota *decis.* 353. *numer.* 9. *pars.* 17. *& decis.* 126. *num.* 4. *part.* 18. *& decis.* 351. *numer.* 7. *& seqq. part.* 19. *rec.* Suffragante regula, quod de duobus malis minus est eligendum, *Can. duo mala distinct.* 13. *& Can. si aliquid* 22. q. 4.

Neque obstat responsio, quod Bona controversæ Commendæ in ejusdem fundationis Instrumento describantur de Territorio Maceratæ, quia non pendet ex enunciativis privatarum personarum dublica Territoria distinguere, sed attendi debet rei veritas, maxime quia ultra Cives de Regimento Terræ S. Elpidii, & Ministros Provinciæ Marchiæ quorum dispositiones dentur *Summ. numer.* 4. probamus hodie ex fide R. P. D. Secretarii Sacræ Consultæ *Summ. numer.* 5. quod Terra S. Elpidii est de Provincia Marchiæ, & Sacra Consulta deputat ibi suum Gubernatorem particularem de semestre in semestre, atque ideo est sub Jurisdictione, & Territorio Civitatis Maceratæ, & probat ipsa supplicatio D. Equitis Zucconi porrecta Serenissimo Magno Magistro pro obtinendo controversa Prioratu ubi Bona pro dote Commendæ appellavit sita in Provincia Marchiæ, *numer.* 6. ibi = *In tanti Beni stabili posti a Città Nova luogo della Provincia della Marca* = Ideoque successive in eadem supplicatione exprimendo = *con titolo di Priorato di Macerata, o di tutto il suo Territorio, e sua Giurisdizione temporale* = non intellexit de Gubernio Provinciæ Marchiæ, dum quando voluit, supra expressit loca existentia in Provincia Marchiæ juxta naturam discretivæ, de qua Rot. *dec.* 281. *n.* 3. *par.* 17. *& dec.* 599. *num.* 9. *par.* 18. *& dec.* 251. *n.* 23. *part.* 19. *recent.*

In re igitur odiosissima involvente adeo immensum præjudicium, & Spolium alterius; imperceptibile est quomodo fieri debeat extensio, & Interpretatio larga, addendo specialitates specialitatibus, quasi ageretur de aliqua Indulgentia, vel actu pio, & favorabili, quando Macerata, ejusque Territorium nihil Commune habet cum Gubernio Provinciæ Marchiæ cujus Civitas Metropolitica, & Dominans non est Macerata, sed est locus Materialis, in quo residentiam facit Gubernator hujus Provinciæ; ergo loca Provinciæ non existunt de Territorio Maceratæ, neque sunt de Jurisdictione Maceratæ, ergo D. Eques Zucconius sub involucro dd. verborum *di Macerata, o di tutto il suo Territorio, o sua Giurisdizione temporale*, non valet comprehendere ultra Maceratam ejusque Territorium; Nunquam vero Territorium, & Jurisdictionem Marchiæ, ejusque Gubernatoris omnino diversam, sicut diceremus, si Gubernator Urbis resideret in Civitate Tosculana, nam ejus residentia non faceret, ut propterea Urbs esset de Territorio, & Jurisdictione Civitatis Tusculanæ.

Ex quibus omnibus studio veritatis censeo, quod Serenissimus Magnus Magister præclarissimam Familiam Marchionum de Nobilibus Suo Antiquissimo Priorato, pecunia, & meritis acquisito, per Sæculum, & ultra inviolabiliter possesso, & conservato spoliare nec voluit, nec potuit; voluntas deficit, quia Jus alterius non expressit, potestas deficit, quia Statuta resistunt, & quia ipse repræsentat Personam Generalis Ordinis Militaris, non autem Principis Sæcularis.

ARGUMENTUM.

Fundator laicus reservando Juspatronatus Ecclesiasticis antequam emanaverit Regula Cancellariæ Apostolicæ reservatoria Mensium, ex quibus verbis tacite eam exclusisse censeatur.

SUMMARIUM.

1 *Imperator Apostolicus tenetur concludenter probare Reservationem Summo Pontifici narratam.*
2 *Reservatio debet esse clara, alias non habetur in consideratione.*
3 *Fundator potest excludere Reservationes Apostolicas non solum expresse, sed etiam tacite.*
4 *Beneficium de Jurepatronatus laicali non cadit sub Reservationibus Apostolicis.*
5 *Reservato Jurepatronatus Patronum Laicum Persona Ecclesiastica, eodem modo, & qualitate, ac ipse habebat non intrant Reservationes Apostolicæ.*, *& numer.* 7. *&* 8. *&* 9.
6 *Verbum* = Eodem modo = *importat totalem identitatem.*
10 *Verbum* = Libere disponat = *idem importat, ac sine aliquo reservationis obstaculo.*
11 *Verbum* = Omnimode disponat = *importat plenariam, & totalem dispositionem, ac in omni casu, ac importat perpetuitatem sicut dictio*, *Omnino, ut n.* 12. *&* 13.
14 *Verba* = Disponat sine ullius impedimento = *relata ad potestatem tam secularem, quam Clericalem excludit Reservationes Apostolicas.*
15 *Lex fundationis quoties est incompatibilis cum Reservationibus, eas excludit, licet posteriores, Amplia ut n.* 16.
17 *Abatissa Canonistarum secularium an dicatur Persona Ecclesiastica, vel potius Laica.*
18 *Juspatronatus relictum Canonissis quando dicatur Ecclesiasticum?*
19 *Observantia tam affirmativa, quam negativa declarat exclusas fuisse Reservationes in limine fundationis, & n.* 21.
20 *Attestationibus Ordinariorum est deferendum.*
22 *Sententia declaratur ab actis.*
23 *Reservationes Apostolicæ reputantur in hire odiosæ, & vide, n.* 26.
24 *Sufficiunt leviores conjecturæ ad excludendam Reservationem, & quando.*
25 *Ad quem spectet onus probandi vacationem in Menso reservato & an præsumatur vacatio in Mense Ordinario?*

ALLEGATIO XLVIII.

IN insigni Ecclesia Collegiata Sancti Bonifacii Oppidi Freckenhortensis Monasterien. Diœcesis, ubi juxta morem Germaniæ adest Clerus compositus ex utroque sexu, scilicet Canonicis, & Canonissis, & ubi Reverendissima Abbatissa est Caput, & habet plenum Jus præsentandi, seu conferendi Canonicatus, & Canonissatus juxta legem fundationis anni 851. & simul habet in dicto Oppido jurisdictionem cognoscendi de delictis juxta firmata apud Rot. *decis.* 1158. *coram Emerix Jun.* vacavit per obitum Henrici Antonii Geisbergh Canonicatus sexus masculini, & Reverendissima Abbatissa illum contulit Rev. D. Joanni Josepho Geisbergh sub die 29. Octobris 1711. qui possessionem Canonicatus accepit sub die 30. ejusdem.

Per contrarium vero Rev. D. Joannes Antonius Theodorus Zurmahlen ex fundamento, quod Canonica-

nicatus vacaverit in mense Septembris Sanctæ Sedi reservaro juxta concordata Germaniæ, & cum supposito, quod iste Canonicatus esset subjectus reservationi, illum impetravit in Dataria Apostolica tanquam de reservato, ut ex litteris, & commissionem pro executione litterarum reportavit directam S. Rotæ coram R. P. D. Ansaldo sub dubio = *an litteræ Apostolicæ sint exequendæ* = quod negative contra Impetrantem omnino resolvendum esse sustinebam.

1 Provisus enim veluti Impetrator Apostolicus controversi Canonicatus contra ejus possessorem vigore justi tituli habiti ab ordinaria Collatrice, seu Patrona concludenter probare tenetur reservationem Summo Pontifici narratam tanquam fundamentum suæ gratiæ, Garz. *de benef. part.* 6. *cap.* 3. *numer.* 19. *& seqq.* Rot. *coram Ubald. decis.* 300. *numer.* 2. *&* 3. Duran. *decis.* 14. *numer.* 5. & plene apud Me *discept. Eccles.* 12. *num.* 3. *& discept.* 17. *num.* 63. *& in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. *coram Illustrissimo Gubernatore Urbis impressa apud Me discep. Eccles.* 25. *num.* 40.

2 Hæc autem verificatio reservationis debet esse clara, & nullam habens rationem dubitandi, alias recepta Juris regula est, ut sola dubietas, et turbiditas reservationis sufficiat ad excludendum hujusmodi Impetrantem, et absolvendum Reum, ac Possessorem, ut in puncto firmavit Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 45. *numer.* 42. ibi = *Eatenus repelletur Impetrans, quatenus* CLARE, *&* PERSPICUE *non docebitur de reservatione, nec illa* QUOVIS MODO *reddetur turbida per ipsum Provisum siquidem reservatio turbida non habetur in consideratione.* = Rot. *dec.* 472. *num.* 6. *part.* 19. *tom.* 2. *recent. & in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Cum enim, coram Illustrissimo Gubernat. Urbis, & in Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Præmisso enim, coram R. P. D. Lancetta, & in Vicen. Beneficii* 17. *Februarii* 1713. §. *Ex quibus, coram R. P. D. Aldrovando*, ubi quod sola turbiditas sufficit ad denegandam executionem litteris de reservato, cum sufficiat posse aliquatenus dubitari de comprehensione Canonicatus sub reservatione, & apud Me *Disceptat. Eccles.* 17. *num.* 64. *& discept. Eccles.* 25. *num.* 29.

In præsenti tantum abest, ut verificari possit reservatio controversi Canonicatus, quin potius ea non solum sit turbida, sed imo apertissime exclusa, & sublata ex lege fundationis Ecclesiæ, & Collegii factæ de anno 851. per Nobiles Everardum, & Gevam Conjuges; isti enim tanquam Prole carnali destituti ad Spiritualia posteriorit atis generationem conversi declararunt sibi tanquam filios, & filias adoptare Sacerdotes, Diaconos, & Puellas, qui sunt Canonici, & Canonissæ, Ecclesiam Sancti Bonifacii cum hoc Collegio utriusque sexus fundando, & dotando hac lege, ut quandiu viverent, haberent facultatem substituendi, & nominandi Canonicos, & Canonissas, & post eorum obitum hanc facultatem haberet Thiabilda tunc Abbatissa, & aliæ in perpetuum successores his verbis, =

Constituimus, volumus, & ordinamus insuper, ut si quis ex filiis nostris Sacerdotibus, Diaconibus, aut filiarum Congregatione abierit, alium vel aliam in earum locum substituendi, & nominandi facultas non impedita penes nos permaneat, postquam autem sors beata, & extrema nos corpore mortalitatis solverit præcipimus & decernimus, ut Thiabilda devota Dei famula, aut illius in perpetuum successores a Sororibus eligendæ quoties Sacerdotium vel Diaconia, aut locus in Congregatione filiarum vacaverit, vel aliquis, aut aliqua se indignam hæreditionibus nostris reddiderit de illo LIBERE, ET OMNIMODE DISPONAT SINE ULLIUS IMPEDIMENTO *potestatis Secularis, aut Clericalis interventu ordinent, & provideant eodem modo, qualitate, & statu in memoriam nostri* UT NOS SI IN VIVIS ESSEMUS ORDINAREMUS, DISPONEREMUS, ET POTESTATE PER PRÆSENTIS FUNDATIONIS; ET DOTATIONIS TABULAS ACQUISITA FACEREMUS, *consensit nobis approbavit ratificavit, & laudavit hanc voluntatem nostram in omnibus, & singulis Ven. Pater Ludbertus Episcopus Sedis in Mimigarde.* =

Ea qua lege fundationis manifeste assequimur Nobiles Laicos Everardum, & Gevam voluisse excludere quascunque reservationes Apostolicas propter incompatibilitatem eorum voluntatis cum eisdem reservationibus, ut patet ex pluribus conjecturis, & demonstrationibus, quæ hanc voluntatem in aperto ponunt; juxta opinionem hodie receptam in Tribunalibus, & signanter in hoc Sacro Auditorio, quod 3
per Fundatorem Laicum possunt reservationes Apostolicæ non solum excludi *expresse*, sed etiam per voluntatem *tacite* desumptam ex conjecturis, & præsumptionibus, ut præter ea, quæ ego adduxi *discept. Eccles.* 25. *num.* 27. firmatum fuit *in dec.* 376. *numer.* 1. *part.* 19. *recent. & in Parmen. Beneficii* 28. *Januar.* 1701. §. *fin. cor. Illustriss. Gubernatore Urbis, &* 16. *Januarii* 1702. §. *At quando, coram R. P. D. Ansaldo, &* 27. *Junii* 1703. §. *Quoniam, coram Reverendissimo D. Molines Decano, & in Tarraconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. §. *Exclusio, cor. R. P. D. Lancetta, in Gerunden. Eleemosyna Panis quoad Jus nominandi super reservatio* 26. *Junii* 1713 §. *Ex triplici, cor. R. P. D. Scotto nunc Illustriss. Gub. Urb.*

Prima igitur conjectura hujus voluntatis evidentissime resultat, ex quo Fundatores donec viverent reservarunt, sibi facultatem substituendi, & nominandi Canonicos, & Canonissas, ibi = *Si quis ex filiis nostris Sacerdotibus, Diaconibus, aut filiarum Congregatione obierit, alium vel aliam in eorum locum substituendi, & nominandi facultas non impedita penes nos remaneat.* = Defunctis autem Fundatoribus data fuit Abbatissæ eademmet facultas disponendi, & providendi Canonicatus, & Canonissatus eodem prorsus modo quam habuissent ipsi Fundatores si viverent ibi = *Provideant* EODEM MODO QUALITATE, ET STATU *uti nos si in vivis essemus, ordinaremus, disponeremus, & potestate per præsentis fundationis, & donationis tabulas acquisita faceremus.*

Quemadmodum igitur quando Jus nominandi, seu præsentandi spectat ad Fundatores Laicos non 4
intrant reservationes Apostolicæ, Rota *cor. Pamphil. decis.* 589. *numer.* 2. *& in recentior. dec.* 242. *num.* 13. *part.* 19. *& in Cremonen. Beneficii* 14. *Maii* 1706. §. *Absque eo quod, coram Reverendiss. Kaunitz, & in dicta Parmen. Beneficii* 16. *Januarii* 1702. §. *Altera, coram R. P. D. Ansaldo, & in dicta Vicen. Beneficii* 17. *Februarii* 1713. §. *E converso, coram R. P. D. Aldrovando*, ita intrare non possunt, quando Fundatores substituerunt in eorum locum Personam Ecclesiasticam ea lege, ut haberet eandem facultatem, quam habebant Fun- 5
datores Laici eodem prorsus modo, & forma, ut in casu isto, tunc enim dicuntur Fundatores voluisse, ut in Persona Ecclesiastica substituta Juspatronatus circa modum illud exercendi retineret naturam Laicalem perinde ac si viverent, & præsentarent ipsi Laici, in quibus terminis non intrare reservationem firmatum fuit in *Romana Jurispatron.* 31. *Maii* 1613. *coram Card. Sacrato impressa apud* Vivian. *de Jurepatr. part.* 1. *lib.* 4. *capit.* 9 *sub num.* 56 *versic. nec videtur subsistere, & in dicta Parmensis. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Constabilita coram Illustrissimo Gubernatore Urbis, &* 16. *Januarii* 1702. §. *At quando, coram R. P. D. Ansaldo, & in dicta Vicen. Beneficii* 17. *Februarii* 1713. §. *E converso, coram R. P. D. Aldrovando.*

Et quidem nimis evidens est, quod voluerint Fundatores Abbatissam exercere debere Jus præsentandi, seu providendi juxta modum Laicalem, & tanquam de Jurepatronatus Laicorum ita importantibus illis verbis, quod provideret = *Eodem modo, qualitate, & statu uti nos si in vivis essemus ordinaremus,*

remus, si enim Abbatissa providere debet eodem modo, & qualitate, & statu, ac providet Fundator, seu Patronus Laicus significat, ut exerceatur Juspatronatus juxta naturam Laicalem, & perinda ac si fieret præsentatio per Laicum, & staret in manibus Laici, ita siquidem importat verbum = *eodem modo* = quod relatum ad modum quo providera potes-
6 tant Fundatores sine dubio significat modum Laicalem, & totalem identitatem sine ulla differentia inter Laicos, & Abbatissam, ut traduot Altograd, *consil.* 58. *numer.* 44. *& seqq. lib.* 1. Cyriac. *contr.* 69. *numer.* 38. Coccin. *decis.* 1591. *numer.* 30. Rota *decis.* 354. *numer.* 28. *part.* 21. *& decis.* 377. *numero* 18. *&* 25. *part.* 17. *& decisio* 557. *numer.* 11. *& decisio* 573. *numer.* 5. *part.* 19. *tomo* 2. *recentior.*

7 Sed clarius ex alio verbo, ibi = *Eadem qualitate, & statu* = nam qualitas, & status quibus Laici ordinant Ecclesiam, seu præsentant ad beneficia nihil aliud præseferunt nisi qualitatem, & statum Laicalem, & consequenter si Persona Ecclesiastica retinera debet in præsentando aandem qualitatem, & statum quem habent Patroni, seu Fundatores Laici utique Fundatores oon dicuntur voluisse, quod Juspatronatus quoad modum præsentandi, & providendi fieret Ecclesiasticum per substitutionem Personæ Ecclesiasticæ ad effectum illud subiiciendi reservationibus, sed voluissa, ut in manibus Ecclesiastici retineret eandem naturam, & qualinatem Laicalem, ut tradunt Corrad. *in praxi benefic. lib.* 4. *capitul.* 2. *sub numer.* 40. ibi = *Nisi fuisset translatum Juspatronatus sub expressa conditione, quod illud penes Ecclesiasticam Personam remaneat Laicale* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 10. *numer.* 4. ibi = *Si Laicus fundet de propriis bonis beneficium posse in illius fundatione reservare Juspatronatus Ecclesia sub hac lege, ut ad eam pertineat non tanquam Ecclesiasticum, sed tanquam Laicale, &c. non tam ea ratione, quod hujusmodi lex non habeat causam aliquam perpetuæ prohibitionis a Jure, &c. quam quia hujusmodi Juspatronatus inspecto illius fonte, & origine sit laicale, & ea lex præservet illud in eodem statu, neque enim aliud mutari intelligitur quam persona habentis præsentare, per quam mutationem mutatur qualitas illa naturalis ipsius rei.*

8 Hoc ipsum in terminis exclusionis reservationum firmavit Rot. *in Regien. beneficii decis.* 157. *num.* 5. *& seqq. part.* 7. *rec.* ibi = *Et quamvis ex ipso, quod Juspatronatus competit Ecclesiæ seu personis Ecclesiasticis ratione Ecclesiæ censeatur Ecclesiasticum, &c. attamen ex quo in actu fundationis conventum fuit, ut Juspatronatus pertineret ab Archipresbyterum, & Archidiaconum illudque exerceretur, non tanquam Ecclesiasticum, sed laicale de illo tanquam de laicali etiam ad effectum excludendi reservationem judicandum est licet quoad pertinentia sit Ecclesiasticum*, Card. de Luca *de Jurepatr. disc.* 59. *num.* 16. ibi = *Procedunt hæc regulariter non constito de diversa voluntate Fundatoris, qui Juspatronus alias de sui natura Laicale reservet pro Persona Ecclesiastica sub ea tamen lege, & conditione, QUOD SUAM NATURAM RETINEAT* = *quoniam tunc etiam penes personam Ecclesiasticam remanebit laicale.*

9 Unde si Fundatores quandiu viverent sibi reservarunt potestatem nominandi volendo, quod post eorum mortem Abbatissa provideret = *EODEM MODO, QUALITATE, ET STATU AC IPSI FUNDATORES SI VIVERENT DISPONERENT, ET ORDINARENT* = Ecce, quod manifeste voluerunt circa modum præsentandi mutari quidem debere Personam non autem modum, statum, qualitatem, & naturam Laicalem Jurispatronatus, & sic eodem modo exclusa remanet reservatio quando providet, & præsentat Abbatissa, ac quando præsentarent ipsi Fundatores Laici, quemadmodum ostendit ea dictio = *Uti nos si in vivis essemus ordinaremus* = quæ operatur, ut in Abbatissa repræsentetur Persona ipsa Fundatorum Laicorum circa modum, qualitatem, & statum Juspatronatus Laicalis nihilo prorsus immutato nisi Persona habentis præsentare, ut præter jam allegatos tradunt Ricciul. *lucubr. Eccles. lib* 4. *capitul.* 13. *numer.* 2. Card. da Luca *de Jurepatr. disc.* 7. *numer.* 8. Cavaler. *dec.* 639. *num.* 5. Seraphin. *decis.* 611. *num.* 1. *& in dicta Parmen. Beneficii* 16. *Januarii* 1702. §. *At quando, cor. R. P. D. Ansaldo, & apud me discept. Eccles.* 25. *n.* 21.

Secunda conjectura, seu demonstratio oritur ex aliis 10
verbis, quibus Abbatissæ dederunt Fundatores suum Juspatronatus, ibi = *Quoties Sacerdotium, aut Diaconia aut locus in Congregatione filiarum vacaverit de illo LIBERE, ET OMNIMODE DISPONAT* observando hic illud substantialissimum, & notabilissimum, verbum *libere*, quod relatum ad provisionem faciendam per Abbatissam idem importat, ac sine aliquo reservationis obstaculo, & consequenter ex hoc tantum exclusa remanet reservatio tanquam incompatibilis cum voluntate Fundatorum, ut bene tradit Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 53. *num.* 25. ibi = *Vigesimo quarto LIBERE idest sine aliquo reservationis obstaculo* = ubi adducit optimum *Textum in capit. Si Apostolica* 35. *de præbend. in* 6. ibi *Per eos ad quos pertinet possit libere ordinari.*

Tertiam conjecturam subministrat aliud subsequens 11
verbum = *Et omnimode disponat*, quando enim dispositio pertinet omnimoda, & omnimoda pertinera dicitur omni tempore, & casu cujuslibet vacationis, & sic etiam in mensibus reservatis absque ulla interruptiona, quæ inducitur per reservationes occupantes medietatem anni in Germania vigore concordatorum, & in Italia octo menses anni vigore regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ, quæ reservationes si intrarent violata remaneret mens Fundatorum circa quod Abbatissa providere posset omnimode, idest plenarie omni casu, & tempore, quia stantibus reservationibus provideret diminute, & dimidiata, ut de hoc verbo *omnimodam* significanta plenariam, & totalem tradunt *Gloss. in Clement.* 1. §. *ejusdem verbo omnimoda de Foro compet.* Felin. *in cap. Auditis, n. de præscript.* Paris. *consil.* 9. *num.* 8. *lib.* 4. Rota *dec.* 296. *n.* 1. *part.* 1. *divers. & cor. Bich. dec.* 341. *n.* 20. *& seqq. & in rec. dec.* 2. *n.* 6. *part.* 13.

Immo, quod facultas providendi data cum illo 12
verbo omnimoda idem importet, ac in omni casu sicut altera dictio *omnino* tradit Rebuff. *in leg. Pecunia* 178. *versic. postremo ff. de verb. signif.* ibi = *Idem fere dicendum est de dictione OMNI MODO ut etiam pro percise omni modo OMNI CASU, INTOTUM POSSIT EXPONI* = *Fusar. conf.* 52. *numer.* 40. *&* 41. ubi quod idem significant verba omni casu, ac omni modo idenque tenet Barbos. *diction.* 239. *num.* 1. & propterea si Fundatores voluerunt Abbatissam providere debera omnimode scilicet in omni casu, utique hoc excludit reservationes Apostolicas, quibus intrantibus non verificaretur, quod Abbatissa provideret omni casu, & sic Fundatorum voluntas violaretur, ut de verbis fundationis concedentibus jus præsentandi omni caso firmavit Rota *decis.* 242. *numer.* 6. *part.* 19. *tom.* 1. *recent.* & de alia fundatione concedente Jus providendi cum dictione *omnino*, cui juxta Barbos. *diction.* 240. *num.* 7. æquipollet præallegata dictio omnimodo, me scribente decisum fuit in *dicta Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Quoniam quidem, &* 13. *Junii ejusdem anni* §. *Sed quatenus, coram Illustriss. Guber. Urb. &* 16. *Januarii* 1702. §. *Eoque demum, cor. R. P. D. Ansaldo, &* 27. *Junii* 1703. §. *Quibus accedit, cor. Reverendiss. D. Molines Decano*, juxta Doctrinam *Probl ad Monachum in cap. cum de beneficio, num.* 34. *de præben. in* 6. & ante ipsum dixit *Ripa respons.* 3. *n.* 6. *de elect.* & apud me *disceptat. Eccles.* 25. *sub n.* 24.

Ita & taliter quod talis facultas providendi *omni-* 13
mode data sicut excludit reservationes Apostolicas, ex quo omnem casum comprehendit, & in omni casu data dicitur ita eundem effectum operatur, ac si dictum fuisset *in perpetuum*, cum eadem dictio importet perpetuitatem sicut dictio omnino, ut apud Barbos. *dict.* 239. *num.* 6. Rota *decis.* 242.

num.

numer. 6. part. 19. tom. 1. & dec. 476. num. 10. & 11. part. 19. tom. 2. recent. & in d. Parmen. beneficii 13. Junii 1701. §. sed quatenus, coram Illustrissimo D. Gubern. Urb. & in d. Gerunden. eleemosyna Panis quoad Jus nominandi 26. Junii 1713. §. & primo, cor. eodem.

14 Quarta conjectura pullulat ex aliis efficacioribus verbis, ibi = disponat sine ullius impedimento potestatis sæcularis, aut Clericalis interventu = ex quibus liquet Fundatores voluisse excludere omnem Superiorem tam Sæcularem, quam Clericalem, idest Ecclesiasticum, ne impedimento esset liberæ, & omnimodæ facultati providendi transfusæ in Abbatissam, ut denotat illa dictio ullius relata ad potestatem tam Sæcularem, quam Clericalem, quæ omnem Superiorem excludit, & sic etiam Summum Pontificem Jure sibi reservato providere habentem, prout de lege fundationis prohibente se intromittere aliquem alium Superiorem firmavit Rot. cor. Dunoz. Jun. decis. 769. num. 4. ubi de verbis non vi possa entrare altro superiore, & in recent. dec. 477. numer. 9. part. 19. tom. 2. & coram Royas decis. 274. numer. 12. & in dicta Parmen. Beneficii 13. Junii 1701. §. Sed quatenus, coram Illustriss. D. Gubernatore Urbis, & Ego scripsi discept. Eccles. 25. sub numer. 15. versic. vel si reservata, & sub numer. 28.

Ex quibus omnibus simul junctis constat de aperta voluntate Fundatorum cavendi, ut Abbatissa post eorum obitum deberet semper nominare, & providere absque ulla interruptione per reservationes Apostolicas, non obstante quod tunc temporis nondum adessent reservationes per regulam octavam Cancellariæ, vel per Concordata inductæ quoties enim
15 lex fundationis est incompatibilis cum reservationibus, tunc etiam si istæ supervenerint ex postea dicuntur non intrare, nec locum habere ob resistentiam legis fundationis, ut plene huic objecto respondent allegatæ decisiones in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Quibus tamen, coram Illustriss. D. Guber. Urbis, & 16. Januarii 1702. §. applicando, & §. Utique, coram R. P. D. Ansaldo, & apud Me discept. Eccles. 25. num. 13. & in Gerunden. Beneficii 12. Junii 1702. §. Responsum enim, coram Reverendiss. D. Molines Decano. & in Tarraconen. Beneficii 11. Aprilis 1712. §. Minus obstat, coram Rever. P. D. Lancetta, & in Gerunden. eleemosynæ Panis 26. Junii 1713. §. Ex quibus, coram Illustrissimo Gubern. Urbis, modernus Joannes Baptista Piton. in Constitut. ac decisio pro Canonicis numero 1092.

16 Quod procedit, sive agatur de Jurepresentandi per Fundatorem Laicum reservatu Ecclesiasticis, sive etiam de Jure providendi cum utroque casu attendatur voluntas Fundatoris ad effectum, ut non intrent reservationes tam respectu Patroni, quam Collatoris Ecclesiastici, prout in terminis collationis, & Juris providendi loquitur Rota decis. 274. coram Royas, & decis. 476. part. 19. tom. 2. Recent. & in d. Parmen. Beneficii 13. Junii 1701. §. Sed quatenus, coram Illustriss. Gubernatore Urbis, licet in casu nostro cum Fundatores concessérint Abbatissæ Jus providendi ibi = provideat = sub hoc vocabulo comprehendi valeat tam Jus præsentandi, quam conferendi, ut in his præcisis terminis animadvertit Rota in dicta Parmen. Beneficii 13. Junii 1701. §. quoniam, coram Illustrissimo Gubernat. Urbis.

Fortius præallegata hanc Fundatorum voluntatem concludunt, quia procedunt cum supposito, quod Jus præsentandi, seu providendi fuerit reservatum Abbatissæ tanquam Personæ Ecclesiasticæ, in quibus terminis agitatur hæc quæstio, & tamen etiam in hac parte insurgit difficultas, quia Abbatissa Canonissarum sæcularium dici nequit Ecclesia-
17 stica, sed potius Laica, ex quo non habet institutum per Sedem Apostolicam approbatum, & tam ipsa, quam ejus Canonissæ possunt ad libitum matrimonia contrahere, nec gaudent privilegio Canonis, earumque præbendæ sunt venales, juxta Text. in capitul. indemnitatibus §. supradicta de elect. in 6. & in Clemen. Attendentes §. illas, quoque de stat. Monach. Corrad. in prax. benef. lib. 1. capit. 5. num. 143. & seqq. Lambert. de Jurep. lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 6. num. 4. versic. cum non sint vera Ecclesiastica Card. de Luca de regul. disc. 1. n. 129. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 22. n. 16. & 17. Rot. in Monasterien. Canonicatus 29. Novembris 1688. §. Ideoque, coram Reverendiss. D. Molines Decano, ibi = Non reputantur Personæ Ecclesiasticæ, seu Religiosæ, sed habentur uti meræ sæculares, & laicales = ubi propter hoc decisum fuit earum præbendas, & Canonissatus non provideri per Sedem Apostolicam tanquam de reservato.

Et licet quando Juspatronatus fuit relictum hu- 18
jusmodi fœminis contemplatione Ecclesiæ pro Ecclesiasticitate indicaverit Rota me scribente in Monasterien. Vicariæ 12. Martii 1706. coram bon. mem. Omanna, id tamen procedit quando Fundator reliquit Juspatronatus Capitulo Canonissarum composito nedum ex Canonissis, sed etiam ex veris Canonicis Beneficiatis, quia tunc videtur contemplata Ecclesia in illo Capitulo qualis erat casus in d. Monasterien. Vicariæ, ut declaravit Rota in posteriori decisione 18. Martii 1707. §. qualitas, coram eodem, quæ circumstantia deficit in præsenti, ubi Jus nominandi, seu providendi non fuit relictum Capitulo, seu Collegio, sed tantum Abbatissæ subrogatæ in locum Gevæ Fundatricis, & Uxoris Everardi Confundatoris, volendo, quod ipsa Abbatissa provideret eodem modo, qualitate, & statu uti providerent ipsimet Fundatores juxta verba superius relata = Provideant eodem modo, qualitate, & statu UTI NOS si in vivis essemus ordinaremus = ergo clarissimum est, quod non fuerit contemplata Ecclesia, eo ipso, quod volitum fuit Abbatissam providere debere, uti providerent ipsi Fundatores eodem modo, qualitate, & statu, & sic qualitate laicali, non autem Ecclesiastica ex jam firmatis, quod sane motivum magis corroborat voluntatem exclusivam reservationum.

Quamvis prædicta sint clarissima ad exclusionem reservationis ex voluntate tacita desumptam, clariora tamen efficiuntur ex observantia tam negativa,
quam affirmativa, & quidem observantia negativa 19
est, quod a die fundationis usque in præsens nulla in contrarium videtur provisio Apostolica tanquam de reservato, quam sane circumstantiam in puncto nostræ quæstionis consideravit Rota decis. 651. numer. 15. part. 19. tom. 2. Recent. & in d. Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. §. Postremo, Rev. P. D. Ansaldo, & 27. Junii 1703. §. final. cor. Reverendiss. D. Molines Decano, & in dict. Tarraconen. Beneficii 11. Aprilis 1712. §. cæterum, cor. Rev. P. D. Lancetta, & in d. Gerunden. eleemosyna Panis quod Jus nominandi super reservatis 26. Junii 1713. §. & demum, coram Illustrissimo Gubernat. Urbis, in quibus decisionibus pro relevanti motivo considerata fuit hæc observantia negativa ad interpretationem legis fundationis, & Ego scripsi dict. discept. Eccles. 25. n. 15. in fin.

Observantia autem affirmativa resultat ex pluribus provisionibus semper factis per Abbatissam in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis juxta concordata, ubi dantur provisiones tam per obitum, quam per resignationem, & destitutionem in mensibus Januarii, Maii, Julii, & aliis reservatis per concordata, quæ quidem observantia affirmativa totum facit in hac materia interpretandi voluntatem Fundatoris ad exclusionem reservationum Apostolicarum, ut in his terminis prosequitur Rota in dict. Tarraconen. Beneficii 11. Aprilis 1712. §. Cæterum, coram Rev. P. D. Lancetta, & in dicta Gerunden. eleemosyna Panis quoad Jus nominandi super reservatis 26. Junii 1713. §. Et demum, coram Illustrissimo Gubern. Urbis.

Accedit insuper attestatio proprii Episcopi Mo- 20
nasterien. pro veritate requisiti, & testantis, quod visis originalibus documentis jus provisionis, seu præsentationis ab Abbatissis pro tempore uti Patro-

nis

nis Laicis, *fuit usque ad hoc tempora non interrupta serie semper exercitum, & continuatum, nullisque unquam reservationibus Apostolicis, aut Germaniæ concordatis assertum*, ut ea prædicta attestatione, quæ non fuit hodie exarata, sed viginti ab hinc annis scilicet 1693. juncta altera simili attestatione Vicarii Generalis Episcopi prædecessoris de anno 1792. quibus fane attestationibus veluti emanatis ab ore proprii Ordinarii de statu Ecclesiarum, & Beneficiorum suæ Diœcesis informati omnino deferendum venit Rota *decis. 460. numer. 10. part. 18. Recent. & in decis. 467. numer. 9. coràm Cerr. & in Pampilonen. exemptionis 6. Decembris 1706. §. Quid essendum, & in Pampilonen. Juris sedendi 28. Januarii 1707. §. final. coram Rever. Patre D. Ansaldo.*

31 Quid plus? habemus ipsam quoque observantiam canonizatam judicialiter in contradictorio Judicio, dum agitata alia simili causa de anno 1705. coram R. P. D. Aldrovando Judice Commissario per acta Notarii Archivii inter quendam Ermanum Petrum Socher provisum Apostolicum de Decanatu, & Canonicatu, hujusmet nostræ Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Bonifacii, ac inter R. D. Franciscum Ludovicum Village provisum ab Abbatissa, & productis instrumento fundationis, necnon duplici attestatione Episcopi, & Vicarii de annis 1692. & 1693. de quibus supra Rev. P. D. Aldrovandus pronunciavit contra Provisum Apostolicum, scilicet ejus literas uti subreptitias, & obreptitias non esse exequendas, quæ sententia transitum fecit in rem judicatam, & mirabiliter firmavit observantiam ad interpretationem fundationis exclusivam reservationum Apostolicarum tanquam edita in casu ipsissimo de quo agitur, & in contradictorio judicio cum alio Proviso Apostolico secundum ea, quæ in terminis observantiæ docet *Text. in l. si de interpretatione, & l. nam Imperator, ff. de legib.* Rot. *dec. 177. n. 54. p. 5. & dec. 264. n. 29. p. 6. & decis. 115. n. 24. p. 8. & dec. 266. n. 13. p. 15. recent.* & in *Oppiden. beneficii 7. Maii 1703. §. Præcipue, coram bon. mem. Muto.*

Nec solum firmavit observantiam, sed etiam robur dedit documentis per nos adductis ad probandam observantiam scilicet duplici attestationi Episcopi, & Vicarii Monasterien. quas desumpsimus ex actis Archivii tanquam productas in prædicta causa coram R. P. D. Aldrovando, junctis quoque aliis documentis scilicet ordinatione anni 1252. approbata per tunc temporis Episcopum circa consuetudinem, quod ordinatio beneficiorum Ecclesiæ semper libera, & absolute spectaverit ad Abbatissam, quæ pariter documenta desumpta fuerunt ex actis Archivii ibi producta simul cum aliis in eadem causa coram Rev. P. D. Aldrovando, & sic utimur pro-
32 bationibus validis tanquam canonizatis per sententiam quæ semper declaratur ab actis juxta *Text. in capit. Dilectus de offic. Ordin. Scacc. de sent. & re judic. gloss. 14. part. 17. numer. 16.* Rot. *dec. 76. numer. 16. & seqq. p. 9. & dec. 349. n. 12. part. 12. rec. & in Medial. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Et licet, coram Illustrissimo Guber. Urb. & in Majoricen. beneficii 28. Novembris 1704. §. Hanc autem observantiam, coram bon. me. Muta*, & in puncto nostræ quæstionis Rota *in Terracon. benef. 11. April. 1712. §. Cæterum, coram Rev. P. D. Lancett.*

Ex quibus omnibus patet ex parte Impetrantis Apostolici non esse verificatam reservationem Summo Pontifici narratam, & consequenter literas Apostolicas non esse exequendas præsertim in hac materia Jurispatronatus, & fundationis peractæ de bonis Laicorum qui legem rei suæ dederunt, & ubi quando emicare potest eorum voluntas circa conservandam laicitatem Jurispatronatus in ejus translatione in Ecclesiasticos, tunc semper interpretatio sumitur ad exclusionem reservationum, quæ semper reputatæ fuerunt in Jure odiosæ, & quatenus
33 fieri valeat effugiendæ, ut sunt verba Rot. *in dict. Parmen. beneficii 16. Januarii 1702. §. Altera, cor. R. P. D. Ansaldo*, & lex esclusiva reservationum non dicitur contra jus, sed secundum jus, & naturalem statum beneficiorum, ut pariter ait Rot. *in dict. Parm. beneficii 27. Junii 2703. §. Quoniam, cor. Reverendiss. D. Molines Decano.*

Hinc cum in dubio benignam, & favorabilem interpretationem interponere debeamus pro Jurepatronatus fundato de bonis Laicorum, ut ait Lombert. *de Jurep. lib. 1. part. 2. qu. 1. art. 4. n. 11. in fine, & lib. 1. part. 2. quæst. 2. artic. 11. numer. 4. vers. Quinto*, proinde interpretatio facienda venit contra reservationem, quia sic magis favetur voluntati Fundatorum ut Ego scripsi *discept. Eccles. 25. num. 28. vers. Et subjungebam.* quod sæpius judicavit hoc Sac. Auditorium quod in hujusmodi quæstione Jurispatronatus Laicorum translati in Ecclesiam, censuit etiam in voluntate dubia, an voluerint Fundatores excludere reservationem, censuit istam non intrare dicendo sufficere ad denegandam executionem literis de reservato, quod possit aliquatenus dubitari an intret nec ne reservatio, ut videre est apud Rot. *coram Dunoz. Jun. decis. 769. num. 7. vers. Quæ omnia. & num. 8. & in recent. decis. 327. num. 2. part. 15. & decis. 472. num. 69. part. 19. & in dicta Parmens. beneficii 28. Januarii 1701. §. Cum enim, cor. Illustriss. Gubernat. Urbis, & in dict. Cremon. beneficii 3. Decembris 1708. §. Præmisso, coram R. P. D. Lancetta*, & maxime quia quando agitur de fundatione 34
peracta ex bonis laicalibus sufficiunt leviores conjecturæ ad excludendam reservationem, quidquid secus in peracta de bonis Ecclesiasticis, Rot. *in d. Terracon. benef. 11. April. 1712. §. Alia cor. R. P. D. Lancetta*, ibi = *Alia procedunt in terminis fundationis beneficii factæ ex bonis Ecclesiasticis, &c. quo casu ad exclusionem reservationis requiruntur verba adeo ampla, & pregnantia, ut nullum alium intellectum commode patiantur, hic autem agitur de beneficio erecto a Laico ex bonis laicalibus, & ideo ad inducendam incompatibilitatem reservationis sufficiunt leviores conjecturæ,*

Et patet ab exemplis rerum judicatarum in hoc Sacr. Auditorio in pluribus causis nempe in *decis. 769. coram Dunoz. Jun. dec. 274. coram Royas, decis. 327. part. 15. decis. 242. part. 19. tom. 1. & dec. 476. p. 19. tom. 2. recent. et in Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii 1. Decembris 1684. coram clar. mem. Cardinal. Matthejs*, ubi in casibus levioribus conjecturarum in hac nostra quæstione judicatum fuit contra reservationem, & magis recenter in aliis pluribus causis, in quibus omnibus Ego scripsi idem servatum fuit scilicet in *dicta Parmen. beneficii per tres sententias conformes decisa, coram Illustrissimo Gubernatore Urbis R. P. D. Ansaldo, & Reverendissimo D. Molines Decano, & in Gerunden. beneficii 12. Junii 1702. coram eodem Reverendissimo Decano, & in Tarraconen. beneficii 11. Aprilis 1712. coram R. P. D. Lancetta, & ultimo loco in dict. Gerunden. eleemosynæ panis 26. Junii 1713. coram Illustrissimo Gubernatore Urbis.*

His omnibus addendum remanet, licet ad exuberantiam, quod Provisus Apostolicus nec minus probat concludenter, ut tenetur, Canonicum Henricum Antonium Geisberg. mortuum fuisse in Mense Septembris, nisi per simplices depositiones quorundam testium ad perpetuum examinatorum de mense Maii proxime præteriti, in domo ejusdem Adversarii præsente ejus genitore Jurisconsulto, ac super articulis ab eodem confectis juratim, & unatim respondentium, qui propterea nullam fidem merentur, nec attendi volunt in hac materia, ubi totum fundamentum intentionis Provisi Apostolici Actoris consistit, inconcludenter probandam vacationem in mense reservato, cui resistit præsumptio Juris, quæ assistit pro vacatione in Mensa Ordinario; 35
ut bene probat Gonzal. *ad Regul. 8. gloss. 11. num. 37. & seqq. & num. 98. cum seqq.* ubi quod tali casu cum agatur de gravi præjudicio tam Ordinarii Collatoris, quam Provisi ab illo, probatio debet esse plena, & concludens, alias non relevabit semiplena seu levis probatio, ut legere est *numer. 101. et 102.*

102. Rota, *cor. Puteo dec.* 266. *numer,* 4. *lib.* 3. Ferrert. *consil.* 2. *numer.* 13. *libr.* 2. Rot. *coram Gregor. decis.* 53. *num.* 1. *& cor. Penia dec.* 853. *numer.* 2. *&* 3. *& in Toletana Cappellania, cor. Litta impressa apud Marchesan. de commiss. part.* 1. *fol.* 348. *decis.* 25. *n.* 12.

Fortius quando dantur in contrarium aliæ depositiones pro hac parte tempore habili factæ per testes numero plures qualificatos, & informatos, qui testando de visu, & facto proprio asserunt dictum Canonicum obiisse die 1. Octobris 1711. & fuisse a Capitulo factum funus die 3. ejusdem mensis, quo stante si testes ad perpetuam exadverso expiscati non faciunt aliquam probationem, & multo minus plenam, & concludentem, ut requiritur, multo minus quando concurrunt in contrarium alii testes informatissimi, & de visu proprio deponentes de obitu in mense Ordinario, non autem reservatu ex quibus testibus sine dubio infracta remanet contraria probatio tanquam anteponendis ex quo deponunt juxta assistentiam juris, quæ præsumit vacationem in mense Ordinario, & sic naturali ad exclusionem vacationis in mense reservato, quod est accidentale, ut bene Gonzal. *dict. gloss.* 11. *numero* 43.

Proposita hac causa in S. Rotæ Auditorio coram R. P. D. Ansaldo fuit negative decisum con-
26 tra literas Apostolicas *sub die* 19. *Februarii* 1714. & quia superius allegavi plures decisiones Me scribente emanatas in hoc eodem articulo, nonnullas ex eis adnectendas censui, alias vero in cæteris allegationibus registrabo, in quibus, de Casibus ubi emanarunt, sermo erit, ipse enim primus fui, qui opinionem istam tacitæ exclusionis reservationum Apostolicarum cœpi reponere in praxi *in Parmen. Beneficii*, de qua supra juxta magistralem in hac materia *dec.* 274. *coram Royas*; nam antea S. Rotæ Auditorium rigide procedere consueverat in hoc articulo, & requirebat verba nimis clara, & pernecesse concludentia, hodie autem sufficiunt conjecturæ, quæ simul junctæ persuadeant animum Judicis ad sic affirmandum, ut practicatur in interpretatione ultimarum voluntatum, cum agatur de materia, ubi indulgendum est pro ea parte, quæ Fundatoris Laici intentioni magis accomodatur, & favet, quemadmodum insinuat etiam Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 4. *num.* 11. *in fine, & lib.* 1. *p.* 2. *quæst.* 2. *artic.* 11. *num.* 4. *vers. quinto*, & dixi Ego *Discept. Eccles.* 25. *num.* 28. *circa fin. versic. & subiungebam*, & superius animadversum est *num.* 43. Prima decisio edita *in dicta Parmen.* 28. *Januarii* 1701. est impressa apud Me *dicta Disceptat.* 15. *n.* 40. *& seqq.* aliæ vero sunt, quæ infra sequuntur.

R. P. D. SCOTTO.

Parmen. Beneficii.

Luna 13. *Junii* 1701.

IN conflictu duarum inter se pugnantium Decisionum coram Me in hac Causa emanatarum, alterius videlicet sub die 7. Martii 1700. & alterius sub die 28. Januarii proxime præteriti Dubium in hodierna Audientia proposui = *An esset standum in primo, vel in secundo loco decisis.* = & DD. solidiora reputantes posterioris decisionis fundamenta in secundo loco decisa persistere censuerunt.

Iterum enim sub hac novi examinis censura compertum fuit controversum Juspatronatus fuisse erectum de bonis patrimonialibus Canonici Maurelli
27 Fundatoris, illudque per eundem reservatum extitisse favore Laicorum, & licet in casu extinctionis eorundem lineæ ad personas Ecclesiasticas illud devenire mandaverit, adhuc speciali lege præcavit, ut illius provisio nunquam a dictis personis exire posset, Turnarium ordinem inter easdem constituendo cum circulo reversivo, & cum certi, & determinati temporis præfinitione, ideoque etiam si quoad dominium, Ecclesiasticum effectum fuerit, nihilominus quoad exercitium semper laicale juxta illius primævam naturam permansit, ut satis clare hujusmodi assumpti veritatem convincunt illa verba fundationis præsentem casum percutientia = *Perpetuo, et in omni casu, donec ab altero ex illis, et non alio omnino fieret provisio.* = Et alibi = *Omnino dicto seriose ordine circulari*; = Quæ cum patenter excludant provisionem hujusmodi Beneficii ab aliis quibuscunque personis fieri posse præter expresse a dicto Fundatore in ipso actu erectionis vocatis, consequenter pernecesse succedit, quod illud sub reservationibus Apostolicis nequeat comprehendi propter expressum obstaculum contrariæ voluntatis Fundatoris, quæ licet fuisset ex conjecturis elicita, adhuc religiose custodienda veniret ex traditis per Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 6. *n.* 19. Rot. *coram Royas dec.* 274. *num.* 17. *et decis.* 327. *num.* 4. *part.* 15. *rec. et in Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiaris* 2. *Decembris* 1684. *confirmata* 4. *Maii* 1685. *coram clar. memor. Cardinal. Matthejo*. Ne contrarium admittendo homines ab hujusmodi piis fundationibus retrahantur Lotter. *de re benefic. quæst.* 32. *numer.* 34. *cum pluribus sequent. Adden. ad Pamphil. decis.* 189. *num.* 26. cum aliis relatis in mea præcedenti hujus Causæ decisione, quæ confirmatur sub die 28. Januarii proxime præteriti §. *Quam quidem in fine*.

Neque prædictis adversari visum fuit præcipuum assumptum, in quo Defensores Francisci in hodierna Causæ discussione innitebantur, videlicet quod
cum Fundator in defectum Laicorum, ad quorum 28
favorem jus præsentandi ad hujusmodi Beneficium reservatum fuit, illius provisionem transtulerit in personas Ecclesiasticas, exinde consequenter dicendum esset, per hujusmodi dispositionem illud liberum evasisse, ac propterea cadere omnino debere sub reservationibus Regulæ 9. quæ omnia Beneficia liberæ collationis comprehendit ad provisionem inferioris Collatoris spectantia ex notatis per Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 45. *in princip.* Rot. *dec.* 292. *n.* 4. *p.* 14. *recent.*

Quoniam objectum removebatur ex facto, nam licet Canonicus Maurellus Fundator usus fuerit in transitu hujusmodi Beneficii ad personas Ecclesiasticas verbo *providere*, non exinde potest dici renunciasse juri præsentandi, quod ab initio sibi, & omnibus ad illud vocatis reservaverat, dum sub hu-
jusmodi verbo, *providere*, utrunque jus tam præsen- 29
tandi, quam instituendi optime comprehendatur, ut in præcisis terminis hujus Beneficii firmatum fuit in *decis.* 110. *coram Bich.* Et generaliter quod verbum, *providere*, omnes modos importet, ac comprehendat, per quos Ecclesia de suo legitimo Rectore providetur tradit *Gloss. in cap. ut circa verb. electiones de election. in* 6. *& in Clementina prima verb. provisioni eodem tit.* Felin. *in capit. in nostra num.* 28. *de rescript.* Gonzal. *ad regul.* 8. Cancell. *gloss.* 17. *numer.* 2. Rot. *dec.* 791. *n.* 9. *part.* 1. *& dec.* 638. *n.* 4. *part.* 4. *divers.*

Hinc propterea non obstat in sequelam præcitati objecti, quod postquam controversum Beneficium ad personas Ecclesiasticas devenit, cum nullæ fuerint factæ præsentationes in subsecutis vacationibus, hinc magis confirmatum remaneat illud eva-
sisse liberum, ac proinde cadere potuisse sub reser- 30
vationibus Apostolicis; Quia quoties jus præsentandi residet in eadem persona, quæ habet jus instituendi, necessarium non est, quod uterque actus separatim exerceatur, cum ex simplici provisione actus præsentationis, ac institutionis dicatur exercitus, Lambertin. *de Jurepatr. part.* 3. *libr.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 19. *numer.* 1. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 72. *num.* 166. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 12. *cap.* 6. *n.* 4. *& in Urban. Canonicatus* 16. *Junii* 1697. §. *fin. cor. R. P. D. meo Pio.*

Sed quatenus etiam Patronis Ecclesiasticis non competeret nisi jus instituendi, adhuc illud non caderet sub regula mensium reservatoria, cum liber-

tati

tari hujusmodi Beneficii adversatetur lex fundationis ejusdem superius perpensa; quam liceat hic re-
31 petere, ubi cum fuerit expresse dispositum, quod illius provisio egredi non posset personas vocatas, ut aperte demonstrant illa verba coarctativa etiam in præcedenti decisione ponderata, *omnino prædicto serioso ordine circulari*, quæ equivalent clausulæ *in omni casu, & in perpetuum*, utique ea illis exclusa remanet quælibet Apostolica reservatio ex singulari doctrina *Prob. ad Monach. in cap. cum de benef. de Preb. in 6.* nam si talis reservatio admitteretur non in omni casu, & in perpetuum expleretur provisio a personis per Testatorem designatis, & consequenter violata remaneret ejusdem voluntas, quod tamen non est permittendum, dum cuilibet Fundatori permissum est in erectione hujusmodi conditionem apponere Card. de Luc. *de benef. disc.6. num.*10. Rot. *coram Dunoz. jun. decis.769. num.4. & in Tirasonen. Prioratus 19. Novembris* 1691. §. *Nec ad destruendam cum seqq. cor. Reverendiss. D. meo Decano.*

Neque ad intentum conferre visa fuit provisio Apostolica hujusmodi Beneficii ad favorem Josephi ultimi illius possessoris secuta, quia cum illa processerit ex causa resignationis ad favorem certæ personæ, quæ nonnisi in manibus Papæ valet expleri
32 Paris. *de resignat. quæst.* 2. *lib.* 1. *num.*4. *& seqq.* Spin. *in rubric. renunciat. num.*19. Barbos. *de jur. Eccles. lib.3. cap.*15. *num.*52. *& seqq.* Gonzal. *ad regul.*8. *gloss.* 14. *num.* 36. *versic. cum quia Beneficia*; Inde succedit, quod ex illa argui nequeat controversum beneficium esse liberum, & cadere sub Apostolicis reservationibus, quæ locum non habent, nisi in casu liberæ vacationis ejusdem Gonzal. *ad* 8. *regul. Cancellar, gloss.*15. §.1. *n.*63. Garz. *de Beneficiis part.*1. *capitul.* 5. *num.* 547. *& seqq.*

Et ita utraque, &c.

R.P.D. ANSALDO.

Parmen. Beneficii.

Luna 16. Januarii 1702.

SUper qualitate Beneficii per olim Maurellum de Benedictis erecti in Ecclesia Parmen. usque de anno 1350. non levis exarsit contentio, *cor. R.P.D. meo Scotto* inter Franciscum, ac Petrum, prætendente primo hujusmodi Beneficium hodie fore censendum Ecclesiasticum, & consequenter stante novissima vacatione subsecuta de mense Octobris innegabiliter subjacere reservationi contentæ in regula ix. alias viii. Cancellariæ. E converso autem acriter subsistente secundo prorsus oppositam qualitatem laicalem; ter proinde exagitata pugna, etsi in prima colluctatione vicerit Franciscus, attamen in binis subsequentibus e Palestra triumphator Petrus ascendit; sed ab hoc Judicato, seu definitione victoriæ, provocante Francisco, irriti rursus mansere labores, & conatus ex illius parte commissi; nam pro ejusdem præcedentis Judicati, sive Sententiæ Rotalis confirmatione hodie coram Me prodiit oraculum.

Irritus sane remansit prior conatus pro afferenda Ecclesiastica qualitate reassumptus, ex quo Fundator extitit Sacerdos, & Canonicali prærogativa suffultus, quapropter citra aliam justificationem præsume-
33 re opporteret, Beneficium extitisse de ejus reditibus Ecclesiasticis erectum; ideoque etiam imbibitum qualitate Ecclesiastica, sicut alio non apparente communiter subcensent Scriben. *in cap si quis sane, & in c. inquirendum de pecul. Cleric.* Fagnan. *in c. querelam n.17. de elect.* Lambert. *de Jurep. lib.*1. *par.*1. *q.*8. *art.7. per tot. & art.*8. *n.*2. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.*10. *n.*10. Bellett. *disquis. Cleric. tit. de bonis Cleric.* §.2. *q.* 2. *n.* 7. Frasso *de Reg. patr. Indiar. cap.*3. *n.*12. Corrad. *in prax. benef. lib.*4. *cap.*2. *n.* 48. Murg. *de benef. q.3. sect.*2. *n.* 21.

Facilius vero comitante expressione facta per eundem Maurellum in precibus Episcopo pro ineunda fundatione porrectis; cum enim exposuit *velle unum Ecclesiasticum Beneficium noviter creare, & eidem Beneficio de bonis sibi a Deo collatis dotem congruam constituere* = de plano sequi videbatur irrationabiliter quodammodo disquiri de præfata Ecclesiasticitate, dum Erector illud non solum compellavit Ecclesiasticum, sed & professus est ipsum dotare *de bonis a Deo collatis*; Nulla quippe alia sunt bona, quæ magis immediate ab Omnipotentis largitate conferantur, quam proventus Ecclesiastici, qui nuncupantur Christi Domini hæreditas, & patrimonium, 34
ut notat *Archidiac. in c. non debet* 12. *dist.* Alex. *cons.*101. *n.*7. *vers. nec obstat lib.*7. Tiraq. *de Jur. const. limit.*16. *sub n.3. vers. dicunt Christum, &c.* Navarr. *de reddit. Eccles. q.*1. *monit.*40. Th. de Ros. *de rect. distrib. reddit. Eccles. c.*2. *ex n.* 23. *usque ad* 36. Murg. *de benef. q.* 1. *n.* 14. *& q.*3. *n.*742. & in terminis, quod Beneficium debeat reputari præditum Ecclesiastica qualitate, si illud Ecclesiasticum nominavit, vel signum Ecclesiasticitatis adjecit idem Fundator Rot. *dec.* 87. *in princip. usque ad n.4. cor. fa. me. Innoc. X. dec.*1100. *ex n.* 2. *cum duab. seqq. cor. Emerix Jun. dec.*48. *n.* 17. *dec.* 329. *sub n.* 20. *vers. præterea, dec.* 311. *n.* 12. *par.* 18. *rec.*

Siquidem pro totali eversione hujus fundamenti non solum præclarius in hodierna Audientia in facto applicabantur responsiones solidæ attributæ *in ferenda decisione* R. P. D. mei Scotti *diei* 28. *Januarii* 1701. *in* §. *Reservatio cum plurib. seqq. & in tertia diei* 13. *Julii ejusdem anni* §. *Iterum enim*,
nimirum, quod satis, superque appareret, Maurel- 35
lum quantumvis Sacerdotem, & Canonicum possedisse quamplura bona patrimonalia, & ex illis fundavisse controversum Beneficium, quando forsan suffecisset quod ultra reditus Ecclesiasticos Maurellus possideret bona quoque propria profana, ad hoc, ut prius in ipsius alimoniam absumptis Ecclesiasticis proventibus, reliquum in Beneficii erectione applicitum censeretur a proprio laicali patrimonio, vel etiam ex industria licite conquisitum, ut conjungendo celebrem doctrinam Innocent. *in cap. cum in officia n.*4. *de testam.* & Abb. *in cap* 1. *in* 4. *notab. eod. titul post* Menoch. & Rot. *cor. Verall.* respondit eadem Rot. *dec.*280. *n.*8. *& dec.*314. *n.*13. *&* 14. *cor. Royas*, Card. de Luc. *de Jurep. disc.* 59. *sub num.* 2. *vers. nisi ista, n.* 3. *&* 4.

Verum & omnis hæsitatio cessabat, quia circumstantia inductiva præsumptionis qualitatis Ecclesiasticæ promanans a persona Fundatoris existentis provisi aliquibus reditibus Ecclesiasticis, aut locum sibi duntaxat usurparet, quoties non appareret extitisse ullum Juspatronatus reservatum favore laicorum, & ita re versante in ambiguo, foret inspicienda bonorum fundationis origo; aut in omnem casum suffocaretur a potentiori conjectura prædictæ reservationis Patronatus expletæ pro laicis, ipso Ordinario confirmante, & approbante; In his namque terminis, quia non præsumitur Clericum, sive Sacerdotem Fundatorem voluisse in commodum sæcularium consanguineorum disponere de Christi patrimonio, quodque plus est, Episcopum maluisse huic illicitæ fundationi, & servili reservatio- 36
ni mancipare bona Ecclesiastica, suamque desuper præstare authoritatem, Juspatronatus existimandum esse penitus laicale optime firmat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 10. *num.* 15. *cum trib. seqq.* Card. de Luca *de Jurep. disc.* 59. *nu.*9. Gonzal. *ad regul.* 8. Cancell. *gloss.* 18. *num.* 110. Rot. *dec.* 273. *num.*4. *part.*3. *& dec.*655. *num.*7. *&* 8. *part.*4. *tom.*3. *recentior.*

Quin etiam cum ageretur de simplici Canonico fundatore, qui vivens, & non moriens erexit eidem Beneficium, profecto cum ulterius inierit memoratam reservationem juris præsentandi, altera debilior præsumptio, de qua superius elicita propter proventus Ecclesiasticos oculariter corruebat, cum Clericus valeat inter vivos etiam de fructibus Ecclesiasticis disponere ad sui libitum, quidquid dicendum esset in fundatione testamentaria in locis tamen in

quibus

quibus vigerent inteftabilitas, & fpolia Clericorum ex his, quæ profequuntur Lotter. *de re benef. libr. 2. quæft. 39. num 45.* Merlin. *de Hifpan. Primogen. lib. 2. cap. 10. num. 33. & 34.* Rot. *dec. 401. num. 1. coram fa. me. Gregorio XV. dec. 95. num. 3. & 4. coram Card. Celfo, & decif. 315. numer. 13. & 14. coram Royas.*

Abfque eo quod ideirco amplius, in oppofitum quidquam officeret vel denominatio Beneficii Ecclefiaftici facta per eumdem Fundatorem, vel illa expreffio, quod dotem conftituera intendebat *de bonis fibi a Deo collatis:* Quo enim ad præfatam denominationem utique illa neceffaria quodammodo erat, ac verificabatur ad diftinctionem piorum legatorum cum onera Miffarum, juxta differentiam inter utramque fpeciem deductam, & bene ponderatam apud Felin. *in cap. ex parte il fecondo, numer. 2. de refcript.* Navar. *conf. 5. num. 1. & conf. 7. num. 1. de Preben.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glof. 5. nu. 5.* Rot. *dec. 224. num. 1. & 5. cor. Burato. dec. 101. num. 1. & per tot. cor. Dunoz. Jun.* & frequenter in aliis.

Pofita autem fundatione Beneficii certo certius Ecclefiaftici, utrum poftea Jus præfentandi ad idem Beneficium reputari debeat ejus intrinfecæ qualitatis Ecclefiafticæ, ut cadat fub refervationibus Apoftolicis, diverfa procul cadit infpectio, imo offufcata, five protfus fublata ex præmiffis Ecclefiaftica origine bonorum, profecto inconcuffa juris regula, ac præfumptio ftat pro omnimoda fæcularitate, ad tradita per Gonzal. *ad regul. 8. glofs. 10. numer. 12. & fequens.* Lottat. *de re benef. lib. 2. quæft. 10. numer. 76.* Barbof. *de Jur. Ecclef. libr. 3. cap. 12. num. 18.* Card. de Luc. *de Jurep. difc. 59. fub nu. 22. & difc. 65. nu. 32.* Rot. *dec. 547. num. 5. coram Cavaler.*

Quo vero ad fupradictam expreffionem, ea penitus referenda erat fenfui (ut virum Ecclefiafticum decebat) undique pio, & orthodoxo; cum *omne datum* (ut ait Apoft. (*de furfum fit*, & addat Pfalmifta = *Domini eft terra, & plenitudo ejus* = præcipue e confpectu declarationis explerae per ipfummet Fundatorem in fuo teftamento, & recte obfervatæ *in decifione* R. P. D. mei Scoti *die 28. Januarii 1701. §. Fundationem*, quæ fane declaratio licet ex poft emanaverit, omnem tamen ambigendi caufam circa intelligentiam prædictæ expreffionis eliminat ex deductis apud Cyriac. *controver. 295. numer. 30. cum feqq.* Caftill. *controv. jur. capit. 10. num. 5. lib. 3.* Car. de Luca *de penfion. difc. 20. num. 7.* Rot. *decif. 119. n. 8. & decif. 195. nu. 18. coram fa. me. Alex. VIII. & dec. 402. n. 31. & feqq. par. 9 rec.*

Inanis pariter compertus eft labor afferendi hanc qualitatem Ecclefiafticam, ex quo quantumvis infpecta ab initio refervatione Jurifpatronatus fonante ad favorem Confanguineorum laicorum, procul dubio idem Jufpatronatus reputandum effet omnino fæculare, ex fupra firmatis, §. *Verum*. Nihilominus cum ex ipfa lege fundationis deficientibus lineis fæcularibus ejus Confanguineorum Jus præfentandi legeretur fubfidiarie refervatum corpori Ecclefiaftico, videlicet Capitulo ejufdem Cathedralis Parmen. profecto idem Jufpatronatus mutata natura, feu conditione poffefforis, alternam quoque induerit qualitatem, & de laicali affectum fuerit Ecclefiafticum, ad ea, quæ unanimiter per *Text. in capit. unico §. final. de Jurepatron. in 6.* tradiderunt Sanchez *conf. moral. libr. 2. cap. 3. nu. 4.* Gambar. *de offic. Legat. lib. 3. cap. 2. n. 421.* Sylu. *de Benef. par. 3. quæft. 11. num. 64.* Murg. *qu. paftoral. par. 1. q. 3. §. 1. n. 3. verf. eft etiam, Idem in tract. de Benefic. quæft. 3. fect. 2. & n. 21. & 22.* Vivian. *de Jurepatron. par. 1. libr. 1. capit. 2. num. 9.* Rot. *dec. 541. n. 4. & dec. 740. n. 2. par. 2. decif. 48. num. 5. & pluribus aliis in dec. 329. nu. 4. par. 18. recent.*

Etenim pro omnimoda diremptione hujus quoque pofterioris fundamenti duas regulas, five propofitiones Domini proponendas effe exiftimarunt, Unam nimirum, quod tunc infinuata conclufio recte, & abfolute procedet, quotiefcumque Jufpatronatus tranfeat in perfonas Ecclefiafticas ex accidentali juridico titulo fupervenientæ Succeffionis, vel acquifitionis contentæ fub aliqua bonorum univerfitate in perfonis, vel Collegiis Ecclefiafticis; ficuti nanque tunc ad litteram prænominati, *Text. in cap. unico §. final.* illa coarctatio quadrimeftris ad præfentandum laicis conceffi ex benignitate Sacrorum Canonum, fubfecuto tranfitu vocis patronalis in Patronum Ecclefiafticum fubextenditur, ampliaturque ad fex menfes, 42
ita omnis ratio fervandæ æqualitatis expofcit, ut in hoc cafu debet e converfo idem Patronus Ecclefiafticus fubmitti quoque legibus, & refervationibus Ecclefiafticis, ad notiffima jura, de quibus Gratian. *difceptat. 916. num. 35.* Modern. Argentan. *collect. 44. num. 318. lib. 2.* Rot. *dec. 149. num. 6. & dec. 677. nu. 5. par. 2. rec. cum aliis in dec. 114. nu. 4. part. 19. recens.*

At quando fucceffio perfonæ, vel Collegii Ecclefiaftici provenit a voluntate, & difpofitione ordinata per Fundatorem illud vocantis, feu fubftituentis, eo fane cafu indaganda tantummodo venit mens, & intentio ejufdem Fundatoris, utrum fcilicet voluerit qualitatem a principio impreffam penitus laicalem, & quibuslibet refervationibus exemptam immutari; accedente etenim in contrarium expreffa, vel etiam conjecturata illius voluntate Jufpatronatus in fua primæva laicalitate perfeveret, quamvis decidat, & præexiftat 43
penes perfonam Ecclefiafticam, tefte præ cæteris Card. de Luca *de Benef. difc. 6. fub num. 9. verf. adhuc, & de Jurepatr. difc. 7. num. 8. & difc. 59. nu. 16. & ante eum* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæft. 10. num. 4.* Corrad. *in prax. Benefic. lib. 4. cap. 2. numer. 40.* Rot. *dec. 640. num 5. cor. Card. Cavaler. dec. 61. num. 1. coram Cardinal. Seraphin. & decif. 157. n. 7. part. 7. recen.*

Altera vero regula prærerita, feu præcedenti fubalternans illa erat quod ubi agitur, prout hic, de Beneficio agnofcente fuam erectionem a patrimonio fæculari, & profano, eo procul dubio magis fit indaganda Fundatoris intentio ad finem fubjacendi, necne refervationibus, quæ alias locum non haberent in Jurepatronatus laicali a principio volito, & ftabilito, cum femper refervationes reputatæ fuerint in jure odiofæ, & quatenus fieri valeat, effugiendæ, ex cu- 44
mulatis circa primam propofitionem per Lap. *allegat. 96.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glof. 18. n. 2.* Garz. *de benef. parte 5. cap. 1. nu. 582. & feq.* Lotter. *de re benefic. quæft. 8. numer. 7.* Rot. *decif. 769. coram Burat. & dec. 168. part. 10. recent. utrobique paffim, & per tot.* Et circa fecundam Card. de Luc. *de benefic. difc. 6. fub num. 3. in fin. & numer. 4. poft glof. in cap. præfenti verba finitur prope fin. de Offic. Legat. in 6.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæft. 32. nu. 101. & feqq.* Murg. *de benef. qu. 3. nu. 259.* Rot. *dec. 846. nu. 11. & 12. coram Coccin. & dec. 43. n. 3. par. 1. recent.*

Applicando igitur ad rem liquere luciffime videbatur de hac voluntate Maurelli penitus in fempiternum exclufiva refervationum, non obftante tranfitu juris præfentandi in perfonas, & corpora Ecclefiaftica, quoniam quidquid infudaverint in antea cta propofitione Scribentes hinc inde fuper chronologico examine. An regula ix. refervatoria menfium antecederet, vel fubfequeretur præfentem fundationem; quemadmodum erudite non minus fuerat difpunctum *in decifione dici 28. Januarii 1701. ex §. Neque obftat cum trib. feqq. ufque ad finem*, coram R. P. D. meo Scoto.

Utique cum femper quæftio reduceretur ad introfpectionem hujus voluntatis, utrum Fundator voluerit Jus præfentandi a fe electum in præcitatis terminis fubmitti legi Ecclefiafticæ refervatoriæ, five editæ, five edendæ; eo ipfo quod Fundator in fua 45
difpofitione jam aberraverat ab Juris Canonici Sanctione, nolens ad terminos prælaudati *c. unic. §. final. de Jurepatr. in 6.* fucceffores a fe deftinatos pro exercitio hujus juris præfentandi gaudere beneficio temporis femeftralis, vel quadrimeftralis, fed fub

pœna

pœna devolutionis alligaverat eosdem successores ad præsentandum intra circulum decem dierum, eadem proinde æqualitatis ratio manifestissime retorquebatur, ac respective vehementer coniiciebatur, quod ille noluerit beneficium a se fundatum subniti illi juri, a quo tam aperte etiam contra se deviaverat, ut tradunt Cravett. *Conf.* 250. *n.* 4. *vers. secundo*, Fusar. *de substitut. quæst.* 402. *n.* 44. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 8. *versic. similiter*, Rot. *Florentin. inter collect. per* Palmam Nepot. *decis.* 610. *n.* 26. Rot. *decis.* 32. *n.* 6. *&* 8. *coram Coccin. & decis.* 34. *n.* 14. *post Consal. ad Peregr.*

Evidentius vero. Quia cum pariter minime habeamus certam normam, sive formulam verborum, per quæ debeat elucescere, Fundatorem voluisse Juspatronatus, per se erectum nullatenus subjacere reservationibus; adeout ex. gr. sufficiat, Fundatorem dixisse, *quod perpetuis futuris temporibus præsentatio semper pertineret ad Priorem, & Canonicos*, quemadmodum discussum fuit *in decis.* 274. *coram Roxas*,
46 Card. de Luca *de benefic. disc.* 6. *sub n.* 10. *vers. & de Jurepat.* & consonent tradita per Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 56. Tondut. *quæst. benefic. tom.* 1. *cap.* 47. *num.* 15. Adden. ad Pamphil. *decis.* 189. *n.* 27. Rot. *dec.* 252. *n.* 2. *cum seqq. coram Roxas*.

Quanto fortius hoc ipsum concludere necesse erat in præsenti, dum in casu nostro Fundator ordinem præscripsit gradualem devolutionis de uno ad alterum ex patronis a se prælectis sub illis verbis sæpius repetitis, *& transferatur omnino supradicto seriose ordine circulari, donec de persona idonea sit provisum*, Gradualitas etenim tantæ est in jure nostro importantiæ, ut excludat quemcunque etiam juridicum sub-
47 ingressum cujuslibet alterius personæ, prout in materia fideicommissaria (penitus fraternizante cum illa Jurispatronatus, ex plene demonstratis *in Auximana Jurispatronatus* 27. *Junii* 1701. §. *Quoniam in fin. coram Me*) exceptum legimus ad exclusionem illius legalis subingressus, quod sub nomine vulgaris anomalæ, seu vulgaris in fideicommisso contentæ explicatur ex celebri *consil.* Alex. 1. *n.* 7 *& seqq. lib.* 1. Peregr. *de fideicommiss. art.* 15. *n.* 19. Card. de Luc. *pariter de fideicommiss. disc.* 240. *n.* 1. *&* 2. *& disc.* 253. *n.* 6. Rot. *decis.* 348. *n.* 7. *&* 8. *coram Bich. decis.* 246. *n.* 5. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 304. *numer.* 9. *part.* 17. *recent. & in Romana Fideicommissi* 15. *Aprilis* 1701. §. *Citra, coram Me*.

Eoque demum certius juncta præfata arctiori dictione *omnino*, quæ forsan magis expresse, ac præ-
48 cise designat intentionem volitam in omni casu absoluta penitus, & indistincte, quam præseferret dictio *semper*, considerata *in d. dec.* 274. *coram Roxas* ex collectis apud Alex. *conf.* 13. *n.* 7. *lib.* 2. Decian. *conf.* 582. *n.* 2. Ruin. *conf.* 133. *n.* 8. *lib.* 2. Soccin. jun. *conf.* 231. *n.* 23. *lib.* 1. Paris. *de resign. lib.* 11. *in præfat. n.* 12. & in terminis, ut practici dicunt, terminantibus, Prob. ad Monac. *in cap. cum de beneficio de Prabend. & Dignitat. n.* 34. ibi = *Illa enim dictio omnino reservationes excludit, quia tantum est dicere, omnino, quam in omni caso, & sic etiam stantibus reservationibus*, = cujus, & si casualis, non tamen infimi Doctoris punctualitas pro lege habenda venit, sicuti iidem nostri prosequuntur pragmatici, cum Beto. *conf.* 68. *n.* 9. Gratian. *discept.* 282. *num.* 19.
49 Magon. *dec. Lucen.* 7. *n.* 68. *&* 29. Vincent. de Franc. *dec.* 363. *n.* 4. & alii quotidie.

Magis autem, magisque reflectendo ad casum sive rationem, per quam Fundator tam *seriose*, ut ipse dicit, & enixe ordinem hunc gradualem, ac circularem una cum prædicta dictione *omnino* sanciverat, quia nempe adeo repugnabat diutinæ vacationi hujus Beneficii, ut nisi infra decem dies ex una parte debentes instituere, & altera debentes præsentare munus suum explicarent idem ordo gradualis, ac respective devolutivus observaretur: Quomodo autem possibile erat, quod insimul compati posset hæc seriosa ordinatio devolutionis etiam in præjudicium suorummet charitate sanguinis obstrictorum cum reservationibus Cancellariæ, quæ nullo ad conferendum termino coarctantur? Immo nec per possibile valent coarctari? & tamen Mens Pontificum adeo aliena est a violanda intentione Fundatorum, ut vacante aliquo Beneficio qualificato, ac de cætero indubitanter affecto Sanctæ Sedi derogare non soleant qualitatibus ipsi Beneficio præscriptis, teste Æn. de Falcon. *in tractat. de reserv. q.* 3. *n.* 22. Gaspar. de Perus. *eodem tract. cap.* 2. *numer.* 13. Rot. *decis.* 160. *per tot. coram Puteo lib.* 2. *decis.* 1420. *numer.* 3. *vers. Verum his non obstan. coram Cardinal. Seraphin. & decis.* 153. *numer.* 6. *part.* 6. *recentior.*

Ac denique citra hæsitationem observandum, quod in ipsa gradualitate provisionis, & circuli efflagitati per Fundatorem in circumstantia quoque Capituli præsentare debentis, adhuc fiebat reversio ad primos Patronos Laicos, qui præcedenter ex procrastinata præsentatione pœnam subiissent devolutionis, ut ibi = *Tunc, & eo casu infra decem dies ad illum, vel illos Patronos, quicunque extabunt, potestas præsentandi, &c. ipso facto revertatur* = Quamobrem data ex 50
præmissis mixtura possibilis ex capite devolutionis, sive hujus reservationis, interesse laicorum, neutiquam poterat hujusmodi Beneficium subiici regulis Cancellariæ, sicuti non subiiciuntur Jurapatronatus etiam Ecclesiastica quoties quomodolibet admixta reperiantur cum Laicis, ex Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 18. *n.* 8. *&* 12. *cum seqq.* Cortad. *in prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 57. *&* 58. Garz. *de Benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 56. Episcop. Rocc. *disp. jur. cap.* 183. *n.* 22. Cardin. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 59. *n.* 62. *& dec.* 64. *n.* 4. Rot. *decis.* 640. *n.* 4. *vers. Tanto magis, & seqq. & dec.* 541. *n.* 4. *part.* 2. *recent.*

Postremo, ne quid deesset, neque deerat observantia supra tria sæcula negativa; nam excepto unico casu resignationis factæ in manibus Sanctissimi, & cui optime satisfacit *decisio* Reverendiss. P. D. *mei* Scotti *edita* 13. *Junii* 1701. § *fin.* neque ullum dabatur e- 51
xemplum, quod per spatium adeo longævum expleta manserit aliqua collatio, sive provisio citra personas præsentatas a vocatis in fundatione, & tamen imperceptibile est, quod in tanta diuturnitate aliquis Clericus, vel aliqua persona Ecclesiastica non successerit in hoc jure activo præsentandi pluribus lineis relictos: Unde potuerit intrare regula Cancellariæ VIII. seu IX. contemporanea fundationi juxta in proposito non absimilis observantiæ eradicativæ cujuslibet amaritudinis animadversa per Rot. *dec.* 183. *n.* 23. *coram Buratt. dec.* 46. *n.* 16. *&* 17. ubi plures allegantur, *& dec.* 159. *n.* 10. *coram Priol. decis.* 41. *n.* 20. *vers. quinto quia* post Vivian. *de Jurepatr. & dec.* 34. *n.* 19. *& seqq. coram Ubago*.

Et ita utraque, &c.

R.P.D. MOLINES DECANO

Parmen. Beneficii.

Luna 27. *Junii* 1703.

SEntentiam R. P. D. mei Ansaldi confirmatoriam Alterius R. P. D. mei Scotti; qua definitum fuit beneficium Consortialatus nuncupat. fundatum Anno 1350. a Canonico Maurello de Benedictis spectare ad provisionem Capituli Parmen. in quocunque mense vacaverit propterea que confirmandam esse collationem, & institutionem factam favore Petri Mariæ de Gallis ab eodem Capitulo præsentati; Provisionemque Apostolicam a Zambonino reportatam nullam esse, & invalidam, hodie causam in tertia Instantia Mihi commissam utpote validitatis, & Justitiæ robore munitam confirmandam esse Domini censuerunt.

Quod enim attinet ad validitatem nulla emersit dubitatio. Justitia post tot decisiones vulgatas in prioribus Instantiis clarior emicare non poterat; in iis namque abunde ostensum fuit, controversum beneficium uti fundatum cum bonis Laicalibus, & cum reservatione Jurispatronatus favore Laicorum, & lege fundationis comprehensum, non esse in regula 9. 52
Cancellariæ, ex congestis per Rot. *decis.* 168. *n.* 44. *part.* 10. & per de Luc. *de Jurepatronat. disc.* 6. *n.* 24.

Absque eo quod censeri debeat Juspatronatus Ecclesiasticum, & per consequens subjectum reservationibus dictæ regulæ, ex quo illud fundaverit Canonicus ex bonis sibi a Deo datis. Nam qualitas fundatoris Ecclesiastici de necesse non concludit beneficium erectum esse ex bonis Ecclesiasticis, quando prout in casu constat illum possedisse bona tempora-
53 lia, & nominatim reservasse Patronatum favore Laicorum ex traditis per Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæstion. 10. n. 15.* Card. de Luca *de Jurepatronatus disc. 59. n. 2. vers. nisi ista, & a n. 3. & 4.* Rota coram Royas *decis. 314. num. 13. & 14.* & late *in decisione hujus causæ 28. Januarii 1791. §. Fundationem autem cum seqq. coram R. P. D. meo Scotto, & coram R. P. D. meo Ansaldo 16. Januarii 1702. §. Siquidem*, non adversante, quod Fundator professus fuerit fundare cum bonis a Deo datis, quia etiam bona temporalia sunt bona nobis a Deo elargita juxta illud Apostoli *omne datum de sursum est*, ut bene prosequitur *decisio* R. P. D. Ansaldi §. *Quo vero*, Quemadmodum nihil magis probat ad hunc effectum denominatio Beneficii Ecclesiastici, quia talis nuncupatio facta fuit, & fieri solet ad declarandum, quod beneficium esse debeat titulare Ecclesiasticum, & non legatum pium profanum cum onere Missarum, quæ fundationes inter se distinguuntur, & diversis regolantur principiis ex notatis per Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ Gloss. 5. n. 5.* Rot, *decis. 105. n. 1. & seqq. coram Buratto*.

Minus obstat, quod per extinctionem lineæ Patronorum Laicorum Juspatronatus devolutum fuerit ad Capitulum Parmen. & alios Ecclesiasticos successive vocatos, ac per consequens evaserit Ecclesiasticum; Præsertim quia extinctis Patronis Laicis, Fundator transtulit Jus libere providendi in supradictos Collatores, quocirca Juspatronatus censetur extinctum, & beneficium effectum fuerit libere collationis subjectum reservationibus.

Quoniam sive Beneficium utpote translatum ad Ecclesiasticos evaserit Jurispatronatus Ecclesiastici, sive ob d. facultatem libere providendi, effectum fuerit libere collationis, hoc nonm in Jure certum esse Domini existimarunt Fundatorem posse in limine fun-
54 dationis, Ita erigere, ac fundare Beneficium, ut in illius provisione quocumque modo fieri contingerit non habeant locum regulæ reservatoriæ. Nam sicuti in limine fundationis adiici possunt leges, & conditiones Iuris dispositioni contrariæ, illasque esse servandas, ne Laici a fundationibus retrahantur, *Vivian. de Jurepat. lib. 4. cap. 9. num. 56.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 10. n. 4.* Card. de Luc. *de Jurepatr. disc. 7. n. 8.* potiori Iure dicendum est, posse apponere legem exclusivam reservationum, quæ non dirigitur contra Ius, sed secundum jus, & naturale statum beneficiorum, ut tenent communiter Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 10. n. 4.* Corrad. *in prax. benefic. lib. 4. cap. 2. n. 40.* Rot. *decis. 640. n. 5. coram Cavaler. decis. 611. coram Seraph. & decis. 157. n. 7. part. 7. recent.* Card. de Luc. *de benefic. disc. 6. sub n. 9. & de Jurepatr. disc. 8. n. 8.* neque ad hunc effectum requiritur explicita, ac literalis exclusio reservationum, sed sufficit tacita deducta ex conjecturis, & præsumptionibus, ut advertit Rot. *dec. 274. n. 9. coram Royas decis. 679. n. 7. & seqq. coram Dunozett. Jun. & decis. 327. n. 4. & 5. part. 15. & decis. 242. n. 6. part. 19. recent.*

In fundatione autem beneficii, de quo est sermo fuisse exclusas reservationes, Domini pro certo habuerunt; in ea quippe dispositum legitur, ut tam durantibus Patronis Laicis, quam eis extinctis provisio fieri deberet per tres fisos, & taxativos Collatores, nempe Capitulum, Episcopum, & Abbatem Monasterii Vallis Serenæ dato circulo, & ordine devolutionis de uno in alium, nisi provisio fieret intra decem dies unicuique Collatori assignatos, excludendo quemcunque alium Superiorem; ex cujus circuli ordinatione, verbis, & clausulis, quibus noscitur demandata, plura desumpta fuere argumenta reservationum Apostolicarum exclusiva.

Quorum primum est, quod juxta voluntatem Fundatoris dictus circulus nullo tempore interrumpendus, sed perpetuo servandus erat, ibi = *Pro prima vacatione, & pro cæteris omnibus sequentibus* = ex qua dictione *omnibus* manifeste colligitur comprehensio omnium vacationum, in quibuscunque mensibus cadentium, nam intrantibus reservationibus, quæ occupant octo menses, seu majorem partem anni remaneret interruptus ille circulus perpetuus inter designatos Collatores præfixus, quique in omnibus vacationibus erat nulla exceptione servandus, ut ponderavit Rot. *dec. 846. n. 2. coram Merlin. & decis. 94. n. 13. & dec. 274. n. 4. & 5. coram Royas, & dec. 327. num. 4. part. 15.*

Ejusdem, & forsan majoris roboris est secundum argumentum elicitum ex præfisione termini decem dierum dati Collatoribus ad conferendum, quod non compatitur cum regula reservatoria, quæ nullo ad conferendum termino limitatur, ac restringitur neque profecto respectu Beneficiorum in partibus remotis existentium coarctari poterat ad angustum 10. dierum spatium, ut observat *Decisio R. P. D. Ansaldi §. Magis autem;* Addito, quod si fundator voluisset Juspatronatus effici Ecclesiasticum, juxta disposita *in cap. unico §. final. de Jurepatronat. in 6.* tempus ad præsentandum de quadrimestre prorogatum fuisset ad semestre unde illud restringendo ad decem dierum circulum, tacite declaravit noluisse se conformare cum dispositione Juris reddentis Patronatum Ecclesiasticum ob transitum ad personas Ecclesiasticas, sed potius illi derogare, ut prosequitur *Decisio* R. P. D. Ansaldi §. *Utique*.

Solidum quoque est tertium fundamentum, quod scilicet post factam devolutionem de Capitulo ad Episcopum, & de Episcopo ad Abbatem, voluit Fundator devolutionem non fieri ad Papam, juxta præscripta *in cap. 2. de concess. Prebend.* sed retrogradari ad Capitulum, & alios subinde Collatores; Exinde autem palam exclusæ remanent reservationes Apostolicæ, quia si exclusus fuit Papa major Collator a Jure devoluto, multo magis præsumitur exclusus a Jure reservato, ut arguit Rot. *coram Dunozett. Jun. decis. 669. numer. 4. coram Royas decis. 274. numer. 11. & seqq.*

Quibus accedit Fundatorem voluisse circulum perpetuum inter dd. Collatores servari *omnino*, quæ dictio importat omni casu, & in omni tempore, sicque ut servari idem circulus quoque deberet in men- 55 sibus reservatis, juxta doctrinam Prob. ad Monac. *in capit. cum de benefic. de præben. in 6. numer. 34.* quam approbarunt omnes decisiones causæ; Nec dicatur, quod dicta dictio interpretari debeat in omnibus, & per omnia, ut alias fuit interpretatum *in decis. 110. n. 6. coram Bich.* quia utpote adhærens ad circulum demandatum inter Collatores, debet intelligi juxta sensum sermonis, & dispositionis, cum adiicitur, & sic pro ejusdem circuli observantia in quocunque tempore evenerit occasio providendi; Præfata enim dictio utpote plures obtinens significatus intelligenda est juxta verisimiliorem sensum orationis, cui adiicitur per ea, quæ tradunt Rebuff. *in leg. pecuniæ 178. in verbo omnem omnino ff. de verb. signific.* Soccin. Jun. *cons. 181. n. 23. lib. 1.* Ruin. *cons. 84. n. 14. libr. 1. & cons. 51. n. 37. lib. 3.*

Clara ex hisce quatuor expositis ponderationibus effulget voluntas Fundatoris excludendi reservationes 56 Apostolicas, sed evadit lucidius attenta observantia plurium sæculorum, nam excepto unico casu resignationis factæ in manibus Sanctissimi, nulla adducta provisio Apostolica ejusdem beneficii, & cum super hoc solito negativo aliisque plene satisfaciant decisiones priorum Instantiarum Domini in omnibus approbatis ad eas relative se habuere.

Utraque parte Informante, &c.

R. P. D.

R.P.D. MOLINES DECANO

Gerunden. Beneficii.

Merc. 12. Junii 1702.

CONcurrentibus diversis personis ad controversum Beneficium Jurispatronatus Ecclesiastici vacatum per obitum Gennesii Bavia in mense Augusti 1700. primo loco a Canonico Statore Ecclesiæ Cathedralis Gerundæ Patrono fuit in Partibus præsentatus, & institutus Joannes Massip. Comparuerunt exinde in Dataria Apostolica tanquam de genere fundationis Joseph Marmer, & Hieronymus Bavia, qui impetratis literis pro qualificatis remissi fuerunt pro illarum executione ad nostrum Sacrum Auditorium. Alter tamen ex eis nempe Bavia litem introduxit adversus præfatum Massip. adita semel, atque iterum Signatura Justitiæ pro dirigenda Causæ Commissione. Interea ab humanis excessit dictus Bavia cum sola spe obtinendi exoptatum Beneficium, quod etiam Causam præbuit, ut postremo insurgeret Michael Boffil tertius Contradictor. Unde cum agebatur in Dataria de expediendis novis literis Apostolicis, prout sua quisque putabat interesse, & signanter super concessione, seu denegatione subrogationis, quam prætendebat Massip. in juribus Hieronymi Bavia defuncti, placuit Eminentissimo Cardinali Prodatario in triangulari contentione inibi exorta exquirere votum Sacræ Rotæ, ut in simili videre est *in decis. 104. in princip. part. 13. recent.*

Proposito itaque dubio: *An sit concedenda gratia mandati de subrogando? firmative* responsum fuit favore Joannis Massip. ipse enim præter alia requisita non controversa, docuit de lite, quæ dicitur principale fundamentum pro impetranda subrogatione in
62 juribus defuncti collitigantis per *Text. in cap. 1. &*
2. ut lit. pend. in 6. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 20. n. 114.* Gaiz. *de Benefic. part. 6. cap. 4. n. 4.* Rot. coram Cels. *decis. 107. n. 1. coram Greg. decis. 37. n. 1. & decis. 163. n. 2. part. 8. recent.* Adeout ne propter novos Competitorum litigia prorogari contingat, atque ex eorum diuturnitate proveniant detrimenta Ecclesiarum, & Beneficiorum, Summi Pontifices pro tempore cupientes litium anfractus succidere inter alias regulas Cancellariæ reposuerunt expresse illam 29. nuncupatam de subrogandis, Mandos. *ad dictam Regul. quæst. 2. per tot. Sarnen. ad eandem quæst. 1. §. ita tamen* ajentes non esse illi derogandum in præjudicium collitigantis, immo gravari conscientiam denegantis, subrogationem, prout etiam advertit Rot. coram Seraph. *decis. 1165. num. 1. & in decis. relata per* Ventrigl. *in prax. tom. 2. annotat. 10. sub n. 34. & decis. 607. n. 2. part. 5. recent.*

Nec obstat unicum ac biceps objectum excitatum a Marmer, & Boffil unitim comparentibus contra Massip., in eo consistens, quod ubi lis non vertitur super titulo Beneficii, seu detegitur calumniosa, utroque caso deneganda est petita subrogatio, ut in primo respondit Rot. *decis. 335. num. 1. & 2. coram Gregor. decis. 259. n. 3. coram Dunozett. sen. dec. 202. n. 2. p. 4. tom. 2. dec. 104. n. 6. p. 13. recent.* & de secundo caso litis calumniosæ, quæ equiparatur non liti tradunt Lotter. *de re benefic. d. lib. 2. q. 20. n. 97.* Ventrigl. *in prax. dict. lib. 2. annot. 10. numer. 18.* ubi late materiam tractat Cassador. *decis. 7. de dol. & contum.* Rota *decis. 163. num. 17. part. 8. & decis. 281. n. 7. p. 19. recent.*

Siquidem in neutra sui parte visum est relevare, & sane quoad primam animadverterunt Domini, quod quicquid sit fuisse usque ab initio dimissos a Dataria cum literis præseferentibus mandatum de providendo tam Josephum Marmer, quam Hieronymum Bavia. Certum est in facto, quod alter eorum antequam ex hac vita migraret impetraverat a Signatura Justitiæ Commissionem contra Massip., *Summ. ejusdem n. 8.* in qua legitur, quod tanquam non habens qualitates requisitas a Fundatore fuerat nulliter præsentatus, & de facto institutus cum subsecuta possessione, a quibus omnibus ob interpositam appellationem intra legitima tempora, petiit d. Bavia committi Causam cum omnibus suis incidentibus, & emer-
gentibus, ac clausula *quam, & quas.* Quare evidens 63
fit actionem in progressu Causæ debuisse involvere cognitionem tituli tam Rei, quam Actoris, & per consequens negari nequit quin in his circumstantiis lis efformata diceretur super titulo; ut in terminis similis Commissionis pro obtinenda subrogatione, decidit Rota *coram Corrado in Papien. Beneficii relata per* Ventrigil. *in prax. dicto lib. 2. annot. 10. sub n. 34. & coram Carill. decis. 135. n. 8. & decis. 163. n. 7. part. 8. recent.*

Præsertim attenta clausula *quam, & quas,* per quam lis dicitur introducta tam super possessorio, quam in petitorio, Ros. *de execut. lit. Apostol. c. 17. n. 187.* Rot. *coram Cels. decis. 107. n. 10. coram Cerro decis. 27. n. 5. coram Merlin. decis. 73 n. 6. coram Cavaler. decis. 483. sub n. 9. decis. 306. sub n. 1. part. 1. recent.* & prosequuntur ceteræ auctoritates supra allegatæ, & præcipue *dec. 163. n. 11. p. 8.* ubi explicat doctrinas contrarias loqui, seu procedere in casu quo præsentatus petiisset institutionem ab Ordinario, & super ea litem introduxisset, secus autem quando lis est inter Præsentatum, & Provisum ab Ordinario, seu ab alio; nam primo casu actio non dicitur, nisi restricta ad purum factum, & tanquam mere personalis excludit vitium litigiosi, in secundo autem in quo versamus actio directa fuit in rem ipsam contra Competitorem, ut ex tenore dictæ Commissionis, ex qua Bavia prætendebat Beneficium non modo uti debitum, sed etiam uti suum jure sanguinis ob qualitatem generis Fundatoris, a quo censebatur præsentatus, seu vocatus, onde recte vitium litigiosi endebat super ipsomet reali beneficio, Ventrigl. *dict. annot. 10. n. 9.* Rot. *ab ipso relata sub n. 34. §. Minus, coram Cels. decis. 107. n. 3.*

Verum cessare visa est in universum omnis amari- 64
tudo, ex quo in hypothesi non versamur in Beneficio liberæ collationis, sed Iurispatronatus, in quo non est necesse, quod lis introducta fuerit super titulo pro obtinenda subrogatione, præcedente altero ex collitigantibus, ut distinguendo tradit Ventrigl. *loco supra citato n. 11.* & docte firmavit Rota *coram Coccin. decis. 2080. n. 23. & in alia decis. transcripta per* Ros. *de execut. lit. Apostolic. part. 1. cap. 17. n. 101. & decis. 607. n. 10. part. 5 decis. 7. n. 10. part. 7. rec.* cum aliis allegatis *in Cortonen. Beneficii 18. Martii 1697. §. Animadversum, coram R.P.D. meo Ansaldo.* Et ulterius satis est, quod contentio esset tam inter Compræsentatos, quam inter Præsentatum a Patrono, & provisum ab Ordinario, vel a Summo Pontifice, ut Beneficium censeretur litigiosum, cum sub dispositione *Text. in cap. 1. vel 2. ut lit. pend.* comprehendantur etiam Beneficia Iurispatronatus, Ventrigl. ut *supra n. 4.* Rota *ab ipso relata §. Minus, & decis. 607. n. 3. p. 5. rec.* Immo ad effectum obtinendi subrogationem gratiosam sufficit docere de lite per commissio-
nem cum citatione ad dicendum contra executa, 65
Ventrigl. *dict. lib. 2. annot. 10. n. 13.* Rota *coram Gregor. decis. 27. n. 1. & 2. ibique Add. litt. A. coram Buratto decis. 927. n. 2. decis. 321. n. 2. parte. 1. decis. 349. n. 14. decis. 607. n. 6. part. 5. decis. 186. n. 12. part. 6. recent.*

Quibus positis facilius visum est posse removeri objectum in secunda sui parte fundatum in calumnia litis respectu Massip. præsentati, sub prætextu, quod Beneficium vacaverit de mense Augusti Sedi Apostolicæ reservato. Unde cum illud tanquam de Jurepatronatus Ecclesiastico caderet sub *Reg. 9. Cancellar.* ex traditis per Gonzal. *ad dict. reg gloss. n. 6.* Cardin. de Luca *de Iurepatronatu disc. 7. num. 9. disc. 69. n. 9.* Rota *coram Gregor. decis. 77. num. 9. coram Merlin. decis. 87. numer. 5. & in Basilien Parochialis 5. Martii 1700. §. Quatenus, coram Me.* Exinde arguebatur patens non Jus Massip., qui non poterat nisi temere litigare, & multo minus hodie valet prætendere subrogationem, cum non habeat qualita-
tes requisitas a Fundatore ex regula in hac materia re- 66
cepta, quod de natura subrogationis sit, ut per eam

Privilegia perfonalia in fubrogatum non transferantur, Rot. *decif.* 684. *n.* 5. *p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 197. *n.* 6. *p.* 32. *recent.*

Refponfum enim fuit, quod ex lege fundationis continentis verba *quandocunque, & quotiefcunque Beneficium vacare contigerit provideri debeat infra* 20. *dies*, videbatur exoriri incompatibilitas, & talis rofiftentia, ut non poffet fibi vindicare locum regula 67 refervatoria menfium, five Beneficium fuerit erectum ante, vel poft dictam regulam, ut omiffis aliis noviter difcuffo articulo firmatum fuit *in Parmen. Beneficii* 28. *Januarij*, & 13. *Junii* 1701. *coram R. P. D. meo Scotto, confirmata in fecunda inftantia die* 6. *Januarii proxime præteriti, coram R. P. D. meo Anfaldo*. Et quamvis replicaretur præfata verba non adverfari regulæ refervatoriæ ex aliis decifionibus traditis *in contrarjo Summ. Marmer. & Boffil. num.* 12. Domini tamen circa neceffitatem rigorofe examinandi circumftantias utrarunque decifionum hinc inde allegatarum exiftimarunt in hoc articulo concedendi gratiam mandati de fubrogando fatis effe, quod non doceatur de claro malo jure Maffip., cui fufficit ne redarguatur de calumnia improbi litigatoris oftendere habuiffe titulum coloratum boni juris, feu quod lis non effet notorie injufta, quæ ubi habet aliquam probabilem caufam femper viam aperit ad 68 petendam, & obtinendam fubrogationem in juribus defuncti collitigantis, Franc. *in cap.* 1. *num.* 5. *verf. cogita, ut lit. pend.* Rebuff. *fub regul. de fubrog. gloff. n.* 3. cum aliis congeftis per Rot. *in dict. Papien. Beneficii* relata Ventrigl. *lib.* 2. *annot.* 10. Rota coram Seraphin. *dec.* 1165. *n.* 1. & 9. *coram Cerro decif.* 297. *n.* 1. *coram Celf. dec.* 179. *n.* 8. *in recent. dec.* 607. *n.* 17. *p.* 5. *dec.* 217. *n.* 9. *p.* 16. *dec.* 627. *n.* 9. *p.* 18. *dec.* 281. *n.* 11. *part.* 19.

Demum ex his fatisfit etiam exceptioni, quod per fubrogationem non poffint transferri qualitates perfonales, ne præjudicetur gratiæ ab alio reportatæ pro qualificato, quoniam de hoc fuo tempore agendum erit in difputatione fuper executione ejufdem gratiæ fubrogationis.

Et ita utraque Parte, &c.

R.P.D. SCOTTO.

Gerunden. Eleemofynæ Panis quoad Jus nominandi fuper refervatis.

Luna 26. *Junii* 1713.

CONvenerunt Domini in Audientia die 3. Julii 1711. coram Eminentiffimo Priolo tunc noftri Ordinis Collega emerito in eo, quod Jus nominandi Præpofitum Eleemofynariæ per pium Fundatorem Arnaldum de Efcala ufque de anno 1228. erectæ fpectaret, & pertineret ad Sacriftam Majorem Ecclefiæ Gerunden. quoad futuras vacationes, refervantes particulari examini infpectionem, an idem Jus competeret etiam contingentibus vacationibus in menfibus refervatis, ut ea Decifione fub antedicta die edita: Quamobrem reaffumpta in hodierna Audientia coram Me, uti in locum ejufdem Eminentiffimi Prioli fubrogato difputatione *fuper refervatis* Domini non dubitarunt pro eodem Sacrifta Majori duntaxat informante refpondere; illi fcilicet fpectare prædictum Jus nominandi in quacunque Vacatione contingente etiam in menfibus refervatis.

Ex triplici nanque fundamento vifum fuit regulam 8 hodie 9. fuper refervatione menfium non intrare ad effectum impediendi Jus nominandi Præpofitum Eleemofynariæ ad Sacriftam Majorem, ex le69 ge fundationis competens; Cum regulare fit, quod hujufmodi refervationibus locus non fit refiftente contraria voluntate Teftatoris expreffa, vel etiam tacita ex conjecturis, & argumentis elicita, Rot. *dec.* 476. *n.* 1. *p.* 19. *recent. & in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. *coram Reverendiffimo Decano*, ea ratione quia pius fundator Officio, vel Beneficio ex propriis bonis erecto poteft fibi benevifam dicere legem, & fic illam etiam per quam excludantur regulæ refervatoriæ, ut dictum fuit in *Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Conftabilita, coram Me, & in confirmatoria* 16. *Januarii* 1702. §. *Etenim, coram R. P. D. meo Anfaldo*.

Ex primo quidem ex litera fundationis, in qua pius Fundator voluit, & juffit, *quod provifionem, & ftabilimentum Eleemofynaria, & Presbiteri habeat femper Sacrifta Major*; Ex quibus verbis dicitur injun- 70 ctum eidem Sacriftæ, ac conceffum Jus nominandi etiam in menfibus refervatis, nam dictio, *femper*, complectitur quodcunque tempus, ac omnes cafus includit, & confequenter etiam illum refervationis, Card. de Luc. *de benef. difc.* 6. *n.* 9. & *in dicta Parmen. Beneficii* §. *Eoque demum, coram R. P. D. meo Anfaldo*, præcipue quia fuit eadem dictio, *femper*, appofita non quidem pertinentiæ Jurifpatronatus, ac nominandi, fed actui, & exercitio ipfius nominationis, quo cafu non importat perpetuitatem folius Juris, & facultatis, fed quod eadem facultas perpetuo, & omni tempore libere ad actum perducatur, quod fieri non valet, nifi exclufa refervatione, Rota *dec.* 157. *n.* 6. *p.* 7. *dec.* 476. *n.* 10. *p.* 19. & *in Tarraconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. §. *Quibus, coram R. P. D. meo Lancetta*.

Addito, quod Teftator voluit provifionem, feu electionem fieri per Sacriftam intra decem dies ab obitu Presbyteri computandis, quibus lapfis, & non facta electione demandavit illam devolvi ad Capitulum, qui Sacerdotem *fine mora* inftituere teneatur, 71 ex quibus omnibus eo magis infertur ad exclufionem refervationis, tum quia alias Collatio ad formam voluntatis Teftatoris perfici non poffet intra breve tempus decem dierum cum his extremis exacte a Teftatore pro follicita electionis confumatione demandatum, & præfixum, intra quod e longinquis regionibus vix poteft notitia folius vacationis ad Curiam pervenire pro perficienda Apoftolica provifione in vim refervationis, Modern. Roman. *difcept. Ecclefiaft. difp.* 25. *n.* 26. ubi de termino decem dierum, & de eodem termino, Rota *in d. Parmen. Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Ejufdem, coram Reverendiffimo Decano*, atque de alio longiori termino quindecim dierum in *d. Tarraconen. Beneficii* 18. *Aprilis* 1712. §. *Potiffimam, coram R. P. D. Lancetta*, & in longe majori termino viginti dierum in *Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *Refponfum, coram Reverendiffimo Decano*; Tum etiam quia in cafu negligentiæ Sacriftæ Majoris datus fuit fubftitutus, ad quem fieri debeat devolutio, quæ non compatitur cum refervationis rigore, cujus Collatio illico fecuta vacatione fieri deberet directe a Papa in exclufionem fubftituti, ut in d. *Parmen.* 28. *Januarii* 1701. §. *Conftabilita, coram Me, & 12. Junii fuperioris anni* §. *Magis autem, coram R. P. D. meo Anfaldo*.

Idipfum convincebatur ex natura, & indole iftius 72 Beneficii, five Officii erecti, pro pia diftributione Panis titulo Eleemofynæ ftatis anni temporibus Pauperibus facienda in illorum alimoniam, & fubftentationem, quæ utpote expeditum opus requirens, & juxta enixum Teftatoris Votum follicite explendi, non patiebatur dilationes propter locorum diftantiam a refervationibus, & provifionibus Apoftolicis infeparabiles, a quibus interim pia intentio fundationis poterat defraudari, *Rot. in dict. Tarraconen. Beneficii* 11. *Aprilis fuperioris anni* §. *Progrediendo, coram R. P. D. meo Lancetta*; Eoque magis cum Teftator deputationem Presbyteri demandaverit Sacriftæ Majori plurimum confifus in iftius integritate, & fide ut ab eo tanquam de Gerundenfibus Presbyteris apprime informato eligeretur unus *a quo fideliter, & eleganter* pium hoc opus expleretur, unde videtur electa industria perfonæ, quæ cum refervationibus non compatitur, Rebuff. *de nominat. quæft.* 15. *numer.* 14. cum aliis in dict. *Tarraconen. Beneficii* §. *Tandem, coram R. P. D. meo Lancetta*.

Et demum tertio loco non minorem faciebat vim 73 pro excludendis refervationibus longæva obfervantia ab anno 1442. ufque ad annum 1629. circiter, quo pium opus fuit per Capitulum interverfum, & immutatum, & deinde noviffime per Sacram Rotam refti-

titum

tutum non interrupte continuata, dum semper etiam contingentibus vacationibus in mensibus reservatis electio Presbyteri Eleemosynatiæ nemine contradicente facta extitit a Sacrista Majori, ut probant septem, & ultra status dati in *Summ. n. 3.* ex quibus ut plenarium effectum sortitis, cum unus successerit in locum alterius Provisi, recta desumitur interpretatio, quod ex lege fundationis locum non posset habere reservatio ex collectis in dicta *Tarraconen. Beneficii Absque eo, coram R. P. D. meo Lancetta, & in Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. §. finali, coram R. P. D. meo Ansalda, & 27. Junii 1703. §. fin. coram Reverendiss. Decano*, cum aliis apud Modern. Roman. *dict. discept. 22. n. 5. in fine.*

Ex quibus obstare non poterat, quod voluntas fundatoris censeri non valeat contraria reservationibus, & signanter illi ratione Mensium de tempore fundationis adhuc non editæ; nam vis non stat in eo, quod Fundator voluerit derogare reservationibus, sed in eo, quod istæ cum provisione, & electione Presbyteri juxta naturam Beneficii, & ad tramites voluntatis Fundatoris facienda non compatiuntur, ut bene explicat Rot. *in d. Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Quoniam, coram Me, & in Gerunden. Beneficii 12. Junii 1702. §. Responsum, coram Reverendiss. Decano.*

Neque huic longævæ observantiæ adversari potest provisio Apostolica anno 1694. tanquam de reservato obtenta per Franciscum; ista enim cum dederit causam hodiernæ controversiæ contra ipsum moræ, non habetur in consideratione ad hunc effectum, Rota coram Bich. *dec. 169. n. 21. & dec. 522. n. 20.*

Et hinc demum superfluum crediderunt Domini aggredi quæstionem promotam in *dec. 50. alias 584. in antiquis de concess. præbend.* An scilicet ageretur de simplici beneficio, vel officio, aut Cappellania cum semper ex hactenus dictis qualiscunque asset natura istius piæ dispositionis locum habere non posset reservatio.

Et ita Sacrista Majore tantum in hodierna propositione informanta, Francisco vero pluribus citationibus lacessito, & informare recusante, &c.

R.P.D. ANSALDO

Monasterien. Canonicatus.

Luna 19. Februarii 1714.

CAnonicatum in Insigni Collegiata Sancti Bonifacii Oppidi Frecken Horastensis, quem ultimo loco vacantem Abbatissa Caput Cleri ex utroque Sexu compositi, in vim facultatis sibi & aliis pro tempore in tali munere existentibus a Fundatoribus elargitæ contulerat Josepho Geisberg postmodum Jo: Antonius Theodotus existimans fore Sanctæ Sedi reservatum, eo quia vacasset in Mense Septembris juxta notissima Germaniæ concordata Papæ reservato, impetrata ab eodem Sanctissimo non dubitavit, expeditisque Literis Apostolicis, cum frustra pro illarum executione apud eandem Abbatissam institisset, satius duxit eundem Josephum Oppositorem, & in actuali Beneficii Possessione existentem in Jus vocare, ad quem effectum obtenta Sanctissimo Commissione mihi directa, consuetum Dominis meis proposui Dubium = *An nempe Literæ Apostolicæ sint exequendæ*, quod fuit *negative* resolutum.

Omissa enim inspectione, An Literæ justificatæ dici possent circa Clericatum, & idoneitatem Provisi, ac valorem in iisdem expressum, principalitas sane Gratiæ Apostolicæ fundamentum consisteos in reservatione Papæ narrata, nullatenus visum fuit *Dominis* per Impetrantem justificatum, prout contra anteriorem Provisum, & justo titulo in Possessione existentem concludentissime probandum esse, docens
76 Garz. *de Benefic. part. 6. cap. 3. n. 10. & seqq.* Modern. Roman. *discept. Eccles. 12. num. 3. & discept. 17. num. 63. & in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore impress. apud eundem* Modern. Roman. *discept. 25. numer. 40.* itaut si quæ reservationis dubietas, aut turbiditas Animum Judicis involveret, arcendus foret Impetrans, & absolvendus Possessor, juxta firmata per Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 45. n. 42.* Rota *dec. 472. n. 6. p. 19. tom. 2. recent. & in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Cum enim, coram eodem R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706. §. Præmisso enim, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Quod autem de reservatione non doceretur; Nec doceri posset per Impetrantem palam *Dominis* eminuit ex ipsa fundatione hujusmodi Canonicatuum utriusque Sexus peracta usque de Anno 851. per Laicos, nempe per *Everardum & Gevam* Conjuges cum bonis Laicalibus, ac cum reservatione ad eorum favorem Juris nominandi Canonicos, & Canonissas, quosque ipsi Fundatores in humanis existarent, iis vero e vivis ereptis præceperant, quod eadem met facultas, & idem Jus ad Abbatissas pro tempore devolverunt: Posita autem hujusmodi laicalitate tam respectu fundatorum, quam Bonorum, ex quibus Beneficia dotata extiterant cum consecutiva Laicalis jurispatronatus reservatione, planum emergit nullas intrare reservationes Apostolicas, ut millies declara- 77
vit Rota, & signanter *in dec. 589. n. 2. coram Pamphil. in Rec. decis. 242. n. 13. p. 29. & in Cremonen. Beneficii 14. Maii 1706. §. Absque eo quod, coram Reverendissimo Kaunitz, in Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. §. Altera, coram Me, & in Vicen. Beneficii 17. Februarii 1713. §. E converso, coram R. P. D. Aldrovando.*

Admittebatur per scribentes pro Joanne Antonio Theodoro qualitas hæc Laicalis de tempore fundationis horum Canonicatuum, illiusque perdurationis usque ad obitum Fundatorum ad effectum etiam impediendæ reservationis: At postquam iis defectis, Juspatronatus translatum fuerat in Abbatissas intuitu non certæ illarum Personæ, quæ Fundatoribus incognitæ erant, sed qualitatis Religiosæ, eo quod Ec-
78 clesiastico Servitio addictæ Monialium Cœtui præessent, cum hoc casu Fundatores viderentur respexisse ad Monasterium ipsum, seu Ecclesiasticam Dignitatem, non vero ad particularem Abbatissæ Personam; prætendebant idcirco iidem Scribentes, quod tale Juspatronatus effectum illico fuerit Ecclesiasticum, & uti tale reservationibus Apostolicis subjectum, ut discusso formaliter Articulo dicebatur, firmatum per Rotam *in Monasterien Vicariæ 12. Maii 1706. §. Ex autem fortius cum seq. & 18. Maii 1707. §. Præsertim, coram Omanna*; Non attenta Laicalitate Patronæ præstantare debentis, quia ubi Locus Pius, & Ecclesiasticus principaliter extitit per Fundatorem consideratus, itaut ejus intuitu Juspatronatus relictum fuerit, tunc qualitas Laicalis inhærens Personæ, quæ tali Loco præficitur, & cui tanquam Capiti, ac Ministro illius pii, & Ecclesiastici Loci Jus præsentandi relictum fuit, alterare nequit Ecclesiasticam Jurispatronatus naturam ipsi Beneficio impressam, statim ac tale Jus ipsi Ecclesiastico Cœtui, seu Loco relictum est, ut distinguendo firmat Rota *in decis. 661. n. 5.*
79 *vers. Etenim est distinguendum p. 19. Rec.* & in proposito Jurispatronatus relicti Operariis Ecclesiæ meris Laicis, quod nihilominus Ecclesiasticum censendum sit, & cadat sub reservatione, habetur in illa *Parchinonen. Beneficii 12. Junii 1688. §. Agitur, usque ad fin. coram Cardinali Matthejo*, ac contra Capitaneos Poloniæ Administratores Bonorum Ecclesiæ, & si simpliciter Laicos respondit eadem *Rota in illa Cracovien. Cantoriæ 25. Januarii 1700. §. Verum, coram R. P. D. Lancetta, & 11. Maii 1701. §. Tum quia, & 6. Junii ejusdem Anni §. Respectu, coram clara mem. Card. Caprara.*

Verum hæ, & similes Theoricæ, quas modernioribus hisce temporibus amplecti cœpit *Rota*, adaptabiles visæ sunt *Dominis* in suis tantum Casibus, in quibus Juspatronatus transferatur in Personas Ecclesiasticas, uti Ecclesiasticas, vel in Seculares contemplatione tamen Loci Ecclesiastici, itaut Fundationum Litera a Pontificiis reservationibus abhorrere non videa- 80
tur; Secus vero dicendum existimarunt in Themate,

quo Fundatores Laici eandem qualitatem Laicalem
semel Beneficii impressam, & cujuscunque reserva-
tionis, ac impedimenti exclusivum, & ipsi Viventi-
bus ad actum redactam perdurare voluerint etiam in
eorum Successoribus, quamvis Ecclesiasticis, vel ali-
cui Pro, ac Ecclesiastico Loco præpositis, itaut Jus-
patronatus eandem penitus Laicalem naturam, &
qualitatem retinere velint, perinde ac si ipsimet Fun-
datores Laici præsentare deberent; Posita enim hu-
jusmodi Fundatorum voluntate excludendi in perpe-
tuum similes reservationes, quam sufficere etiam ta-
citam desumptam ex conjecturis, & argumentis vo-
luit Rota *in dec. 476. n. 1. part. 19. Recent, ac in Par-
men. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *finali coram R. P.
D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & 16. Janua-
rii* 1702. §. *At quando, coram Me, &* 27. *Junii* 1703.
§. *Quoniam, coram Reverendissimo Domino Molines
Decano, & in Tarracon. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712.
§. *Exclusio, coram Reverendiss. P. D. meo Lancetta;*
Nil amplius referebat, quod Persona ad Juspatrona-
tus invitata foret Ecclesiastica, vel Sæcularis, vel
proprio intuitu, aut potius Loci Ecclesiastici contem-
81 platione in tali præsentandi Munere substituta; Quo-
niam utroque casu Fundatorum voluntatem hujus-
modi reservationum exclusivam servandam esse mo-
net, Corrad. *in prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 2. *sub n.* 8.
Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 10. *n.* 4. Card. de Lu-
ca *de Jurepatr. disc.* 59. *n.* 16. cum aliis *in decis.* 157.
n. 5. *& seqq. p.* 7. *Rec. Gloss. in cap.* 2. *vers. Collatio de
Prabend. in* 6. *Garz. de Benefic. p.* 5. Dunozett. Junior.
decis. 769. *n.* 7. Rota *in prædicta Vicen. Beneficii* 30.
Junii 1713. §. *Siluto, coram R. P. D. meo Aldrovan-
do, & in Monasterien. Beneficii* 30. *Junii* 1713. §. *Mi-
nime, coram Eodem.*

Quod autem Memorati Fundatores voluerint eo-
rum Beneficia a quibuscunque reservationibus exem-
pta, itaut liberæ præsentationi, & Collationi hujus-
modi Beneficiorum nullum impedimentum ullo un-
quam tempore, vel ipsius Fundatoribus, vel eorum
Successoribus afferri posset, clare elici existimarunt
Domini ea ipsis Fundationis verbis, ibi = *Volumus,
ut si quis ex filiis nostris Sacerdotibus, Diaconibus,
aut filiarum, &c. obierit alium, vel aliam in eorum
Locum substituendi, & nominandi facultas non impe-
dita penes nos permaneat; Postquam autem Sors bea-
ta, & extrema nos Corpore mortalitatis solverit, præ-
cipimus, & decernimus, ut Thiabilda Devota Dei
Famula, aut illius in perpetuum Successores a Sororì-
bus eligenda quoties Sacerdotum, vel Diaconiss. aut
Locus in Congregatione filiarum vacaverit, &c. de il-
lo libero, & omnimodo disponat sine ullius impedi-
mento Potestatis Sæcularis, aut Clericalis interventu
ordinent, & provideant eodem modo, qualitate, &
statu in memoriam nostri, uti nos, si in vivis esse-
mus, ordinaremus, disponeremus, & Potestate per
præsentis fundationis, & donationis Tabulas acquisita
faceremus;* Ex quibus negari nequit, quod Funda-
tores eandem penitus facultatem, quam sibi absolu-
82 te reservaverant, quæque nequibat per reservationes
impediri, transtulerint in Abbatissam, alias implica-
ret Potestas Abbatissæ providendi *eodem modo, quali-
tate, & statu*, quo poterant ipsi Laici Fundatores,
& restrictio facultatis præsentandi ad paucos Menses
Sanctæ Sedi non reservatos; Unde manifeste patet,
quod prædicti Fundatores noluerunt, quod alterare-
tur qualitas, & natura Laicalis Juspatronatus per mu-
tationem Personæ Ecclesiasticam figuram gerentis,
sed in eodem Laicali Statu quocunque futuro tem-
pore perduraret; Nihilo prorsus immutato, quod pos-
se præcipi per Fundatores sapta fuit comprobatum,
quibus addi possunt Ricciull. *lucubrat. Eccles. lib.* 4.
cap. 13. *n.* 2. Card. de Luca *de Jurepatr. disc.* 7. *num.* 8.
Modern. Roman. *discept. Eccles.* 25. *n.* 21. cum con-
cordan. *in dicta Parmen. Beneficii.* 16. *Januarii* 1702.
§. *At quando, coram Me.*

Eandem reservationum exclusionem non minus
clare, & evidenter patefaciunt verba illa adjecta
facultati Abbatissæ nominandi, & substituendi Ca-
nonicos quoties Vacatio contingeret, nimirum *libe-
re, & omnimode sine ullius impedimento potestatis Sæ-
cularis, aut Clericalis;* hæc enim omnem penitus ex-
cludunt reservationem tanquam incompatibilem cum 83
omnimoda libertate a Fundatoribus per ea verba con-
cessa, prout de verbo *libere* quod sit exclusivum re-
servationum, tradit Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloss.* 53.
num. 25. ibi = *vigesimo quarto libere, idest sine ali-
quo reservationis obstaculo*, ubi adducit Text. *in Cap.
si Apostolica* 35. *de Prabend. in* 6. & verbum *omnimo-
de*, quod æquivalet verbis *omni Casu* ad tradita per
Rebuff. in leg. pecunia 178. *vers. postremo ff. de verbor.
significat.* Fusar. *consil.* 53. *numer.* 40. & 41. Barbos.
dict. 239. *numer.* 1. importatque plenariam dispositio-
nem ad favorem Abbatissæ cum alterius cujuscunque
exclusione, nimirum contra proprii sensus naturam
restringeretur, Si in omni penitus casu provisiones
non fierent per Abbatissam, sed in majoris anni par-
te forent Sanctæ Sedi reservatæ, ut patet ad sensum.

Omnem vero difficultatis umbram fugare visa sunt
cætera verba superaddita omnimodæ facultatis Ab-
batissæ providendi Beneficia prædicta ibi = *sine ul-
lius impedimento potestatis Sæcularis, aut Clericalis*,
quæ utpote indefinita pandunt deliberatam Funda-
torum intentionem, quod nemo in hujusmodi Be-
neficiorum provisione se ingereret, sed absolute uni-
ca ac perpetuo ad Abbatissam spectaret, excluden- 84
do quamlibet Superiorem etiam Ecclesiasticum in-
definite, & sic etiam Summum Pontificem, a qua
superioris cujuscunque exclusione resultare etiam re-
servationum Apostolicarum exclusionem, firmavit
Rota *in decis.* 769. *numer.* 4. *coram Dunozet. Jun. co-
ram Pamphil. decis.* 589. *numer.* 2. *coram Seraphin. de-
cis.* 1263. *per tot. & in Recent. decis.* 242. *numer.* 13.
part. 19. *& in Parmen. Beneficii apud* Piton. *discept.
Eccles.* 26. *num.* 41. *& in Vicen. Beneficii* 17. *Februar.*
1713. §. *E converso, coram R. P. D. meo Aldrovan-
do;* Animadvertendo præcipue, quod dicta verba non
ipsi Jurispatronatus reservationi, sed Collationi, &
provisioni eorundem Beneficiorum reperiuntur adje-
cta; unde magis, magisque resultabat enixa Funda-
torum voluntas, quod perpetuo, & absque ulla pe-
nitus interruptione, remotoque quolibet Superiorum
obstaculo, provisiones omnes, quæ contingere va-
lerent, semper per Abbatissam unice explerentur: Ideo-
que data tam literali laicalitatis præservatione, &
constanti Fundatorum intentione, quod ad solam
Abbatissam spectaret provisio, exclusa quacunque re-
servatione, corruebat per consequens omne literarum
Apostolicarum fundamentum, quod soli reservatio-
ni nitebatur; Ideoque tanquam in parte magis essen-
tiali non justificatæ minime executioni demandari
promerebantur, ut quotidie practicari videmus, &
signanter in *Cremonen. Beneficii* 14. *Maii* 1706. §. *Abs-
que eo quod, coram Reverendissimo Kaunitz, in Tar-
raconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. §. *Consistit, coram
R. P. D. meo Lancetta, in Monasterien. Beneficii* 30. *Ja-
nuaris* 1713. §. *Minime, coram R. P. D. Aldrovando,
& in Vicen. Beneficii* 17. *Februarii ejusdem anni* §. *Ex
quibus, coram Eodem.*

Non attenta replicatione per Scribentes pro Joan.
Antonio Theodoro allata, quod cum nimirum funda-
tio horum Canonicatuum initium desumat ab anno
850. quo Regulæ Cancellariæ, seu reservationes ad-
huc non erant adinventæ; nequiverint propterea Fun-
datores in animo habere hujusmodi reservationum ex-
clusionem, quas prævidere non poterant, cum vo-
luntas ad incognita non feratur; Quoniam *Domini*
non præsumebant exclusionem reservationum simplici-
ter ab animo Fundatorum, sed ab incompatibilitate
dispositionis eorundem cum prædictis reservationi-
bus, itaut prædicta incompatibilis lex, sive præcesse- 85
rit reservationes Mensium, sive fuerit subsecuta sem-
per earundem reservationum exclusionem operetur;
ut plene huic objecto satisfacit Rota *in sæpe allegata
Parmen. Beneficii* 27. *Januarii* 1701. §. *Quibus tamen,
coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, &
16. Januarii* 1702. §. *Applicando, & §. utique, coram
Me, in Gerunden. Beneficii* 12. *Januarii* 1702. §. *Re-
sponsum, coram Reverendissimo Molines Decano, &
in Tarraconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1702. §. *Minime
obstat, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Præ.

Prædictam autem Apostolicarum reservationum exclusionem, quam clarus & literalia Fundationis tenor operari *Dominis* videbatur, indubitabilem subinde effecit continuata tot Sæculorum usque in præsens observantia, qua hujusmodi Canonicatus, & Beneficia semper Collata extiterunt ab Abbatissa, absque eo quod ullo unquam tempore, aut nulla vacationum occasione Dataria in illis manum apposuerit, aut alias in eorum provisione se ingesserit, & tamen nemo non videt inverisimilitudinem, quod in tam longo tot annorum, & Sæculorum decursu aliquæ non evenerint in reservatis Mensibus Vacationes pro quibus sane non defuissent stante ad ostium Impetrantes, nisi nimium evidens, & clarum Abbatissæ Jus, & Jure fulcita consuetudo eos retraxisset, de qua usque ad hæc tempora non interrupta observantia, ac continuata omni tempore provisionum serie factarum per Abbatissas uti Patronas Laicas ad exclusionem tam Reservationum Apostolicarum; quam Concordatorum Germaniæ ex certa scientia testatus est usque de Anno 1692. ipsemet Episcopus Monasterien. *Summario Josephi Num.* 2. cui consonat altera relatio Vicarii Generalis ejusdem Episcopi edita de anno 1692. quibus attestationibus uti editis a Personis Ex-
86 celsa Dignitate fulgentibus, & contra proprium commodum deponentibus, quanta fides habenda sit, monent ad Text. *in cap. Nobilissimis 97. distinct.* Roman. *in cons.* 59. *n.* 6. Card. de Luca *de Emphyt. disc.* 63. *a n.* 3. & plenius in *tract. de Judic. disc.* 30. *n.* 3. Rota *decis.* 656. *n.* 9. *part.* 2. *Recent. & decis.* 1704. *num.* 53. *coram Coccin. decis.* 714. *n.* 16. *coram Merlin. & decis.* 316. *num.* 4. *coram Bich.* Hujusmodi autem observantiæ in linea interpretativa voluntatis Fundatorum pro exclusione Apostolicarum reservationum maxime deferendum esse plene docet Rot. *in memorata Tarraconen. Beneficii* 11. *Aprilis* 1712. § *Cæterum, coram R. P. D. meo Lancetta, & in Gerunden. eleemosyna Panis quoad Jus nominandi super reservatis* 26. *Junii* 1713. §. *Demum, coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Absque eo quod pro hujusmodi observantiæ interruptione mereretur adduci casus in illa *Monasterien. Vicaria* 1. *Julii* 1706. *coram R. P. D. meo Scotto, Almæ Urbis Gurbernatore*; Quoniam, ut animadvertebant *Domini*, in eo casu agebatur de Vicaria a diversa Fundatione procedente, quæ nil commune habet cum Canonicatibus erectis ab Everardo, & Geva, de quibus hodie est sermo, ac propterea inallegabile erat tale exemplum, seu decisio illa in Causa penitus dissimili emanata, cum a diversis, & disparatis fieri non possit illatio ex vulgatis.

Certam autem omnino videntes Impetratoris Defensores qualitatem Laicalem exclusivam reservationum Mensium nedum in ipsis Fundatoribus, sed & in Abbatissis Substitutis; Eamque plurium Sæculorum Observantia tam negativa, quam affirmativa fulci-
87 tam, inficiari hinc cœperunt, quod hodiernus Canonicatus sit de illis fundatis ab Everardo, & Geva, sed ista negatio gratis undique emissa nullum Impetranti favorabilem peperit effectum; Siquidem cum Piissimi Fundatores integrum hoc Collegium Canonicorum utriusque Sexus erexerint de Anno 851. ut Memorati Episcopus, & Vicarius Generalis Monasterienses diversis vicibus, ac temporibus testati sunt & super quibus attestationibus *R. P. D. meus Aldrovandus* uti Judex Commissarius in consimili Casu favore Provisi ab Abbatissa de anno 1705. pronunciaverat; Cumque pluralitas Fundationum non præsumatur, nec alterius Fundationis in hac Ecclesia detur fumus, præsumptio stat, quod hujusmodi Canonicatus semper libere per Abbatissam collatus sit de il-
88 lis in primordiali Fundatione Everardi, & Gevæ erectis, itaut contrarium Asserenti incumbat onus cum exhibitione diversæ, & novæ Fundationis ejus assumptum Judicandi, ut animadvertit Rota *in Compostellana Parochialis de Pardensa* 22. *Junii* 1710. §. *Primogeniali, coram R. P. D. meo Falconerio, & in eadem* 22. *Junii* 1711. §. *Atque ex his, coram Me.*

Atque hinc posito, quod hujusmodi Beneficia non cadant sub Mensium reservationibus, ut supra fuit comprobatum, *Domini* superfluam existimarunt inquisitionem; num ultimus Provisus obierit in Mense Septembris reservato, nec ne. Et tamen cum onus concludentissime probandi talem obitum, existente alio Proviso ab Ordinario in Beneficii Possessione spectaret ad Impetrantem tanquam primarium suæ gratiæ Fundamentum, ex firmatis per *Rot. cor. Ubald. in dec.* 300. *n.* 2. *& decis.* 14. *n.* 5. *coram Duran. ac in dicta Parmen. Beneficii* 28. *Ianuarii* 1701. *coram R. R. D. meo Scotto Alma Urbis Gubernatore*, adhuc suæ obligationi non satisfecisse Impetrantem nonnulli *ex Dominis* existimabant, cum dictus Impetrans non exhiberet probationes univocas, & concludentes vacationem in Mense reservato, prout facere debuisset juxta notata per *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 45. *numer* 42. Rota *decis.* 472. *numer.* 6. *part.* 19. *Tom.* 2. *Recent.* cum abunde relatis *in Vicen. Beneficii* 17. *Februarii* 1713. §. *Ex quibus, coram R. P. D. meo Aldrovando*, præsertim quod e contra Josepho Proviso ab Abbatissa Ordinaria Collatrice favebat præsumptio pro vacatione in mense Ordinario uti naturali, justa Doctrinam *Gonzal. ad Regul.* 8. *Glos.* 11. *num.* 43.

Et ita, &c. Utraque, &c.

R.P.D. LANCETTA.

Tarraconen. Beneficii.

Luna 11. *Aprilis* 1712.

VAcaverat de Mense Novembris anni 1709. Beneficium sub invocatione S. Jacobi in Ecclesia Parochiali Villæ de Tamarito Tarraconen. Diœces. ad quod Arnaldus Fundator præsentari mandaverat a *Rectore dictæ Ecclesiæ infra spatium quindecim dierum* (sunt verba Fundationis) *Presbyterum bonum, & sufficientem cum consilio, & assensu Prioris Fratrum Prædicatorum, & Guardiani Fratrum Minorum Tarraconæ, qui Presbyter celebret semper ibi pro Anima mea, &c. & intersit omnibus horis Dominicis, & necessariis, quæ in dicta Ecclesia celebrabuntur, & Missæ: Semper mortuo Presbytero præfati Altaris Rector Ecclesiæ de Tamarito conferat d. Altare infra spatium quindecim dierum juxta formam superius hac usque comprehensam* = Hinc Franciscus Grasso juxta præfatam Fundationis legem ad illud præsentari obtinuit, & successive institutionem, ac possessionem ab Ordinario reportavit.

E contra vero Joannes Forgada dictum Beneficium a Sancta Sede impetravit eo sub fundamento, quod utpote de Jurepatronatus Ecclesiastico obnoxium esset regulæ reservatoriæ mensium, & A. C. Literas Apostolicas exequendas esse censuit. Quamobrem commissa mihi appellationis causa cum clausula = *parito Literis arbitrio Rotæ apposito sequestro* = propositoque consueto dubio Domini *intrare arbitrium* responderunt.

Constitit enim Literas Apostolicas non esse verificatas præcipue quoad reservationem controversi Be-
neficii in eis expressam, proindeque arbitrium, quod 89
juxta Juris Censuram regulari debet, non patitur, ut illæ executioni demandentur ex vulgatis Juribus, de quibus Rota, *coram Emerix Iun. dec.* 469. *num.* 1. *& decis.* 148. *num.* 4. *part.* 19. *recent.*

Exclusio autem expressa reservationis quamvis non concurrat in hypothesi; Tacita tamen perspicue desumitur ex litera fundationis superius recensita. Fundator nanque semel, atque iterum enixe demandavit, quod dictum Beneficium *semper* conferendum es-
set ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ Parochia- 90
lis, eandem perpetuitatis notam in omnibus dispositionis partibus adhibuit, atque in eo attenta indole dictæ dictionis *semper* cujuscunque temporis, & casus complexivæ, quemadmodum designata apparet continuata facultas Patroni absque ulla interruptione, ac impedimento, ita per consequens resultat incompatibilitas reservationis ad firmata per Pacion. *de locat. & condur. cap.* 14. §. 6. *num.* 19. Modern. Roman. *discept. Eccles.* 25. *num.* 15. Adden. *Ad* Pamphil.

dec. 189. *n.* 27. Rota coram Royas *decis.* 274. *n.* 8. *&* *decis.* 476. *n.* 10. *p.* 19. *rec. & in Parmen. Beneficii* 16. *Jan.* 1702. §. *Evidentius, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Potissimum quia Fundator præscripsit Patrono terminum quindecim dierum ad præsentandum; Cum etenim hujusmodi limitata temporis præfixio expressum præseferat Fundatoris recessum a dispositione Ju-
91 ris Canonici in *cap. unic.* §. *Verum de Jurepatr. in* 6. juxta quam terminus sex mensium ad explendam præsentationem Patrono competiisset, multo magis convincit incompatibilitatem cum regula reservatoria, quæ nullo prorsus ad conferendum termino limitationis, nec profecto respecto controversi Beneficii in remotis Hispaniarum Regionibus existentis ad angustum quindecim dierum spatium coarctari poterat, ut præcise animadvertit Modern. Roman. *d. discept.* 25. *n.* 16. *&* 26. Rota *in d. Parmen. Beneficii* 16. *Jan.* 1702. §. *Usque, & seqq. coram R. P. D. Ansaldo, &* 27. *Junii* 1703. §. *Ejusdem coram Reverendiss. Domino meo Decano, & in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. § *Responsum enim fuit, coram eodem.*

Ponderando signanter, quod eatenus Fundator collationis tempus limitando a dicti Juris sanctione recessit, quatenus enim voluit, quod Beneficiatus *sem-*
92 *per* pro ejus animæ suffragio celebraret, atque ideo nullo modo cum ejus voluntate compatibilis est reservatio, cujus vigore per plures, & plures menses differri poterat collatio, & interim pia Fundatoris vota disfraudata extitissent, ut prosequuntur auctoritates mox adductæ, & signanter Rot. *in d. Parmen. Beneficii* 16. *Januarii* 1702. §. *Magis autem, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Tandem adstipulatur, quod præsentatio ad sæpe dictum Beneficium *semper* explenda est cum consilio, & assensu Prioris Fratrum Prædicatorum, & Guardiani Fratrum Minorum Tarraconæ ad effectum eligendi Presbyterum magis idoneum, & sufficientem; Quapropter licet Summus Pontifex quoties intraret
93 reservatio præfatum consensum superlative supplere posset, utpote apprime instructus de qualitatibus, & idoneitate illorum, quibus Beneficia conferuntur; attamen ex hac etiam circumstantia, quæ præcedentes roborat, atque confirmat magis magisque deprehenditur voluntas Fundatoris aliena prorsus reservatione, atque unice directa ad consilium, & assensum a præfatis Regularibus reportandum, ex firmatis per Modern. Roman. *d. discept.* 25. *n.* 25. *in fin.* Rota, *coram Dunoz. Jun. dec.* 769. *n.* 4. *& coram Royas d. dec.* 274. *n.* 11. *& seqq. & in d. Parmen. Beneficii* 28 *Januarii* 1701. §. *Quamquidem, coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubern.*

Quibus ita constabilitis obstare visæ non sunt Auctoritates quæ ad comprobandam compatibilitatem fundationis cum reservatione Apostolica cumulabantur; aliæ enim loquuntur in simplici casu, quo Juspatronatus reservatum fuerit cum clausula *toties quo-*
94 *ties Beneficium vacare contingeret*, prout videre est in *Barchinonen. Beneficii* 5 *Decembris* 1685. *& in altera Barchinonen Beneficii* 16. *Januarii*, *&* 12. *Junii* 1686. *coram clar. mem. Card. Matthæjo, ac in Novarien. Canonicatus* 1. *Decembris* 1690 *coram bon. mem. Manuel.* quarum proinde resolutionem termini nullatenus applicantur præsenti hypothesi, in qua concurrunt tot circumstantiæ pro exclusione reservationis, & ulterius adjecta legitur dictio, *semper*, quæ ex firmatis in §. *Exclusio autem* restringi, & limitari non potest ad solum tempus vacationis in mense ordinario ad differentiam præfatæ clausulæ, *toties quoties*, ut bene notat Modern. Roman. *sæpe dicta discept.* 25. *n.* 26. §. *Hinc patet, & n.* 27.

Aliæ procedunt in terminis fundationis Beneficii factæ ex bonis Ecclesiasticis, ut in *Tyrasonen Prioratus* 19 *Novembris* 1691, *coram Reverendissimo D. meo Decano, &* 29. *Aprilis* 1697. *coram bon. mem. Ursi-*
95 *no*, quo casu ad exclusionem reservationis requiruntur verba adeo ampla, & prægnantia, ut nullum aliud intellectum commode patiantur; Hic autem agitur de Beneficio erecto a Laico ex bonis Laicalibus, & ideo ad inducendam incompatibilitatem reservationis sufficiunt leviores conjecturæ, quemadmodum admittunt *dictas Decisiones in Tyrasonen. Prioratus*, & distinguendo tradunt Cardin. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 59. *num.* 16. Rota *in d. Parmen. Beneficii* 26. *Januarii* 1701. §. *Et hinc, coram R. P. D. meo Scotto, &* 16. *Januarii* 1702. §. *Verum, &* §. *Altera, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Decisio demum in *Aprutina Beneficii* 19. *Junii* 1705. *coram Rev. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gu-*
bernatore, quamvis admittat locum esse reservationi 96
non obstante dictione *in perpetuum* in fundatione apposita. Inapplicabilis tamen redditur, tum quia hujusmodi dictio adjecta fuit circa pertinentiam Jurispatronatus, non autem circa modum conferendi, tum quia ibi desiderabantur conjecturæ, quæ in hac hypothesi militant ad excludendam reservationem. Quamobrem quæcunque auctoritatum antimonia facili negotio conciliatur, si juxta casuum contingentiam, prout par est intelligantur.

Minus obstat, quod fundatio controversi Beneficii utpote facta anno 1283. longe præcesserit publicationem dictæ regulæ reservatoriæ mensium, de cujus proinde exclusione Fundator cogitare non pote-
rat. Nam quidquid sit de tempore publicationis hu- 97
jusmodi regulæ, circa quod pluries dubitavit nostrum Tribunal, hoc unum certum est, & ad incertum superabundat, quod scilicet vis non stat in animo Fundationis excludendi reservationes mensium, sed in ipsius dispositionis incompatibilitate cum dicta reservatione, quæ sane incompatibilitas, sive dispositio præcesserit dictam regulam, sive non, semper ejus exclusionem operatur, ut huic objecto respondendo firmavit Rot. *in d. Parm. Beneficii* 28. *Jan.* 1701. §. *Quoniam, & seqq* §. *Quibus tamen, coram R. P. D. meo Scotto, & in d. Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *Responsum enim fuit, coram Reverendissimo D. meo Decano.*

Cæterum in hunc sensum eo facilius inclinarunt Domini, ex quo Beneficium, de quo agitur semper juxta legem fundationis collatum fuit prævia præsen-
tatione Rectoris dictæ Ecclesiæ, & assensu prædicto- 98
rum Regularium quamvis aliquando ejus vacatio contigerit in mensibus reservatis, & e contra in tam diuturno temporis decursu nulla omnino exhibetur provisio Apostolica, adeout in his terminis perspicua resultet observantia tam interpretativa, quam negativa ad exclusionem reservationis, Modern. Roman. *dicta discept.* 25. *n.* 15. Rota *in dict. Parmen. Beneficii* 16. *Januarii* 1702. §. *fin. coram R. P. D meo Ansaldo, &* 27. *Junii* 1703. *pariter* §. *fin. coram Reverendiss. D. meo Decano.* maxime quia judicialiter etiam canonizata existit, Rota *coram Anguell. dec.* 58. *num.* 3. *cum seqq. & in Mediolanen. Optionis* 29. *Aprilis* 1711. §. *Robur inquam, coram Rev. P. D. meo Falconerio.*

Absque eo quod ad illam elideodam attendi mereatur duplex exceptio, altera nempe quod interrupta
fuerit per collationem hujus Beneficii, quod vacave- 99
rat in mensem Octobris reservato factam a Nuncio Hispaniarum; Et altera, quod suffragari minime possit attento decreto irritanti, quo munita est regula reservatoria mensium.

Etenim quoad primam animadverterunt Domini, quod in provisione Nuncii Apostolici nulla omnino reservationis mentio facta fuit, immo ex designatione temporis, quod intercessit inter vacationem, quæ secuta extitit anno 1624. & collationem explotam 1626. clare resultat ipsum contulisse Jure devoluto ob negligentiam Patroni in præsentando, non autem ex capite reservationis vigore regulæ mensium.

Perperam tamen inde inferebatur, quod dictum Beneficium non esset exemptum a reservationibus eo sub obtentu, quod idem sit conferre Jure devoluto, ac Jure reservato; nemo nanque non videt quantum inter se distent termini utriusque collationis; Illa nanque quæ fit ex capite devolutionis favorabilis
omnino est, ac consentanea voluntati Fondatorum, 100
ne Beneficia ex Patronorum negligentia diutius vacare contingat, Modern. Roman. *sæpe cit. discept.* 25. *numer.* 25. §. *Præsertim*: Collatio vero in vim reserva-

tionis

sionis illorum votis potius adversatur, dum per eam adeptum remanet Patronis exercitium facultatis, ad quam a Fundatoribus assumpti, & prælecti fuerant, juxta ea quæ ponderant Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 32. num. 101. & seqq.* Card. de Luc. *de benef. disc. 6. num. 4.* Rota *decis. 43. numer. 3. part. 1. recent. & in dict. Parmen. Beneficii 16. Januarii 1602. §. Altera vero, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Respectu autem alterius exceptionis placuit responsio, quod decretum irritans tunc solum inficere valet observantiam, quando absque ulla hæsitatione locum sibi vindicat sæpe dicta regula reservatore mensium. Quapropter cum ex huc usque ponderatis satis superque elucescat ejus incompatibilitas cum lege fundationis nihil omnino operari potest hujusmodi decretum ad tradita per Rot. *decis. 348. numer. 3. part. 1. rec. & decis. 769. n. 2. coram Dunoz. Jun. & in dict. Parmen. Beneficii 28. Januar. 1701. §. Et hinc nullatenus in fine, coram R. P. D. meo Scotto almæ Urbis Gubernatore.*

Et ita utraque, &c.

Romana Cappellaniæ.

ARGUMENTUM.

Ex quibus circumstantiis colligatur mens Fundatoris de erigenda Cappellania potius Ecclesiastica, quam Laicali.

SUMMARIUM.

1 *Facti species.*
2 *Erectio Cappellaniæ ad certum Altare intelligitur de Ecclesiastica.*
Amplia ut n. 3.
4 *Ordinarii auctoritas in erectionibus beneficiorum semper intelligitur inclusa, si expresse non legatur exclusa.*
5 *Cappellaniæ vocabulum excludit qualitatem laicalem.*
6 *Et in dubio importat Beneficium.*
7 *Fundator instituendo Cappellaniam in ultima voluntate censetur requisivisse auctoritatem Ordinarii.*
8 *Contrarium apparet de expressa voluntate Fundatoris.*
9 *Assignatio dotis facta Cappellaniæ præsefert spiritualizationem bonorum*, & n. 11.
10 *In Cappellania laicali dos non dicitur dari, sed solum stipendium laboris.*
12 *Dos relicta Cappellaniæ.* Senza diminutione alcuna, *pertinet ad Cappellanum.*
13 *Verba impersonalia intelliguntur prout de Jure*, & n. 35. *ubi de verbo*, si dìino.
14 *Cappellania est Ecclesiastica si sit perpetua, & conferatur Ecclesiasticis.*
15 *Explicatur* Garz. de Benefic. & Rota, coram Priol.
16 *Superfluum non dicitur quidquid exprimitur ad melius aliquid significandum.*
17 *Argumentum quod nimis probat nihil probat.*
18 *Onus spirituale Missarum unitum cum erectione aliisque requisitis efficit Cappellaniam Ecclesiasticam.*
19 *Cappellania ad cujus titulum quis ordinari debet, est Ecclesiastica.*
20 *Cappellania non potest esse Ecclesiastica ad tempus, & ad tempus laicalis.*
21 *Ordinari nemo potest ad titulum Cappellaniæ non Ecclesiasticæ.*
22 *Cappuccini, & Fratres Minores de Observantia prohibentur habere annuos reditus perpetuos.*
23 *Testator præsumitur voluisse disponere modo licito, & proportionato Personæ cui reliquit.*
24 *Cappellaniæ de Jurepatronatus laicorum erigi possunt in Ecclesiis Regularium.*
25 *Dos relicta Cappellaniæ cum disjunctive est distincte consideranda tanquam de Cappellania collativa, nec potest cedere in utilitatem Incapacium.*
26 *Restrictiva non est facienda in his quæ non leguntur expressa.*
27 *Pro Cappellania Ecclesiastica in dubio est judicandum*, & n. 44.
28 *Clausula* omni meliori modo, *quid importet?*
29 *Ordinarii consensus ad excludendam qualitatem Ecclesiasticam Cappellaniæ requiritur, quod fuerit positive exclusus.*
Amplia, ut n. 30. & 43.
31 *Legatum pium cum onere Missarum potest erigi in beneficium collativum, nisi expressa mens Testatoris repugnet.*
32 *Declaratur decisio* in *Hydruntina Cappellaniæ.*
33 *Verba* = di modo che = *stant explicative.*
34 *Nec possunt trahi ad effectum contrarium.*
36 *Fructus Cappellaniæ exiguntur proprio Jure per Cappellanos auctoritate Ordinarii institutos.*
37 *Conditio adnotandi in Tabella celebrationem Missarum non destruit substantiam Beneficii Ecclesiastici.*
38 *Beneficium perpetuum non potest alteri conferri nisi secuta morte primi Provisi.*
39 *Testator mandans admitti descendentes ad Cappellaniam intelligitur de tempore vacationis, & re integra.*
Amplia, ut n. 40. & 41.
42 *Beneficium Ecclesiasticum potest fundari, ut toties quoties superveniat aliquis de progenie Fundatoris, ille admittatur remoto Cappellano interim instituto.*
45 *Jus nominandi ad Cappellaniam etiam sine expressione spectat ad Fundatorem ejusque heredes*, & n. 46.
47 *Incapax possidendi bona in communi non potest possidere Juspatronatus.*

ALLEGATIO XLIX.

In ultimo testamentario elogio, cum quo decessit Carolus Baldus, scriptis hæredibus Uxore, & filiis, reliquit loca 24. Cameralia Ven. Ecclesiæ S. Andreæ de Valle ad effectum erigendi ad Altare S. Sebastiani Cappellaniam cum onere perpetuo unius
Missæ quotidianæ, ad quem effectum legavit unum 1
alium locum Montis eidem Ecclesiæ = *Per il consumo di Cera, Vino, e supellettili per la celebrazione di detta Messa* = ordinando Juspatronatus passivum pro filiis aliisque descendentibus in infinitum ipsius Testatoris, volendo, quod isti = *possino ordinarsi a titolo di detta Cappellania, volendo che quando vi saranno più Sacerdoti, la goda quello averà maggior anzianità di Sacerdozio.* =

Patres Theatini Sancti Andreæ agnoscendo, quod parum, aut nihil utilitatis consequi poterant ex hoc relicto, dum ipsis dabatur solus annuus fructus unius loci Montis cum onere Ceræ, & Vini, & supellectilis, acceptare recusarunt onus Cappellaniæ, in eorum Ecclesia erigendæ propter quod ad instantiam filiorum, & hæredum Fundatoris porrecto memoriali Sacræ Congregationis Concilii pro licentia erigendi Cappellaniam in alia Ecclesia, prodiit Rescriptum = *Audiantur Patres S. Andreæ* = in cujus executionem citatis Patribus, coram R. P. D. Petra Secretario ad suscipiendum in se onus Cappellaniæ, alias impertiri licentiam erigendi illam in alia Ecclesia eisdem hæredibus benevisa R. P. D. Secretarius præfixit Patribus terminum octo dierum sin minus mandavit proponi causam in plena Congregatione; Sed Patribus non comparentibus in eorum contumaciam erecta fuit Cappellania in Ecclesia S. Angeli in Foro Piscium cum reservatione Jurispatronatus favore hæredum.

Cum autem Patres subinde mutato consilio obtinuerint ab Eminentissimo Vicario circumscribi erectionem factam in Ecclesia S. Angeli promovendo erroneum suppositum, immo spem vanam, quod in casu isto nullatenus ageretur de Cappellania Ecclesiastica, sed de simplici Legato pio cum onere Missarum,

rum, sibi ipsis, & in eorum commodum relicto, & ex decreto Eminentissimi Vicarii remissa fuerit causa super hoc puncto ad eandem Sacram Congregationem Concilii; Idcirco sub die 27. Junii 1708. subscribi, & proponi fecerunt sequentia duo dubia.

Primum = *An legatum locorum 24. Montium Cameralium relictum Ecclesia S. Andreæ de Valle per Carolum de Baldis cum onere unius Missæ quotidianæ spectet ad Patres dictæ Ecclesiæ, sive potius erigi debeat in beneficium collativum auctoritate Ordinarii, & quatenus affirmative ad secundam partem.* =

Secundum = *Ad quorum favorem spectabit nominatio Cappellaniæ ad dictum beneficium collativum.* =

Et facile fuit Patribus tantum informantibus contumacialem resolutionem extorquere = *legatum spectare ad Patres nec erigi debere in beneficium* = causa autem repropofita sub die 18. Augusti sequentis responsum fuit = *in decisis* = quæ resolutio apud me visa fuit parum subsistens cum scripserim in secunda propositione, in qua ex undecim Votantibus, quinque steterunt pro recessu a decisis, & fuerunt Eminentissimi D. D. Cardinales Paociatleus S. Congregationis doctissimus Præfectus, Sperellius, Caprata, Gabriellius, & Columna; Motiva autem ex quibus movebar ad inclinandum pro Ecclesiasticitate Cappellaniæ erant plura de quibus infra.

Dicebam enim quod perlecto toto tenore testamenti, & tota massa verborum, quæ respicit controversam Cappellaniam, omni ex parte evidenter assequimur Fundatorem ordinare voluisse non quidem legatum pium cum onere Missarum, seu Capellaniam laicalem, ut sibi blandiuntur Patres, sed veram, & propriam Cappellaniam Ecclesiasticam in titolum beneficii erigendam, dum omnia concurrunt requisita, quæ per Doctores nostros pro qualitate beneficii Ecclesiastici considerari solent.

Et sane concurrit primo erectio in titulum facienda auctoritate Ordinarii, dum prima verba legati fuur ista = *Lascio, &c. luoghi 24. di Monti col peso d'erigermi in detta Chiesa, e nell'Altare di S. Sebastiano una Cappellania d'una Messa quotidiana perpetua* = cum enim Fundator incipiat ab erectione ad certum, & particulariter destinatum Altare Ecclesiæ S. Andreæ, indubitati Juris est, quod ista erectio ordinata ad certum Altare manifestissime demonstrat fuisse volitam erectionem Cappellaniæ Ecclesiasticæ, & verum Beneficium collativum, quod solum erigi dicitur ad Altare sub invocatione alicujus Sancti, non autem legatum pium cum onere Missarum, cui omnino repugnat erectio facienda in certo Altari,
2 ut observat Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 30. n. 1. & seqq.* ibi = *Quandoquidem proprius locus Beneficii est Altare, &c. cum ergo erigitur beneficium, designatur illi locus proprius, qui est Altare, Templum enim est locus Altaris, Altare autem est locus Beneficii* = Panimoll. *decis. 21. num. 23. vers. locus erectionis, & Rot. coram Penia decis. 1394. num. 6. & coram Emerix jun. decis. 1100. num. 2.* ubi de verbis *siano fondate, & erette due Cappellanie.*

Stricte autem ad merita oil relevare putabam grammaticale illud æquivocum, in quo Scribentes pro Patribus involvebantur, quod dispositio incipiat a bonis temporalibus, quando expressio bonorum facta fuit ad effectum erectionis Cappellaniæ, ibi = *con il peso d'erigermi una Cappellania* = neque enim percipi potest, quibus aliis verbis potuisset se melius explicare Testator, quam dicendo relinquere loca
3 montium pro erectione Cappellaniæ, juxta punctualiter firmata in *d. decis. 1100. n. 2. coram Emerix jun.*

Præsertim una cum erectione Cappellaniæ exprimendo locum erectionis, idest certum Altare S. Sebastiani, quod motivum frustra distorquetur dicendo, quod ubi designatur Altare pro Missis celebrandis, non semper dici debeat erectum beneficium, quoniam aliud est, quando exprimitur Altare pro celebrandis Missis, ubi æquivoca est expressio Altaris, aliud vero quando fuit expressum Altare pro loco erectionis Cappellaniæ, ut in caso isto Testator expressit, ibi = *con peso d'erigermi in detta Chiesa, e nell'Altare di S. Sebastiano una Cappellania d'una Messa quotidiana* = quæ verba exprimunt Altare pro loco erectionis Cappellaniæ, non autem pro celebratione Missarum, ibi = *da celebrarsi ogni giorno in perpetuo in detto Altare* =, & consequenter fatale est motivum, quod fuerit volita Cappellania Ecclesiastica dum eam erigi mandavit ad certum, & particulariter destinatum Altare, ut dicunt Panimoll. *decis. 21. n. 23. vers. locus erectionis,* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 30. n. 1. & seqq. & alii supra allegati n.*

Nihil obstante, quod hujusmodi erectio Cappellaniæ demandata ad certum Altare apta non sit constituere beneficium collativum, quoties requisitus non fuit consensus Ordinarii, etenim distinctio est in hac materia, quod vel agitur de fundatione facta per actum inter vivos, & tunc quando requisita non fuit auctoritas Superioris Ecclesiastici non censetur Fundator voluisse erigere Cappellaniam Ecclesiasticam ea ratione, quia si eam talem voluisset certe Fundator vivens Ordinarii auctoritatem adhibuisset, nec sine illa Cappellaniam effectuasset: aut vero agitur de fundatione relicta per ultimam voluntatem, & tunc pro judicanda Ecclesiasticitate Cappellaniæ satis est fuisse volitam erectionem ad certum Altare, ut ista erectio requisita dicatur prout de Jure, scilicet accedente auctoritate Ordinarii, qui semper intelligitur inclusus quoties expresse non legitur exclusus, ut magistraliter distinguunt Lara *de Anniverf. & Cappell. lib. 2. cap. 1. num. 46.* Garz. *de benef. part. 1. cap. 2. n. 109. cum seqq.* Castropal. *Oper. moral. tract. 13. de benef. disp. 1. punct. 6. n. 3. vers. voluntae Testatoris,* Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 2. n. 10. & 11.* Panimoll. *decis. 21. num. 13. & 24.* & firmavi Ego *discept. Eccles. 25. sub num. 12. circa finem vers. Erectio pariter volita fuit.*

Secundo hanc voluntatem magis confirmat non solum erectio volita ad certum Altare; sed etiam erectio volita de Cappellania, ibi = *erigermi nell'Altare di S. Sebastiano una Cappellania* = vocabulum quippe Cappellaniæ de sui natura sonat in Beneficium Ecclesiasticum, & excludit qualitatem laicalem, ut inquit Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 2. num. 11.* = *Tunc dicendum velle Fundatorem instituere Cappellaniam Ecclesiasticam, &c. nam quoties apponitur verbum Cappellania Ecclesiastica, a cujus significatione recedendum non est, & mens talis præsumitur qualia sunt verba* = & licet expressio Cappellaniæ sit vocabulum æquivocum, attamen regulariter loquendo, & in dubio semper importat bene- 6
ficium, ut bene inquit Rot. *decis. 13. n. 10. part. 6. recent.* ita & taliter quod ubi Testator facit mentionem de Cappellania una cum erectione, & designatione Altaris nemo inter Doctores dubitavit volitam fuisse Cappellaniam in titulum collativum; Et præcise quod sufficiat Fundatorem in ultima ejus voluntate instituisse Cappellaniam, ut ex tali denominatione Cappellaniæ censeatur auctoritatem Ordinarii requisivisse, tradit Panimoll. *dict. decis. 21. n.* 7
13. ibi = *Testator simpliciter instituendo Cappellaniam nulla facta mentione, seu non requisita auctoritate Episcopi censetur instituere voluisse Beneficium Ecclesiasticum præcipue in Cappellaniis institutis in ultima voluntate, in quibus non videtur exclusa auctoritas Ordinarii, & erectio ab eodem facienda eam tantam exigatur, & intervenire soleat post mortem Testatoris, quando effectum sunt habitura ad differentiam Cappellaniæ institutæ inter vivos irrequisito Ordinario* = Castropal. *dict. tract. 13. de benefic. disp. 1. punct. 6. num. 3.* Antonell. *de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 2. num. 7.*

Nec applicatur *Amostaz.* adductis per Scribentes pro Patribus una cum *Panimol. & Lara* tanquam extra terminos nostros, dum supponunt casum, ubi Fundator voluerit, quod Cappellanus provideatur a Patrono, quod certe importat Laicitatem Cappellaniæ; Cum alias Patronus nequeat propria auctoritate providere Cappellaniam Ecclesiasticam, quæ solum provideatur per institutionem Ordinarii, unde in isto casu adest repugnantia voluntatis Fundatoris pro Cappellania Ecclesiastica, nec mirum si judicatur laica- 8
lis, juxta firmata in *Pampilonen. Cappellaniæ 25.*

Maii

Maii 1646. §. Quinimo, coram bon.mem. Corrado,
ibi = *Apparet Testatricem ipsam voluisse sibi, ac*
ejus successoribus, & plenam reservare dispositionem
Cappellaniæ, ac deputationem Sacerdotis absque inter-
ventu alterius, &c. quo casu ne minus dici potest Ec-
clesiasticum beneficium quando Fundatoris intentio re-
pugnat. =

Tertio voluntas erigendi Cappellaniam Ecclesiasti-
cam clarius manifestatur ab assignatione dotis eidem
relictæ 24. Locorum Montium ex illis verbis = *Voglio*
però, che li sudetti luoghi 24. di Monte debbano stare
perpetuamente per dote, e fondo di detta Cappella-
nia = quando enim habemus erectionem volitam una
cum assignatione Altaris, denominatione Cappella-
niæ, & demum ipsa dote in certis stabilibus constituta
nihil amplius desiderari potest ad convincendum ma-
terialiter, & formaliter votum Testatoris univoce
conspirasse ad Cappellaniam Ecclesiasticam, & Be-
neficium collativum, cum assignatio dotis præseferat
spiritualizationem bonorum eorumque dominii trans-
9 lationem in titulum Beneficii, ut inquit Dec. *cons.* 135.
sub num. 2. vers. & ideo, ibi = *Et ideo nobis sufficit,*
quod dicta Cappella fuerit dotata, &c. & ex tali dota-
tione confirmatur, quod supra dictum est, istam esse
Cappellam perpetuam, & erectam in titulum Ecclesia-
stici Beneficii = *Cæsar de Graff. decis. 13. n. 5. de præ-*
ben ibi = *Stante erectione, &c. item quod habeat do-*
tem, &c. videtur omnino judicandum Beneficium Eccle-
siasticum, = & egregie Rot. *coram Pamphil. decis.* 87.
num. 5. ibi = *Accedit quod pro istis Cappellanis fuerit*
constituta certa dos, ex cujus constitutione dicuntur ere-
cta in titulum Beneficii Ecclesiastici = & per contra-
rium in Cappellania laicali dos non dicitur dari, sed
10 solum stipendium laboris Celebrantis, Felin. *cons.* 45.
num. 6. vers. 1. considero, Bordon. *de legat. Missar. cap.*
6. num. 32. & 33. quia Cappellaniæ laicales habent qui-
dem bona, non tamen relicta titulo dotis perpetuæ,
quæ expressio importat essentiam Beneficii, cui re-
11 quiritur assignatio dotis cum spiritualizatione bono-
rum, ut superius probavi *n.* 9.

Quarto accedit assignatio istius dotis integraliter,
& absque ulla diminutione pro filiis, & descendenti-
bus Fundatoris Sacerdotibus, & Cappellanis destina-
tis habentibus Juspatronatus passivum, ibi = *Vo-*
lendo che li frutti di detti luoghi 24. di Monti intiera-
mente senza alcuna detrazione, e diminuzione si dii-
no a quel mio figlio ò figlio di figli, ò descendenti in
infinito, che si farà Sacerdote = & interius ibi = *go-*
dino, e goda gl' interi frutti di detti luoghi 24. = quod
pariter argumentum præstat Beneficii Ecclesiastici,
de cujus natura est, ut sine diminutione conferatur,
12 sed dos tota pertineat ad Cappellanum, ut in pun-
cto prosequitur Rota, *coram Pamphil. dicta decis.*
87. num. 6.

Equivocum namque esset supponere, quod admini-
stratio locorum fuerit concessa Patribus, itaut Cap-
pellani ab eorum manibus fructus percipere deberent,
quando nec verbum quidem continetur in testamento,
quod hoc inferat, imo contrarium, ex quo verba illa
= *di frutti, &c. godino, &c.* = tanquam impersona-
13 lia debent intelligi prout de jure, scilicet quod per Su-
periorem Ecclesiasticum investiantur Cappellani, de
Cappellania una cum ejus fructibus, seu redditibus.

Quinto concurrit perpetuitas Cappellaniæ, nec
non collatio facienda Sacerdotibus, ibi = *una Cap-*
pellania d' una Messa quotidiana perpetua = & in-
fra ibi = *volendo, che quando vi saranno più Sacer-*
doti, succeda quello averà maggior anzianità di Sa-
cerdotio = quo duo pariter sunt requisita Cappella-
14 niæ Ecclesiasticæ, quæ requiritur, ut sit perpetua,
& conferatur Ecclesiasticis, ut communiter dicunt
Amostaz. *de caus. piis lib. 3. capit. 2. num.* 13. ibi = *in*
his Cappellaniis, in quibus Clerici vacantur ad Missa-
rum celebrationem ea est mens Fundatoris, ut sit Ec-
clesiastica = Leon. *de offic. Cappell. quæst. 3. sect. 3. n.*
35. Panimoll. *decis. 21. numer. 18. & 20.* Pamphil. *decis.*
284. num. 4. & decis. 87. num. 3. Rot. *decis. 254. num. 3.*
part. 2. recent. Corrad. *in prax. benefic. cap. 5. num.* 100.
& seqq. & cap. 6. num. 261.

Eo enim ipso quod Fundator voluit, ut descenden-
tes = *possino ordinarsi a titolo di detta Cappella-*
nia = hæc expressio claram reddit Ecclesiasticitatem
Cappellaniæ; neque huic insuperabili fundamento ap-
plicatur responsio, quod id nullatenus tollat manua-
litatem Cappellaniæ ex Garz. *de benefic part. 1. capit.* 15
2. num. 90. & seqq. Prjol. *decis. 104. num.* 34. Etenim
isti Doctores loquuntur in terminis Cappellaniæ Ec-
clesiasticæ manualis, quærendo, an manualitas tol-
latur, si quis ordinetur ad titulum illius, & ideo ni-
hil commune habent cum casu isto ubi non quæri-
tur de manualitate, quæ datur etiam in beneficio
Ecclesiastico, sed quæritur de Ecclesiasticitate, vel
laicitate Cappellaniæ.

Et ideo non applicari dicebam responsionem,
quod si Testator voluisset Cappellaniam Ecclesiasti-
cam, superflue ordinasset, quod quis posset ad ejus
titulum promoveri, quoniam non dicitur superfluum 16
quidquid exprimitur ad melius significandam quali-
tatem Cappellaniæ in hac præsertim quæstione, ubi
quærimus per implicitum, & subauditum intelle-
ctum, an Testator habuerit intentionem erigendi
Cappellaniam Ecclesiasticam, alias argumentum su-
perfluitatis nimis probaret; nam quævis conjectura,
quæ adduceretur pro Ecclesiasticitate Cappellaniæ,
semper tolli posset cum responsione, quod eam su-
perfluo Testator expressisset, si Cappellaniam collati-
vam erigere voluisset, ut redarguendo argumentum 17
superfluitatis probant Speroll. *decis.* 194. *n.* 50. *&* 51.
Rot. *decis. 348. n. 12. & 13. part. 16. & coram Emerix*
Jun. decis. 1102. n. 7.

Sexto famulatur onus spirituale Missarum alterum
requisitum Beneficii Ecclesiastici, quod unitum cum
erectione, designatione Altaris, denominatione Cap-
pellaniæ, & constitutione dotis sine dubio efficiunt
infallibilem, & univocam substantiam Cappellaniæ
in titulum collativæ, *Cæsar. de Graff. dict. decis.* 13. 18
numer. 5. & 6. de Præben. Panimoll. *dict. decis. 21. num.*
33. ibi = *Accedunt etiam locus erectionis, leges fun-*
dationis, onus spirituale Celebrationis Missarum præ-
scribentes, & dos Cappellaniæ, quæ sunt materialia
beneficii Ecclesiastici = Pamphil. *dict. decis. 87. num.*
18. & per totam.

Septimo strangulat in littera illud essentialissimum,
& aliter non interpretabile pactum, quod descenden-
tes Fundatoris possint ordinari ad titulum Cappella-
niæ, ibi = *voglio che li sudetti miei figliuoli, e figli*
de figli, e descendenti in infinitum possino ordinarsi a
titolo di detta Cappellania, volendo che quando vi sa-
ranno più Sacerdoti, lo goda quello averà maggior an-
zianità di Sacerdotio = *Tum quia quidquid exprimitur*
ad declarandam rei naturam, quæ dubia est, non dici-
tur superfluum, tum etiam quia cum Testator inter de-
scendentes respexerit ad Sacerdotes actuales ad Cappel-
laniam admittendos præferendo = *quello averà maggior*
anzianità di Sacerdotio = Idcirco voluit etiam admit-
ti posse etiam non Sacerdotes actuales, sed qui volui-
sent promoveri ad Ordines Sacros, quibus proinde
opus fuit dare expressam facultatem, quod = *possino*
ordinarsi a titolo di detta Cappellania = unde non fuit
superflua expressio, & semper probat volitam fuisse
Cappellaniam Ecclesiasticam, ad cujus tantum titu-
lum quis potest promoveri, non autem ad titulum lai-
calis; Ex supradicta hæc ordinatio ad titulum Cappel-
laniæ infallibile signum est Cappellaniæ Ecclesiasticæ,
& collativæ, ea ratione, quod ordinatio fieri potest,
vel ad titulum Patrimonii, vel ad titulum Beneficii,
quoties autem Fundator non mandat ordinari ad titu-
lum Patrimonii, sed ad titulum Cappellaniæ per ne-
cessarium antecedens supponit Cappellanias esse debe-
re titulum beneficialem, & collativum, ut in puncto
Amostaz. *de caus. piis lib. 2. num. 7. & 8.* ibi = *Unde* 19
collige similes Cappellanias dicentes, ut ad titulum il-
larum quis ordinetur Ecclesiasticas esse, quia certum
est titulum ad quem quis debet ordinari, debere esse
Beneficium, aut Cappellaniam Ecclesiasticam, &c. qua-
mobrem quoties Fundator disposuerit, ut quis ad ti-
tulum illius ordinetur, voluntas ejus est, ut fiat Cap-
pellania Ecclesiastica, qui enim vult consequens, an-
tecedens voluisse videtur. =

Et hæc expressio, quod Descendentes Fundatoris
possent

possent ordinari ad titulum Cappellaniæ est qualitas, quæ declarat naturam Cappellaniæ; itaut ista esse non possit Ecclesiastica ad tempus, & pro certis per-
20 sonis, & ad aliud tempus esse laicalis pro aliis, cum ista natura non reperiatur in Jure nostro, sed aut semper esse debet Ecclesiastica favore quorumcunque Cappellanorum, aut semper laicalis.

Alias enim esset contradictio manifesta supponere, quod Fundator voluisset Cappellaniam esse laicalem scilicet institutam absque consensu Ordinarii, & formali ejus erectione in titulum, & per contrarium voluisset ad hanc Cappellaniam laicalem posse ordinari ad titulum Cappellaniæ, dum si hoc intellexisset profecto se diversimode explicasset disponendo, quod ejus filii, & descendentes possent ordinari ad titulum Patrimonii, seu bonorum, non autem ad titulum Cappellaniæ, ad quam nemo ordinari pot-
21 est, nisi sit Ecclesiastica, ut bene observat Antonell. *de regim. Eccles. lib. 2. cap. 2. n. 3.* ibi = *non potest quis ordinari ad titulum Cappellaniæ non collativæ, &c. quia hujusmodi Cappellania non est Ecclesiasticum beneficium* = Corrad. *in prax. benefic. lib. 1. cap. 2. n. 49. vers. quia non potest*, Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. n. 30. & 31.* Ventrigl. *in prax. part. 1. annot. 42. §. 1. n. 4.* Spin. *de testam gloss. 4. num 42. vers. neque ad titulum* Rot. *in Colonien. Canonicatus* 28. *Junii* 1704. §. *Quidem, coram R. P. D. Kaunitz.*

Octavo apertissime stringit Incapacitas Patrum possidendi legata perpetua cum onere Missarum, cum enim ipsi profiteantur paupertatem etiam in communi, utique ad instar Minorum de Observantia, & Cappuccinorum prohibentur habere, & possidere
22 annuos reditus perpetuos cum onere Missarum, ut in puncto Card. de Luc. *de Regular. disc. 35. n. 13.* unde fit, quod Fundator nunquam habere potuerit in mente hujusmodi facultatem relinquendi scilicet directe ipsis Patribus loca montium, eorumque fructum perpetuum cum onere Missarum, faciendo illis tale legatum pium, quando in hoc sensu illud esset omnino nullum, & caducum, & tamen nunquam facienda venit Interpretatio per quam caduca remaneat dispositio Testatoris, & ille videatur voluisse disponere contra votum paupertatis Religiosorum, quod in Jure non præsumitur, sed immo semper censetur Testatorem disponere voluisse modo licito, & Personæ cui reliquit proportionato, ut plene Ego
23 scripsi *discept. Eccles. 2. num. 17. & vers. & facit ratio generalis ibique* Didac. de Cea *in sua alleg. num. 69. in fine, & num. 70.* Divus Bonaventura *in exposit. regula cap. 4.* ibi = *præsumendum non esse quidquam Fratribus relictum, nisi sub modo, quo illud obtinendi capaces existimantur* =

Cum igitur Patres supradicti sint incapaces legati perpetui cum onere Missarum, & sic Cappellaniæ laicalis, utique capienda venit interpretatio necessaria ad sustinendum relictum, quod nempe reliquerit veram Cappellaniam Ecclesiasticam, & collativam in titulum, ubi Patres nihil participant de ejus redditibus, sed totum cedit Cappellano, & ipsi solum patiuntur incommodum erectionis Cappellaniæ in eorum Ecclesia, seu Altari, qui fuit unicus sensus Testatoris, qui nunquam intellexit eis relinquere commodum legati cum onere Missarum, sed nominavit Ecclesiam tanquam locum in cujus Altari S. Sebastiani erigenda esset Cappellania cum Jurepatronatus passivo favore suorum descendentium, ita & taliter, quod Patres fuerint considerati mere passive ad recipiendum incommodum præstandi locum in Altare ipsorum Ecclesiæ, sicut docet recepta praxis juxta quam in Ec-
24 clesiis Regularium passim eriguntur Cappellaniæ de Jurepatronatus laicorum, ut est Text. *in cap. nobis de Jurepatr.* Rot. *decis. 1100. num. 15. coram Emerix Jun.*

Nono mens erigendi Cappellaniam Ecclesiasticam magis distincte deprehenditur ex illa distinctione quam fecit Testator inter viginti quatuor loca montium, quæ reliquit in dotem Cappellaniæ, & inter unum, quod reliquit Ecclesiæ ordinando, quod loca 24. starent perpetuo pro dote Cappellaniæ ibi = *debbano stare perpetuamente per dote, e fondo di detta Cappellania* = eorumque fructus in totum spectarent ad Cappellanum ibi = *e godino, e goda gl'intieri frutti di detti luoghi 24.* = alter vero locus montis spectaret ad Ecclesiam pro cera, vino, & suppellectilibus, ibi = *a questo effetto per il consumo di cera, vino, e supellettili per la celebrazione di detta Messa, lascio a detta Ven. Chiesa un'altro luogo di Monte* = & inferius ibi = *restando a favore della Chiesa sudetta l'altro luogo di Monte per la cera, vino, e supellettili* = si enim Testator se ita explicavit specificando, quod reliquit Ecclesiæ scilicet unum locum, quodque reliquit in dotem Cappellaniæ pro Cappellanis scilicet loca 24. omnique imperceptibile est, quo fundamento totum relictum confundi debeat tanquam unicum legatum pium favore Ecclesiæ, quando tamen hujusmodi discretiva ostendit fuisse distincte consideratos Patres, ac distincte consideratam ipsam Cappellaniam, tanquam de per se stantem cum sua dote suisque Cappellanis, ita & taliter quod nunquam prætendi valeat legatum fuisse directum in Patres; sed in Cappellaniam seu beneficium, cui sola loca viginti quatuor assignata fuerunt in dotem, & consequenter dubitari non potest, quin volita fuerit erectio Cappellaniæ in titulum collativum, non autem legatum pium in utilitatem, & commo- 25
dum Patrum hujusmodi legati incapacium, Rot. *decis. 101. num. 11. & decis. 118. num. 22. part. 17. recent. & decis. 393. num. 11. & 12. part. 18. coram Emerix. Jun. decis. 851. n. 3. & decis. 1366. n. 8.*

Nec contra hanc inevitabilem discretivam unius loci montis distincte relicti ad commodum Ecclesiæ, ad differentiam aliorum 24. assignatorum in dotem Cappellaniæ meretur attendi omnino spernenda responsio, quod iste locus relictus fuerit in casu, quo adesset Sacerdos de Domo Testatoris, cum ista restrictiva non legitur in testamento, sed sicut assignata fuit Cappel-
laniæ dos in perpetuum; ita etiam Ecclesiæ unus locus 26
in perpetuum pro expensis manutentionis Cappellaniæ, Rot. *cor. Bich. decis. 608. n. 4. & cor. Emerix. jun. decis. 251. n. 17. & in rec. dec. 468. n. 1. 2. & 12. p. 13.*

Decimo tandem in hac disputatione nota est regula communiter approbata per Doctores, juxta quam etiam in dubio prudentissimi Judices inclinare solent pro Cappellania Ecclesiastica potius, quam laicali, dum per erectionem in titulum pinguius, ac securius effectuata remanet mens Fundatoris circa conservationem bonorum, & perpetuam celebrationem Missa- 27
rum, ut ostendit Amostaz. *de caus. piis lib. 3. capit. 2. num. 15. & 17.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 5. n. 1. vers. Cappellaniæ*, Rebuff. *in prax. benef. tit. quid sit, & quibus modis num. 8.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. n. 10.* Lara *de aniver. & Cappell. lib. 2. n. 59.* Rot. *decis. 13. num. 10 part. 6. rec.* Bordon. *de legat. Missar. cap. 6. n. 39.* Panimoll. *decis. 21. n. 31.*

Nec obstant aliquæ conjecturæ, quæ pro contraria parte per informantes pro Patribus deducebantur, non quidem prima, ex quo Testator non dixerit = *lascio una Cappellania*, = sed potius dixerit verba ad relictum bonorum, ibi = *lascio alla Ven. Chiesa di S. Andrea della Valle luoghi 24. di Monti con peso di una Messa quotidiana* = in hoc enim argumento alterata, & mutilata fuerunt verba testamenti, quæ non dicunt = *col peso d'una Messa* = verum = *con peso d'erigermi nell'Altare di San Sebastiano una Cappellania d'una Messa quotidiana perpetua* = Philosophantibus autem super cortice verborum de facili apparebit idem esse, quod Testator dixerit = *lascio una Cappellania* = ac quod melius loquendo dixerit = *lascio alla Chiesa luoghi 24. con il peso d'erigermi una Cappellania* = utrobique enim substantia voluntatis tendit ad Cappellaniam Ecclesiasticam cum dote bonorum relictorum erigendam, non autem respicit legatum bonorum temporalium; mentio enim bonorum semper necessaria est, ut ex illis erigatur Cappellania, ibi = *col peso di erigermi una Cappellania* = sive ut ex illis constituatur Cappellaniæ dos certa, & stabilis, prout se explicavit Testator, dicendo = *voglio però, che li sudetti luoghi 24. debbano stare perpetuamente per dote, e fondo di detta Cappellania*; = & sic retorquetur argumentum, quia prima verba, a quibus Testator incœpit, sunt directa ad erectionem Cappellaniæ, & dotem Cappellaniæ.

Altera

Altera conjectura deducta ex incapacitate Patrum possidendi beneficia ex superius deductis retorquetur, quia incapacitas eadem est circa possidendum legata perpetua cum onere Missarum, ac beneficia sæcularia perpetua, dum incapacitas non consistit super Ecclesiastico, vel temporali, sed super perpetuitate possidendi annuos reditus, quod regulæ paupertatis repugnat, & ideo capienda est interpretatio, quod Ecclesia Patrum S. Andreæ fuerit nominata tanquam locus erectionis beneficii, non autem tanquam legataria bonorum assignatorum in dotem Cappellaniæ, præsertim quia Testator reliquit = *per ragione di legato, causa pia, ed in ogni altro miglior modo che posso, e devo* = inde significando, quod relinquebat eo modo, quo poterat relinquere, & sic non poterat relinquere legatum perpetuum cum onere Missa-
28 rum in commodum Patrum omnino incapacium, ut de clausula illa = *omni meliori modo* = videre est apud Menoch. *cons.* 683. *num.* 75. Decian. *cons.* 34. *n.* 81. Gabriel. *cons.* 137. *sub numer.* 23. *lib.* 1. Rot. *decis.* 305 *n.* 1. *part.* 17. *rec.*

Tertia, quod nunquam Testator requisiverit consensum Ordinarii nihil concludit, seu potius non excludit Ecclesiasticitatem Cappellaniæ, quando alia concurrunt signa Ecclesiasticitatis, & agitur de fundatione relicta per ultimam voluntatem; hoc enim casu cum actus sit in fieri habendo oculos ad tempus post mortem Testatoris, quo Cappellania *effectuari* debet, Testator non *præsumitur* voluisse excludere auctoritatem Ordinarii ex eo tantum, quia mentionem non fecit de illa, sed immo præsumitur eam voluisse includere, quoties erigi mandavit Cappellaniam ad certum Altare ubi non solet fieri erectio nisi prævia auctoritate Superioris; nec sufficit omissam fuisse mentionem consensus Ordinarii ad excludendam qualitatem Ecclesiasticam, sed requiritur ejus positiva exclusio ad
29 differentiam Cappellaniæ constitutæ inter vivos, ut litteris claris dicunt Castropal. *dict. tract.* 13. *de benef. disp.* 1. *punct.* 6. & Panimoll. *decis.* 21. *num.* 13. & 24. ubi quod requiruntur verba, quæ expresse excludant Ordinarium, ita declarando omnes doctrinas in con-
30 trarium adductas, ibi = *prædictis non resistunt decisiones in contrarium allegatæ, & quæ allegari possunt etenim, &c. loquuntur de legato, ubi expresse excluditur Ordinarius.* =

Hinc plana est theorica, quod ad effectum impediendi ne Cappellania erigatur in titulum collativum requiratur expressa repugnantia voluntatis Testatoris, alias quod etiam legatum pium cum onere Missarum possit erigi in beneficium collativum originaliter deci-
31 sum fuit apud Rot. *decis.* 1122. *num.* 3. *part.* 3. *divers.* & communiter sequuntur, *Gonzal. ad regul.* 8. *gloss.* 5. *num.* 58. Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 108. & *seqq.* Panimoll. *decis.* 21. *num.* 24. Amostaz *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 11. & 12. Castropal. *dict. disp.* 1. *punct.* 6. *num.* 3. Bordon. *de legatis Miss. cap.* 6. *n.* 38. Rot. *in Firmana Beneficii* 27. *Aprilis* 1714. §. *Quinimo*, *coram R. P. D. Ansalde.*

Quarta, quod Testator prohibuerit alienationem locorum Montium assignatorum in dotem Cappellaniæ poterat omitti, quia non subsistit in facto fuisse prius concessam Patribus administrationem locorum Montium, & deinde adjectam prohibitionem alienandi, ut æquivocabatur ad terminos decisionis in *Hy-*
32 *druntina Cappellaniæ* 18. *Maii* 1697. §. *Et fortius*, *coram Reverendiss. dell'Olmo*, in casu enim hujus decisionis aderat prohibitio erigendi Cappellaniam in titulum Beneficii, ut recognosci potest ex illius lectura, secus autem in casu isto, ubi loca prædicta fuerunt assignata Cappellaniæ, ut perpetuo starent pro ejus dote, & in consequentiam prohibita fuit eorum alienatio majoris explicationis gratia, ibi = *debbano stare perpetuamente per dote, o fondo di detta Cappellania, &c. di modo tale, che non si possano mai per alcun tempo, nè sotto qualsivoglia pretesto, ò causa vendere, ed alienare* = quæ quidem verba = *di modo che* = stant magis explicative ad assignationem factam pro dote perpetua Cappellaniæ, ut loca montium non
33 possent alienari puta ad effectum emendi stabilia, aut alia ex causa, & sic tanquam inducta ad magis explicandum requisitum Beneficii Ecclesiastici consistentis in assignatione dotis perpetuæ in vanum retrahuntur ad effectum contrarium, & destructivum ejus- 34
dem Beneficii ex regula, *Text. in leg. legata inutiliter ff. de adimen. legat. cum aliis apud* Barbos. *axiom.* 80. *num.* 9.

Quinta quod reditus locorum esset percipiendus e manibus Patrum est merum æquivocum facti dum verba illa = *volendo che li frutti di detti luoghi di Monti intieramente senza alcuna detrazione, e diminuzione si diino a quel mio figliuolo, à figlio de figli, e descendenti in infinitum, che si farà Sacerdote* = nihil aliud important quam Juspatronatus passivum exprimendo id, quod de Jure erat, scilicet consignationem fructuum locorum faciendam Cappellanis, & tanquam impersonalia = *si diino* = non includunt Patres sed Superiorem Ecclesiasticum, ad quem de Jure pertinet instituere, & investire Provisum de Cappellania cum omnibus fructibus, & emolumentis beneficii; cum verba impersonaliter prolata sint 35
intelligenda prout de Jure, Bald. *in leg. stipulatio ista* §. *Si quis id num.* 2. *Cod. de verb. obligat.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 29. *n.* 48. & 49. Rot. *coram sanct. mem. Gregor. XV. decis.* 54. *n.* 4.

Præsertim quia Patres Sancti Andreæ nequeunt possidere stabilia, & annuos reditus; itaut magis insubsistens videatur suppositum, quod dominium locorum montium remanere debeat penes eosdem Patres, & ab eorum manibus recipi fructus, quod involveret absurdum destructivum substantiæ dotis assignatæ per Fundatorem ipsi Cappellaniæ, & qua stante fructus proprio Jure exiguntur per Cappellanos auctoritate 36
Ordinarii institutos, juxta *Text. in cap. de Rectoribus in fine, & cap. tua nos de Cler. ægrot.* Garz. *de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 145. cum aliis *in Valentina beneficii* 22. *Junii* 1703. §. *Minusque*, *coram R. P. D. Lancetta.*

Sexta conjectura, quæ ponderatur super illis verbis = *che la celebrazione di detta Messa perpetua, e quotidiana si notè fra gli altri obblighi di detta Chiesa nella Tabella della medesima* = nihil concludit in contrarium; hæc namque conditio adnotationis dictos apposita ad alium effectum, ut nempe propalaretur onera Cappellanis incumbentia pro faciliori illorum satisfactione, & implemento neque propterea destruit naturam Cappellaniæ Ecclesiasticæ, ut in ter- 37
minis terminantibus firmavit Rota *decis.* 1100. *n.* 5. & 6. *coram Emerix jun.* ibi = *Nec obstat quod nullam dotem designaverit Cappellanis, quodque jusserit onera Missarum referri in Tabella aliorum onerum Ecclesiæ, quoniam dos venit in consequentiam demandatæ fundationis tanquam conditio, sine qua, ut præfertur, fundari nequeunt beneficia Ecclesiastica, & ordo relationis, seu descriptionis onerum Missarum in præfata Tabella tendit ad propalationem onerum Cappellanis incumbentium pro faciliori illorum satisfactione, & implemento, nec destruit substantiam beneficii Ecclesiastici.* =

Septima denique conjectura in eo consistit, quod cum Testator mandaverit ejus descendentes quatenus existerent, & capaces forent admitti debere, hæc utique voluntas suo volito fine fraudata remaneret, si Cappellania non esset laicalis, sed beneficium perpetuum, cum de istius natura sit, ut nequeat alteri conferri, nisi secuta morte primi provisi. 38

Verum hæc conjectura non subsistit in facto, nec relevat in Jure, & quidem in facto nequaquam legitur talis voluntas, quod *statim* admitti debeant descendentes Testatoris si existant, & capaces sint, sed verba sunt hæc = *Volendo che li frutti di detti luoghi* 24. *&c. si diino a quel mio figlio, ò figlio de figli, e descendenti in infinitum, che si farà Sacerdote, e vorrà celebrare detta Messa, come meglio esprimerò da basso* = inferius autem ita se expressit, seu explicavit = *Volendo Francesco, e Benedetto miei figliuoli, a loro figli, o figli de figli, e descendenti in infinitum, ò qualcheduno di loro farsi Sacerdote, e celebrare la suddetta Messa quotidiana, ordino, e commando, che siino ammessi, o sia ammesso alla celebrazione di detta Messa quotidiana, godino, e goda gl' intieri frutti di*

detti

detti luoghi = quæ verba aliud importare non valent, quam Juspatronatus passivum pro descendentibus Fundatoris, itaut intelligi debeant *prout de Jure*, quod nempe isti descendentes admittendi sint de tempore vacationis Cappellaniæ, ac toties quoties illa vacaverit, non autem re non integra, & beneficio jam pleno, seu alteri collato, dum Testator non dixit; quod ejus descendentes *statim* admittendi essent,
39 seu omni tempore, quo comparuissent, justa firmata in *Decis.* 325. *per tot. part.* 17. *recent.* Pax Jordan. *elucub.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 27. *numer.* 24. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *numer.* 127. *in fine*, Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 8. *numer.* 74. Pignatell. *consult.* 36. *numer.* 1. *tit.* 10. Gratian. *decis. March.* 198. *in addit. numer.* 3. Baochez *consil. moral. libr.* 7. *cap.* 3. *dub.* 48. *numer.* 17. & *apud* Me *Discept. Eccles.* 22. *numer.* 39. *vers. ratio est*.

Neque aliter sensisse Testatorem dicendum est, cum enim ad satietatem expresserit omnia requisita beneficii Ecclesiastici volendo erectionem Cappellaniæ ad certum Altare una cum constitutione dotis perpetuæ integraliter percipiendæ per Cappellanum junctis tot aliis supra ponderatis, & præsertim quod descendentes = *possino ordinarsi a titolo di detta Cappellania* = admissio eorundem descendentium omnimode intelligi debet, prout intelligitur in cæteris Beneficiis, quæ debentur certo generi Personarum scilicet toties quoties Cappellaniam vacare contingat, quod est tempus admissionis passive vocatorum, ne alias absurde dicamus, quod omnis Cappellania, ad quam Fundator vocavit consanguineos suos esset laicalis, non autem Ecclesiastica, ex quo Testator præsumatur eos vocasse semper, & quandocunque non expectato tempore vacationis, ad tradita per Rot. *dec.* 196. *num.* 3. *p.* 15. & *decis.* 90. *num.* 14. *part.*
40 16. & *decis.* 129. *num.* 7. *part.* 17. & *in Bononien. Parochialis* 2. *Martii* 1708. §. *Talisque*, *coram R. P. D. Priolo*.

Et in fortioribus terminis probat Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 6. *cum duob. seqq.* ubi de casu quo
41 = *Testator aliqua bona destinavit, aliquis filius, alius successor ex eis alatur, & aliquas Missas celebret, & ad ejus titulum ordinetur, & tamen resolvit esse Cappellaniam Ecclesiasticam* = non obstante quod isto casu militaret etiam objectum, ut voluntas Fundatoris videtur suo volito sine defraudata, si filii, & successores non essent admittendi *statim*, sed toties quoties veniret casus vacationis.

Minus relevat in Jure, quia ubi admissio descendentium Fundatoris esset intelligenda = *statim*, & *quandocunque* = adhuc non destrueret substantiam Beneficii, dum Cappellania esset tantum manualis in hoc casu, quando scilicet supervenirent descendenter, non autem esset laicalis, cum manualitas non repugnat naturæ Beneficii Ecclesiastici, quod semper remanet = *perpetuum aptitudine* = quando nempe nullus ex descendentibus compareat, aut Sacerdos existat, ut in puncto quod possit fundari beneficium Ecclesiasticum cum hac lege, ut toties quoties superveniat aliquis de progenie Fundatoris ille admittatur
42 remoto Cappellano interim instituto, docet Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 9. *art.* 2. *sub num.* 23. *vers. similiter solvitur*, neque motivum hoc tolli potest per responsionem, quod Cappellania remaneat manualis, quando deficit auctoritas Ordinarii, quia non est supponendum, quod est in quæstione, nempe quod Testator excluserit auctoritatem Ordinarii, dum ista exclusio non præsumitur, sed potius inclusio propter volitam erectionem Cappellaniæ ad certum Altare cum assignatione dotis aliisque conjecturis hucusque deductis, & in terminis beneficii
43 Ecclesiastici manualis, Garz. *de benefic. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 79. Lara *de Anniversf. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 7. & *seqq.* Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 10. Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 280.

Et consequenter admissio descendentium, sive intelligatur de tempore vacationis, sive quandocunque semper effectuata remanet mens Testatoris ne exinde tollatur substantia Cappellaniæ Ecclesiasticæ, & in omnem casum unica conjectura apertissime dulia non potest contraponi tot aliis usque ad numerum decennarium superius demonstratis, ex quibus illa omnino suffocatur, & cedere debeat voluntati Testatoris, *quæ clarior, & securior est pro Ecclesiasticitate Cappellaniæ*,

Firmato ex his, quod Testator reliquerit Cappel- 44
laniam Ecclesiasticam de plano, sequitur illam esse erigendam in titulum beneficii, præsertim quando ad hunc effectum satis est, quod non resistat voluntas fundatoris, quæ in dubio præsumitur stare pro Ecclesiasticitate Cappellaniæ, non autem pro laicitate ex supra *citatis n.* 37. & 41.

Sequitur etiam ex his resolutio alterius dubii; nempe Jus nominandi ad Cappellaniam, spectare ad hæredes Fundatoris, dum ex fundatione, & dotatione beneficii, Juspatronatus etiam sine expressione speciali ipso Jure intelligitur reservatum ipsi Fundatori,
suisque hæredibus, ut optime Rot. *coram Royas dec.* 45
93. *n.* 6. & 7. & *in rec. decis.* 707. *n.* 10, *part.* 2. & *dec.* 207. *n.* 7. *part.* 6.

Nihil relevante, quod Fundator relinquendo loca montium Ecclesiæ cum onere erigendi Cappellaniam contemplasse videatur Patres Sancti Andreæ, ad quos idcirco pertineat jus nominandi, juxta firmata *in decis.* 176. *coram Peutinger.* quoniam conclusio procedit in simplici legato pio cum onere Missarum, secus in Cappellania Ecclesiastica, & erigenda in titulum collativum; tunc enim cum ex hujusmodi
fundatione oriatur Juspatronatus, hoc censetur re- 46
servatum hæredi, ut distinguit eadem Rot. *in d. dec.* 176. *n.* 2. *coram Peuting.* Bordon. *de legat. tit. de Cappell. cap.* 12. *n.* 20. & *seqq.*

Eo magis quando verum foret, quod Patres non sunt capaces possidendi bona in communi, & con-
sequenter neque Juspatronatus, quod idcirco multo 47
magis tali casu pertineret ad hæredes, ut in individuo tradunt Ciarlin. *controvers. lib.* 3. *cap.* 215. *num.* 13. Rot. *decis.* 336. *num.* 12. *part.* 5. *recent.* & *in Mediolanen. Præpositura* 3. *Martii* 1704. §. *Et quidem*, *coram R. P. D. Ansaldo*, & *in Romana Cappellania* 3. *Junii* 1707. §. *Neque obstare*, *coram R. P. D. Scotto*; hoc tamen affirmare non possum, immo contrarium in hac Religione servari audivi, de quo notitiam non habeo, & proinde quatenus deficiat motivum incapacitatis Patrum, nec etiam procedere possunt ea, quæ supra scripsi *num.* 21. 22. & 27. *in fine*, & *num.* 35.

Giennen. Erectionis Collegiatæ.

ARGUMENTUM.

Mutatio Status Ecclesiæ de Jurepatronatus etiam in melius fieri an possit, quando Fundator prohibuit omnem alterationem suarum Legum?

SUMMARIUM.

1 *Commutatio voluntatis Fundatoris nunquam fieri solet per Pontificem, nisi agatur de causis gravissimis*, & n. 6. & 7.

2 *Observare pacta, & Leges Fundationum, Juris naturalis est, & Divini.*

3 *An ubi commutatio fit in melius tunc requiritur causa?*

4 *Verba* = Et non alio modo = *prohibent omnem modum etiam meliorem.*

5 *Idemque importans alia verba* = De nihil immutando. =

8 *In materia commutationis Voti quid attendatur?*

9 *Non est utile Sedi Apostolicæ Leges Fundationis, contra mentem Fundatorum abrogare.*

10 *Quando ex commutatione voluntatis Fundatoris sequitur læsio publicæ utilitatis, & diminutio Cultus Divini, Commutatio non dicitur in melius, sed in pejus.*

11 *Mu-*

11 *Mutatio Beneficiati in Ecclesia ad libitum Patroni fieri non potest.*
12 *Resolutio Sacræ Congregationis in hac Causa,*
13 *Decisio Sacræ Rotæ in eadem Causa,*

ALLEGATIO L.

MEndus de Benavides Episcopus Cartaginensis de anno 1633. fundavit Ecclesiam Sancti Jacobi in Oppido, sive Aldea Castellar Giennen Diœcesis, eanque construxit, atque pluribus reditibus ascendentibus ad annuam summam Ducatorum octo mille illatum patrium dotavit; deputando pro servitio, & cultu dictæ Ecclesiæ vigintiquinque Cappellanos ad nutum Patroni amovibiles; ita ut essent deputandi, & removendi ad arbitrium Patroni absque ulla Episcopi Giennensis, approbatione, examine, aut Institutione; specialiter inhibendo Episcopo Giennensi, & cuicunque alteri Prælato Ecclesiastico, ne ullo modo se intromitterent in nominationibus Cappellanorum.

Jus autem Patronatus dictæ Ecclesiæ Fundator reservavit sibi sua vita durante, & post sui obitum, Patronum esse voluit Comitem de Sanctestevan, & successores in Statu, Domo, & Majoratu de Sanctestevan; cui Juspatronatus aggregavit, ita ut non posset illud a successione dicti Status dividi, & separari. Reservavit quoque sibi ipsi Fundator facultatem alterandi, mutandi, & revocandi ea, quæ in Fundatione, & Constitutionibus disposita fuerant. Hanc autem facultatem alterandi, mutandi, aut revocandi cum causa, vel sine, voluit esse personalem, nec transitoriam ad Successores; quos teneri, & obligatos esse voluit ad observantiam Constitutionum ab ipso Fundatore editarum. Statuit etiam, & ordinavit ut Patronus, qui fuerit, & successerit in hoc Patronatu in perpetuum teneretur observare omnia in dictis Constitutionibus enunciata, & ordinata, nihil in toto, vel in parte earundem immutando adiiciendo pœnam privationis Jurispatronatus ipso facto incurren. contra Patronum contrafacientem ibi = *Quod si contrarium fecerit, seu facere intentaverit ipso facto, & absque ulla sententia perdat Juspræsentandi ad Cappellaniam majorem, & ad cæteras Cappellanias, quoad vixerit, transeatque hujusmodi Ius in Cappellanum majorem, & Cappellanos, ut illo utatur toto tempore, quo vixerit dictus Patronus, qui ita contravenerit, & post ejus obitum devolvatur ad alium Patronum futurum successorem in Domo, & Statu de Sanctestevan* = Utque non posset ullo unquam tempore immutari etiam in aliqua minima parte Status dictæ Ecclesiæ, & Cappellaniarum speciali Constitutione sancivit = *Ut omnes Patroni pro tempore statim, ac successerint in dicto Patronatu teneantur jurare in forma de manutenendo, & observando omnia in dictis Constitutionibus, & Fundatione Ecclesia ordinata, quodque non venient, neque ibunt contra illa, neque earum partem ulla via, nec forma; Neque desuper impetrabunt Bullam, nec licentiam Sua Sanctitatis, nec ullius alterius Superioris; Et quamvis detur, seu concedatur motu proprio, seu alia quavis forma, illa non utentur contra dictarum Constitutionum dispositionem per se, nec per interpositam personam, quin potius semper observabunt, & adimplebunt, & observari, & adimpleri curabunt ea sic ordinata absque eo, quod desuper ad sit defectus, nec ulla infractio.* =

Post confirmatam a Sede Apostolica hujusmodi Fundationem, Comes de Sanctestevan, dum esset Prorex Regni Neapolis, non obtenta prius absolutione a solemni Juramento, quod emiserat in actu, quo possessionem Jurispatronatus adeptus fuerat, neque impetrata adversus tam enixam Fundatoris voluntatem licentia Sedis Apostolicæ, pro petenda immutatione status dictæ Ecclesiæ, supplicavit san. mem. Innocentio XII. pro erectione dictæ Ecclesiæ in Collegiatam; & obtentis Litteris Apostolicis, ac præsentatis coram earum Executore; Executioni non solum se opposuerunt Curatus, & Beneficiati dictæ Ecclesiæ, sed etiam Promotor Fiscalis, & opposita Litterarum Apostolicarum subreptione, Executor Apostolicus per sententiam pronunciavit litteras Apostolicas non esse exequendas; sed interposita coram Reverendissim. Nuncio appellatione placuit ejus Auditori sententiam Executoris revocare, & decernere Litterarum Apostolicarum executionem; & licet ab hac sententia fuisset appellatio interposita, nihilominus illa executioni demandata fuit; sed commissa Causa in gradu appellationis in Sacra Rota R. P. D. Kaunitz; & coram eo disputato dubio; = *An Litteræ Apostolicæ essent exequendæ* = Me scribente negativa prodiit resolutio ex capite subreptionis ob non factam expressionem omnium circumstantiarum, ut ex decisione, quæ habetur in Calce, ad sanandum vero hujusmodi defectum Comes de Sanctestevan recursum habuit ad Sanctissimum pro impetranda gratia, *Proinde valere*, sed Pontifex cognoscens gratiæ pondus, & materiæ gravitatem remisit Partes pro Voto ad Sacram Congregationem Concilii; in qua disputatum fuit dubium = *An sit relaxanda Gratia perinde valere?* = Quod Ego negative resolvendum esse dicebam, & credebam ob evidentem resistentiam voluntatis Fundatoris non intrare hujusmodi gratiæ concessionem.

Quoniam hic non agitur de Commutatione voluntatis Fundatoris, sed de positiva ejus destructione, & derogatione in totum, dum ipse prohibuit alterari ea omnia, quæ per fundamentalia Statuta sua ordinavit, adiiciendo tot conditiones Pacta, Cautelas, & rigores, quot leguntur in Instrumento Fundationis, in quibus terminis modestia Summi Ponti-
ficis nunquam solet manus apponere, nisi agatur de 1
Causis gravissimis, & publicum bonum respicientibus juxta ea, quæ concludunt Spino *de Testament. part.* 1. *num.* 20. Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 11. *num.* 381. Amostaz. *de caus. piis lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 8. Et in terminis mutationis Status Ecclesiarum per *Text. in Can. mutationes, & Canon. Scias* 7. *quæst.* 1. tradunt Petrus de Perusio *in Tract. de mutation. Status Ecclesiarum cap. ultim. num.* 13. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *capit.* 30. *quæst.* 3. Monet. *ubi proxime num.* 381. *in fin.*

Ea ratione, quod observare pacta, & leges Fun- 2
dationum Juris naturalis est, immo & Divini, juxta *Text. in leg. Juris gentium* §. *Prætor ait pacta servabo, ff. de pact.* eoque magis, quando tendit in præjudicium Sedis Apostolicæ evertere ea, quæ Fundatores voluerunt in limine Fundationis Ecclesiarum, dum esset dare exemplum, ex quo alii Laici retraherentur ab holocausto, seu ab erogando proprias facultates in Operibus piis videntes pacta, & leges rei suæ datas per pios Fundatores, postea non servari, sed violari, ad quod evitandum videmus Sacros Canones tanta indulgentia processisse cum Fundatoribus tam circa Juspatronatus, quam circa admittendas eorum leges, & conditiones etiam exorbitantes, & Juri contrarias juxta celebrem *Gloss. in cap. cum dilectus* in *verb. præsentare in fin. de Jurepatr.* & late dixi *Discept. Eccles.* 25. *sub num.* 9. & *discept.* 29. *num.* 15. Rot. *In Parmen. Beneficii* 28. *Januar.* 1701. §. *Quam quidem, coram R. P. D. Scotto.* Idcirco placita Fundatorum destruere, cum non solum naturali rationi repugnet, ut dixit Gregorius Papa *in Can. rationis Ordo non patitur* 16. *quæst.* 7. Sed etiam violando pacta in limine Fundationis conventa cum eis, qui legem rei suæ dederunt, frangat Jus naturæ, ac reductive tendat in ipsum Sedis Apostolicæ præjudicium, ut in puncto Berous *conf.* 49. *n.* 8. *vers. Tum quia lib.* 2. non debent hujusmodi gratiæ relaxari, nisi detur causa talis relevantiæ, & publicæ necessitatis, ut dici possit, quod eam si Fundator prævidisset, ipse etiam suam legem correxisset, & immutasset, Moneta *de Commut. cap.* 4. *n.* 179. & *cap.* 6. *num.* 74. & *seq.* & *cap.* 9. *num.* 695. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 60. *versic. quinimmo*, Amostaz. *de Caus. piis lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 35.

In præsenti deficit omnino Causa legitima violandi pacta, & leges Fundationis, non solum adducitur ea conclusio, quod ubi commutatio fitin melius, 3
prout contingit, ubi Ecclesia simplex erigitur in Collegia-

legiatam, tunc nulla requiritur causa. Sed inapplicabilis remanet hujusmodi regula ad casum istum, ubi omnis commutatio etiam in melius fuit litteraliter prohibita per Fundatorem, ut patet ex præcepto directo ad Patronos circa servandam = *formam præscriptam, & id, quod eis permittitur per has constitutiones, & non alio modo* = & rursus ibi = *Sed hi obligati remaneant ad observandum litteraliter has constitutiones* = & inferius ibi = *nihil in toto, vel parte earundem immutando* = Cum enim ea
4 verba = *& non alio modo* = prohibeant omnem alium modum præter expressum, & sic omnem alium modum etiam meliorem, Alex. *cons.* 3. *num.* 4. *lib.* 1. *decis. cons.* 6. *n.* 2. Natta *cons.* 372. *n.* 5. Rot. *decis.* 619. *n.* 2. *vers. & est adeo part.* 1. *rec.* Idemque important
5 alia verba *de nihil immutando*, quæ sunt universaliter negativa omnem mutationem excludentia etiam in melius, *leg. his, qui ducenta §. Utrum, ff. de reb. dub. & in leg.* 2. *ff. de commun. divid.* Card. Tusc. *practic. concl. tom.* 2. *litt. D. concl.* 313. *n.* 1. Barbos. *dict.* 214. *num.* 1. *in fin.* Sequitur, ut causa meliorandi statum Ecclesiæ in his terminis non sufficiat pro commutatione, ex quo Fundator legem rei suæ dixit, & omnem mutationem licet in melius interdixit; mutatio enim in melius practicari solet ex præsumpta voluntate Fundatoris, qui ita si viveret voluisse præsumitur, adeo ut tali casu potius de Interpretatione, quam voluntatis commutatione agi dicatur, juxta Doctrinam Imolæ *in Clement. quia contingit num.* 9. *de religios. dom.* Gutier. *in leg. nemo potest. num.* 82. *ff. de legat.* 1. Lara *de Anniversf. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 41. Amostaz. *de caus. piis lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 12. Quando autem Fundator etiam in melius commutationem prohibuit, non potest applicari hujusmodi conclusio, quia mutatio destrueret totaliter voluntatem Fundatoris, non autem procederet præsumptive, juxta illam ut in specie Card. de Luc. *de Fideicom. disc.* 255. *sub num.* 10. *in fin.* Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 9. *num.* 8.

Clarius vero reflectendo ad positivum præceptum directum erga Patronos de non impetrando ab Apostolica Sede aliquam Bullam, quæ aliquid immutet de Ordinatis in lege Fundationis, quodque in casu quo concedatur motu proprio gratia commutationis, non debeant supradicti Patroni illa uti, nec per se, nec per interpositam Personam, quodque ab eodem Fundatore ordinata observabunt *absque eo, quod desuper adsit defectus, nec ulla infractio*, quæ voluntas cum sit præcisa, & clara ad effectum ne aliquid immutetur etiam in melius, ut denotant ea verba = *non venient, neque ibunt contra illa, neque eorum partem ulla via, nec forma* = junctis aliis suprascriptis ibi = *nec ulla infractio* = mutatio in melius nihil aliud esset, quam destruere voluntatem Fundatoris sine causa contraveniendo, & dero-
6 gando Juri naturæ, quod sane abest ab intentione Pontificis Maximi, qui religiose custodire intendit, quidquid piissimi Benefactores statuerunt in erogatione pecuniarum suarum in operibus piis, nec unquam sine causa valde gravissima pacta fundationum evertit, aut evertere intendit Panorm. *in cap. ex multiplici num.* 6. *de decimis*, Berouf. *conf.* 49. *n.* 4. *& seqq. lib.* 2. Staiban. *de interesse lib.* 1. *qu.* 2. *n.* 16. Amostaz. *de caus. piis lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 9.

Rursus, quia hic non agitur de uno tantum obstaculo removendo, sed de pluribus, & gravissimis, etenim voluntas Fundatoris primo loco consideranda
7 est in vim pacti, & conventionis titulo oneroso, quæ a Papa pro libito voluntatis revocari non debet *Cap.* 1. *de prob* ubi Berous *num.* 16. *&* 17. Soccin. sen. *cons.* 87. *n.* 3. Fagnan. *in cap. relatum sub n.* 24. *ne Clerici, vel Monastici*. Secundo prohibitio directa ad Patronos Successores circa aliquid alterandum, & variandum de Ordinatis in Fundatione. Tertio prohibitio non obtinendi Bullam Apostolicam in contrarium. Quarto non utendi ea, licet motu proprio concessa. Quinto circa Juramentum præstandum a relatis Patronis de observando in omnibus, & per omnia constitutiones fundamentales antequam admissi possint ad Jus præsentandi, quæ omnia simul juncta ad evidentiam demonstrant voluntatem Fundatoris adeo qualificatam, & circumstantiatam, ut ei derogari non valeat sine Causa gravissima, & publica, & tali, qua posita ipse Fundator, si viveret, propriam mutasset voluntatem, & idcirco mutatio in melius, seu ad bene esse, non esset commutatio cum Causa, sed sine Causa; quando tamen ubi concurrunt tot obstacula, præsertim absolutionis a Juramento, de quo supra, non sufficit quælibet Causa, sed requiritur maxima, & gravissima, insolita, & extraordinaria, Monet. *de commut. ultimar. voluntat. cap.* 6. *n.* 75. *& melius cap.* 9. *n.* 676. *&* 695.

Et sane habendum est præ oculis quicquid in ma- 8
teria commutationis voti, docet Innoc. III. *in cap. Magna de Voto*, ibi = *Tria præcipue duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum utilitatem* = ut observat Moneta *locis proxime allegatis*. Circa æquitatem, & honestatem in Casu isto neutra concurrit, quia neque honestum, neque æquum est subvertere pacta, & abrogare voluntates piorum hominum, qui benefaciunt Ecclesiis, esset enim non retributionem eis dare, sed ingratitudinem, si pacta ipsis non servarentur minusque utilitas considerari potest, non enim 9
utile est Sedi Apostolicæ pactionatas; fundationes abrogare, & commutare contra expressam mentem Fundatorum, quia subest periculum retrahendi Laicos ab erogandis substantiis suis in Ecclesias, & opera pia, ut consideravi *discept. Eccles.* 25. *sub n.* 9. *part.* 1. *& in Parergon. n.* 47. *vers. ne alias Laici part.* 2. & egregie Berous. *dicto conf.* 49. *sub n.* 6. *lib.* 2. Eo magis, quia in casu contraventionis, seu commutationis obtentæ ab aliquo ex Patronis, Fundator ordinavit, quod perdat Juspræsentandi, illudque devolvatur ad Cappellanum majorem, aliosque Cappellanos, quo Casu nunquam Pontifex gratiam commutationis indulget ob existentiam substituti in Casu contraventionis & sic propter Jus ei quæsitum, Berous. *d. conf.* 49. *n.* 3. *& seqq. lib.* 2. Monet. *de commut. cap.* 5. *n.* 154. Card. de Luc. *de Fideic. disc.* 255. *n.* 10.

Denique advertendum est, quod neque subsistit in facto commutationem fieri in melius, sed immo in pejus ea postulatur, dum Comes de Sanctestevan pro Erectione Collegiatæ, obtinuit subreptitie suppressionem sex Cappellaniarum ex iis, quæ per concursum provideri debebant, & quæ juxta legem fundationis habent onus docendi pueros circa legendum, scribendum, numeros conficiendum, nec non rudimenta grammaticæ, & similiter quæ habent onus pulsandi Organum, & musice cantandi Horas Canonicas, etenim erectio Collegiatæ facta fuit, nec fieri potest nisi prævia suppressione dictarum Cappellaniarum, quo stante evidenter assequimur Ecclesiam commutari in statum præjudicialem bono publico, attento, quod suppressa remanet tam publica utilitas erudiendi pueros, quam decor cultus Divini circa Musicam, & Organum, & propterea ista non
dicitur mutatio in melius, sed in pejus, & cum læ- 10
sione publicæ utilitatis, & necessitatis, & cum diminutione cultus Divini, ut plene Amostaz. *de caus. piis lib.* 1. *capit.* 14. *num.* 9. Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 9. *num.* 671. *circa fin.* Molin. *de Justit. & Jur. tract.* 2. *disp.* 649. *num.* 3. Pariter in pejus commutatio dicenda est, dum qui modo Cappellani sunt, postea Canonici effecti non haberent eam congruam substentationem, quam requirit Canonicus Collegiatæ; alia enim est congrua Cappellani, alia Canonici; nam mutato statu personæ etiam congrua mutatur, & variatur, cum alimenta, & victus secundum statum Personæ dijudicari debeant, Mascard. *de probat. conclus.* 159. *num.* 13. *&* 14. Pax Jordan. *lucubrat. lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 530. Sperel. *decis.* 156. *num.* 17. Rot. coram Dunozet. Jun. *decis.* 422. *n.* 5. 8. *&* 9. cum itaque Cappellani in statu Ecclesiæ simplicis congrue, & salvo decore status Clericalis vivere possint; In statu autem Ecclesiæ Collegiatæ tantum non habeant, quantum vivant salva Majestate Canonicali, nunquam dici potest commutatio Ecclesiæ in melius, sed erit commutatio in pejus, juxta

Text,

Text. in leg. 1. ff. de appell. ibi = *In pejus reformet.* =

Et demum, quia honestum quidem est, quod Patronus in statu Ecclesiæ simplicis habeat Cappellanos ad sui nutum amovibiles juxta legem Constitutionum fundamentalium, non tamen honestum, aut decens est, quod in statu Collegiatæ habere possit Canonicos ad sui nutum manuales, cum id Canonicorum Majestatem totaliter lædat, & Ecclesiasticis obviet Institutis,

11 juxta quæ mutationes in Ecclesiis ad libitum Patronorum fieri prohibentur, juxta *Text. in c. quarimoniam de Jurepatr. & in Can. Sanctorum dist.* 70. ibi = *In hac, in qua a nobis incardinatus es, debes Ecclesia permanere,* = Massob. *in prax. habendi concursum de deputat. Vicarior. requisit. 1. dub.* 26. *n.* 23. Amostaz. *de caus. piis lib. 3. c. 1. n. 35. in fin.* Nec propterea facere Ecclesiam Collegiatam cum hac indecentia, quod Canonici ad libitum Patroni Laici recipiant Titulum, & perdant, incardinentur, & escardinentur, dicitur meliorare Statum Ecclesiæ simplicis, sed in deterius commutare ex traditis per Rot. *in Hispalen. Processionis super secundo dubio* 28. *Junii* 1700. §. *Et sane cum seqq. & in Aretina Jurium Parochialium super bono Jure* 15. *Januar.* §. *Cæterum, cor. R. P. D. Ansaldo.*

Nihil obstante, quod mutato Ecclesiæ statu in consequentiam mutetur etiam qualitas amovibilitatis, & Canonici remaneant perpetui, quia ex parte Comitis de Santestevan fuit obtenta præservativa Jurispatronatus eo modo, & forma sicut prius competebat ibi = *In omnibus, & per omnia, quoad omnia plene, libere, & integraliter, & absque ulla prorsus differentia ut prius competebat* = Qua stante præservativa Patronus per erectionem Ecclesiæ simplicis in Collegiatam retinet Iuspatronatus prout antea, & consequenter potest ad nutum amovere Canonicos in statu Collegiatæ, prout antea amovebat Cappellanos in statu Ecclesiæ simplicis, juxta *Gloss. communiter receptam in capitul. nobis de Jurep. in verb. in Cappella, vers. sed dato,* Lamber. *de Jurepat. lib. 3. q. 6. num. 2. & seq.* Monet. *de commut. cap. 12. num* 86. *& seq.* Unde remanet idem absurdum, quod daretur Collegiata cum qualitatibus, & conditionibus incongruis ejus statui, quia Canonicatus non essent perpetui, sed manuales, & contra decentiam videremus Capitulum Canonicorum stare in Ecclesia modo quodam obedientiario, & ad nutum Patroni Laici.

Hæc erant, quæ dicebam in hac causa, sed con-

12 trarium resolvit S. Congregatio Concilii respondendo affirmative pro concessione gratiæ sub die 18. Julii 1705. quod mihi visum est rarum exemplum in circumstantiis, in quibus res ista reperiebatur, & maxime quia Patronus Ecclesiæ nihil de proprio dedit in augmentum antiquæ fundationis pro meliorando Ecclesiæ statu de simplici in Collegiatam, sed obtinuit ad hunc effectum suppressionem sex Cappellaniarum, quæ ad opera laudabilia, & pia fuerunt institutæ per Fundatorem.

R. P. D. KAUNITZ.

Giennen. Erectionis Collegiatæ.

Lunæ 2. Junii 1704.

MEndus Benavides ex Comitibus Sancti Stephani antea Episcopus Segobien. & postea Carthaginiensis fundavit in loco de Castellar Oppido ditionis familiæ Ecclesiam dicatam Divo Iacobo, ac ad majorem Divini Cultus augmentum, ac subditorum utilitatem instituit, prævia licentia Ordinarii in dicta Ecclesia 25. Cappellanias, nempe unam majorem, & duodecim alias Cappellanias pariter majores, & reliquas duodecim minores: Diversa autem munia Cappellanis injunxit: voluit enim, ut quinque ex majoribus, unus legeret Decretales, alter Decretum, tertius Theologiam, quartus Rhetoricam, quintus vero esset Magister Capellæ: septem autem ex minoribus unus doceret Doctrinam Christianam, legere, scribere, & Abacum, alter doceret Grammaticam minorem, tertius esset Organista, & reliqui quatuor pollerent Cantu figurato; Omnes autem isti duodecim, quibus diversa onera incumbebant, debebant eligi per concursum, suffragante etiam Universitate Cappellanorum: Ad reliquas autem Cappellanias mandavit, Patronum præsentare debere, quo non secuto, Jus præsentandi devolvi debere ad universitatem Cappellanorum; Jus patronatus vero reliquit Didaco de Benavides Comiti Sancti Stephani, & ejus successoribus.

Ita autem Fundator concupivit perpetuam observantiam dispositorum, ut ordinaverit, Patronos pro tempore non potuisse contenta in fundatione in minimo alterare, quinimo præcepit, ut statim ac successissent, deberent præstare juramentum de manutenendo, & observando omnia in fundatione, & constitutionibus ordinata, nec de impetrando Gratiam, seu Bullam Apostolicam contra disposita, & si concederetur etiam motu proprio sub quavis forma, ut illa non uterentur.

Devenit Juspatronatus ad modernum D. Comitem S. Stephani, qui etiam præstitit juramentum secundum formam a Fondatore stabilitam. Verum pro majori decore dictæ Ecclesiæ, obtinuit ejus erectionem in Collegiatam a fa. me. Innocentio XII. cum Capitulo, Choro, ac aliis Insigniis, qui in[illegible] indulsit, ut Prior dictorum Cappellanorum in posterum esse deberet Abbas, & prima Dignitas, quodque ejus provisio fieri deberet a Sede Apostolica ad Patroni præsentationem; Alias vero 24. Cappellanias in Canonicos creavit, & præservavit favore ejusdem D. Comitis Jus præsentandi ad eorum Canonicatus.

Recogitans autem indecorum esse, quod quinque ex dictis Canonicis, unus deberet esse Organista, & alii quatuor Musici Cantus figurati, prout in fundatione præscribebatur, obtinuit ab eodem Pontifice aliam gratiam super temporanea suppressione ad annos sex Canonicatuum, ac totidem Præbendarum ad hoc, ut eorum reditus, ac quotidianæ distributiones possent in Bonis stabilibus investiri ex quorum redditibus sustentari potuissent in posterum Ministri, qui præcitato oneri incumberent.

Prædictarum literarum executio directa fuit Ordinario Giennen. ac se opponente tam Promotore Fiscali Operum Piorum, quam Capitulo Cathedralis, ac Curato Aldeæ de Castellar Vicarius Generalis pronunciavit literas non esse exequendas, cujus tamen sententia revocata fuit a Nuncio Hispaniarum, qui demandavit literarum executionem, devoluta tamen Causa ad Rotam coram Me, prævaluit Judicium Vicarii mediante responso emanato pro non executione literarum Apostolicarum.

Visæ enim fuerunt labore vitio subreptionis ex duplici capite. Primo, quia fuit reticitum Pontifici, Fundatorem noluisse, disposita in minima parte alterari potuisse, aut immutari, ac quod Patronus 13

non posset supplicare Summo Pontifici, seu impetrare Bullam, etiam motu proprio, ac quod super præmissorum observantia fuerat præstitum Juramentum, quibus positis, promanat inevitabilis subreptio, cum si illa Pontifici innotuisset, difficilius gratiam concessisset, ut de reticentia præcepti Testatoris de obtinenda derogatione firmat Card. de Luc. *de fideic. disc.* 265. *n.* 4. Rot. *decis* 476. *num.* 4. *coram Pening. & dec.* 12. *n.* 1. *cor. Emer. Jun. & dec.* 41. *nu.* 30. *& decis.* 363. *num.* 23. *&* 24 *par.* 10. *& dec.* 186. *num.* 1. *&* 2. *par.* 16. *rec.* & de omissione expressionis juramenti de non impetrando gratiam Felin. *in cap. constitutos nu.* 13. *de rescript.* Roman. *cons.* 326. *n.* 1. Seraph. *de juram. privil.* 22. *n.* 12. *&* 17.

Crescitque semper subreptio, cum ulterius non fuerit expressum Pontifici, quod duodecim ex dictis Cappellaniis darentur per concursum ab Universitate omnium Cappellanorum præfatæ Ecclesiæ S. Iacobi, itaut Patronus non habeat, nisi simplex suffragium, ac teneatur se conformare voluntati majoris partis, cum non sit credibile, quod si Papa scivisset hoc Jus eligendi spectans ad Cappellanos, processisset ad erectionem Collegiatæ & respective ad temporalem suppressionem sex ex præfatis Cappellaniis, inauditis, & non sup-

dec. 189. *n.* 27. Rota coram Royas *decis.* 274. *n.* 8. *&*
decis. 476. *n.* 10. *p.* 19. *rec. & in Parmen. Beneficii* 16.
Jan. 1702. §. *Evidentius, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Potissimum quia Fundator præscripsit Patrono ter-
minum quindecim dierum ad præsentandum; Cum
etenim hujusmodi limitata temporis præfixio expres-
sum præseferat Fundatoris recessum a dispositione Ju-
91 ris Canonici in *cap. unic.* §. *Verum de Jurepatr. in* 6.
juxta quam terminus sex mensium ad explendam
præsentationem Patrono competiisset, multo magis
convincit incompatibilitatem cum regula reservato-
ria, quæ nullo prorsus ad conferendum termino li-
mitationis, nec profecto respectu controversi Benefi-
cii in remotis Hispaniarum Regionibus existentis ad
angustum quindecim dierum spatium coarctari pote-
rat, ut præcise animadvertit Modern. Roman. *d. di-
scept.* 25. *n.* 16. *&* 26. Rota *in d. Parmen. Beneficii* 16.
Jan. 1702. §. *Utique, & seqq. coram R. P. D. Ansaldo,
&* 27. *Junii* 1703. §. *Ejusdem coram Reverendiss. Do-
mino meo Decano, & in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii*
1702. § *Responsum enim fuit, coram eodem.*

Ponderando signanter, quod eatenus Fundator col-
lationis tempus limitando a dicti Juris sanctione re-
cessit, quatenus enixe voluit, quod Beneficiatus *sem-
92 per* pro ejus animæ suffragio celebraret, atque ideo
nullo modo cum ejus voluntate compatibilis est re-
servatio, cujus vigore per plures, & plures menses
differri poterat collatio, & interim pia Fundatoris
vota defraudata extitissent, ut prosequuntur auctori-
tates mox adductæ, & signanter Rot. *in d Parmen.
Beneficii* 16. *Januarii* 1702. §. *Magis autem, coram
R. P. D. meo Ansaldo.*

Tandem adstipulatur, quod præsentatio ad sæpe
dictum Beneficium *semper* explenda est cum consilio,
& assensu Prioris Fratrum Prædicatorum, & Guar-
diani Fratrum Minorum Tarraconæ ad effectum eli-
gendi Presbyterum magis idoneum, & sufficientem;
Quapropter licet Summus Pontifex quoties intraret
93 reservatio præfatum consensum superlative supplere
posset, utpote apprime instructus de qualitatibus, &
idoneitate illorum, quibus Beneficia confertur; atta-
men ex hac etiam circumstantia, quæ præcedentes
roborat, atque confirmat magis magisque deprehen-
ditur voluntas Fundatoris aliena prorsus reservatio-
ne, atque unice directa ad consilium, & assensum
a præfatis Regularibus reportandum, ex firmatis per
Modern. Roman. *d. discept.* 25. *n.* 25. *in fin.* Rota, *co-
ram Dunoz. Jun. dec.* 769. *n.* 4. *& coram Royas d. dec.*
274. *n.* 11. *& seqq. & in d. Parmen. Beneficii* 28 *Janua-
rii* 1701. §. *Quamquidem, coram R. P. D. meo Scotto
Almæ Urbis Gubern.*

Quibus ita constabilitis obstare visæ non sunt Au-
ctoritates quæ ad comprobandam compatibilitatem
fundationis cum reservatione Apostolica cumulaban-
tur; aliæ enim loquuntur in simplici casu, quo Jus-
patronatus reservatum fuerit cum clausula *toties quo-
94 ties Beneficium vacare contingeret*, prout videre est in
Barchinonen. Beneficii 5 *Decembris* 1685. *& in alte-
ra Barchinonen. Beneficii* 16. *Januarii*, *&* 12. *Junii*
1686. *coram clar. mem. Card. Matthejo, ac in Nova-
rien. Canonicatus* 1. *Decembris* 1690 *coram bon. mem.
Manuel.* quarum perinde resolutionem termini nul-
latenus applicantur præsenti hypothesi, in qua con-
currunt tot circumstantiæ pro exclusione reservatio-
nis, & ulterius adjecta legitur dictio, *semper*, quæ
ex firmatis in §. *Exclusio autem* restringi, & limita-
ri non potest ad solum tempus vacationis in mense
ordinario ad differentiam præfatæ clausulæ, *toties
quoties*, ut bene notat Modern. Roman. *sæpe dicta di-
scept.* 25. *n.* 26. §. *Hinc patet, & n.* 27.

Aliæ procedunt in terminis fundationis Beneficii
factæ ex bonis Ecclesiasticis, ut in *Tyrasonen. Priora-
tus* 19 *Novembris* 1691. *coram Reverendissimo D. meo
Decano, &* 29. *Aprilis* 1697. *coram bon. mem. Ursi-
95 no*, quo casu ad exclusionem reservationis requirun-
tur verba adeo ampla, & prægnantia, ut nullum
aliud intellectum commode patiantur; Hic autem agi-
tur de Beneficio erecto a Laico ex bonis Laicalibus,
& ideo ad inducendam incompatibilitatem reservatio-
nis sufficiunt leviores conjecturæ, quemadmodum ad-
nituntur *dictas Decisiones in Tyrasonen. Prioratus*, &
distinguendo tradunt Cardin. de Luc. *de Jurepatr. disc.*
59. *num.* 16. Rota *in d. Parmen. Beneficii* 26. *Januarii*
1701. §. *Et hinc, coram R. P. D. meo Scotto, &* 16.
Januarii 1702. §. *Verum, &* §. *Altera, coram R. P.
D. meo Ansaldo.*

Decisio demum in *Aprutina Beneficii* 19. *Junii*
1705. *coram Rev. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gu-
bernatore*, quamvis admittat locum esse reservationi 96
non obstante dictione *in perpetuum* in fundatione ap-
posita. Inapplicabilis tamen redditur, tum quia hu-
jusmodi dictio adjecta fuit circa pertinentiam Jurispa-
tronatus, non autem circa modum conferendi, tum
quia ibi desiderabantur conjecturæ, quæ in hac hy-
pothesi militant ad excludendam reservationem. Qua-
mobrem quæcunque auctoritatum antinomia facili ne-
gotio conciliatur, si juxta casuum contingentiam,
prout par est intelligantur.

Minus obstat, quod fundatio controversi Benefi-
cii utpote factæ anno 1283. longe præcesserit publi-
cationem dictæ regulæ reservatoriæ mensium, de cu-
jus proinde exclusione Fundator cogitare non pote-
rat. Nam quidquid sit de tempore publicationis hu- 97
jusmodi regulæ, circa quod pluries dubitavit nostrum
Tribunal, hoc unum certum est, & ad incertum
superabundat, quod scilicet vis non stat in animo
Fundationis excludendi reservationes mensium, sed
in ipsius dispositionis incompatibilitate cum dicta
reservatione, quæ sane incompatibilitas, sive dispo-
sitio præcesserit dictam regulam, sive non, semper
ejus exclusionem operatur, ut huic objecto respon-
dendo firmavit Rot. *in d. Parm. Beneficii* 28. *Jan.* 1701.
§. *Quoniam, & seqq* §. *Quibus tamen, coram R. P. D.
meo Scotto, & in d. Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702.
§. *Responsum enim fuit, coram Reverendissimo D. meo
Decano.*

Cæterum in hunc sensum eo facilius inclinarunt
Domini, ex quo Beneficium, de quo agitur semper
juxta legem fundationis collatum fuit prævia præsen-
tatione Rectoris dictæ Ecclesiæ, & assensu prædicto- 98
rum Regularium quamvis aliquando ejus vacatio con-
tigerit in mensibus reservatis, & e contra in tam diu-
turno temporis decursu nulla omnino habebitur pro-
visio Apostolica, adeout in his terminis perspicua
resultet observantia tam interpretativa, quam nega-
tiva ad exclusionem reservationis, Modern. Roman.
dicta discept. 25. *n.* 15. Rota *in dict. Parmen. Benefi-
cii* 16. *Januarii* 1702. §. *fin. coram R. P. D meo Ansal-
do, &* 27. *Junii* 1703. *pariter* §. *fin. coram Reveren-
diss. D. meo Decano.* maxime quia judicialiter etiam
canonizata existit, Rota *coram Aguell. dec.* 58. *num.*
3. *cum seqq. & in Mediolanen. Optionis* 29. *Aprilis*
1711. §. *Robur inquam, coram Rev. P. D. meo Falco-
nerio.*

Absque eo quod ad illam elidendam attendi merea-
tur duplex exceptio, altera nempe quod interrupta
fuerit per collationem hujus Beneficii, quod vacave- 99
rat in mensem Octobris reservato factam a Nuncio
Hispaniarum; Et altera, quod suffragari minime pos-
sit attento decreto irritanti, quo munita est regula
reservatoria mensium.

Etenim quoad primam animadverterunt Domini,
quod in provisione Nuncii Apostolici nulla omnino
reservationis mentio facta fuit, immo ex designatio-
ne temporis, quod intercessit inter vacationem,
quæ secuta extitit anno 1624. & collationem exple-
tam 1626. clare resultat ipsum contulisse Jure devo-
luto ob negligentiam Patroni in præsentando, non
autem ex capite reservationis vigore regulæ men-
sium.

Perperam tamen inde inferebatur, quod dictum
Beneficium non esset exemptum a reservationibus eo
sub obtentu, quod idem sit conferre Jure devoluto,
ac Jure reservato; nemo nanque non videt quantum
inter se distent termini utriusque collationis; Illa
nanque quæ fit ex capite devolutionis favorabilis
omnino est, ac consentanea voluntati Fundatorum, 100
ne Beneficia ex Patronorum negligentia diutius vaca-
re contingat, Modern. Roman. *sæpe cit. discept.* 25.
numer. 25. §. *Præsertim*: Collatio vero in vim reserva-

tionis

tionis illorum votis potius adversatur, dum per eam adeptum remanet Patronis exercitium facultatis, ad quam a Fundatoribus assumpti, & prælecti fuerant, juxta ea quæ ponderant Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 32. *num.* 101. *& seqq.* Card. de Luc. *de benef. disc.* 6. *num.* 4. Rota *decis.* 43. *numer.* 3. *part.* 1. *recent. & in dict. Parmen. Beneficii* 16. *Januarii* 1602. §. *Altera vero, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Respectu autem alterius exceptionis placuit responsio, quod decretum irritans tunc solum inficere valet observantiam, quando absque ulla hæsitatione locum sibi vindicat sæpe dicta regula reservatore mensium. Quapropter cum ex huc usque ponderatis satis superque elucescat ejus incompatibilitas cum lege fundationis nihil omnino operari potest hujusmodi decretum ad tradita per Rot. *decis.* 341. *numer.* 3. *part.* 1. *rec. & decis.* 769. *n.* 2. *coram Dunoz. Jun. & in dict. Parmen. Beneficii* 28. *Januar.* 1701. §. *Et hinc nullatenus in fine, coram R. P. D. meo Scotto almæ Urbis Gubernatore.*

Et ita utraque, &c.

Romana Cappellaniæ.

ARGUMENTUM.

Ex quibus circumstantiis colligatur mens Fundatoris de erigenda Cappellania potius Ecclesiastica, quam Laicali.

SUMMARIUM.

1 *Facti species.*
2 *Erectio Cappellaniæ ad certum Altare intelligitur de Ecclesiastica.*
Amplia ut n. 3.
4 *Ordinarii auctoritas in erectionibus beneficiorum semper intelligitur inclusa, si expresse non legatur exclusa.*
5 *Cappellania vocabulum excludit qualitatem laicalem.*
6 *Et in dubio importat Beneficium.*
7 *Fundator instituendo Cappellaniam in ultima voluntate censetur requisivisse auctoritatem Ordinarii.*
8 *Contrarium apparet de expressa voluntate Fundatoris.*
9 *Assignatio dotis facta Cappellaniæ præsefert spiritualizationem bonorum*, & n. 11.
10 *In Cappellania laicali dos non dicitur dari, sed solum stipendium laboris.*
12 *Dos relicta Cappellaniæ.* Senza diminutione alcuna, *pertinet ad Cappellanum.*
13 *Verba impersonalia intelliguntur prout de Jure*, & n. 35. *ubi de verbo*, si divino.
14 *Cappellania est Ecclesiastica si sit perpetua, & conferatur Ecclesiasticis.*
15 *Explicatur* Garz. de Benefic. & Rota, coram Priol.
16 *Superfluum non dicitur quidquid exprimitur ad melius aliquid significandum.*
17 *Argumentum quod nimis probat nihil probat.*
18 *Onus spirituale Missarum unitum cum erectione aliisque requisitis efficit Cappellaniam Ecclesiasticam.*
19 *Cappellania ad cujus titulum quis ordinari debet, est Ecclesiastica.*
20 *Cappellania non potest esse Ecclesiastica ad tempus, & ad tempus laicalis.*
21 *Ordinari nemo potest ad titulum Cappellaniæ non Ecclesiasticæ.*
22 *Cappuccini, & Fratres Minores de Observantia prohibentur habere annuos reditus perpetuos.*
23 *Testator præsumitur voluisse disponere modo licito, & proportionate Personæ cui reliquit.*
24 *Cappellaniæ de Jurepatronatus laicorum erigi possunt in Ecclesiis Regularium.*
25 *Dos relicta Cappellaniæ cum disjunctive est distincte consideranda tanquam de Cappellania collativa, nec potest cedere in utilitatem Incapacium.*
26 *Restrictiva non est facienda in his quæ non leguntur expressa.*
27 *Pro Cappellania Ecclesiastica in dubio est judicandum*, & n. 44.
28 *Clausula* omni meliori modo, *quid importet?*
29 *Ordinarii consensus ad excludendam qualitatem Ecclesiasticam Cappellaniæ requiritur, quod fuerit positive exclusus.*
Amplia, ut n. 30. & 43.
31 *Legatum pium cum onere Missarum potest erigi in beneficium collativum, nisi expressa mens Testatoris repugnet.*
32 *Declaratur decisio in Hydruntina Cappellaniæ.*
33 *Verba* = di modo che = *stant explicative.*
34 *Nec possunt trahi ad effectum contrarium.*
36 *Fructus Cappellaniæ exiguntur proprio Jure per Cappellanos auctoritate Ordinarii institutos.*
37 *Conditio adnotandi in Tabella celebrationem Missarum non destruit substantiam Beneficii Ecclesiastici.*
38 *Beneficium perpetuum non potest alteri conferri nisi secuta morte primi Provisi.*
39 *Testator mandans admitti descendentes ad Cappellaniam intelligitur de tempore vacationis, & re integra.*
Amplia, ut n. 40. & 41.
42 *Beneficium Ecclesiasticum potest fundari, ut toties quoties superveniat aliquis de progenie Fundatoris, ille admittatur remoto Cappellano interim instituto.*
45 *Jus nominandi ad Cappellaniam etiam sine expressione spectat ad Fundatorem ejusque heredes*, & n. 46.
47 *Incapax possidendi bona in communi non potest possidere Juspatronatus.*

ALLEGATIO XLIX.

IN ultimo testamentario elogio, cum quo decessit Carolus Baldus, scriptis hæredibus Uxore, & filiis, reliquit loca 24. Cameralia Ven. Ecclesiæ S. Andreæ de Valle ad effectum erigendi ad Altare S. Sebastiani Cappellaniam cum onere perpetuo unius 1
Missæ quotidianæ, ad quem effectum legavit unum alium locum Montis eidem Ecclesiæ = *Per il consumo di Cera, Vino, e supellettili per la celebrazione di detta Messa* = ordinando Juspatronatus passivum pro filiis aliisque descendentibus in infinitum ipsius Testatoris, volendo, quod isti = *possino ordinarsi a titolo di detta Cappellania, volendo che quando vi saranno più Sacerdoti, la goda quello averà maggior anzianità di Sacerdozio.* =

Patres Theatini Sancti Andreæ agnoscendo, quod parum, aut nihil utilitatis consequi poterant ex hoc relicto, dum ipsis dabatur solus annuus fructus unius loci Montis cum onere Ceræ, & Vini, & supellectilis, acceptare recusarunt onus Cappellaniæ, in eorum Ecclesia erigendæ propter quod ad instantiam filiorum, & hæredum Fundatoris porrecto memoriali Sacræ Congregationis Concilii pro licentia erigendi Cappellaniam in alia Ecclesia, prodiit Rescriptum = *Audiantur Patres S. Andreæ* = in cujus executionem citatis Patribus, coram R. P. D. Petra Secretario ad suscipiendum in se onus Cappellaniæ, alias impertiri licentiam erigendi illam in alia Ecclesia eisdem hæredibus benevisa R. P. D. Secretarius præfixit Patribus terminum octo dierum sin minus mandavit proponi causam in plena Congregatione; Sed Patribus non comparentibus in eorum contumaciam erecta fuit Cappellania in Ecclesia S. Angeli in Foro Piscium cum reservatione Jurispatronatus favore hæredum.

Cum autem Patres subinde mutato consilio obtinuerint ab Eminentissimo Vicario circumscribi erectionem factam in Ecclesia S. Angeli promovendo erroneum suppositum, immo spem vanam, quod in casu isto nullatenus ageretur de Cappellania Ecclesiastica, sed de simplici Legato pio cum onere Missarum,

rum, sibi ipsis, & in eorum commodum relicto, & ex decreto Eminentissimi Vicarii remissa fuerit causa super hoc puncto ad eandem Sacram Congregationem Concilii; Idcirco sub die 27. Junii 1708. subscribi, & proponi fecerunt sequentia duo dubia.

Primum = *An legatum locorum 24. Montium Cameralium relictum Ecclesiæ S. Andreæ de Valle per Carolum de Baldis cum onere unius Missæ quotidianæ spectet ad Patres dictæ Ecclesiæ, sive potius erigi debeat in beneficium collativum auctoritate Ordinarii, & quatenus affirmative ad secundam partem.* =

Secundum = *Ad quorum favorem spectabit nominatio Cappellaniæ ad dictum beneficium collativum.* =

Et facile fuit Patribus tantum informantibus contumacialem resolutionem extorquere = *legatum spectare ad Patres nec erigi debere in beneficium* = causa autem repropositâ sub die 18. Augusti sequentis responsum fuit = *in decisis* = quæ resolutio apud me visa fuit parum subsistens cum scripserim in secunda propositione, in qua ex undecim Votantibus, quinque steterunt pro recessu a decisis, & fuerunt Eminentissimi D. D. Cardinales Panciaricus S. Congregationis doctissimus Præfectus, Sperellius, Caprara, Gabriellius, & Columna; Motiva autem ex quibus movebar ad inclinandum pro Ecclesiasticitate Cappellaniæ erant plura de quibus infra.

Dicebam enim quod perlecto toto tenore testamenti, & tota massa verborum, quæ respicit controversam Cappellaniam, omni ex parte evidenter assequimur Fundatorem ordinare voluisse non quidem legatum pium cum onere Missarum, seu Capellaniam laicalem, ut sibi blandiuntur Patres, sed veram, & propriam Cappellaniam Ecclesiasticam in titulum beneficii erigendam, dum omnia concurrunt requisita, quæ per Doctores nostros pro qualitate beneficii Ecclesiastici considerari solent.

Et sane concurrit primo erectio in titulum facienda auctoritate Ordinarii, dum prima verba legati sunt ista = *Lascio, &c. luoghi 24. di Monti col peso d'erigermi in detta Chiesa, e nell'Altare di S. Sebastiano una Cappellania d'una Messa quotidiana perpetua* = cum enim Fundator incipiat ab erectione ad certum, & particulariter destinatum Altare Ecclesiæ S. Andreæ, indubitati Juris est, quod ista erectio ordinata ad certum Altare manifestissime demonstrat fuisse volitam erectionem Cappellaniæ Ecclesiasticæ, & verum Beneficium collativum, quod solum erigi dicitur ad Altare sub invocatione alicujus Sancti, non autem legatum pium cum onere Missarum, cui omnino repugnat erectio facienda in certo Altari,
4 ut observat Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 30. n. 1. & seqq.* ibi = *Quandoquidem proprius locus Beneficii est Altare, &c. cum ergo erigitur beneficium, designatur illi locus proprius, qui est Altare, Templum enim est locus Altaris, Altare autem est locus Beneficii* = Panimoll. *decis. 21. num. 23. vers. locus erectionis, & Rot. coram Penia decis.* 1394. *num. 6. & coram Emerix jun. decis.* 1100. *num. 2.* ubi de verbis *siano fondate, & erette due Cappellanie.*

Stricte autem ad merita nil relevare putabam grammaticale illud æquivocum, in quo Scribentes pro Patribus involvebantur, quod dispositio incipiat a bonis temporalibus, quando expressio bonorum facta fuit ad effectum erectionis Cappellaniæ, ibi = *con il peso d'erigermi una Cappellania* = neque enim percipi potest, quibus aliis verbis potuisset se melius explicare Testator, quam dicendo relinquere loca
5 montium pro erectione Cappellaniæ, juxta punctualiter firmata in *d. decis.* 1100. *n. 2. coram Emerix jun.*

Præsertim una cum erectione Cappellaniæ exprimendo locum erectionis, idest certum Altare S. Sebastiani, quod motivum frustra distorquetur dicendo, quod ubi designatur Altare pro Missis celebrandis, non semper dici debeat erectum beneficium, quoniam aliud est, quando exprimitur Altare pro celebrandis Missis, ubi æquivoca est expressio Altaris, aliud vero quando fuit expressum Altare pro loco erectionis Cappellaniæ, ut in casu isto Testator expressit, ibi = *con peso d'erigermi in detta Chiesa, e nell'Altare di S. Sebastiano una Cappellania d'una Messa quotidiana* = quæ verba exprimunt Altare pro loco erectionis Cappellaniæ, non autem pro celebratione Missarum, ibi = *da celebrarsi ogni giorno in perpetuo in detto Altare* =, & consequenter fatale est motivum, quod fuerit volita Cappellania Ecclesiastica dum eam erigi mendavit ad certum, & particulariter destinatum Altare, ut dicunt Panimoll. *decis. 21. n. 23. vers. locus erectionis,* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 30. n. 1. & seqq. & alii supra allegati n.*

Nihil obstante, quod hujusmodi erectio Cappellaniæ demandata ad certum Altare apta non sit constituere beneficium collativum, quoties requisitus non fuit consensus Ordinarii, etenim distinctio est in hac materia, quod vel agitur de fundatione facta per actum inter vivos, & tunc, quando requisita non fuit auctoritas Superioris Ecclesiastici non censetur Fundator voluisse erigere Cappellaniam Ecclesiasticam ea ratione, quia si eam talem voluisset certe Fundator vivens Ordinarii auctoritatem adhibuisset, nec sine illa Cappellaniam effectuasset: aut vero agitur de fundatione relicta per ultimam voluntatem, & tunc pro judicanda Ecclesiasticitate Cappellaniæ satis est fuisse volitam erectionem ad certum Altare, ut ista erectio requisita dicatur prout de Jure, scilicet accedente auctoritate Ordinarii, qui semper intelligitur inclusus quoties expresse non legitur exclusus, ut magistraliter distinguunt Lara *de Anniverf. & Cappell. lib. 2. cap. 1. num. 46.* Garz. *de benef. part. 1. cap. 2. n. 109. cum seqq.* Castropal. *Oper. moral. tract. 13. de benef. disp. 1. punct. 6. n. 3. vers. voluntas Testatoris,* Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 2. n. 10. & 11.* Panimoll. *decis. 21. num. 13. & 24.* & firmavi Ego *discept. Eccles. 25. sub num. 12. circa finem vers. Erectio pariter volita fuit.*

Secundo hanc voluntatem magis confirmat non solum erectio volita ad certum Altare; sed etiam erectio volita de Cappellania, ibi = *erigermi nell'Altare di S. Sebastiano una Cappellania* = vocabulum quippe Cappellaniæ de sui natura sonat in Beneficium Ecclesiasticum, & excludit qualitatem laicalem, ut inquit Amostaz. *de caus. piis lib. 3. cap. 2. num. 11.* = *Tunc dicendum velle Fundatorem instituere Cappellaniam Ecclesiasticam, &c. nam quoties apponitur verbum Cappellania Ecclesiastica, a cujus significatione recedendum non est, & mens talis præsumitur qualia sunt verba* = & licet expressio Cappellaniæ sit vocabulum æquivocum, attamen regulariter loquendo, & in dubio semper importat bene- 6
ficium, ut bene inquit Rot. *decis. 13. n. 10. part. 6. recent.* ita & taliter quod ubi Testator facit mentionem de Cappellania una cum erectione, & designatione Altaris nemo inter Doctores dubitavit volitam fuisse Cappellaniam in titulum collativum; Et præcise quod sufficiat Fundatorem in ultima ejus voluntate instituisse Cappellaniam, ut ex tali denominatione Cappellaniæ censeatur auctoritatem Ordinarii requisivisse, tradit Panimoll. *dict. decis. 21. n.* 7
13. ibi = *Testator simpliciter instituendo Cappellaniam nulla facta mentione, seu non requisita auctoritate Episcopi censetur instituere voluisse Beneficium Ecclesiasticum præcipue in Cappellaniis institutis in ultima voluntate, in quibus non videtur exclusa auctoritas Ordinarii, & erectio ab eodem facienda, cum tantum exigatur, & intervenire soleat post mortem Testatoris, quando effectum sunt habitura ad differentiam Cappellaniæ institutæ inter vivos irrequisito Ordinario* = Castropal. *dict. tract. 13. de benefic. disp. 1. punct. 6. num. 3.* Antonell. *de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 2. num. 7.*

Nec applicant *Amostaz.* adductis per Scribentes pro Patribus una cum *Panimol. & Lara* tanquam extra terminos nostros, dum supponunt casum, ubi Fundator voluerit, quod Cappellanus provideatur a Patrono, quod certe importat Laicitatem Cappellaniæ; Cum alias Patronus nequeat propria auctoritate providere Cappellaniam Ecclesiasticam, quæ solum provideatur per institutionem Ordinarii, unde in isto casu adest repugnantia voluntatis Fundatoris pro Cappellania Ecclesiastica, nec mirum si judicatur laica- 8
lis, juxta firmata in *Pampilonen. Cappellaniæ* 25. *Maii*

Maii 1646. §. Quinimo, coram bon. mem. Corrado,
ibi = *Apparet Testatricem ipsam voluisse sibi, ac*
ejus successoribus, & plenam reservare dispositionem
Cappellaniæ, ac deputationem Sacerdotis absque inter-
ventu alterius, &c. quo casu eo minus dici potest Ec-
clesiasticum beneficium quando Fundatoris intentio re-
pugnat. =

Tertio voluntas erigendi Cappellaniam Ecclesiasti-
cam clarius manifestatur ab assignatione dotis eidem
relictæ 24. Locorum Montium ex illis verbis = *Voglio*
però, che li sudetti luoghi 24. di Monte debbano stare
perpetuamente per dote, o fondo di detta Cappella-
nia = quando enim habemus erectionem volitam una
cum assignatione Altaris, denominatione Cappella-
niæ, & demum ipsa dote in certis stabilibus constituta
nihil amplius desiderari potest ad convincendum ma-
terialiter, & formaliter votum Testatoris univoce
conspirasse ad Cappellaniam Ecclesiasticam, & Be-
neficium collativum, cum assignatio dotis præseferat
spiritualizationem bonorum eorunque dominii trans-
9 lationem in titulum Beneficii, ut inquit Dec. *cons.* 135.
sub num. 2. vers. & ideo, ibi = *Et ideo nobis sufficit,*
quod dicta Cappella fuerit dotata, &c. & ex tali dota-
tione confirmatur, quod supra dictum est, istam esse
Cappellam perpetuam, & erectam in titulum Ecclesia-
stici Beneficii = *Cæsar de Graff. decis. 13. n. 5. de præ-*
ben ibi = *Stante erectione, &c. item quod habeat do-*
tem, &c. videtur omnino judicandum Beneficium Eccle-
siasticum, = & egregie Rot. *coram Pamphil. decis.* 87.
num. 5. ibi = *Accedit quod pro istis Cappellanis fuerit*
constituta certa dos, ex cujus constitutione dicuntur ere-
ctæ in titulum Beneficii Ecclesiastici = & per contra-
rium in Cappellania laicali dos non dicitur dari, sed
10 solum stipendium laboris Celebrantis, Felin. *cons.* 45.
num. 6. vers. 1. considero, Bordon. *de legat. Missar. cap.*
6. *num.* 32. & 33. quia Cappellaniæ laicales habent qui-
dem bona, non tamen relicta titulo dotis perpetuæ,
quæ expressio importat essentiam Beneficii, cui re-
11 quiritur assignatio dotis cum spiritualizatione bono-
rum, ut superius probavi n. 9.

Quarto accedit assignatio istius dotis integraliter,
& absque ulla diminutione pro filiis, & descendenti-
bus Fundatoris Sacerdotibus, & Cappellanis destina-
tis habentibus Juspatronatus passivum, ibi = *Ve-*
dendo che li frutti di detti luoghi 24. di Monti intiera-
mente senza alcuna detrazione, e diminuzione si dia-
no a quel mio figlio ò figlio di figli, o descendenti in
infinito, che si farà Sacerdote = & inferius ibi = *go-*
dano, e goda gl' interi frutti di detti luoghi 24. = quod
pariter argumentum præstat Beneficii Ecclesiastici,
de cujus natura est, ut sine diminutione conferatur,
12 sed dos tota pertineat ad Cappellanum, ut in pun-
cto prosequitur *Rota, coram Pamphil. dicta decis.*
87. *num.* 6.

Equivocum nanque esset supponere, quod admini-
stratio locorum fuerit concessa Patribus, ita ut Cap-
pellani ab eorum manibus fructus percipere deberent
quando nec verbum quidem contineatur in testamento,
quod hoc inferat, imo contrarium, ex quo verba illa
= *li frutti, &c. si diino, &c.* = tanquam impersona-
13 lia debent intelligi prout de Jure, scilicet quod per Su-
periorem Ecclesiasticum investiantur Cappellani, de
Cappellania una cum ejus fructibus, seu redditibus.

Quinto concurrit perpetuitas Cappellaniæ, nec
non collatio facienda Sacerdotibus, ibi = *una Cap-*
pellania d' una Messa quotidiana perpetua = & in-
fra ibi = *volendo, che quando vi saranno più Sacer-*
doti, succeda quello averà maggior anzianità di Sa-
cerdotio = quæ duo pariter sunt requisita Cappella-
14 niæ Ecclesiasticæ, quæ requiritur, ut sit perpetua,
& conferatur Ecclesiasticis, ut communiter dicunt
Amostaz. *de caus. piis lib. 3. capit. 2. num.* 13. ibi = *in*
his Cappellaniis, in quibus Clerici vocantur ad Missa-
rum celebrationem ea est mens Fundatoris, ut sit Ec-
clesiastica = Leon. *de offic. Cappell. quæst. 3. sect. 3. n.*
35. Panimoll. *decis. 21. numer. 18. & 20.* Pamphil. *decis.*
284. *num. 4. & decis. 87. num.* 3. Rot. *decis.* 254. *num.* 3.
part. 2. recent. Corrad. *in prax. benefic. cap. 5. num.* 100.
& seqq. & cap. 6. num. 261.

Eo enim ipso quod Fundator voluit, ut descenden-
tes = *possino ordinarsi a titolo di detta Cappella-*
nia = hæc expressio claram reddit Ecclesiasticitatem
Cappellaniæ; neque huic insuperabili fundamento ap-
plicatur responsio, quod id nullatenus tollat manua-
litatem Cappellaniæ ex Garz. *de benefic part. 1. capit.* 15
2. *num. 90. & seqq.* Priol. *decis. 104. num.* 34. Etenim
isti Doctores loquuntur in terminis Cappellaniæ Ec-
clesiasticæ manualis, quærendo, an manualitas tol-
latur, si quis ordinetur ad titulum illius, & ideo ni-
hil commune habent cum casu isto ubi non quæri-
tur de manualitate, quæ datur etiam in beneficio
Ecclesiastico, sed quæritur de Ecclesiasticitate, vel
laicitate Cappellaniæ.

Et ideo non applicari dicebam responsionem,
quod si Testator voluisset Cappellaniam Ecclesiasti-
cam, superflue ordinasset, quod quis posset ad ejus
titulum promoveri, quoniam non dicitur superfluum 16
quidquid exprimitur ad melius significandam quali-
tatem Cappellaniæ in hac præsertim quæstione, ubi
quærimus pee implicitum, & subauditum intelle-
ctum, an Testator habuerit intentionem erigendi
Cappellaniam Ecclesiasticam, alias argumentum su-
perfluitatis nimis probaret; nam quævis conjectura,
quæ adduceretur pro Ecclesiasticitate Cappellaniæ,
semper tolli posset cum responsione, quod eam su-
perfluo Testator expressisset, si Cappellaniam collati-
vam erigere voluisset, ut redarguendo argumentum 17
superfluitatis probant Sperell. *decis.* 194. *n.* 50. & 51.
Rot. *decis.* 348. *n.* 12. & 13. *part.* 16. & *coram Emerix*
Jun. decis. 1102. *n.* 7.

Sexto famulatur onus spirituale Missarum alterum
requisitum Beneficii Ecclesiastici, quod unitum cum
erectione, designatione Altaris, denominatione Cap-
pellaniæ, & constitutione dotis sine dubio efficiunt
infallibilem, & univocam substantiam Cappellaniæ
in titulum collativæ, *Cæsar. de Graff. dict. decis.* 13. 18
numer. 5. & 6. de Praben. Panimoll. *dict. decis. 21. num.*
33. ibi = *Accedunt etiam locus erectionis, leges fun-*
dationis, onus spirituale Celebrationis Missarum præ-
scribentes, & dos Cappellania, quæ sunt materialia
beneficii Ecclesiastici = Pamphil. *dict. decis. 87. num.*
8. *& per totam.*

Septimo strangulat in littera illud essentialissimum,
& aliter non interpretabile pactum, quod descenden-
tes Fundatoris possint ordinari ad titulum Cappella-
niæ, ibi = *voglio che li sudetti miei figliuoli, e figli*
de figli, o descendenti in infinitum possino ordinarsi a
titolo di detta Cappellania, volendo che quando vi sa-
ranno più Sacerdoti, lo goda quello averà maggior an-
zianità di Sacerdotio = *Tum quia quidquid exprimitur*
ad declarandam rei naturam, quæ dubia est, non dici-
tur superfluum, cum etiam quia cum Testator inter de-
scendentes respexerit ad Sacerdotes actuales ad Cappel-
laniam admittendos præferendo = *quello averà maggior*
anzianità di Sacerdotio = Idcirco voluit etiam admit-
ti posse etiam non Sacerdotes actuales, sed qui volu-
issent promoveri ad Ordines Sacros, quibus proinde
opus fuit dare expressam facultatem, quod = *possino*
ordinarsi a titolo di detta Cappellania = unde non fuit
superflua expressio, & semper probat volitam fuisse
Cappellaniam Ecclesiasticam, ad cujus tantum titu-
lum quis potest promoveri non autem ad titulum lai-
calis; Et supradicta hæc ordinatio ad titulum Cappel-
laniæ infallibile signum est Cappellaniæ Ecclesiasticæ,
& collativæ, ea ratione, quod ordinatio fieri potest,
vel ad titulum Patrimonii, vel ad titulum Beneficii,
quoties autem Fundator non mandat ordinari ad titu-
lum Patrimonii, sed ad titulum Cappellaniæ per ne-
cessarium antecedens supponit Cappellanias esse debe-
re titulum beneficialem, & collativum, ut in puncto
Amostaz. *de caus. piis lib. 2. num. 7. & 8.* ibi = *Unde* 19
collige similes Cappellanias dicentes, ut ad titulum il-
larum quis ordinetur Ecclesiasticas esse, quia certum
est titulum ad quem quis debet ordinari, debere esse
Beneficium, aut Cappellaniam Ecclesiasticam, &c. qua-
mobrem quoties Fundator disposuerit, ut quis ad ti-
tulum illius ordinetur, voluntas ejus est, ut fiat Cap-
pellania Ecclesiastica, qui enim vult consequens, an-
tecedens voluisse videtur. =

Et hæc expressio, quod Descendentes Fundatoris
possent

possent ordinari ad titulum Cappellaniæ est qualitas, quæ declarat naturam Cappellaniæ; itaut ista esse non possit Ecclesiastica ad tempus, & pro certis per-
20 sonis, & ad aliud tempus esse laicalis pro aliis, cum ista natura non reperiatur in Jure nostro, sed aut semper esse debet Ecclesiastica favore quorumcunque Cappellanorum, aut semper laicalis.

Alias enim esset contradictio manifesta supponere, quod Fundator voluisset Cappellaniam esse laicalem scilicet institutam absque consensu Ordinarii, & formali ejus erectione in titulum, & per contrarium voluisset ad hanc Cappellaniam laicalem posse ordinari ad titulum Cappellaniæ, dum si hoc intellexisset profecto se diversimode explicasset disponendo, quod ejus filii, & descendentes possent ordinari ad titulum Patrimonii, seu bonorum, non autem ad titulum Cappellaniæ; ad quam nemo ordinari pot-
21 est, nisi sit Ecclesiastica, ut bene observat Antonell. *de regim. Ecclef. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 3. ibi = *non potest quis ordinari ad titulum Cappellania non collativa, &c. quia hujusmodi Cappellania non est Ecclesiasticum beneficium* = Cortad. *in prax. benefic. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 49. *verf. quia non potest*, Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *n.* 30. *&* 31. Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 42. §. 1. *n.* 4. Spin. *de testam gloss.* 4. *num* 42. *verf. neque ad titulum* Rot. *in Colonien. Canonicatus* 28. *Junii* 1704. §. *Quidem, coram R P. D. Kaunitz.*

Octavo apertissime stringit incapacitas Patrum possidendi legata perpetua cum onere Missarum, cum enim ipsi profiteantur paupertatem etiam in communi, utique ad instar Minorum de Observantia, & Cappuccinorum prohibentur habere, & possidere
22 annuos reditus perpetuos cum onera Missarum, ut in puncto Card. de Luc. *de Regular. disc.* 35. *n.* 13. unde fit, quod Fundator nunquam habere potuerit in mente hujusmodi facultatem relinquendi scilicet directe ipsis Patribus loca montium, eorunque fructum perpetuum cum onere Missarum, faciendo illis tale legatum pium, quando in hoc sensu illud esset omnino nullum, & caducum, & tamen nonquam facienda venit interpretatio per quam cadura remaneat dispositio Testatoris, & ille videatur voluisse disponere contra votum paupertatis Religiosorum, quod in Jure non præsumitur, sed immo semper censetur Testatorem disponere voluisse modo licito, & Personæ cui reliquit proportionato, ut plene Ego
23 fecipsi *discept. Eccles.* 2. *num.* 17. *& verf. & facit ratio generalis ibique* Didac. de Cra *in sua alleg. num.* 69. *in fine, & num.* 70. Divus Bonaventura *in exposit. regulæ cap.* 4. ibi = *præsumendum non esse quidquam Fratribus relictum, nisi sub modo, quo illud obtinendi capaces existimantur* =

Cum igitur Patres supradicti sint incapaces legati perpetui cum onere Missarum, & sic Cappellaniæ laicalis, utique capienda venit interpretatio necessaria ad sustinendum relictum, quod nempe reliquerit veram Cappellaniam Ecclesiasticam, & collativam in titulum, ubi Patres nihil participant de ejus reditibus, sed totum cedit Cappellano, & ipsi solum patiuntur incommodum erectionis Cappellaniæ in eorum Ecclesia, seu Altari, qui fuit unicus sensus Testatoris, qui nunquam intendit eis relinquere commodum legati cum onere Missarum, sed nominavit Ecclesiam tanquam locum in cujus Altari S. Sebastiani erigenda esset Cappellania cum Jurepatronatu passivo favore suorum descendentium, ita & taliter, quod Patres fuerint considerati mere passive ad recipiendum Incommodum præstandi locum in Altari ipsorum Ecclesiæ, sicut docet recepta praxis juxta quam in Ecclesiis Regularium passim eriguntur Cappellaniæ de
24 Jurepatronatus laicorum, ut est Text. *in cap. nobis de Jurepatr.* Rot. *decis.* 1200. *num.* 15. *coram Emerix Jun.*

Nono mens erigendi Cappellaniam Ecclesiasticam magis distincte deprehenditur ex illa distinctione quam fecit Testator inter vigintiquatuor loca montium, quæ reliquit in dotem Cappellaniæ, & inter unum, quod reliquit Ecclesiæ ordinando, quod loca 24. starent perpetuo pro dote Cappellaniæ ibi = *debbano stare perpetuamente per dote, o fondo di detta Cappellania* = eorunque fructus in totum spectarent ad Cappellanos ibi = *ergo dico, ergo dagl'intieri frutti di detti luoghi* 24. = alter vero locus montis spectaret ad Ecclesiam pro cera, vino, & suppellectilibus, ibi = *a questo effetto per il consumo di cera, vino, e supellettili per la celebrazione di detta Messa, lascio a detta Ven. Chiesa un'altro luogo di Monte* = & inferius ibi = *restando a favore della Chiesa sudetta l'altro luogo di Monte per la cera, vino, e supellettili* = si enim Testator se ita explicavit specificando, quod reliquit Ecclesiæ scilicet unum locum, quodque reliquit in dotem Cappellaniæ pro Cappellanis scilicet loca 24. utique imperceptibile est, quo fundamento totum relictum confundi debeat tanquam unicum legatum pium favore Ecclesiæ, quando tamen hujusmodi discretiva ostendit fuisse distincte consideratos Patres, ac distincte consideratam ipsam Cappellaniam, tanquam de per se stantem cum sua dote suisque Cappellanis, ita & taliter quod nunquam prætendi valeat legatum fuisse directum in Patres; sed in Cappellaniam seu beneficium, cui sola loca viginti quatuor assignata fuerunt in dotem, & consequenter dubitari non potest, quin volita fuerit erectio Cappellaniæ in titulum collativum,
non autem legatum pium in utilitatem, & commo- 25
dum Patrum hujusmodi legati incapacium, Rot. *decis.* 101. *num.* 11. *& decis.* 118. *num.* 22. *part.* 17. *recent. & decis.* 393. *num.* 11. *&* 12. *part.* 18. *coram Emerix. Jun. decis.* 851. *n.* 3. *& decis.* 1366. *n.* 8.

Nec contra hanc inevitabilem discretivam unius loci montis distincte relicti ad commodum Ecclesiæ, ad differentiam aliorum 24. assignatorum in dotem Cappellaniæ meretur attendi omnino spernenda responsio, quod iste locus relictus fuerit in casu, quo adesset Sacerdos de Domo Testatoris, cum ista restrictiva non legitur in testamento, sed sicut assignata fuit Cappel-
laniæ dos in perpetuum; ita etiam Ecclesiæ unus locus 26
in perpetuum pro expensis manutentionis Cappellaniæ, Rot. *cor. Bich. decis.* 608. *n.* 4. *& cor. Emerix. jun. decis.* 251. *n.* 17. *& in rec. dec.* 468. *n.* 1. 2. *&* 12. *p.* 13.

Decimo tandem in hac disputatione nota est regula communiter approbata per Doctores, juxta quam etiam in dubio prudentissimi Judices inclinare solent pro Cappellania Ecclesiastica potius, quam laicali, dum per erectionem in titulum pinguius, ac securius effectuata remanet mens Fundatoris circa conservationem bonorum, & perpetuam celebrationem Missa-
rum, ut ostendit Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *capit.* 2. 27
num. 15. *&* 17. Barbos. *de Jur. Ecclef. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 1. *verf. Cappellania*, Rebuff. *in prax. benef. tit. quid sit, & quibus modis num.* 8. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *n.* 10. Lara *de aniver. & Cappell. lib.* 2. *n.* 59. Rot. *decis.* 13. *num.* 10 *part.* 6. *rec.* Bordon. *de legat. Missar. cap.* 6. *n.* 39. Panimoll. *decis.* 21. *n.* 31.

Nec obstant aliquæ conjecturæ, quæ pro contraria parte per informantes pro Patribus deducebantur, non quidem prima, ex quo Testator non dixerit = *lascio una Cappellania*, = sed potius dixerit verba ad relictum bonorum, ibi = *lascio alla Ven. Chiesa di S. Andrea della Valle luoghi* 24. *di Monti con peso di una Messa quotidiana* = in hoc enim argumento alterata, & mutilata fuerunt verba testamenti, quæ non dicunt = *col peso d'una Messa* = verum = *con peso d'erigermi nell'Altare di San Sebastiano una Cappellania d'una Messa quotidiana perpetua* = Philosophantibus autem super cortice verborum de facili apparebit idem esse, quod Testator dixerit = *lascio una Cappellania* = ac quod melius loquendo dixerit = *lascio alla Chiesa luoghi* 24. *con il peso d'erigermi una Cappellania* = utrobique enim substantia voluntatis tendit ad Cappellaniam Ecclesiasticam cum dote bonorum reli-
ctorum erigendam, non autem respicit legatum bono- 28
rum temporalium; mentio enim bonorum semper necessaria est, ut ex illis erigatur Cappellania, ibi = *col peso di erigermi una Cappellania* = sive ut ex illis constituatur Cappellaniæ dos certa, & stabilis, prout se explicavit Testator, dicendo = *voglio però, che li sudetti luoghi* 24. *debbano stare perpetuamente per dote, o fondo di detta Cappellania*, = & sic retorquetur argumentum, quia prima verba, a quibus Testator incœpit, sunt directa ad erectionem Cappellaniæ, & dotem Cappellaniæ.

Altera conjectura deducta ex incapacitate Patrum possidendi beneficia ex superius deductis retorquetur, quia incapacitas eadem est circa possidendum legata perpetua cum onere Missarum, ac beneficia sæcularia perpetua, dum incapacitas non consistit super Ecclesiastico, vel temporali, sed super perpetuitate possidendi annuos reditus, quod regulæ paupertatis repugnat, & ideo capienda est interpretatio, quod Ecclesia Patrum S. Andreæ fuerit nominata tanquam locus erectionis beneficii, non autem tanquam legataria bonorum assignatorum in dotem Cappellaniæ, præsertim quia Testator reliquit = *per ragione di legato, causa pia, ed in ogni altro miglior modo che posso, e devo* = inde significando, quod relinquebat eo modo, quo poterat relinquere, & sic non poterat relinquere legatum perpetuum cum onere Missa- 28 rum in commodum Patrum omnino incapacium, ut de clausula illa = *omni meliori modo* = videre est apud Menoch. *cons.* 683. *num.* 75. Decian. *cons.* 34. *n.* 81. Gabriel. *cons.* 137. *sub numer.* 23. *lib.* 1. Rot. *decis.* 305 *n.* 1. *part.* 17. *rec.*

Tertia, quod nunquam Testator requisiverit consensum Ordinarii nihil concludit, seu potius non excludit Ecclesiasticitatem Cappellaniæ, quando alia concurrunt signa Ecclesiasticitatis, & agitur de fundatione relicta per ultimam voluntatem; hoc enim casu cum actus sit in fieri habendo oculos ad tempus post mortem Testatoris, quo Cappellania effectuari debet, Testator non præsumitur voluisse excludere auctoritatem Ordinarii ex eo tantum, quia mentionem non fecit de illa, sed immo præsumitur eam voluisse includere, quoties erigi mandavit Cappellaniam ad certum Altare ubi non solet fieri erectio nisi prævia auctoritate Superioris; nec sufficit omissam fuisse mentionem consensus Ordinarii ad excludendam qualitatem Ecclesiasticam, sed requiritur ejus positiva exclusio ad 29 differentiam Cappellaniæ constitutæ inter vivos, ut litteris claris dicunt Castropal. *dict. tract.* 13. *de benef. disp.* 1. *punct.* 6. & Panimoll. *decis.* 21. *num.* 13. & 24. ubi quod requiruntur verba, quæ expresse excludant Ordinarium, ita declarando omnes doctrinas in con- 30 trarium adductas, ibi = *prædictis non resistunt decisiones in contrarium allegatæ, & quæ allegari possunt etenim, &c. loquuntur de legato, ubi expresse excluditur Ordinarius.* =

Hinc plana est theorica, quod ad effectum impediendi ne Cappellania erigatur in titulum collativum requiratur expressa repugnantia voluntatis Testatoris, alias quod etiam legatum pium cum onere Missarum possit erigi in beneficium collativum originaliter deci- 31 sum fuit apud Rot. *decis.* 1122. *num.* 3. *part.* 3. *divers.* & communiter sequuntur, *Gonzal. ad regul.* 8. *gloss.* 5. *num.* 58. Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 108. *& seqq.* Panimoll. *decis.* 21. *num.* 24. Amostaz *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 11. & 12. Castropal. *dict. disp.* 1. *punct.* 6. *num.* 3. Bordon. *de legatis Miss. cap.* 6. *n.* 38. Rot. *in Firmana Beneficii* 27. *Aprilis* 1714. §. *Quinimo*, *coram R. P. D. Ansaldo*.

Quarta, quod Testator prohibuerit alienationem locorum Montium assignatorum in dotem Cappellaniæ poterat omitti, quia non subsistit in facto fuisse prius concessam Patribus administrationem locorum Montium, & deinde adjectam prohibitionem alienandi, ut æquivocabatur ad terminos decisionis in *Hy-* 32 *druntina Cappellaniæ* 10. *Maii* 1697. §. *Et fortius*, *coram Reverendiss. dell'Olmo*, in casu enim hujus decisionis aderat prohibitio erigendi Cappellaniam in titulum Beneficii, ut recognosci potest ex illius lectura, secus autem in casu isto, ubi loca prædicta fuerunt assignata Cappellaniæ, ut perpetuo starent pro ejus dote, & in consequentiam prohibita fuit eorum alienatio majoris explicationis gratia, ibi = *debbano stare perpetuamente per dote, e fondo di detta Cappellania, &c. di modo tale, che non si possano mai per alcun tempo, nè sotto qualsivoglia pretesto, ò causa, vendere, ed alienare* = quæ quidem verba = *di modo che* = stant magis explicative ad assignationem factam pro dote perpetua Cappellaniæ, ut loca montium non 33 possent alienari puta ad effectum emendi stabilia, aut alia ex causa, & sic tanquam inducta ad magis explicandum requisitum Beneficii Ecclesiastici consistentis in assignatione dotis perpetuæ in vanum trahuntur ad effectum contrarium, & destructivum ejus- 34 dem Beneficii ex regula, *Text. in leg. legata inutiliter ff. de adimen. legat. cum aliis apud* Barbos. *axiom.* 80. *num.* 9.

Quinta quod reditus locorum esset percipiendus e manibus Patrum est merum æquivocum facti dum verba illa = *volendo che li frutti di detti luoghi di Monti intieramente senza alcuna detrazione, e diminuzione si diino a quel mio figliuolo, ò figlio de figli, e descendenti in infinitum, che si farà Sacerdote* = nihil aliud important quam Juspatronatus passivum exprimendo id, quod de Jure erat, scilicet consignationem fructuum locorum faciendam Cappellanis, & tanquam impersonalia = *si diino* = non includunt Patres sed Superiorem Ecclesiasticum, ad quem de Jure pertinet instituere, & investire Provisum da Cappellania cum omnibus fructibus, & emolumentis beneficii; cum verba impersonaliter prolata sint 35 intelligenda prout de Jure, Bald. *in leg. stipulatio ista* §. *Si quis id num.* 2. *Cod. de verb. obligat.* Mentic. *de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 29. *n.* 48. & 49. Rot. *coram sanct. mem. Gregor. XV. decis.* 54. *n.* 4.

Præsertim quia Patres Sancti Andreæ nequeunt possidere stabilia, & annuos reditus; itaut magis insubsistens videatur suppositum, quod dominium locorum montium remanere debeat penes eosdem Patres, & ab eorum manibus recipi fructus, quod involveret absurdum destructivum substantiæ dotis assignatæ per Fundatorem ipsi Cappellaniæ, & qua stante fructus proprio Jure exiguntur per Cappellanos auctoritate 36 Ordinarii institutos, juxta *Text. in cap. de Rectoribus in fine, & cap. tua nos de Cler. ægrot.* Garz. *de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 145. cum aliis *in Valentina beneficii* 22. *Junii* 1703. §. *Minusque*, *coram R. P. D. Lancetta*.

Sexta conjectura, quæ ponderatur super illis verbis = *che la celebrazione di detta Messa perpetua, e quotidiana si noti fra gli altri obblighi di detta Chiesa nella Tabella della medesima* = nihil concludit in contrarium; hæc namque conditio adnotationis dictæ apposita ad alium effectum, ut nempe propalarentur onera Cappellanis incumbentia pro faciliori illorum satisfactione, & implemento neque propterea destruit naturam Cappellaniæ Ecclesiasticæ, ut inter- 37 minis terminantibus firmavit Rota *decis.* 1100. *n.* 5. & 6. *coram Emerix jun.* ibi = *Nec obstat quod nullam dotem designaverit Cappellaniæ, quodque jusserit onera Missarum referri in Tabella aliorum onerum Ecclesiæ, quoniam dos venit in consequentiam demandatæ fundationis tanquam conditio, sine qua, ut præfertur, fundari nequeunt beneficia Ecclesiastica, & ordo relationis, seu descriptionis onerum Missarum in præfata Tabella tendit ad propalationem onerum Cappellanis incumbentium pro faciliori illorum satisfactione, & implemento, nec destruit substantiam beneficii Ecclesiastici.* =

Septima denique conjectura in eo consistit, quod cum Testator mandaverit ejus descendentes quatenus existerent, & capaces forent admitti debere, hæc utique voluntas suo volito fine fraudata remaneret, si Cappellania non esset laicalis, sed beneficium perpetuum, cum de istius natura sit, ut nequeat alteri conferri, nisi secuta morte primi provisi. 38

Verum hæc conjectura non subsistit in facto, nec relevat in Jure, & quidem in facto nequaquam legitur talis voluntas, quod *statim* admitti debeant descendentes Testatoris si existant, & capaces sint, sed verba sunt hæc = *Volendo che li frutti di detti luoghi* 24. *&c. si diino a quel mio figlio, ò figlio de figlj, e descendenti in infinitum, che si farà Sacerdote, e verrà celebrare detta Messa, come meglio esprimerò da basso* = inferius autem ita se expressit, seu explicavit = *Volendo Francesco, e Benedetta miei figliuoli, o loro figlj, o figlj de figlj, e descendenti in infinitum, ò qualcheduno di loro farsi Sacerdote, o celebrare la sudetta Messa quotidiana, ordino, e commando, che siano ammessi, o sia ammesso alla celebrazione di detta Messa quotidiana, godino, e goda gl' interi frutti di*

detti

detti luoghi = quæ verba aliud importare non valent, quam Juspatronatus passivum pro descendentibus Fundatoris, itaut intelligi debeant *prout de Jure*, quod nempe isti descendentes admittendi sint de tempore vacationis Cappellaniæ, ac toties quoties illa vacaverit, non autem re non integra, & beneficio jam pleno, seu alteri collato, dum Testator non dixit; quod ejus descendentes *statim* admittendi essent, 39 seu omni tempore, quo comparuissent, juxta firmata in *Decif.* 325. *per tot. part.* 17. *recent.* Pax Jordan. *elucub.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 27. *numer.* 24. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *numer.* 127. *in fine*, Amostaz. *de cauf. piis lib.* 3. *cap.* 8. *numer.* 74. Pignatell. *consult.* 36. *numer.* 1. *tit.* 10. Gratian. *decif. March.* 198. *in addit. numer.* 3. Banchez *consil. moral. libr.* 7. *cap.* 3. *dub.* 48. *numer.* 17. & *apud* Me *Discept. Eccles.* 22. *numer.* 39. *verf. ratio est*.

Neque aliter sensisse Testatorem dicendum est, cum enim ad satietatem expresserit omnia requisita beneficii Ecclesiastici volendo erectionem Cappellaniæ ad certum Altare una cum constitutione dotis perpetuæ integraliter percipiendæ per Cappellanum junctis tot aliis supra ponderatis, & præsertim quod descendentes = *possino ordinarsi a titolo di detta Cappellania* = admissio eorundem descendentium omnimode intelligi debet, prout intelligitur in cæteris Beneficiis, quæ debentur certo generi Personarum scilicet toties quoties Cappellaniam vacare contingat, quod est tempus admissionis passive vocatorum, ne alias absurde dicamus, quod omnis Cappellania, ad quam Fundator vocavit consanguineos suos esset laicalis, non autem Ecclesiastica, ex quo Testator præsumatur eos vocasse semper, & quandocunque non expectato tempore vacationis, ad tradita per Rot. *dec.* 196. *num.* 3. *p.* 15. & *decif.* 90. *num.* 14. *part.* 40 16. & *decif.* 129. *num.* 7. *part.* 17. & *in Bononien. Parochialis* 2. *Martii* 1708. §. *Talisque*, *coram R. P. D. Priolo*.

Et in fortioribus terminis probat Amostaz. *de cauf. piis lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 6. *cum duob. seqq.* ubi de casu quo 41 = *Testator aliqua bona destinavit, aliquis filius, alius successor ex eis alatur, & aliquas Missas celebret, & ad ejus titulum ordinetur, & tamen resolvit esse Cappellaniam Ecclesiasticam* = non obstante quod isto casu militaret etiam objectum, ut voluntas Fundatoris videtur suo volito fine defraudata, si filii, & successores non essent admittendi *statim*, sed toties quoties veniret casus vacationis.

Minus relevat in Jure, quia ubi admissio descendentium Fundatoris esset intelligenda = *statim*, & *quandocunque* = adhuc non destrueret substantiam Beneficii, dum Cappellania esset tantum manualis in hoc casu, quando scilicet supervenirent descendentes, non autem esset laicalis, cum manualitas non repugnat naturæ Beneficii Ecclesiastici, quod semper remanet = *perpetuum aptitudine* = quando nempe nullus ex descendentibus compareat, aut Sacerdos existat, ut in puncto quod possit fundari beneficium Ecclesiasticum cum hac lege, ut toties quoties superveniat aliquis de progenie Fundatoris ille admittatur 42 remoto Cappellano interim instituto, docet Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 9. *art.* 2. *sub num.* 23. *verf. similiter solvitur*, neque motivum hoc tolli potest per responsionem, quod Cappellania remaneat manualis, quando deficit auctoritas Ordinarii, quia non est supponendum, quod est in quæstione, nempe quod Testator excluserit auctoritatem Ordinarii, dum ista exclusio non præsumitur, sed potius inclusio propter volitam erectionem Cappellaniæ ad certum Altare cum assignatione dotis aliisque conjecturis hucusque deductis, & in terminis beneficii 43 Ecclesiastici manualis, Garz. *de benefic. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 79. Lara *de Anniverf. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 7. & *seqq.* Amostaz. *de cauf. piis lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 10. Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 280.

Et consequenter admissio descendentium, sive intelligatur de tempore vacationis, sive quandocunque semper effectuata remanet mens Testatoris ne exinde tollatur substantia Cappellaniæ Ecclesiasticæ, & in omnem casum unica conjectura apertissime ducta non potest contraponi tot aliis usque ad numerum decennarium superius demonstratis, ex quibus illa omnino suffocatur, & cedere debeat voluntati Testatoris, *qua clarior, & securior est pro Ecclesiasticitate Cappellania*,

Firmato ex his, quod Testator reliquerit Cappel- 44 laniam Ecclesiasticam de plano, sequitur illam esse erigendam in titulum beneficii, præsertim quando ad hunc effectum satis est, quod non resistat voluntas fundatoris, quæ in dubio præsumitur stare pro Ecclesiasticitate Cappellaniæ, non autem pro laicitate ex supra *citatis n.* 37. & 41.

Sequitur etiam ex his resolutio alterius dubii; nempe Jus nominandi ad Cappellaniam, spectare ad hæredes Fundatoris, dum ex fundatione, & dotatione beneficii, Juspatronatus etiam sine expressione speciali ipso Jure intelligitur reservatum ipsi Fundatori, suisque hæredibus, ut optime Rot. *coram Royas dec.* 45 93. *n.* 6. & 7. & *in rec. decif.* 707. *n.* 10. *part.* 2. & *dec.* 207. *n.* 7. *part.* 6.

Nihil relevante, quod Fundator relinquendo loca montium Ecclesiæ cum onere erigendi Cappellaniam contemplasse videatur Patres Sancti Andreæ, ad quos idcirco pertineat jus nominandi, juxta firmata *in decif.* 176. *coram Peutinger.* quoniam conclusio procedit in simplici legato pio cum onere Missarum, secus in Cappellania Ecclesiastica, & erigenda in titulum collativum; tunc enim cum ex hujusmodi fundatione oritur Juspatronatus, hoc censetur re- 46 servatum hæredi, ut distinguit eadem Rot. *in d. dec.* 176. *n.* 2. *coram Peuting.* Bordon. *de legat. tit. de Cappell. cap.* 12. *n.* 20. & *seqq.*

Eo magis quando verum foret, quod Patres non sunt capaces possidendi bona in communi, & consequenter neque Juspatronatus, quod idcirco multo 47 magis tali casu pertineret ad hæredes, ut in individuo tradunt Ciarlin. *controverf. lib.* 3. *cap.* 225. *num.* 13. Rot. *decif.* 336. *num.* 12. *part.* 5. *recent.* & *in Mediolanen. Præpositura* 3. *Martii* 1704. §. *Et quidem*, *coram R. P. D. Anfaldo*, & *in Romana Cappellania* 3. *Junii* 1707. §. *Neque obstare*, *coram R. P. D. Scotto*; hoc tamen affirmare non possum, immo contrarium in hac Religione servari audivi, de quo notitiam non habeo, & proinde quatenus deficiat motivum incapacitatis Patrum, nec etiam procedere possunt ea, quæ supra scripsi *num.* 21. 22. & 27. *in fine*, & *num.* 35.

Giennen. Erectionis Collegiatæ.

ARGUMENTUM.

Mutatio Status Ecclesiæ de Jurepatronatus etiam in melius fieri an possit, quando Fundator prohibuit omnem alterationem suarum Legum?

SUMMARIUM.

1 *Commutatio voluntatis Fundatoris nunquam fieri solet per Pontificem, nisi agatur de causis gravissimis*, & n. 6. & 7.

2 *Observare pacta, & Leges Fundationum, Juris naturalis est, & Divini.*

3 *An ubi commutatio fit in melius tunc requiritur causa?*

4 *Verba* = Et non alio modo = *prohibent omnem modum etiam meliorem.*

5 *Idemque importans alia verba* = De nihil immutando. =

8 *In materia commutationis Voti quid attendatur?*

9 *Non est utile Sedi Apostolica Leges Fundationis, contra mentem Fundatorum abrogare.*

10 *Quando ex commutatione voluntatis Fundatoris sequitur læsio publica utilitatis, & diminutio Cultus Divini, Commutatio non dicitur in melius, sed in pejus.*

11 *Mu-*

11 *Mutatio Beneficiati in Ecclesia ad libitum Patroni fieri non potest.*
12 *Resolutio Sacræ Congregationis in hac Causa.*
13 *Decisio Sacræ Rotæ in eadem Causa.*

ALLEGATIO L.

MEndus de Benavides Episcopus Cartaginensis de anno 1633. fundavit Ecclesiam Sancti Jacobi in Oppido, sive Aldea Castellar Giennen Diœcesis, eanque construxit, atque pluribus reditibus ascendentibus ad annuam summam Ducatorum octo mille illatom pattium dotavit; deputando pro servitio, & cultu dictæ Ecclesiæ vigintiqoinque Cappellanos ad nutum Patroni amovibiles ; ita ut essent deputandi, & removendi ad arbitrium Pattoni absque ulla Episcopi Giennensis, approbatione, examine, aut Institutione ; specialiter inhibendo Episcopo Giennensi , & cuicunque alteri Prælato Ecclesiastico , ne ullo modo se intromitterent in nomioationibus Cappellanorum.

Jus autem Pattonatus dictæ Ecclesiæ Fundator reservavit sibi sua vita durante, & post sui obitum, Pattonum esse voluit Comitem de Sanctestevan, & successores in Statu, Domo, & Majoratu de Sanctestevan ; cui Juspatronatus aggregavit , ita ut non posset illud a successione dicti Status dividi, & separari . Reservavit quoque sibi ipsi Fundator facultatem alterandi, mutandi, & revocandi ea, quæ in Fundatione, & Constitutionibus disposita fuerant . Hanc autem facultatem alterandi, mutandi, aut revocandi cum causa , vel sine, voluit esse personalem, nec transitoriam ad Successores ; quos teneri, & obligatos esse voluit ad observantiam Constitutionum ab ipso Fundatore editarum. Statuit etiam, & ordinavit ut Patronus , qui fuerit , & successerit in hoc Patronatu in perpetuum teneretur observare omnia in dictis Constitutionibus enunciata, & ordinata, nihil in toto , vel in parte earundem Immutando adiiciendo pœnam privationis Jurispatronatus ipso facto incurren. contra Pattonum contrafacientem ibi = *Quod si contrarium fecerit, seu facere intentaverit ipso facto, & absque alla sententia perdat Juspræsentandi ad Cappellaniam majorem, & ad cæteras Cappellanias , quoad vixerit , transeatque hujusmodi Jus in Cappellanum majorem , & Cappellanos, ut illo utatur toto tempore , quo vixerit dictus Patronus, qui ita contravenerit, & post ejus obitum devolvatur ad alium Patronum futurum successorem in Domo , & Statu de Sanctestevan* = Utque non posset ullo unquam tempore immutari etiam in aliqua minima parte Status dictæ Ecclesiæ, & Cappellaniatum speciali Constitutione sancivit = *Ut omnes Patroni pro tempore statim , ac successerint in dicto Patronatu teneréntur jurare in forma de manutenendo, & observando omnia in dictis Constitutionibus , & Fundatione Ecclesiæ ordinata, quodque non venient; neque ibunt contra illa , neque earum partem ulla via, nec forma; Neque desuper impetrabunt Bullam, nec licentiam Suæ Sanctitatis, nec ullius alterius Superioris ; Et quamvis detur , seu concedatur motu proprio, seu alia quavis forma, illa non utentur contra dictarum Constitutionum dispositionem per se, nec per interpositam personam , quin potius semper observabunt, & adimplebunt, & observari, & adimpleri curabunt ea sic ordinata absque eo, quod desuper adsit defectus, nec ulla infractio,* =

Post confirmatam a Sede Apostolica hujusmodi Fundationem , Comes de Sanctestevan , dum esset Prorex Regni Neapolis, non obtenta prius absolutione a solemni Juramento, quod emiserat in actu, quo possessionem Jurispatronatus adeptus fuerat , neque impetrata adversus tam enixam Fundatoris voluntatem licentia Sedis Apostolicæ, pro petenda immutatione status dictæ Ecclesiæ, supplicavit san. mem. Innocentio XII. pro erectione dictæ Ecclesiæ in Collegiatam; & obtentis Litteris Apostolicis, ac præsentatis coram earum Executore; Executioni non solum se opposuerunt Curatus, & Beneficiati dictæ Ecclesiæ, sed etiam Promotor Fiscalis, & opposita Litterarum Apostolicarum subreptione, Executor Apostolicus per sententiam pronunciavit litteras Apostolicas non esse exequendas ; sed interposita coram Reverendissim. Nuncio appellatione placuit ejus Auditori sententiam Executoris revocare, & decernere Litterarum Apostolicarum executionem ; & licet ab hac sententia fuisset appellatio interposita , nihilominus illa executioni demandata fuit ; sed commissa Causa in gradu appellationis in Sacra Rota R. P. D. Kaunitz; & coram eo disputato dubio; = *An Litteræ Apostolicæ essent exequendæ* = Me scribente negativa prodiit resolutio ex capite subreptionis ob non factam expressionem omnium circumstantiarum , ut ex decisione, quæ habetur in Calce , ad sanandum vero hujusmodi defectum Comes de Sanctestevan recursum habuit ad Sanctissimum pro impetranda gratia, *Proinde valere*, sed Pontifex cognoscens gratiæ pondus , & materiæ gravitatem remisit Partes pro Voto ad Sacram Congregationem Concilii ; in qua disputatum fuit dubium = *An sit relaxanda Gratia perinde valere?* = Quod Ego negative resolvendum esse dicebam , & credebam ob evidentem resistentiam voluntatis Fundatoris non intrare hujusmodi gratiæ concessionem.

Quoniam hic non agitur de Commutatione voluntatis Fundatoris , sed de positiva ejus destructione, & derogatione in totum, dum ipse prohibuit alterari ea omnia, quæ per fundamentalia Statuta sua ordinavit , adiiciendo tot conditiones Pacta, Cautelas, & rigores, quot leguntur in Instrumento Fundationis, in quibus terminis modestia Summi Pontificis nunquam solet manus apponere, nisi agatur de 1
Causis gravissimis , & publicum bonum respicientibus juxta ea, quæ concludunt Spino *de Testamen. part.* 1. *num.* 20. Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 11. *num.* 381. Amostaz. *de caus. piis lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 8. Et in terminis mutationis Status Ecclesiarum per *Text. in Can. mutationes, & Canon. Sciat* 7. *quæst.* 1. tradunt Petrus de Perusio *in Tract. de mutation. Status Ecclesiarum cap. ultim. num.* 13. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *capit.* 30. *quæst.* 3. Monet. *ubi proxime num.* 381. *in fin.*

Ea ratione, quod observare pacta, & leges Fun- 2
dationum Juris naturalis est, immo & Divini, juxta *Text. in leg. Juris gentium* §. *Prætor ait pacta servabo, ff. de pact.* eoque magis, quando tendit in præjudicium Sedis Apostolicæ evertere ea , quæ Fundatores voluerunt in limine Fundationis Ecclesiarum, dum esset dare exemplum ; ex quo alii Laici retraherentur ab holocausto , seu ab erogando proprias facultates in Operibus piis videntes pacta, & leges rei suæ datas per pios Fundatores , postea non servari, sed violari, ad quod evitandum videmus Sacros Canones tanta indulgentia processisse cum Fundatoribus tam circa Juspatronatus , quam circa admittendas eorum leges , & conditiones etiam exorbitantes, & Juri contrarias juxta celebrem *Gloss. in cap. cum dilectus in verb. præsentare in fin. de Jurepatr.* & late dixi *Discept. Eccles.* 25. *sub num.* 9. & *discept.* 29. *num.* 15. Rot. *in Parmen. Beneficii* 28. *Januar.* 1701. §. *Quam quidem, coram R. P. D. Scotto.* Idcirco placita Fundatorum destruere, cum non solum naturali rationi repugnet , ut dixit Gregorius Papa *in Can. rationis Ordo non patitur* 16. *quæst.* 7. Sed etiam violando pacta in limine Fundationis conventa cum eis , qui legem rei suæ dederunt , frangat Jus naturæ, ac reductive tendat in ipsum Sedis Apostolicæ præjudicium, ut in puncto Berous *cons.* 49. *n.* 8. *vers. Tum quia lib.* 2. non debent hujusmodi gratiæ relaxari, nisi detur causa talis relevantiæ, & publicæ necessitatis , ut dici possit , quod eam si Fundator prævidisset, ipse etiam suam legem correxisset, & Immutasset, Moneta *de Commut. cap.* 4. *n.* 179. & *cap.* 6. *num.* 74. & *seq.* & *cap.* 9. *num.* 695. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 60. *versic. quinimmo*, Amostaz. *de Caus. piis lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 35.

In præsenti deficit omnino Causa legitima violandi pacta, & leges Fundationis , non solum adducitur ea conclusio, quod ubi commutatio fit in melius, 3
prout contingit, ubi Ecclesia simplex erigitur in Colle-

legia-

Text. in leg. 1. ff. de appell. ibi = *In pejus reformet.* =

Et demum, quia honestum quidem est, quod Patronus in statu Ecclesiæ simplicis habeat Cappellanos ad sui nutum amovibiles juxta legem Constitutionum fundamentalium, non tamen honestum, aut decens est, quod in statu Collegiatæ habere possit Canonicos ad sui nutum manuales, cum id Canonicorum Majestatem totaliter lædat, & Ecclesiasticis obviet In-
11 stitutis, juxta quæ mutationes in Ecclesiis ad libitum Patronorum fieri prohibentur, juxta *Text. in c. quarimoniam de Jurepatr. & in Can. Sanctorum dist. 70.* ibi = *In hac, in qua a nobis incardinatus es, debes Ecclesia permanere,* = Massob. *in prax. habendi concursum de deputat. Vicarior. requisit. 2. dub. 26. n. 23.* Amostaz. *de caus. piis lib. 3. c. 1. n. 35. in fin.* Nec propterea facere Ecclesiam Collegiatam cum hac indecentia, quod Canonici ad libitum Patroni Laici recipiant Titulum, & perdant, incardinentur, & escardinentur, dicitur meliorare Statum Ecclesiæ simplicis, sed in deterius commutare ex traditis per Rot. *in Hispalen. Processionis super secundo dubio 28. Junii 1700. §. Et sane cum seqq. & in Aretina Jurium Parochialium super bono Jure 15. Januar. §. Caterum, cor. R. P. D. Ansaldo.*

Nihil obstante, quod mutato Ecclesiæ statu in consequentiam mutetur etiam qualitas amovibilitatis, & Canonici remaneant perpetui, quia ex parte Comitis de Santestevan fuit obtenta præservativa Jurispatronatus eo modo, & forma sicut prius competebat ibi = *In omnibus, & per omnia, quoad omnia plene, libere, & integraliter, & absque ulla prorsus differentia ut prius competebat* = Qua stante præservativa Patronus per erectionem Ecclesiæ simplicis in Collegiatam retinet Iuspatronatus prout antea, & consequenter potest ad nutum amovere Canonicos in statu Collegiatæ, prout antea amovebat Cappellanos in statu Ecclesiæ simplicis, juxta *Gloss. communiter receptam in capitul. nobis de Jurep. in verb. in Cappella, vers. sed dato,* Lamber. *de Jurepat. lib. 3. q. 6. num. 2. & seq.* Monet. *de commut. cap. 12. num 86. & seq.* Unde remanet idem absurdum, quod daretur Collegiata cum qualitatibus, & conditionibus incongruis ejus statui, quia Canonicatus non essent perpetui, sed manuales, & contra decentiam videremus Capitulum Canonicorum stare in Ecclesia modo quodam obedientiario, & ad nutum Patroni Laici.

Hæc erant, quæ dicebam in hac causa, sed con-
12 trarium resolvit S. Congregatio Concilii respondendo affirmative pro concessione gratiæ sub die 18. Julii 1705. quod mihi visum est rarum exemplum in circumstantiis, in quibus res ista repetiebatur, & maxime quia Patronus Ecclesiæ nihil de proprio dedit in augmentum antiquæ fundationis pro meliorando Ecclesiæ statu de simplici in Collegiatam, sed obtinuit ad hunc effectum suppressionem sex Cappellaniarum, quæ ad opera laudabilia, & pia fuerunt institutæ per Fundatorem.

R. P. D. KAUNITZ.

Giennen. Erectionis Collegiatæ.

Lunæ 2. Iunii 1704.

MEodus Benavides ex Comitibus Sancti Stephani antea Episcopus Segobien. & postea Carthaginiensis fundavit in loco de Castellar Oppido ditionis familiæ Ecclesiam dicatam Divo Iacobo, ac ad majorem Divini Cultus augmentum, ac subditorum utilitatem instituit, prævia licentia Ordinarii in dicta Ecclesia 25. Cappellanias, nempe unam majorem, & duodecim alias Cappellanias pariter majores, & reliquas duodecim minores: Diversa autem munia Cappellanis injunxit: voluit enim, ut quinque ex majoribus, unus legeret Decretales, alter Decretum, tertius Theologiam, quartus Rhetoricam, quintus vero esset Magister Capellæ: septem autem ex minoribus unus doceret Doctrinam Christianam, legere, scribere, & Abacum, alter doceret Grammaticam minorem, tertius esset Organista, & reliqui quatuor pollerent Cantu figurato; Omnes autem isti duodecim, quibus diversa onera incumbebant, debebant eligi per concursum, suffragante etiam Universitate Cappellanorum: Ad reliquas autem Cappellanias mandavit, Patronum præsentare debere, quo non secuto, Jus præsentandi devolvi deberet ad universitatem Cappellanorum; Juspatronatus vero reliquit Didaco de Benavides Comiti Sancti Stephani, & ejus successoribus.

Ita autem Fundator concupivit perpetuam observantiam dispositorum, ut ordinaverit, Patronos pro tempore non potuisse contenta in fundatione in minimo alterare, quinimo præcepit, ut statim ac successissent, deberent præstare juramentum de manutenendo, & observando omnia in fundatione, & constitutionibus ordinata, nec de impetrando Gratiam, seu Bullam Apostolicam contra disposita, & si concederetur etiam motu proprio sub quavis forma, ut illa non uterentur.

Devenit Juspatronatus ad modernum D. Comitem S. Stephani, qui etiam præstitit juramentum secundum formam a Fundatore stabilitam. Verum pro majori decore dictæ Ecclesiæ, obtinuit ejus erectionem in Collegiatam a fe. me. Innocentio XII. cum Capitulo, Choro, ac alijs Insigniis, qui in[illegible] indulsit, ut Prior dictorum Cappellanorum in posterum esse deberet Abbas, & prima Dignitas, quodque ejus provisio fieri deberet a Sede Apostolica ad Patroni præsentationem; Alias vero 24. Cappellanias in Canonicos creavit, & præservavit favore ejusdem D. Comitis Jus præsentandi ad eorum Canonicatus.

Recogitans autem indecorum esse, quod quinque ex dictis Canonicis, unus deberet esse Organista, & alii quatuor Musici Cantus figurati, prout in fundatione præscribebatur, obtinuit ab eodem Pontifice aliam gratiam super temporanea suppressione ad 20. annos sex Canonicatuum, ac totidem Præbendarum ad hoc, ut eorum reditus, ac quotidianæ distributiones possent in Bonis stabilibus investiri ex quorum redditibus sustentari potuissent in posterum Ministri, qui præcitato oneri incumberent.

Prædictarum literarum executio directa fuit Ordinario Giennen. ac se opponente tam Promotore Fiscali Operum Piorum, quam Capitulo Cathedralis, ac Curato Aldeæ de Castellar Vicarius Generalis pronunciavit literas non esse exequendas, cujus tamen sententia revocata fuit a Nuncio Hispaniarum, qui demandavit literarum executionem, devoluta tamen Causa ad Rotam coram Me, prævaluit Judicium Vicarii mediante responso emanato pro non executione literarum Apostolicarum.

Visæ enim fuerunt labore vitio subreptionis ex duplici capite. Primo, quia fuit reticitum Pontifici, Fundatorem noluisse, disposita in minima parte alterari potuisse, aut immutari, ac quod Patronus non posset supplicare Summo Pontifici, seu impetrare Bullam, etiam motu proprio, ac quod super præ- 13
missorum observantia fuerat præstitum Juramentum, quibus positis, promanat inevitabilis subreptio, cum si illa Pontifici innotuisset, difficilius gratiam concessisset, ut de reticentia præcepti Testatoris de obtinenda derogatione firmat Card. de Luc. *de fideic. disc. 265. n. 4.* Rot. *decis 476. num. 4. coram Peuting. & dec. 12. n. 1. cor. Emer. Jun. & dec. 41. nu. 30. & decis. 363. num. 23. & 24 par. 10. & dec. 186. num. 1. & 2. par. 16. rec.* & de omissione expressionis juramenti de non impetrando gratiam Felin. *in cap. constitutos nu. 13. de rescript.* Roman. *cons. 326. n. 1.* Seraph. *de juram. privil. 22. n. 12. & 17.*

Crescitque semper subreptio, cum ulterius non fuerit expressum Pontifici, quod duodecim ex dictis Cappellaniis darentur per concursum ab Universitate omnium Cappellanorum præfatæ Ecclesiæ S. Iacobi, itaut Patronus non habeat, nisi simplex suffragium, ac teneatur se conformare voluntati majoris partis, cum non sit credibile, quod si Papa scivisset hoc Jus eligendi spectans ad Cappellanos, processisset ad erectionem Collegiatæ & respective ad temporalem suppressionem sex ex præfatis Cappellaniis, inauditis, & non sup-

14 plicantibus eifdem Capellanis, quinimo pofitive dif-
fentientibus *Clem. 2. de reb. Ecclef. non alien.* Corrad. *in prax. benef. lib. 7. cap. 8. num.* 21. Turricel. *de union. cap. 9. num.* 41. Maral. *dec.* 346. *part.* 3. Rot. *cor. Merlin. decif.* 837. *num.* 8. *& decif.* 688. *num.* 2. *part.* 1. *& dec.* 305. *num.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *& dec.* 224. *num.* 9. *par.* 10. *recent.*

Nec prædictis expreffionibus cenfetur fatisfactum per illa verba ibi = *quorum duodecim Cappellanorum prædictorum electio cum infrafcripto Patrono per concurfum facienda, magis idoneum, & dignum femper preferendo, quem idem Patronus præfentare teneretur*, cum ex eo non refultet plane, quod electio pendebat a voluntate majoris partis Cappellanorum, prout clare, & aperte, nec fub involucro
15 verborum requirebatur, fed protfus videatne apparere, totum jus fuiffe penes Patronum, proindeque non fuffragatur ftatim dicto præjudicio Cappellanorum, cum ad dictum effectum requiratur, ut ab expreffis pernecefle inferatur ad non expreffa, Rot. *dec.* 53. *num.* 9. *coram Priol. & decif.* 12. *num.* 4. *cor. Emer. Jun.*

Minufque ad falvandam fobreptionem fufficiens vifa fuit refponfio, quod cum dicta mutatio fit in melius, ac in majorem decorem Ecclefiæ ac loci de Caftellar, non debeat haberi in confideratione contraria voluntas fundatoris, quæ in hoc cafu præfumenda fit potius affiftere quam refiftere, Cardin.
16 de Luc *de teftam. difc.* 72. *numer.* 15. *&* 16. Carp. *de exec. teftam. libr.* 3. *capit.* 40. *numer.* 35. *&* 36. Lotter. *de re benefic. lib* 7. *quæft.* 43. *num.* 67. Guidopap. *decif.* 556. Rot. *in Romana, feu Januen. legati* 1. *Julii* 1697. §. *Altera vero ratio, &* §. *Verum hac coram R.P.D. meo de la Tremoille*, quia cum fundator fpecifice fibi foli, & non fucceffotibus in Patronatu refervaverit facultatem alterandi, mutandi, aut revocandi cum caufa, vel fine, debebat hoc ipfum exprimi in fupplicatione, cum quando in aliquo expreffe repugnat voluntas Teftatorum, difficilius Pontifices inducuntur ad concedendas gratias præjudiciales, & contrarias earum voluntati, ne a-
17 lias retrahantur ab erogatione propriarum facultatum in fundatione Ecclefiarum, & Beneficiorum Kochir, *ad regul. Cancell. tit. de derogat. Jurifpat. in addit. litt. E.* Amayden. *de ftyl. Datar. cap.* 15. §. 15. *num.* 128. *& feqq.* Rot. *decif.* 4. *num.* 7. *part.* 2. *recent. & decif.* 372. *numer.* 4. *part.* 17. *& decif.* 159. *fub num.* 2. *&* 3. *& decif.* 725. *numer.* 2. *&* 3. *part.* 18. *recent.*

Nec magis ftringit refleato, quod ficuti Fundator cogitavit, quod Cappella poffet erigi in Univerfitatem cum privilegio Apoftolico, vel Regio, ac affenfum præftitit tali erectioni, ex hoc inferatur, quod non fuerit adeo tenax littera fundationis, quoniam ex hoc potius DD. defumpferunt contrarium argumentum; fi enim in hoc cafu conceffit facultatem in melius reducendi, & in reliquis
18 fibi foli refervavit facultatem mutandi, cenfendum eft in non expreffis probibuiffe Rot. *decif.* 36. *numer.* 11. *part.* 16. *& decif.* 601. *numer.* 31. *& feqq. part.* 19. *recent.*

Ad facilius tamen affequendam favorabilem refolutionem addebant Defenfores Promotoris Fifcalis non carere litteras etiam vitio obreptionis, non folum quia fuit expofitum, redditus fuiffe auctos, quan-
19 do potius decreverunt, fed etiam quia fuit expofitum, Oppidum fuiffe confpicuum, ac refertum quantitate Populi, prout requiritur ad obtinendam erectionem in Collegiatam, juxta *Text. in Clem. gravis de fentent. excom.* Cardin. de Luc. *de præeminen. difc.* 9. *numer.* 12. Corrad. *in prax. Benefic. libr.* 2. *cap.* 1. *num.* 6 7. *&* 21. Rot. *dec.* 685. *num.* 1. *cor. Cerro dec.* 258. *num.* 9. *& decif.* 293. *num* 1. *part.* 7. *recent.* quando e converfo apparet non continere nifi 380. habitatores, & effe fubjectum Jurifdictioni Caftri Sancti Stephani: Verum in hoc DD. non fuerunt concordes, licet enim valde dubitaverint redditus fuiffe potius diminutos, quam auctos, animadverterunt tamen, quod ficuti Fundator inftituit in hoc loco 25. Cappellanias cum deftinatione fex Magiftrorum, feu Lectorum cum totidem Muficis imperceptibile eft, quod locus non numeret, nifi 380. habitatores, nec fit refertus Populo, & Familiis Civilibus, ac Illuftribus, qui ftudiis operam darent, cum clarum fit, quod Cathedræ non in Sylvis, fed in locis populatis inftituantur, ob id tamen cenfuerunt audiendos etiam fuiffe habitatores, quibus erat Jus quæfitum, ut eorum filii edocerentur a Cappellanis, & non a Mercenariis, quia poteft
dari cafus, quod in futurum etiam non adfint; ra- 20
tione enim talis intereffe mutatio fieri non poterat abfque eorum citatione, Caed. *in Clement. Statutum numer.* 7. *in fin. de elect.* Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. *&* 27. Rot. *decif.* 484. *num.* 14. *cor. Buratt.*

Et ita utraque, &c.

ARGUMENTUM.

Vocatis Filiis in Jurepatronatus paffivo, quando veniant Nepotes fubfidiarie, & in eorum defectum.

SUMMARIUM.

1 *Patronus committit ingratitudinem veniendo contra fanguinem Fundatoris.*
2 *An vocabulum Filiorum lato modo fumptum comprehendat etiam Nepotes? & numer.* 3. *&* 4.
5 *Fundator quoties dedit clarum fignum prædilectionis erga fuum fanguinem, generica vocatione Filiorum comprehendit etiam Nepotes, & n.* 6. 7. 14. *&* 20.
6 *Eft monftruofum exemplum, quod admittatur Extraneus contra fanguinem Fundatoris prædilectum.*
7 *Dictio Omnium quid operetur, & includat?*
9 *An inter Filium, & Nepotem concurrat continuatio fanguinis, eademque affectio Fundatoris præfumatur, & n.* 10.
11 *Appellatione filiorum veniunt Nepotes fubfidiarie in eorum defectum.*
12 *Item ftante claufula Ordine fucceffivo.*
13 *Quod verifimiliter refponderet, fi effet Teftator interrogatus, debet haberi pro fcripto.*
15 *Leviffima conjectura fuffocantur ab efficacioribus.*
16 *An conjectura deducta ex verbis fint attendendæ; quando mens Fundatoris repugnat ftrictæ fignificationi verborum.*
17 *Refpondetur Conjecturis, quod appellatione Filiorum non veniant Nepotes, & num.* 19.
18 *An Nepotes dicantur procreati, ex corpore Avi per medium Patris?*
20 *Explicatur Decifio tertia Prioli.*
21 *Reftrictio vocabuli Filiorum ad exclufionem Nepotum, eft iniquiffima.*
22 *Judicatum hujus Caufæ refertur.*

ALLEGATIO LI.

DUrat adhuc Jufpatronatus paffivum in fanguine Fundatoris, & ideo reiicienda omnino venit præfentatio extranei facta per Communitatem, quæ hodie veniendo contra fanguinem Fundatoris dicitur
committere ingratitudinem contra illum, & abuti lar- 1
gitate, quam recepit, ut Ego confideravi *in Difcept. Ecclefiaft.* 4. *fub num.* 29. *verf. præfentando Extraneum part.* 1.

Quod adhuc duret hoc Jufpatronatus de facili colligi poteft ex littera fundationis, ubi Fundator juxta naturalem inclinationem prædiligendo prolem fuam natam, & nafcituram ex Livia ejus Sorore nupta Joanni Baptiftæ Pierono, tres fecit vocationes, nam primo Cappellanum effe voluit Jacobum primogenitum dicti Joannis Baptiftæ: poftea nominavit in genere unum ex aliis Filiis ejuf-

dem;

dem; & deinde tertio loco totam ejus progeniem prædilexit, vocando omnes alios Filios ejusdem Joannis Baptistæ ordine successivo; & defectum omnium Filiorum Joannis Baptistæ vocavit remotissimam parentelam suam, nempe unum ex Filiis Antonii, seu Matthæi Tonelli; & tandem in defectum totius sanguinis Fundator reliquit Communitati liberum Jus præsentandi.

2 Quæritur in casu isto, an Fundator vocando filios Joannis Baptistæ Pieroni, & Liviæ sororis suæ intellexerit vocare etiam Nepotes? In quo articulo censeo esse omnino vocatos Nepotes, & contrarium prætendere nihil aliud esse, quam violare mentem claram Fundatoris, vel eum redarguere de Insania, & morbo cerebri, ut ex doctrina Baldi advertit Soccin. *Jun. cons.* 59. *n.* 12. *&* 13. *l.* 3. Ramon. *cons.* 15. *n.* 51.

Ut hoc dilucide dignoscatur præmittere oportet
3 pro Regula certa, & indubitata, quod vocabulum *Filiorum* est vocabulum æquivocum, quod in sua latitudine comprehendit ipsos Nepotes; in stricto autem significatu eos non comprehendit. Unde licet regula sit, quod nomen filiorum stricto modo non porrigitur ad Nepotes; attamen est etiam Regula indubitata, quod largo modo, & in latitudine sui significatus appellatione filiorum veniunt Nepotes, ut sunt duo Textus rotundi, & literalissimi, nempe in *l. Justa interpretatione*; *& in l. Liberorum ff. de verborum significat.*

Textus enim in *l. Justa interpretatione* sic ait = *Justa interpretatione recipiendum est, ut appellatione Filii, sicuti Filium familias contineri respondimus; ita & Nepos sæpe videatur comprehendi.*

Textus autem in *l. liberorum*, §. *sed*, *& Papirius* ita disponit = *Filiis enim appellatione, sæpe & Nepotes accipi multifariam placere.* =

4 Per hos Textus clarissimos dicunt Doctores, quod in significatu largo vocabulum *Filiorum*, intelligitur etiam de Nepotibus, ita & taliter, quod accipiendo, & intelligendo Filios pro Nepotibus non dicitur fieri extensio, & impropriatio verborum, sed dicitur comprehensio, ut in puncto ait Roman. *dicto cons.* 15. *num.* 81. *&* 87. ibi = *Non dicitur extensio sed comprehensio* = & Card. de Luc. *de fideicomm. disc.* 71. *nu.* 14. *optime* Rocc. *disput. Jur. tom.* 1. *c.* 27. *n.* 21. Rot. *cor. Merlin. dec.* 206. *n.* 28. *&* 29. Fusat. *de Substit. q.* 319. *n.* 12. *& q.* 320. *n.* 32. *vers. respondetur.*

Videamus ergo an Fundator nomen *Filiorum* voluerit intelligere in significatu largo, vel stricto, & sane indubitabile est voluisse accipere, & intelligere in vocabulo lato, & non stricto ex pluribus manifestis Conjecturis.

Et primo quia post mortem Filiorum substituit Communitatem extraneam in libero Jure præsentandi? Cum enim præterire Nepotes, & proprium Sanguinem propter extraneum sit ineptia clara; & quæ nulli etiam bestialissimo Fundatoris in mentem venire potest; utique quoties Fundator dedit clarum signum prædilectionis erga suum Sanguinem,
5 tres vocationes faciendo super progenie suæ sororis, vocando singulariter unum Filium tunc viventem, & cognitum, hoc est Jacobum postea unum ex aliis Filiis, & demum generaliter vocando alios Filios: sub hac generica vocatione aliorum filiorum, unusquisque videt debere includi Nepotes; ne sequatur absurdissimum & monstruosum exem-
6 plum quod extraneus debeat admitti exclusive ad Sanguinem Fundatoris prædilectum, ut ratione hujus absurdi evitandi quod semper nomen filiorum includat Napotes est conclusio, quam nullus Doctor controverit, & eam probant duo Textus literales.

Nam in *Leg. Uxorem*, §. *Concubina ff. de Legat.* 3. est casus, quod Testator fecerat legatum fundi cum Villico, & ejus filiis, & Textus dicit sub nomine filiorum includi Nepotes Villici, ne alias sequatur absurdum, quod Nepotes separentur a propriis Parentibus; Idemque in eodem casu firmat Textus *in l. Liberorum*, §. *Papirius ff. de verborum significat.* ibi = *Prædium cum Villico, & contubernali ejus & filiis suis legato, Nepotes quoque ex filiis contineri, nisi voluntas Testatoris aliter habeat: Filii enim appellatione sæpe, & Nepotes accipi multifariam placere.* = Et in puncto, quod ne excludatur proprius sanguis propter extraneos, semper vocatis filiis censeantur vocati Nepotes scribunt communiter Bald. *cons.* 302. *numer.* 1. *& cons.* 362. *num.* 1. *vers. Ego distinguo tom.* 4. Rustic. *in leg. cum Avus lib.* 6. *cap* 12. *num* 5 *vers. secundo*, *& num.* 64. Fusar. *de subst. qu.* 320. *no.* 44. Castill. *controv. jur. lib.* 5. *cap* 66. *num* 40. *vers tertia quando alioqain extranei*; Card. de Luc. *de fideicomm. disc.* 71. *num.* 9. *&* 14. *vers. igitur in mentem*, Rocca *dict. cap.* 27. *n.* 16. *cum seqq.*

Secundo observo, quod postquam Fundator vocavit primum filium sororis suæ; postea unum ex aliis filiis, & demum tertio loco alios filios in genere, statim adjecit hæc considerabilia verba = *Et post mortem omnium filiorum dicti Joannis Baptista*, = quæ quidem dictio *Omnium* tanquam uni- 7
versalissima mirabiliter probat, quod fuerint vocati etiam Nepotes, ita volendo Fundator, quod evacueretur tota progenies Sororis in primo, & secundo gradu, ut in puncto Peregrin. *de Fideicomm. art.* 22. *num.* 49. ibi = *Item si Testator per verba universalia, puta omnes filios alicujus vocasset, vel etiam gravasset, Nepotes continerentur, quia universalis sermo operari solet, ut includantur etiam res, & persona, quæ alias ex propria vocabuli significatione non continentur*, Cut. *Jun. cons.* 48. *n.* 3. Cravett. *cons.* 155. *n.* 4. Alex. *cons.* 9. *n.* 1. *l.* 1.

Tertio, quia Fundator non vocavit filios sororis suæ sub unica generali vocatione, sed triplicem fecit vocationem; nam primo vocavit Jacobum primum filium, deinde unum ex aliis filiis; & tertio loco alios filios in genere: Hoc casu unusquisque videt, quod tempore, quo purificari debebat hæc trina vocatio omnium aliorum filiorum in genere per prædecessum duorum debebat Testator prævidere, & cogitare, quod nulli filii primi gradus tunc extare potuissent? Unde ne hæc tertia vocatio collata in tempus mortis primi, & secun- 8
di ex filiis reddatur elusoria, & caduca in tempore suæ purificationis, omnes Doctores concorditer tenent, quod Testator appellatione filiorum voluerit comprehendere etiam Nepotes, ut firmant Peregrin. *de Fideicomm. artic.* 22. *num.* 59. Rustic. *in leg. cum avus leg.* 6. *cap* 24. *num.* 22. Rocca *disput. Jur. cap.* 27. *num* 8. *ubi cumolat infinitos* Rot. *coram Bicch. dec.* 252. *nu.* 13. *& in Recent. dec.* 199. *nu.* 5. *& seqq. par.* 8. *ibique* Rubeus *in addit. nu.* 1. *& seqq.* Andreol. *contr.* 82. *n.* 8.

Quarto, quia cum negari non possit, quod Fun- 9
dator prædilexerit filios sororis suæ: utique in hac tertia vocatione aliorum ejus filiorum collata in eventum quod deficerent, seu prædecederent duo filii prius vocati, præsumitur voluisse includere Nepotes saltem subsidiarie, & in defectum eorum Patrum, seu repræsentative ad illos, cum inter Filium, & Nepotem concurrat continuatio sanguinis, eademque affectio Testatoris præsumatur, ut 10
scribit Alexand. *cons.* 9. *num.* 2. *lib.* 1. ibi = *Cum verisimiliter propter affectionem debuit præsumi fuisse de mente Testatoris, quod veniant Nepotes, si illi extarent, filiis præmortuis* = Peregrin. *de Fideicomm. art.* 28. *sub num.* 33. *in fine* ibi = *Quod si caduca fuisset illorum vocatio, Nepotes ex eis nati, locum eorum ingrederentur.* =

Est etiam considerabilissimum in hac causa, quod Fundator non fuit contentus, ut ad suum beneficium admitterentur filii simpliciter sororis suæ, sed voluerit, ac enixe ordinavit, ut omnes, & singuli filii gradatim illud haberent? Unde hæc voluntas Testatoris debet adimpleri in totum, non 11
autem in parte. Si ergo voluntas tota fuit facere tres vocationes, quarum duæ sunt consumptæ in duobus filiis, certe remanet adimplenda tertia vocatio aliorum filiorum in genere, quæ si non potest adimpleri in filiis tanquam non ex-

tantibus, aut quod idem est incapacibus, debet adimpleri in Nepotibus subsidiarie, seu repræsentative ad eorum Patres; & subintrando in eorum locum, quicquid secus ubi in eorum Patribus fuisset adimpleta voluntas Fundatoris, juxta doctrinam Bartoli *in l. Liberorum, ff. de verborum signif. numer.* 18. Rustic. *dict. leg. 6. cap.* 14. *num.* 30. Ruin. *conf.* 103. *n.* 22. *vers. Nec obstat quod* Bartolus, *idem* Rustic. *conf.* 2. *n.* 84. 117. & 118. *& pluribus sequentibus*, Rot. *dec.* 516. *n.* 5. *cor. Cerro*.

12 Quinto. In idem reflectitur illa clausula = *Ordine successivo* = adjecta in vocatione omnium filiorum Sororis, quæ denotat ordinem continuatum inter filios de uno in alium; Cui non obstat responsio, quod continuatio debeat restringi inter ipsos filios primi gradus; nam vis Conjecturæ in eo consistit, quod Testator voluit omnes, & singulos filios de uno in alium habere beneficium. Unde si in illa tertia vocatione, in qua sumus, non potest dari ista continuatio in filiis primi gradus, ut effectuetur, & adimpleatur ordo successivus a Testatore desideratus, debent admitti Nepotes continuative in locum Parentum, ut firmat Andreol. *in his terminis contr.* 82. *num.* 11. *& optime* Soccin. *Jun. conf.* 146. *num.* 7. *lib.* 2. Manent. *decis.* Mant. 3. *num.* 3.

Sexto. Quia Testator interrogatus, utrum non existentibus filiis, vel incapacibus, Nepotes essent admittendi ad Beneficium, ad exclusionem extranei, aut alterius in gradu remotiori; sine du-
13 bio affirmative respondisset; Ergo quod verisimiliter respondisset, debet haberi pro scripto; Cum Judex induere debeat Personam Testatoris, & considerare, quid prudens homo interrogatus respondere potuisset ex motivo affectionis erga sanguinem suum, ut in specie Rustic. *conf.* 2. *numer.* 152. *vers. & ita; post tractat. de liberis in condit. positis* Baldi *conf.* 362. *num.* 2. *vers. nam si Testator. libr.* 4. Rot. *in Gerunden. beneficii 5. Junii* 1692. *coram Benincasa apud* Battacchin. *Vot.* 89. *n.* 10.

Septimo. Quia non fuit a Testatore contemplatus solus sanguis sororis, sed & aliorum de agnatione sua contentiva, & remota, dum per mortem omnium filiorum sororis suæ nominavit unum ex filiis Antonii, seu Matthæi Tonelli Consobrinorum Testatoris, quorum filii magis remoti erant in gradu respective ad Nepotes sororis; Unde ex hoc duæ pullulant conjecturæ; Tum quod antequam Testator daret Communitati liberum Jus præsentandi, voluit evacuare totum sanguinem suum, tam ex parte sororis proximioris, quam Consobrinorum remotiorum: & sic quando adest vehementissima affectio, & prædilectio sanguinis, semper ap-
14 pellatione filiorum includuntur Nepotes. Rustic. *d. lib. 6. cap.* 12. *num.* 56. 63. *& seqq.* Soccin. *Jun. d. conf.* 146. *nu.* 8. *l.* 2. *& egregie* Butrig. *in suo consil. apud* Bald. *conf.* 364. *in fin. tom.* 4.

Tum quia non est verisimile, quod voluerit præterire Nepotes sororis magis dilectæ, & proximioris, propter remotiores Consobrinos; & ideo hæc substitutio filiorum alterius remoti Columnelli dat intelligere Testatorem prudentem vocando omnes filios sororis noluisse se restringere ad filios primi gradus, ut bene tradunt cumulati per Rocc. *disput. Jur. dict. c.* 27. *n.* 16.

Octavo. Considerandum est, quod non sumus in materia odiosa fideicommissi, & de extendendo ejus gravamen ad Nepotes, sed agitur de re favorabili, nempe de vocatione Nepotum ad Beneficium Jurispatronatus, ubi nemini præjudicatur, sed immo datur retributio Fundatori, mediante Persona ejus Consanguinei, cui Beneficium confertur, ut dixi *Discept.* 4. *sub numer.* 29. *ubi supra*. In materia autem favorabili omnia Jura clamant, ut sub nomine Filiorum veniant Nepotes. Rustic. *conf.* 2. *numer.* 35. Eoque magis quia non potest assignari ratio, quare Testator potius filios, quam Nepotes locum filiorum tenentes succedere voluerit; ut ait Butrig. *apud* Bald. *conf.* 364. *in fine libr.* 4. ibi = *Item non est dare rationem, quare propter filios magis, quam Nepotes ex Titio, qui ceperunt locum filii tenere; & obtinere; & locum filiorum succedere, & vocari.*

Fundata comprehensione Nepotum ex octo gravissimis conjecturis, quarum prima est maxima tanquam deducta ab absurdo iniquitatis evitando, ne videlicet admittatur extraneus ad exclusionem Consanguinei; certe contrarium prætendens debet venire probando voluntatem Fundatoris claram, & limpidissimam, cui nihil responderi possit, quod in præsenti totaliter cessat.

Adducuntur autem quatuor, seu quinque levissimæ conjecturæ. Primo, quod Filii Joannis Baptistæ fuerint vocati cum repetita designatione nominis Patris, addita particula *Ejusdem*. Secundo, repetiti cum illa dictione, *Supradictorum*. Tertio, quia nullum legitur verbum perpetuitatem importans. Quarto, quod Nepotes tempore peractæ dispositionis nondum erant nati, sed Testatori incogniti. Et quinto demum, quod vocatio Filiorum Joannis Baptistæ, non fuit collata in Tempus remotissimum, sed ei substientus fuit unus ex Filiis Antonii, seu Matthæi Tonelli, qui tandiu vivere non poterat, si Filii Joannis Baptistæ essent intelligendi, etiam de Nepotibus, & ulterioribus descentibus ex Priolo *dec.* 3. *n.* 9.

Et tamen hujusmodi conjecturæ nihil concludunt, sive considerentur in particulari; sive in generali; Eas nanque considerando in generali ex
duplici responsione convincitur non esse attenden- 15
das; Tum ex eo, quod quinque Conjecturæ, & quidem levissimæ omnino frigescunt, & suffocantur ex majori numero octo Conjecturarum in contrarium, & quidem urgentiorum, & efficaciorum, ut in puncto Rot. *coram Merlin. dec.* 206. *num.* 35. *&* 36.

Tum etiam ex quo cum agatur de excludendo Nepotes in concursu extranei, ubi habemus Textus, & Doctores in terminis absolute tenentes appellatione Filiorum venire Nepotes, ad evitandam iniquitatem, & absurdum, quod Fundator voluerit esse crudelis erga proprium sanguinem; & potius admittere Extraneos, quam Nepotes ex linea
prædilecta, tali casu dicitur repugnare Mens Fun- 16
datoris strictæ significationi verborum; ut ait Rustic. *in leg. Cum Avus libr. 6. capit.* 12. *numer.* 56. adeoque conjecturæ deductæ ex verbis non sint attendendæ, sed potius verba sint impropriandа, ne sequatur iniquitas, & absurdum, ut apud Rocc. *dict. capitul.* 27. *numer.* 18. Rustic. *dict. libr. 6. capit.* 12. *numer.* 55.

Unde sequitur, ut quando agitur de hac iniquitate, & absurdo nunquam accipiantur conjecturæ generales, sed oporteat quod litteris apertissimis Testator expresserit se voluisse hanc absurditatem, & bestialitatem, quod nempe excluserit Nepotes propter Extraneos, aut alios minus dilectos, quod non aliter probari potest, quam ubi Testator contradistinxisset Nepotes a Filiis, & in uno casu vocasset Filios, in altero autem Filios, & Nepotes, ut per *Text. in leg. Liberorum*, §. *sed & Papirius, ff. de verb. signific.* ubi Textus cum firmet contineri Nepotes appellatione Filiorum, ne sequatur aliquid inhumanum, erga proprium sanguinem, & postea subjungat = *Nisi voluntas Fundatoris aliter habeat* = docet ibi *Rebuffus*, quod ista voluntas diceretur adesse, quando Testator contradistinxisset Filios a Nepotibus, & optime tradit Rustic. *in l. Cum Avus lib. 6. cap.* 14. *num.* 44. Soccin. *Jun. consil.* 168. *num.* 77. *lib.* 2.

Verum examinando etiam in particulari contrarias conjecturas, assequimur eas nihil stringere; Nam prima desumpta ex repetita designatione fi-
liorum Joannis Baptistæ cum illa particula *Ejusdem* 17
spernitur a Doctoribus, qui dicunt hujusmodi verbum non stare restrictive, sed demonstrative ad designandum, & repetendum nomen Patris superius expressum, ut optime Rocca *dict. capit.* 27. *numer.* 23. ubi de verbo *Ipsius*, magis personale quam *Ejusdem*; Merlin. *dict. decis.* 260. *num.* 33. *vers. minus*;

&

& in fortioribus, de verbis illis *Ex suo corpore natis*,
18 quod non excludant Nepotes, qui etiam ex corpore, aut procreati dicuntur per medium Patris: tradit Rustic. *cons.* 2. *numer.* 140. & 141. & *in leg. cum avus l. 6. cap.* 13. *num.* 14. Duin. *cons.* 215. *n.* 16. *versic. unde per prædictam rationem leg.* 3. Castren. *cons.* 164. *n.* 3. *vers. sic ostenditur lib.* 2.

19 Secunda elicita ex verbo *supradictorum*, retorquetur; hoc enim est unitum cum verbo *Omnium*, ut legitur ibi = *Et post mortem omnium supradictorum* = & est relativum ad alia verba præcedentia ibi = *Et post mortem omnium filiorum* = quo casu non dicitur restrictivum, cum illa dictio *Omnium*, omnes, & quoscunque filios includat, & sic etiam Nepotes, ut ex Peregrino, & aliis superius dictum est, *n.* 7.

Tertia, quod nullum verbum legitur perpetuitatem denotans nihil urget, quia sufficit adesse verba relata ad futurum eventum mortis duorum filiorum Joannis Baptistæ, respectu aliorum tertio loco vocatorum cum clausula illa *Ordine successivo*, ad hoc ut saltem Nepotes hunc Ordinam successivum continuare debeant subsidiarie, & repræsentative in defectum Patrum, ut late supra probatum est *num.* 9. *cum pluribus seqq.*

Quarta, quod Nepotes tempore peractæ dispositionis non essent nati, & ideò Testatori incogniti, nihil applicatur, quando agitur, ut succedant in defectum Patrum, & ad exclusionem extranei: Maximè quia omnes Filii Joannis Baptistæ non erant nati tempore Testamenti: Et ideo sicut vocavit Testator etiam filios, quos non cognovit, ita & Nepotes vocasse, & eodem modo prædilexisse censetur, ut optime Butrig. *apud* Bald. *consil.* 364. *in fin. tom.* 4.

Quinta demum conjectura, quod Testator substituendo unum ex filiis Antonii, seu Mathæi Tonelli non intellexerit vocare sororis Nepotes, ex quo tandiu substitutus vivere non poterat, ex Prioli *decis. num.* 9. de facili evanescit, quia sicut dicitur, quod filii sororis comprehendant Nepotes; ita & unus ex filiis Tonelli debet intelligi de uno ex Nepotibus, cum eadem ratio sanguinis in utroque genere vocatorum concurrat ad exclusionem extraneorum, & consequenter dici non potest, quod Nepotes, & descendentes Tonelli substituti non potuerint succedere Nepotibus sororis per prius vocatis.

20 Neque adversatur *decisio* 3. Prioli, quæ tanquam punctualis magnificatur in contrarium, quia toto Cœlo remotissima est a casu isto; ibi enim Fundator vocaverat consanguineum sibi proximiorem, cui præferri voluerat unus ex filiis suæ Neptis; & casu quo iste non reperiretur habilis ordinavit, quod interim serviret Cappellaniæ quidam Ximenez extraneus.

Rota autem bene firmavit ibi, quod verbum illud = *Aliquis filius suæ Neptis* = non comprehendebat Nepotes, eo quia donec ille habilitaretur voluit servire Cappellaniæ illum Ximenez extraneum per medium Provisionis, qui sicut non poterat perpetuo inter vivos manere; ita verbum *Filius* non poterat intelligi de Nepote, & ulteriori descendente, ut legere est, *dict. dec.* 3. *n.* 9.

Rursus ibi non concurrebat conjectura maxima, nempe quod fuisset inverisimile, quod Nepotes fuissent exclusi propter extraneos, sed agebatur contra consanguineum Fundatoris proximiorem sibi; & sic contra æque, vel magis dilectum, ut videre est *in principio Decisio. tertiæ numer.* 1. & 2. quo casu remanet omnino inapplicabilis, quia tota anima Conclusionis consistit in hoc puncto, evitandi scilicet absurdum, quod Nepotes, & sic Consanguinei excludantur propter extraneos, ut in specie observat Card. de Luca *de Fideicomm. disc.* 71. *n.* 14. *vers. Ut enim*.

Neque ulla doctrina inveniri poterit, quæ stante circumstantia, ne proprius sanguis Testatoris excludatur propter extraneos admittat restrictionem
21 vocabuli *Filiorum* ad exclusionem Nepotum, cum sit restrictio iniquissima, & contra ordinatam Charitatem naturalem, redarguens Testatorem de stultitia, & morbo cerebri, ut optime Bald. *cons.* 301. *numer.* 1. & *cons.* 362. *numer.* 1. & *cons.* 364. *in fine tom.* 4.

Ex quibus omnibus clarum puto, quod saltem subsidiarie in defectum filiorum; seu quando dispositio Testatoris non potuit effectum sortiri in omnibus filiis gradatim, & ordine successivo, ut voluit Testator, tunc veniant Nepotes appellatione filiorum ex præsumpta Charitate, & sanguinis affectione, eo, quia Testator volendo continuationem in filiis sororis, ibi = *Ordine successivo* = censetur sensisse de Nepotibus in defectum filiorum tanquam continuantibus sanguinem, ut ait Rustic. *in l. cum Avus l.* 6. *cap.* 13. *numer.* 6. & *sub num.* 10. *versic. alterius*. Et tanto magis quia non omnes Filii erant nati tempore peractæ dispositionis, ideoque non præsumitur Testator eos nominatim dilexisse, sed solum dilexisse in genere eos uti sanguinem sororis, & sic Nepotes sine dubio includuntur; & hoc notari potest pro nova conjectura aliis octo addenda, prout considerat Butrigar. *apud* Bald. *cons.* 364. *in fine versic. item non potest l.* 4. Rustic. *in leg. cum Avus lib.* 6. *capitul.* 12. *nu.* 65.

Juxta prædicta fuit judicatum per R. P. D. Cer- 22
eum de mense Iulii 1702. concordant ad hoc ea, quæ scripsi *Discept. Eccles.* 14. *numer.* 15. & Card. de Luc. *de Fideicomm. disc.* 75. *per totum*, ubi quod Statutum disponens filios in conditione positos censeri vocatos comprehendit Nepotes ex Filio prædefuncto, reprobando in sensu veritatis contrariam opinionem, de qua *in dec.* 84. *p.* 9. *rec.*

ARGUMENTUM.

Compatrono pro medietate supplicanti pro seipso in Dataria Apostolica an sit concedenda provisio cum derogatione alterius medietatis contradicente Præsentato per alterum Compatronum, petente gratiam pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum.

SUMMARIUM.

1 *Patronus non potest seipsum præsentare propter ambitum.*

2 *Potest tamen supplicare pro seipso.*

3 *Quid ubi Patronus non est unicus.*

4 *Explicatur doctrina Lambertini super hoc puncto, & n.* 5.

6 *Quando dicatur Ordinarius conferre beneficium Patrono motu proprio.*

7 *Compatronus supplicans pro seipso est gratificandus ab Ordinario, si habeat medietatem Jurispatronatus, vel majorem partem.*

8 *Refertur opinio contraria, & ampliatur etiam coram Papa, ut n.* 9. & 10.

11 *Hæc opinio refellitur tam coram Ordinario, quam coram Papa, & respondetur decisionibus contrariis, ut n.* 12.

13 *Compatronus in paritate vocum est gratificandus. Amplia n.* 14.

15 *In paritate vocum nemo habet jus quæsitum ad petendam institutionem.*

16 *Propter hanc rationem Dataria Apostolica concedere solet gratiam Præsentato cum derogatione medietatis vocum.*

17 *Refellitur opinio Card. de Luca qui censuit Compatronum Supplicantem pro seipso cedere juri suo, & n.* 18. 19. 20. 21. 22.

23 *Qui potest alteri dare, multo magis sibi ipsi providere.*

24 *Probatur stylus Dataria Compatrono Supplicanti pro seipso concedendi provisiones cum derogatione vocum in eum dissentientium, & num.* 25.

26 *Dataria derogat pro medietate, quando agitur in paritate vocum.*

27 *Papa nunquam intelligit tollere jus præsentationis, cujus vigore quis veniat instituendus.*

28 *In paritate vocum nemo habet jus quæsitum.*

29 *Comparitio, & oppositio non facit crescere jus oppositori.*

30 *In consuetudine contra Ius necessarium est probare qualitatem coactivam.*

31 *Ex statu præsenti arguitur ad præteritum.*

32 *Centenaria præsumit casus emanatos, etiam in contradictorio Iudicio.*

33 *Respondetur opinioni, quod conferre Compatrono supplicanti pro seipso sit mera gratia; præsentato autem per Patronum pro medietate cum derogatione sit Iustitia.*

34 *Reservato Iurepatronatus activo seniori de familia, & passivo omnibus de Familia, an in hoc jure passivo censeatur inclusus ipse senior habens jus activum.*

35 *Passive vocatus per Fundatorem non incurrit ambitum, si seipsum præsentet coram Ordinario petendo Beneficium, & n. 36.*

37 *Oppositio passive vocati habetur pro præsentatione.*

38 *Iussus per Testaturem nominare aliquem de Familia, non potest cum aliquo onere gravare.*

39 *Compatronus habens etiam Iuspatronatus passivum gratificandus est in concursu præsentati etiam passive vocati; sed non Compatroni.*

40 *Signanter, quando est proximior in gradu Fundatori.*

41 *Quando adsit necessitas exprimendi nec ne aliquam circunstantiam in supplicatione.*

42 *Referuntur casus, & exempla Dataria provisionum factarum Compatrono supplicanti pro seipso cum derogatione medietatis vocum, & n. 43. & seqq. usque ad n. 58.*

59 *Registrantur decisiones in Barchinonen. Beneficii coram Eminentissimo D. Card. Priolo, & R. P. D. Aldrovando, & num. 60. cum seqq. usque ad num. 73.*

74 *Registratur decisio Sacr. Rot. in Derthonen. Beneficii Sanctæ Catharinæ coram Eminentissimo D. Card. Polignach.*

ALLEGATIO LII.

CUm ex censura Sacrorum Canonum ambitus in Beneficiis sit acriter damnatus, proinde statutum fuit per Innocentium III. *in cap. per nostras*
1 *de Iurepatron.* hujusmodi prohibitionem militare etiam in patrono respectu Ecclesiæ, seu Beneficii de suo Iurepatronatus, ut nequeat seipsum Superiori præsentare ad effectum obtinendæ institutionem, in quo tamen ut pede inoffenso Patronus procedere posset, cautelam tradidit Panormit. *in d. capit. per nostras*; quod nempe per viam precum supplicaret Ordinario, ut sibi conferret Beneficium, ita petendo
2 ex gratia, non ex justitia: quæ cautela communiter recepta fuit in foro, eaque mediante Patronus declinat ab ambitu secundum ea, quæ sequendo Panormitani traditionem exponunt Lambertin. *de Iurepat. part. 1. lib. 2. quæst. 8. art. 3. per tot.* Addeo ad Burat. *decis. 316. num. 19.* Rot. *cor. Celso dec. 20. num. 3. & in recent. 599. num. 11. part. 4. tom. 3. & dec. 141. n. 5. part. 14.*

Hanc tamen opinionem de cetero æquam, & rationabilem limitavit Lambertin. *ubi supra articul.*
3 4. *numer.* 7. ut locum haberet, quando patronus est unicus, quando vero haberet alios compatronos concludit esse dicendum quicquid ipse dicit in *proxime sequenti artic.* 5. ubi tenet Patronum præsentari posse ab aliis compatronis; respectu vero quæstionis, quam ipse agitat *dict. articul.* 4. & in qua tenet, Episcopum posse motu proprio instituere Patronum, resolvit Episcopum solum non posse conferre Patrono Beneficium, sine præsentatione, vel consensu aliorum Compatronorum, ea ratione, quod licet concurrat voluntas ejus Patroni, cui fit collatio, quæ cessare facit dispositionem *Text. in can. decernimus 16. quæst. 7. & cap. illud de Iurepatronat.* ubi spreto Patrono, & sine ejus præsentatione Beneficium de Jurepatronatus conferri ab Ordinario non potest: attamen dispositio, & obstaculum hujusmodi Canonum adhuc militare dicitur respectu aliorum Compatronorum, quibus Episcopus derogare non potest.

Hæc limitatio originaliter excogitata per Lamber- 4
tin. meo judicio adhuc sub nube est, quomodo intelligatur; duo nanque per eum firmantur; alterum, quod ubi Patronus non est unicus, sit dicendum quicquid ipse dicit *in articul.* 5. ubi tenet Patronum posse præsentari ab aliis Compatronis, neque hoc casu obstare censuram *Text. in dict. capit. per nostras*. Quod sane apud me nihil concludit; transeat enim, quod Patronus habens alios Compatronos, possit ab his præsentari; sed quid inde? Ergo Lambertinus dixit Compatronum non posse supplicare pro seipso, neque ab Ordinario institui ad ejus supplicationem; Nego suppositum, quia stat simul, quod ille possit præsentari ab aliis Compatronis, & quod ubi non præsentatur, possit per viam precum petere Beneficium ab Ordinario, cum inclusio unius non sit exclusio alterius. Sensus ergo Lambertini est, quod ad evitandum ambitum resultantem ex decretali Innocent. III. *in dict. capit. per nostras*, si Patronus est unicus, iste potest per viam precum procedere, si vero habet Compatronos, potest ab his præsentari. Hoc est illud, quod importat lectura, & sensus Lambertini.

Alterum, quod iste firmat, consistit in ea quæstione, quam tractat *dict. articul.* 4. utrum nempe
possit Ordinarius motu proprio conferre beneficium 5
Patrono, quam resolvit affirmative, & limitat, si habeat alios Compatronos, quibus non potest derogare propter obstaculum, *Text. in can. decernimus 16. quæstion. 77. capitul. illud de Jurepatronat.* quibus cavetur non posse Ordinarium conferre spreto Patrono, & sine ejus præsentatione, dicendo quod licet concurrat voluntas Patroni, cui confert, non tamen concurrit voluntas aliorum Compatronorum, ut ergo vides Lambertin. loquitur de casu, ubi Ordinarius motu proprio vult conferre beneficium Compatrono; non autem quando ille Compatronus supplicat & instat per viam precum pro institutione, cum diversus sit unus casus ab altero: nam quando Patronus supplicat, & fundit preces pro seipso, tunc ejus Jus præsentandi, sive sua vox non creditur, neque Jure consolidationis transfunditur in alios Compatronos, sed retinetur penes ipsum supplicantem, qui suum Jus præsentandi reponit in manibus Superioris, ut ejus intuitu per viam gratiæ beneficium consequatur. Secus quando Compatronus non fundit preces; sed Ordinarius motu proprio vult illi conferre beneficium, quia tunc præjudicat Compatronis, in quibus Compatrono tacente, & non supplicante, nec aliquem præsentante, devolvitur, seu consolidatur totum Jus præsentandi pro illa vice; possunt enim illi dicere; quare tu Episcope vis conferre motu proprio beneficium Compatrono non supplicanti, sed tacenti, quem tu vocas, & gratificare vis; quando eo tacente totum Jus præsentandi apud nos remanet Jure consolidationis? In hoc ergo casu collationis motu proprio loquitur Lambertin.
quod intelligitur, ubi Ordinarius sponte vocat Com- 6
patronum, & illi confert, quemadmodum exponit Joan. Andr. *in dict. capitul. per nostras numer.* 2. ibi = *Si vacante Ecclesia Episcopus vocat talem Patronum, & confert sibi ex suo officio Ecclesiam* = ibique *Hostien. numer.* 5. Geminian. *in Can. Qui Episcopatum 8. quæst. 18. num. 5.* ibique *Præposit. num. eodem.*

Non autem quando Patronus comparet coram E- 7
piscopo, & illi fundit preces; hoc nanque casu, aut est

est Patronus pro medietate, & potest gratificari, quia alia medietas vocum non est efficax ad excludendam gratificationem, quæ datur in paritate vocum; aut vero est Patronus ultra medietatem, & multo magis est gratificandus, neque applicatur ratio adducta per Lambertin. quod nequeat Ordinarius derogare aliis Compatronis contra *Textus in dict. Canon. decernimus*; quia procedit hæc ratio, ubi alii Compatroni haberent majorem partem Jurispatronatus; non autem si minorem, aut æqualem, cum utroque casu Compatroni nullum Jus habeant obtinendi institutionem eorum præsentati, neque Ordinarius dicitur derogare aliis Compatronis, si eorum vocem non attendit in concursu Patroni habentis majorem partem, aut etiam medietatem, quia in tali vocum paritate habet Jus gratificandi per *Textus in capitul. cum autem de Jurepatronat.*, aliàs Ordinarius, vel instituendo præsentatum per majorem partem in concursu præsentati per minorem, aut gratificando in paritate vocum, diceretur semper derogare aliis Patronis, & sic nunquam providere posset, aut instituere in beneficiis de Jurepatronatus, nisi semper compareret, & veniret præsentatus ab omnibus Patronis, quod est ineptum, neque hoc somniavit *Text. in dict. capit. decernimus*. Volens quidem, ut spreto Patrono, & citra ejus præsentationem Ordinarius conferre nequet, non autem ut nequeat conferre de consensu Patroni, qui majorem partem, vel medietatem habeat Jurispatronatus; alias sequeretur absurdissima consequentia, quod si unus Patronus haberet unam ex duodecim partibus Jurispatronatus, alter vel Patronus haberet undecim partes, & supplicaret pro seipso, non posset illum Ordinarius gratificare propter dissensum unius Patroni minimam partem habentis.

Quamvis igitur ex lectura Lambertini *ubi supra*, non colligatur ista limitatio, quod Ordinarius nequeat conferre Patrono supplicanti pro seipso, & habenti majorem partem, vel medietatem vocum, in quo casu non applicatur ejus ratio; sed solum quando alii Compatroni haberent majorem partem vocum, aut quando Patronus non supplicaret pro seipso, sed motu proprio vellet ei Ordinarius conferre beneficium, nihilominus Docto-
8 res ex verbis Lambertini firmarunt non posse Ordinarium Patrono supplicanti pro seipso conferre Beneficium, quando dissentiunt alii Compatroni, licet æqualem, & minimam partem in Jurepatronatus habentes, asserendo id vergere in eorum præjudicium, ut relatis Doctoribus hanc opinionem firmantibus dixit Rota *in decision. 141. part. 14. recentior.* & postea Me scribente, & obtinente decisum fuit in *Majoricen. Beneficii 1. Februarii 1709. §. Nullo modo cum seqq. coram Rev. Patre D. Falconerio*.

Et quia abyssus abyssum invocat, non solum id procedere existimatum fuit coram Ordinario, sed etiam ipso Summo Pontifice, ubi licet sit inveteratos de æquitate Canonica stylus & praxis, Pa-
9 trono pro medietate supplicanti pro se ipso passim concedere gratiam, cum derogatione alterius medietatis vocum in eum dissentientis; attamen habui casum in una Barchinon. *Beneficii* remissa pro voto ad S. Rotam ab Eminentissimo Prodatario, ubi resolutum fuit non esse signandam supplicationem Compatroni supplicantis pro seipso, in concursu præsentati ab altero Compatrono medietatem vocum habente, ut in *dicta Barchinonen. Beneficii 15. Februarii 1712 coram Eminentiss. Priolo, & 20. Martii 1713 cor. R. P. D. Aldrovando*.

Quod magis est, habui alium casum in una Bononien. *Beneficii* in Dataria Apostolica, ubi Patrono pro medietate supplicanti pro seipso denegata
10 fuit provisio cum derogatione alterius medietatis, & concessa gratia pro præsentato cum derogatione illi, qui præsentatus fuerat ab alio Compatrono habente aliam medietatem sub die 11. Martii 1715. quamvis ratio denegandi gratiam Compatrono ex aliis motivis processerit; quia nempe concurrebat Juspatronatus passivum, in quo suppositum fuit non esse comprehensum Compatronum; & concurrebat Sacerdos in actu respective ad simplicem Clericum Sacerdotem in habitu, in ordine ad beneficium, quod erat saltem habitu Sacerdotale; ex firmatis per Rot. *in dicta Majoricen. beneficii ubi supra §. At vero*.

Et sic hujusmodi decisiones, & casus hodie multum urgebunt in hoc articulo, & aliquibus videbitur, non posse contrarium amplius sustineri.
Ego autem, qui veritatem, & rationes sequor, 11
non autem auctoritates, libera fronte dico, Compatronum sive pro medietate, sive pro majori parte supplicantem pro seipso esse gratificandum, & instituendum, & respective providendum in concursu extranei præsentati per aliam medietatem, vel minorem partem vocum tam coram Ordinario, quam multo magis coram Summo Pontifice, ad quem recurrendum venit, quando Compatronus supplicans pro se ipso non est pauper; & me confirmo in iis, quæ scripsi supra *Allegat. 8.* non ad sustinendam meam sententiam, quam mutare potuissem citra vitium inconstantiæ, aut alterius notæ, propter superventas auctoritates novas majorum Judicum, si vere agnovissem non subsistere, sed solum ad tuendam veritatem, & reparandum præjudicium Patronorum, non acquiescente intellectu humano, quod Patronus, qui præsentando potest beneficium aliis dare, nequeat supplicando obtinere pro se ipso, & quod Patronus in concursu extranei præsentati sit excludendus contra intentionem omnium Fundatorum; neque intuentibus solam veritatem arduum videri poterit ab allegatis in contrarium decisionibus recedere, quia
Rota *in Pistorien. decisio. 141. part. 14.* non est 12
allegabilis attento, quod reproposita causa suspensa, remansit resolutio ut testatur Cardinal. de Luc. *disc. 31. de Jurepatronat.* quæ autem firmata fuerunt *in dict. Majoricen. Beneficii ubi supra, coram Rev. P. D. Falconerio*, non videtur fuisse unicum fundamentum resolutionis illius Causæ, in qua Ego scribebam, sed alia concurrebant motiva sufficientia absque necessitate firmandi articulum, qui ob difficultatem fuerat relictus in suspenso in *dicta Pistorien. ubi supra*, & qui propterea merebatur formale examen, ut resolveretur, & tamen in *dicta Majoricen.* fuit per Me breviter ille deductus, & quasi ad exuberantiam illum cumulando cum aliis motivis, neque pars, quæ succubuit, formiter respondere curavit, cum Causa magis principaliter in aliis objectis versaretur, & sic examinatus non fuit formiter articulus in *dicta Majoricen.* Pariter pedes figi non possunt super postea decisis in *dicta Barchinonen. Beneficii, coram Eminentissimo Priolo, & R. P. D. Aldrovando*, dum ea Causa fuit resoluta in contumaciam, non comparente Compatrono, pro quo Ego scribere debebam, nec postea scripsi, dum ille ex suis motivis particularibus, & prudentialibus censuit omittere hanc litem. Casus autem indicatus per Datariam in *dicta Bononien.* habebat alia motiva, ut prædixi cæterum stando in articulo, de quo agitur, approbare non possum resolutionem, ad quem effectum subiicio per extensum quicquid Ego in ea Causa scribebam.

Quæstio est an Patrono pro medietate vocum in Dataria supplicanti pro se ipso, concedenda sit provisio Apostolica cum derogatione alterius medietatis vocum, contradicente Præsentato per Patronum, qui habet alteram medietatem, ipsoque petente solitam Gratiam pro Præsentato cum derogatione, excluso Patrono supplicante pro se ipso.

Dicimus in hac quæstione regulam esse apud omnes indubitatam, quod in paritate vocum semper Patronus gratificandus venit, & instituendus in concurrentia alterius Præsentati, quia Compa-
tronus præsertim de Sanguine Fundatoris dicitur 13
prædilectus juxta communem sententiam, de qua Lambertin. *de Jurepatronat. libr. 2. part. 3. quæstion. 5. articul. 7. nu. primo versic. & cum sit Patronus*,

Spada *confil.* 26, *numer. primo lib.* 2. Adden. *ad* Burattum *decif.* 633. *numer.* 22, R. P. D. Fattinell. *refponf.* 54. *numer.* 6. Rota *in Mediolanen. Jurifpatronatus tertia Julii* 1684. *coram bona memoria Panluccio impreffa apud* Me *Difceptat. Ecclefiaft.* 38. *numer.* 7. *& in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis* 1707. §. *Diximus, & in Placentina Parochialis* 16. *Martii* 1708. §. *Finali, coram R. P. D. Anfaldo, & in Derthonen. beneficii S. Catharina* 20. *April.* 1708. §. *final. coram Eminentiffimo D. Cardin. Palignach.*

Quod procedit etiam in concurfu Præfentati de Sanguine, & Familia Fundatoris, ea ratione, quod cum Compatronus etiam ipfe fit de Sanguine Fundatoris, habet tamen aliam qualitatem præponderantem, quod nempe eft Compatronus, propter quod præferri debet alteri non Compatrono ex præfumpta mente Fundatoris, ut in terminis terminantibus firmavit Rev. Pater Dom. Fattinell. *dicto refponf.* 54. *numer.* 8. ubi quod Compatronus de Sanguine præferendus eft in paritate vocum alteri Præfentato, qui etiam fit de Sanguine, & Familia Fundatoris, per rationem illam quam af-
14 fignat Lambert. *ubi fupra*, ibi = *Quia non folum eft de genere Fundatorum, & Patronorum, fed ipfemet eft Compatronus* = & propter aliam rationem, quod prædilectus in Jurepatronatus activo dicitur ex præfumpta mente Fundatoris prædilectus circa præferentiam in Jure paffivo, ut ait Rota *in Hortana Beneficii prima Junii* 1708. §. *Talifque, coram Eminentifs. Domino Cardinali Priolo* ibi = *Ex prædilectione in parte Juris honorifici active præfentationis optime infertur ad commodum prælationis paffive* = & *decif.* 49. *num.* 19. *&* 20. *& decif.* 48. *n.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 248. *n.* 17. *&* 18. *p.* 16. *Recent.*

Præmiffa hac regula non obftat eam procedere quando Compatronus eft præfentatus ab aliquo ex Compatronis non autem quando fupplicat pro fe ipfo, & fic nullam habet præfentationem; ubi videtur pro ea vice cedere juri fuo, itaut totum jus dicatur confolidatum in altero Patrono, qui præfentavit, ideoque cum adeffe cenfeatur præjudicium Tertii feu præfentati, nequeat concedi provifio Patrono fupplicanti, quia gratia nunquam concedi folet in præjudicium tertii, ut tradit Cardinalis de Luca *de Jurepatronatus difcurf.* 31. *numer.* 13. ideoque folum quando Patronus eft unicus concedi foleat illi provifio, quia nemini tunc infertur præjudicium ex *dec.* 141. *p.* 14. *rec. & me fcribente* Rot. *in Majoriten. Beneficii* 1. *Februarii* 1709. §. *Nam quidquid cor. R. P. D. Falconerio.*

Etenim tale objectum non fubfiftit in Jure, immo tendit contra inveteratam praxim, & ftylum Datariæ Apoftolicæ, & quidem in Jure noftro nunquam allegari valet præjudicium tertii, aut ullum Jus alteri quæfitum quando verfamur in pari-
15 tate vocum, ubi nemo ex præfentatis habet jus quæfitum ad petendam inftitutionem pro qua requiritur præfentatio facta per majorem partem, ut concludunt Adden. *ad* Burat. *decif.* 651. *numer.* 11. Rota *coram Coccin. decif.* 1882. *numer.* 2. *&* 4. *& coram Cavaler. dec.* 517. *num.* 5. *& feqq. & in Recentior. decif.* 240. *numer.* 4. *part.* 16. *& in Faventina Beneficii* 10. *Junii* 1705. §. *Minufque, coram ben. memor. Muto.*

Quod videmus ab exemplo, & praxi Datariæ Apoftolicæ, quæ in paritate vocum paffim concedit provifiones, & gratias pro præfentato cum derogatione alterius medietatis non alia ratione, nifi quia Papa in hac vocum æqualitate nemini præ-
16 judicat, quia nemo habet jus quæfitum ad inftitutionem, alias tales gratiæ per Datariam non concederentur, fi concurreret alterius præfentati præjudicium, ut reddendo rationem hujus praxis advertit Lotter. *de re Benefic. libr.* 2. *quaftion.* 8. *numer.* 102. Card. de Luca *de Jurepatronat. difc.* 65. *numer.* 35.

Punctus ergo eft in videndo an quando Patronus pro medietate fupplicat pro fe ipfo dicatur cedere, & renunciare Juri fuo, & ita totum jus præfentandi confolidatum remaneat in altero Compatrono; fi enim datur hæc confolidatio, tunc verificabitur præjudicium præfentati, fi autem non datur tunc non verificabitur quia femper remanebit præfentatus per medietatem; in hoc autem articulo nemo ex Doctoribus firmavit, quod ubi Patronus fupplicat pro fe ipfo dicatur cedere juri fuo, ut inde detur confolidatio hujus Juris in altero Patrono, ut videre eft apud Lambertin. & alios allegatos in *decif.* 141. *part.* 14. *Recent. & in Majoricen. Beneficii ubi fupra, coram Rever. P. D. Falconerio.*

Solus ergo Cardinalis de Luca *dicto difcurf.* 31. *de Jurepatronat.* afferuit rationem iftam, quod Pa-
tronus fupplicans pro fe ipfo dicatur cedere Juri 17
fuo, & dare caufam confolidationi hujufmodi Juris in altero Compatrono; neque propterea eft attendendus tanquam loquens fine auctoritate, & ex gratuito ratiocinio, cui refiftit, Jus, & praxis: In Jure enim nemo hactenus dixit, quod Patronus fupplicans pro fe ipfo dicatur renunciare Juri fuo, fi reflectimus, quod modus fupplicandi pro fe ipfo inventus fuit per *Panormitan. in capit. Per noftras de Jurepatronat.* ad effectum evitandi ambitum in Beneficiis, propter quem nemo poteft præfentare feipfum juxta difpofitionem hujus *Textus*, quia quis procedendo per viam precum non committit ambitum, ut ait Lambertin. *de Jurepatron. libr.* 2. *part. prima quaftion.* 8. *articul.* 3. *numer.* 6. ibi = *Ambitio non committitur per porrigentem preces pro fe* = Hæc ergo eft cautela, & eft fimplex modus, quo Patronus fe continere debet ad effectum evitandi ambitum, fed in fubftantia ifta fupplicatio, feu petitio Patroni per viam precum æquipollet præfentationi de fe ipfo, & nullatenus dici poteft ceffio, & renunciatio Juris fui, & fuæ medietatis vocum pro ea vice, fed potius eft voluntas remittendi Jus fuum in Superiorem, ut ei faciat Gratiam intuitu illius Juris; ergo hoc non confolidatur in altero Patrono, ut eft egregius *Textus in capit. Sane* 9. *de Renunciat.* ibi quod fubjiciens fe mifericordiæ Superioris circa confequendum Beneficium non cenfeatur Juri fuo renunciare, ut bene Panormitan. *in capit. Veniens de renunciat. numer.* 5. ibi = *Quandoque quis fe fubmittit Gratia, & tunc per fubmiffionem quis non perdit Jus fuum, &c. quia fubmittere fe gratia habet quandam tacitam proteftationem, quod Gratiam expectat, &c. quandoque fe fubmittit mifericordia, & idem quandoque fe fubmittit voluntati alterius, & idem quia voluntas debet reduci ad arbitrium boni Viri* = ibique *Innocent. numer. primo*, ibi = *Aliud eft renunciare Juri fuo, &c. aliud eft fubmittere fe Gratia, quia fubmiffio proteftationem continet, quod Gratiam expectet, idem fi fubmififfet mifericordia, idem fi fubmififfet fe voluntati, nam & tunc, &c. fecundum quod bonus Vir arbitretur debet ei providere* = ibique Buttrus *num.* 20. Joannes Andr. *num* 9. Barbof. *num* 4. Zabarell. *num.* 2. *circa fin. verf. nam aliud eft renunciare*, & alii Rota *dec.* 636. *num.* 7. *part.* 1. *Recent.*

Et fane contradictorium eft dicere, quod Patronus habens medietatem vocum loco præfentandi alterum fupplicando pro fe ipfo dicatur cedere Juri fuo, & hoc transfeat in Compatronum per viam confolidationis, quod effet contra voluntatem fupplicantis, qui licet Jus fuum præfentandi non exerceat, attamen illud reponit, & collocat in manibus 18
Superioris, ut ejus vigore Superior gratiam faciat, unde hoc non dicitur renunciatio Juris præfentandi, fed virtualis quædam, & indirecta præfentatio fui ipfius ad evitandum ambitum introducta per viam precum, fubmittendo fe gratiæ Superioris, & confequenter Jus illud Compatroni fupplicantis remanet in pendulo, & in manibus Superioris collocatum, non autem transfufum in alterum Compatronum, feu ejus præfentatum.

Cum ergo fit de honeftate ad evitandum ambitum, ut Patronus nequeat fe ipfum præfentare, utique variando modum, & procedendo per viam

fuppli-

supplicationis impossibile est dicere quod renunciet
Juri suo, cum nunquam modus sit aptus variare sub-
19 stantiam, neque qui vult Beneficium pro seipso un-
quam cogitat cedere Jus suum, & dare causam, ut
illud transferatur in alterum, immo quod ista di-
catur quædam virtualis præsentatio, seu æquipollens
dicit Paulus de Cittadin. *in tract. de Jurepatr. par. 6.
art. 3. num. 39. in fine*, ubi quod voluntas, & con-
sensus Patroni supplicantis pro se ipso stat loco præ-
sentationis, ibi = *Sive ante ordinationem, sive post
Patronus consentiat satis dicitur præsentare* = & re-
fert Corrad. *in prax. benefic. lib. 4. cap. 2. sub n. 21. in
fin. vers. quia in hujusmodi casu.*

Et probant hoc assumptum omnes Canonistæ *in
d. cap. Per nostras de Jurepat.* ubi in terminis Patro-
ni, qui sit unicus supplicantis pro se ipso dicunt
Ordinarium posse ei conferre beneficium, nec obsta-
re, quod hoc modo esset conferre sine præsentatio-
ne Patroni; nam superaddunt quod voluntas Patro-
20 ni eo ipso, quod preces fundit pro se ipso, & con-
sentit collationi habetur loco præsentationis; ut tra-
dit Ancharan. *in dicta cap. Per nostras, num. 4.* ibi
= *Non obstat quod non præcessit præsentatio quia suf-
ficit quod Patronus consentiat* = Buttius *numer. 5.*
Joann. Andr. *num. 2. in fine*, Hostien. *num. 8.* Lam-
bertin. *de Jurepatronat. libr. 2. part. prima quæst. 8.
artic. 4. num. 2.* ergo non est verum, quod Patro-
nus qui procedit per viam precum, ut sibi benefi-
cium conferatur dicatur renunciare Juri suo ad ef-
fectum, ut hoc transeat in alios Compatronos per
viam consolidationis, cum immo proprius consen-
sus Patroni supplicantis sit æquipollens præsentatio-
ni, ut quod consensus Patroni sit tacita ejus præ-
sentatio, videre est apud Matant. *respons. 43. num.
34. part. 3.* Rota *in Majoricen. Beneficii 9. Martii
1711. §. Quoniam, cor. bon. mem. Caffarello, & in So-
rana Jurispatron. 24. Novembris 1713. §. Exceptio,
cor. R. P. D. Falconerio.*

Cum ergo quidquid ratiocinando dixit Cardinal.
de Luca *disc. 31. de Jurepatronat.* ad sua Juris prin-
cipia allibratum non subsistat, non meretur attendi
21 in judicando, eoque magis quia ipse non figit pedes
in hoc ratiocinio, sed dicit illud esse leguleicum ri-
gorem spectata æquitate, ut in eodem *disc. 31. nu-
mer. 13. vers. quamvis, & disc. 45. num. 9.* ibi = *Ve-
rum quamvis de stricto Juris rigore id ita procedere
videatur nimium tamen in contrarium urget æquitas,
& humana ratio ob quam probabilius videtur hujusmo-
di preces admittendas esse.* =

Et quidem si verum foret, quod Patronus suppli-
22 cando pro se ipso diceretur cedere juri suo, illud-
que per viam consolidationis transferre in Compa-
tronum habentem unam minimam partem Jurispa-
tronatus sequeretur, quod Præsentatus ab isto licet
habente minimam partem esset instituendus rejecto
altero Patrono supplicante pro se ipso licet habente
majorem partem Jurispatronatus, quod utique repu-
gnat æquitati, & humanæ rationi, ut advertit Ca-
rolus Antonius de Luca *de Linea legal. part. 1. art.
24. sub num. 33. part. 2. art. 49. num. 3.* Card. de Luc. *d.
disc. 31. num. 13.*

23 Nil enim magis absonum, & humanæ rationi re-
pugnans dari potest, quam quod ille Patronus, qui
alterum præsentando posset ei Beneficium dare obti-
nendo Gratiam pro præsentato cum solita deroga-
tione; nequeat tamen sibi ipsi providere, & obtine-
re Beneficium, quando prima Charitas incipit a se-
ipso, & esse Patronus non debet eum reddere dete-
rioris conditionis, sed melioris, ut ait Hostien. *in
dict. cap per nostras, num. 6. de Jurepatr.* ibi = *Nec
debet fieri conditio sua deterior ex eo quod Patronus
est, sed melior* = Joannes Andreas *num. 2.* ibi = *Nec
eo quod est Patronus debet fieri conditio sua deterior,
immo melior* = *Præposit. in Can. Qui Episcopatum 8.
quæst. 1. numer. 5.* ibi = *Nec ex eo quod est Patro-
nus debet sua conditio esse deterior, immo melior* =
Lambertin. *de Jurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 8. art. 4.
num. 1. & bene* Carolus Antonius de Luca *de Linea
legal. part. 2. art. 49. num. 5.* ubi punctualiter loqui-
tur in terminis nostris, & respondet ad Decisio-
nem ex adverso allegatam *decision. 141. part. 14. re-
centior.*

Propter hanc æquitatem inolevit in Dataria A-
postolica stylus, & praxis Patrono supplicanti pro
se ipso passim concedere Gratiam cum derogatione
Jurispatronatus, & quidem hujusmodi stylus ab ini- 24
tio, & antiquiori tempore erat valde largus favore
Patronorum, quia licet compareret Patronatus habens
minorem partem Jurispatronatus, adhuc ei supplican-
ti pro se ipso conferebatur Beneficium cum deroga-
tione Iurispatronatus in concursu Præsentati per al-
terum Patronum habentem majorem partem, ut te-
statur Cardinal. de Luca *de Jurepatr. disc. 65. n. 36.*
ubi quod hoc procedebat propter relatam æquita-
tem, ibi = *Cum tunc magna æquitas assistere vi-
deatur.* =

Moderniori autem tempore restrictus fuit stylus
juxta quem Patrono supplicanti pro se ipso conce-
di solet provisio, quando est Patronus pro medie-
tate cum derogatione alterius medietatis, ut proba- 25
tum fuit ex 17. Statibus desumptis ex Registris Da-
tariæ ab anno 1655. usque ad 1705. qui registra-
tur in Calce, hic autem stylus Datariæ omnem adi-
mit rationem dubitandi, & silere facit cunctas ob-
jectiones in contrarium excitatas dum sub septem
Pontificatibus probatur stylus conferendi Beneficium
Patrono pro medietate supplicanti pro se ipso cum
derogatione alterius medietatis in Patronum non
consentientis, cum stylus Datariæ faciat Jus, & ha-
beatur pro lege inviolabili, cui acquiescere debemus
Rosa *de executor. litter. Apostol. lib. 1. cap. 1. num.
20.* Mandos. *ad regul. 34. Cancell. quæst. 56. num. 1.*
Rota *in Forolivien. Parochialis 26. Aprilis 1706. §.
Nec contra, cor. bon. mem. Omanna, & in Monaste-
rien. Canonicatus 9. Decembris 1712. §. Cum itaque,
cor. R. P. D. Aldrovando.*

Ex hoc stylo convincitur manifeste non esse verum 26
assumptum, quod Patrono supplicanti pro se ipso
ejus Jus præsentandi censeatur pro ea vice renun-
ciatum, & per viam consolidationis transfusum in
alterum Compatronum ejusque præsentatum; si e-
nim hoc verum foret, Dataria Apostolica, & Sum-
mus Pontifex non introduxisset stylum derogandi Iu-
ripatronatus pro altera medietate Patronorum non
consentientium in Patronum supplicantem pro se
ipso, ex duplici animadversione altera quod data con-
solidatione, ut supra omnium vocum in Compatro-
no, qui præsentavit Dataria debuisset dare deroga-
tionem Iuripatronatus in totum, non autem pro
medietate; si ergo derogatum semper fuit pro me-
dietate, signum evidens, quod Patrono supplicanti
pro se ipso ejus medietas non censetur consolidata
in altero Patrono qui præsentavit, quia pro medie-
tate derogatur, quando agitur in paritate vocum jux-
ta praxim omnibus notam, de qua Lotter. *de re
Benef. lib. 2. quæst. 8. numer. 102.* Rot. *in Mediolan.
Beneficii prima Aprilis 1707. §. Eoque robustius, &
in Romana Cappellania S. Nicolai 28. Junii 1709. §.
Amaritudo, & in Majoricen. Beneficii sexta Decem-
bris 1709. §. Eoque, & §. Devenientes, & cor. R. P.
D. Ansaldo.*

Altera animadversio est, quod supposita consoli-
datione Summus Pontifex, ejusque Dataria nunquam
introduxisset stylum derogandi alteri medietati, eo
quia læderet Ius tertii, ac tolleret Ius alteri quæsi-
tum, nempe jus quæsitum alteri Patrono circa præ-
sentandum, & obtinendam institutionem præsentati,
ad quam iste jus haberet supposita consolidatione o-
mnium vocum in eo Compatrono, qui solus præ-
sentavit, quia Papa nunquam intelligit tollere Ius al-
teri quæsitum ex legitima præsentatione, cujus vi- 27
gore quis necessario veniat instituendus, juxta ea,
quæ ego scripsi *Disceptat. Ecclesiast. 4. num. 56.* Ro-
ta *in Januen. Abbatia 27. Junii 1707. §. Finali, co-
ram Reverendissimo Domino Molines Decano, & in
Salernitana Jurispatronatus 26. Februarii 1714. §.
Animadvertentibus, coram Illustrissimo Dom. Guber-
natore Urbis.*

Et propterea non est locus argumentis, & indu-
ctionibus in hoc puncto ubi stylus Datariæ probat
totum

totum oppositum, quod nempe consueverit dari provisio Patrono supplicanti pro se ipso, quodque non subsistat tali casu hunc Patronum cedere juri suo, & dare causam ejus consolidationis in altero Compatrono, qui præsentavit, & sic adesse præjudicium Tertii, quia Papa derogando semper in hoc casu pro medietate dat intelligere, quod in hac medietate nemini præjudicium infert, sed solum exercet gratificationem erga Compatronum supplicantem pro se ipso, quodque præsentatus per alterum Compatronum non habet aliquod jus quæsitum vigore suæ præsentationis tanquam non factæ per majorem partem, sed medietatem, ubi est locus gratificationi
28 secundum ea, quæ in proposito animadvertit Rot, *decis. 667. num. 19. & 20. part. 18. & coram Coccin. decis. 1882. num. 3. & seq. & in d. Majoricen. Beneficii 6. Decemb. 1709. §. Eoque indubitantius, cor. R. P. D. Ansaldo.*

Hinc non relevat hujusmodi stylum Dataria non concludere ad casum istum, ex quo nullatenus exempla emanaverint cum oppositione præsentati per alterum Compatronum medietatem vocum habentem,
29 quia circumstantia hæc materialis non requiritur, sed sufficit formalis, quia satis est probare Papam in casibus adductis derogasse alteri medietati sub narrativa, & cognitione, quod hæc medietas non consentiebat in Compatronum, sed alium præsentabat, ut liquet ab exemplis; hoc enim casu derogando ostendit Patronum pro medietate, ejusque præsentatum non habuisse jus quæsitum, ideoque non est opus oppositione, & contradictioni Patroni ejusque præsentati, quia oppositio non facit, quod Oppositori crescat majus Jus quam habeat; nam Jus quæsitum non nascitur ex eo quod quis contradicat, sed ex Jure, quod habet, si ergo Papa in casibus supra relatis hoc jus cognovit tanquam sibi expressum, nihil importat, an comparuerit nec ne præsentatus, vel Oppositor, quia semper urget ratio, quod Papa non concessisset, si ejus præjudicium agnovisset, sive comparuerit, sive non, ille cujus jus fuit expressum, ut bene probat Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 51. num. 37.* & melius Cassador. *decis. 18. numer. 5. de præbend.* ubi quod minime quæritur jus ad Beneficium per oppositionem, sed ex jure alicui competente, de quo = *ubi non constat nullibi cavetur ex facto meo jus mihi in beneficio, vel ad beneficium acquiri, &c. quia oppositio id jus non affert.*

Unde videre non possum quid faciat ad casum an quis sese opponat vel non; substantia enim consistit in Jure, quod habet præsentatus quodque Papa cognovit, & adhuc gratiam concessit eo non obstante, per quam concessionem declarat jus illud non esse efficax, & consequenter est objectio inutilis prætendere casus in contradictorio Judicio emanatos, eoque magis, quia talis circumstantia nunquam requiritur in consuetudine, & stylo Datariæ, quod nunquam Juri contrarium, sed præsumitur illi conforme ejusque declaratorium ad differentiam consuetudinis
30 contra Jus, ubi requiritur qualitas coactiva nempe usus in contradictorio Judicio firmatus juxta firmata per Rot. *in Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus 22. Januarii 1703. §. Proinde, coram Reverendissimo Domino Molines Decano, & in Burgen. juris visitandi de Bribiesca 12. Januarii 1714. §. Atque hinc, coram Illustrissimo Guber. Urbis.*

Objectum vero procederet, quando ostenderetur in contrarium aliquis casus, ubi Dataria in contradictorio Judicio dedisset gratiam præsentato per Patronum excluso Compatrono pro medietate supplicante pro se ipso, qui casus exadverso non probatur, nec probari potest, sed totum oppositum præsumitur, quod nempe emanaverint casus collationum factarum Patrono pro medietate supplicanti pro se ipso etiam in contradictorio Judicio præsentati per alterum Patronum, quia in materia styli, & consuetudinis, sicut probata fuit observantia per spatium quinquaginta annorum sub septem Pontificatibus, ita præsumitur eandem observantiam extitisse antea in Superiorum Pontificum Pontificatibus; nam ex statu præsenti recte arguitur ad præteritum, quod fuerit consimilis, ut in specie advertit Rot. *dec. 562.*
numer. 22. part. 19. tom. 2. recent. & in Salisburgen. 31
Vicariæ super bono Jure 31. Januarii 1714. §. Nec in aliqua, coram R. P. D. Falconerio, ubi quod uniformes præsumuntur status antecedentes, quando contrarium non ostenditur, *& in recent. decis. 57. num. 9. part. 6. & decis. 58. num. 19. & 20. part. 8. & decis. 244. num. 19. part. 16.*

Præsertim quia antiquioribus sæculis stylus Datariæ erat fortior, etiam favore Patroni habentis minorem partem vocum in concurrentia præsentati per majorem partem, ut superius dixi ex Card. de Luc. *de Jurepatr. discurs. 65. num. 39.* si ergo stylus est im-
memorabilis, & sine dubio excedens centenariam, 32
utique tanti temporis spatium præsumit etiam casus emanatos in contradictorio Judicio donec contrarium ostendatur, ut firmavit Rot. *in Mant. Bonor. 7. Maii 1708. §. Frustraque, cum seq. coram R. P. D. Aldrovando, & 12. Aprilis 1709. §. Quodque id, & §. Et quamvis, cor. Reverendiss. Kaunitz.*

Cum ergo in contrarium non ostendatur casus miserabilis, in quo rejectus fuerit Patronus pro medietate supplicans pro se ipso in concursu præsentati per alterum Compatronum; stylus Datariæ probatus per statum quinquaginta annorum, & longe antea per sæculum, & ultra, præsumit casus etiam in Contradictorio Judicio emanatos, cum verisimile non sit nullum præsentatum unquam comparuisse in Da-
taria ad sese opponendum Patrono supplicanti pro se 33
ipso ideoque stylo Datariæ acquiescendum est, & hodie dare exemplum in contrarium, quod usque adhuc non reperitur, esset obviare Sedis Apostolicæ praxi inveteratæ; neque idcirco obstat, quod dare gratiam præsentato per Compatronum sit Justitia, Compatrono autem supplicanti pro se ipso sit mera gratia; utraque enim est semper gratia, quia in paritate vocum præsentatus non habet Jus ad petendam institutionem, & ideo indiget gratia derogationis alterius medietatis; Compatronus autem in paritate vocum est instituendus gratificatione in Jure scripta, & sic ipsi magis debita est gratia ad limites Justitiæ, quam Alteri.

Hæc omnia procedunt in caso tantum Patroni supplicantis pro se ipso, qui habeat solum Juspatronatus activum, res autem transit in evidentiam, quando ut in præsenti Fundator reservavit Juspatronatus activum pro medietate Seniori ex familia Dominorum Comitum de Castello, passivum vero omnibus de familia per hæc verba = *de Domo illorum de Castello* = Non enim dici potest, quod ubi Fundator reservavit Juspatronatus activum antiquiori de familia, & passivum favore unius de eadem Familia censeatur Seniorem, cui dedit Juspatronatus activum excludere, seu non vocare in passivo, quia cui voluit tribuere jus activum, fortius tribuere voluisse dicitur jus passivum, ut in puncto arguit Rot. *dec. 49. num. 19. & 20. & decis. 84. num. primo, & 11. part. 4. tom. 2. recent.* ubi sic arguit per majoritatem rationis Card. de Luc. *de Jurepatronat. discurs. 29. num. 3. & in Auximana Jurispatronatus 27. Junii 1701. §. Minusque, coram R. P. D. Ansaldo, & in Hortana Beneficii 1. Junii 1708. §. Talisque, coram Eminentissimo D. Card. Priolo, & in Mediolanen. Beneficii 30. Januarii 1711. §. Potissime, cor. R. P. D. Ansaldo.*

Si enim Fundator voluit Seniorem de Familia esse Patronum, & posse dare alteri Beneficium, multo magis dare sibi ipsi, quia propter quod unumquodque tale, & illud magis; ille enim de Familia cum fuit tributum Juspatronatus activum dicitur prædilectus supra omnes alios de Familia, & consequenter dicitur prædilectus etiam in passivo, ut dicunt decisiones mox allegatæ, neque dici valet, quod in ge-
nerali sermone illorum de familia vocatorum ad pas- 34
sivum non videatur comprehensus Senior specialiter vocatus in activo, quia nunquam species derogat generi, quando agitur de pluribus distinctis vocationibus, & genus, & species se invicem compatiuntur, ut limitat Barbos. *axiom. 170. num. 19. & 25.* quia species semper continetur sub suo genere,

&be-

& bene Rot. *in Monasterien. Vicaria* 18. *Martii* 1707. §. *Et tamen, coram bona memoria Omanna* ibi = *ex speciali provisione hujusmodi non inde sequitur quod Fundator eosdem, &c. voluerit comprehendere sub universo Cetu Capituli quoad jus præsentandi, &c. quia non implicat, quod illos consideraverit in duplice differentia tam scilicet uti constituentes unum Corpus, &c. quam etiam distinctè de per se* = prout non implicat in casu isto, quod Fundator quoad Jus activum distinxerit Seniorem ab aliis de Familia, quo vero ad passivum de omnibus intellexerit constituentibus Familiam de Castello.

Posito autem, quod Patronus supplicans pro se ipso habeat utrunque Juspatronatus activum, & passivum, potest se ipsum præsentare, quia cessat tali casu probibitio ratione ambitus vigore *Textus in cap.*
35 *Per nostras de Jurepatronat.* nam hæc probibitio, & iste ambitus consideratur in Patrono, qui ducit primam originem a se ipso circa beneficium obtinendum, ut concludunt Canonistæ in *dicto cap. per nostras*, signanter Hostien. *num.* 6. Joann. Andr. *num.* 2. *in fine* ibi = *Locum habet cum quis ducit primam originem a se ipso* = *Præposit. in Can. qui Episcoparum* 8. *quæst. prima, num.* 5. ibi = *non obstat, Cap. Per nostras de Jurepatronat. ubi Patronus in Ecclesia, in qua habet Juspatronatus se præsentare non potest, quia locum habet cum quis ducit primam originem a seipso* = ibique Geminian. *numer.* 3. ibi = *non obstat Cap. Per nostras, ubi patronus in Ecclesia, in qua Jus habet Patronatus, se præsentare non debet, quia locum habet cum quis ducit primam originem a se ipso.*

Idcirco respectu Patroni, qui etiam est passive vocatus non habet locum *Textus in dict. cap. Per nostras*, quia bene se præsentare valet, seu petere beneficium tanquam vocatus, & præsentatus per Fun-
36 datorem ducendo primam originem ab illo, non autem a se ipso, ut in puncto Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 2. *quæst.* 8. *art.* 4. *num.* 7. ibi = *voluit etiam ipse Fundator, &c. quod si reperiatur Presbyter de sua Familia, cum sibi competat ex dispositione Fundatoris se opponere, &c. & petere se institui, & non dicitur ambitiosus ex quo hoc fit ex dispositione Fundatoris, quæ quidem dispositio scripta semper loquitur, & ideo dicetur præsentatus, & non per se ipsum præsentare* = concordat Cirill. *quæst. jur. cap.* 93. *num.* 7. *&* 8. = *minimeque officiebat, quod sine præsentatione institui ab Ordinario posset, quemadmodum quis se ipsum præsentare prohibetur, nam quamvis ita se res, ut plurimum habeat, restringitur tamen, ubi quis a Fundatore vocetur.*

Ea ratione, quod ubi Fundator restrinxit Juspatronatus passivum ad certum genus personarum, omnes isti dicuntur vocati, & præsentati per Fundatorem usque ab initio, ut dicit Lambertin. *ubi supra*, Rota *in Auximana Jurispatronatus* 27. *Junii* 1701. §. *At quando, cor. R. P. D. Ansaldo* ibi = *stante hac subitali passiva vocatione, &c. habendus tamen foret pro præsentato* = Cardin. de Luca *de Jurepatr. disc.* 18. *num.* 3. ibi = *tanquam præsentatus ab ipso Fundatore* = Rocc. *disput. Jur. cap.* 190. *num.* 21. ibi = *dici debeat ab eodemmet Fundatore nominatus, & præsentatus*, = & dixit Rot. *in Senogallien. Canonicatus de Luchis* 23. *Junii* 1710. §. *Quin proficerit, cor. R. P. D. Aldrovando.*

Et iste, qui existit de genere vocato sufficit, quod se opponat absque necessitate præsentationis,
37 ut inquit Rot. *coram Pamphil. decis.* 99. *num.* 3. ibi = *probavit se consanguineum Fundatoris, &c. ex sola oppositione fuit ei jus quæsitum, & quidem tale ut per illud absque alia Patronorum præsentatione esset illi debita institutio cum in hoc casu oppositio assimiletur præsentationi* = ergo Patronus habens etiam vocationem passivam potest per viam compatitionis petere Beneficium etiam ex debito tanquam præsentatus per fundatorem cum tali casu cesset ratio ambitus, cum præsentatio ducat originem ab ipso Fundatore non autem ab ipso Patrono, qui solum dicitur nudus Minister alienæ voluntatis, & propter hoc videmus etiam in prophanis, quod jussus ea præcepto Testatoris nominare aliquem de Familia illum nominando non potest aliquo onere gravare, quia electio provenire dicitur a præceptivo Te- 38
statoris judicio, ut dixit Rot. *decis.* 214. *num.* 6. *&* 7. *part.* 9. *& decis.* 536. *num.* 59. *& seq. part.* 19. *recent. & in Asculana Jurispatronatus, & Legatorum* 13. *Junii* 1695. §. *Et ea, coram bona memoria Pio, & in Romana nominationis* 13. *Januarii* 1698. §. *Nec relevat cum seqq. cor. Reverend. dell' Olmo impressa* apud Balducc. *decis. & rer. judic. tit.* 3. *dec.* 5. *num.* 6. *cum duob. seqq.*

In hoc igitur casu perinde est, ac si ageretur de duobus præsentatis in paritate vocum, ubi Patronus gratificatur, & præfertur alteri præsentato, qui sit de familia vocata sicut est Patronus, juxta Doctrinam R. P. D. Fatinell. *respons.* 54. *num.* 8. & in præ-
cisis terminis nostræ quæstionis firmavit Cardin. de 39
Luca *de Jurepatronat. disc.* 45. *num.* 9. *& discurs.* 49. *num.* 9. Carolus Antonius de Luca *de linea legal. part. prima art.* 24. *numer.* 35. *versic. Si autem*, ubi quod conclusio, quod preces Patroni non arctent ad instituendum eum, hoc tamen procedit = *quando ageretur de solo Patronatu activo secus autem ad tollendum jus passivum, quia sicut habenti Juspatronatus passivum, & non activum, quod existeret penes alios suum jus tolli non posset si alii non præsentarent, vel præsentarent extraneum, ita multo minus dicendum est in præsenti dum habent patronatum passivum, habent quoque activum, quod deductum ad exercitium non per viam formalis præsentationis arctative Ordinarii, sed per viam precum aliquid majus dare dicitur, quam habeat alter de genere vocato, qui nullam jure activo præsentationem habeat.*

Ecce casus clarus in terminis decisus per Cardinalem de Luca *ubi supra*, qui distinguit inter casum, quo Patronus supplicans habet solum Juspatronatus activum ab altero, ubi etiam habet passivum, ut non procedat contrarium assumptum in Patrono habente utrunque Juspatronatus, quem dicit esse præferendum alteri de genere vocato in eodem Jurepatronatus passivo, ut est casus præsens, eoque magis, quia inter plures vocatos passive per Fundatorem præferendus est Patronus, quando est proximior de Linea Fundatoris, ut est Dominus Comes Balthassar de Castello Senior de Familia, & proximior in
gradu Fundatori respective ad Dominum Comitem 40
Adversarium in gradu remotiori existentem, ut in terminis terminantibus firmat Carolus Antonius de Luca *de Linea Legal. d. art.* 24. *num.* 33. *in fine vers. ego aquierem, & vers. si autem.*

Motivum vero, quod non fuerit expressum in supplicatione Juspatronatus passivum nullius momenti convincitur, quia fundamentum Jurispatronatus passivi adducitur pro simplici ratione ad probandum, quod voces sint pares hinc inde, neque militet obje-
ctio, ut Patronus supplicando pro se ipso dicatur ce- 41
dere juri suo ad evitandum ambitum consideratum in præsentatione sui ipsius, neque idcirco est necessitas exprimendi in supplicatione motiva, quæ tendunt ad facilitandam gratiam, quidquid secus ubi petita fuisset, aut peteretur gratia pro qualificato, ubi opus est exprimere Juspatronatus passivum.

NERITONEN.

Reverendiss. Pater.

CUm sine Cura Ecclesia, seu Cappella S. Mariæ de Arcuti nuncupat. & S. Mariæ Annunciatæ etiam nuncupat. Neritonen. aut in ea, seu alia Ecclesia Civitatis Neritonen. perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum sub Invocatione, seu ad Altare ejusdem S. Mariæ, quæ, seu quod de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, vel dotatione existit per obitum
qu. Donati Mariæ Gatto illius dum viveret ultimi 42
Possessoris extra Romanam Curiam nondum a quatuor mensibus defuncti, aut alias certo modo vacaverit & vacet ad præsens, supplicat humiliter S. V. Dev. illius Orator Innocentius Rapana Clericus, seu Presbyter Neritonen. seu alterius Civitatis, vel Dioecesis,

cesis, unus ex sine Cura Ecclesiæ, seu Cappellæ, aut Beneficii hujusmodi Compatronis, saltem medietatem vocum Modernorum sine Cura Ecclesiæ, seu Cappellæ, aut Beneficii hujusmodi Patronorum habens, quatenus specialem sibi gratiam facien. sine Cura Ecclesiam, seu Cappellam, aut Beneficium hujusmodi, cujus & illi forsan annexorum fructus ducat. 24. eidem Oratori conferre, & de illa, seu illo etiam providere dignemini de gratia speciali, non obstan. &c.

Fiat ut petitur F.

Et cum absolutione a Censuris ad effectum, &c. & cum derogatione dicti Jurispatronatus, quatenus opus sit pro altera medietate, seu minori parte dd. Patronorum dictum Oratorem forsan non præsentan. seu in eum non consentien. in litteris latissime extenden. &c. & cum expressione, quod dictus Orator duo, aut tria perpetua simplicia, &c. Beneficia Ecclesiastica, &c. quorum cujuslibet fructus, &c. 24. ducat. &c. obtinet,

Fiat F.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 3. Non. Septembris Anno primo.

Simplex Jurispatronatus Laicorum 24. ducat. &c. pro Innocentio Rapana uno ex Compatronis saltem medietate vocum habente, ac obtinente tria simplicia cujuslibet 24. ducat. &c.

Præsentata die 3. Septembris 1655.

AQUILANA.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetua sine Cura Cappellania sub Invo-
catione S. Annæ in Parochiali Ecclesia S. Ma-
riæ de Fursona nuncupat. Aquilana, quæ de Jure-
patronatus Laicorum ex fundatione, vel dotatione
existit, per obitum qu. Francisci Rosæ illius dum
viveret ultimi Possessoris extra Romanam Curiam
43 defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, &
vacet ad præsens; Supplicat igitur humiliter S. V.
Dev. illius Orator Bernardinus etiam a Rosa Cle-
ricus, seu Presbyter Aquilan. de Familia Fundatoris
dictæ Cappellaniæ, ac alter ex duobus illius Com-
patronis, qui medietatem vocum constituit, quate-
nus specialem sibi gratiam facien. Cappellaniam præ-
fatam, cujus, & illi forsan annexorum fructus 24.
ducat. &c. non excedunt, sive præmisso sive alio
quovis modo, &c. vacet, &c. eidem Oratori con-
ferre, &c. dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat ut petitur F.

Et cum absolutione a censuris, &c. & cum derogatione dicti Jurispatronatus pro altera medietate dd. Patronorum dictum Oratorem non præsentantium, seu in eo non consentientium latissime extenden. &c.

Fiat F.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 7. Idus Februarii Anno secundo.

Simplex Jurispatronatus Laicorum 24. ducat. &c. pro Bernardino Rosa Clerico uno ex Compatronis medietatem vocum constituen. &c.

Præsentata die 7. Februarii 1657.

FLORENTINA.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetua sine Cura Cappellania sub Invo-
catione, seu ac Altare SS. Petri, & Pauli in
Insigni Sæculari, & Collegiata Ecclesia S. Lauren-
tii Florentin. quæ de Jurepatronatus Laicorum, &
Clericorum mixtim, videlicet familiæ Dev. Vestro-
rum illorum de Bigazzis, ac moderni, & pro tem-
pore existentis Prioris dictæ Ecclesiæ ex fundatione,
44 vel dotatione existit per obitum qu. Antonii Fran-
cisci etiam Bigazzi illius dum viveret ultimi posses-
soris extra Romanam Curiam de præsenti mense
Novembris defuncti, aut alias certo alio modo va-
caverit, & vacet ad præsens; supplicat igitur humi-
liter S. V. dev. illius Orator Antonius Nelli Ipsius
Ecclesiæ Modernus Prior medietatem vocum, uti
Prior habens, quatenus sibi specialem gratiam facien.
Cappellaniam præfatam, quæ personalem residentiam
non requirit, ac cujus, & illi forsan annexorum
fructus 40. ducat. &c. auri de Camera, &c. non
excedunt sive præmisso, sive alio quovis modo, &c.
vacet, &c. dicti Oratori conferre, &c. secumque,
ut una cum dicta Cappellania, si illam assequatur,
Prioratum dictæ Ecclesiæ, &c. quem obtinet, &c.
quoad vixerit retinere, &c. valeat dispensare digne-
mini, &c. non obstan. &c.

Fiat ut petitur F.

Et cum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione dicti Jurispatronatus pro alia medietate Patronorum dictum Oratorem non præsentan. seu in eum non consentien. in litteris latissime extenden. &c.

Fiat F.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 17. Kal. Decembris Anno sexto.

Simplex Jurispatronatus Laicorum, & pro tempore existentis Prioris Collegiatæ 40. ducat. &c. pro Antonio Nelli Priore dictæ Collegiatæ, & uti Priore habente medietatem vocum, & obtinente Prioratum dignitatem personalem etiam cum distributionibus 200. duc. &c. cum derogatione alterius medietatis, & dispensatione sub eodem tecto.

Præsentata die 15. Novembris 1660.

VERCELLEN.

Reverendiss. Pater.

CUm Parochialis Ecclesia S. Mariæ de Naula
nuncupat intra fines Loci Planarum Vercellen.
Diœcesis, quæ de Jurepatronatus Laicorum, & Cle-
ricorum mixtum ex Fundatione, vel dotatione exi-
stit, per obitum qu. Francisci Pilotti illius dum vi-
veret ultimi Possessoris extra Romanam Curiam de-
functi, aut alias certo alio modo vacaverit, & va-
cet ad præsens: Supplicat igitur humiliter S. V. de- 45
votus illius Orator Joannes Baptista Cena Presby-
ter dictæ Diœcesis in Sacr. Theologia Magister, ac
J. U. D. & in dicta Curia a 15. Annis præsens,
qui unus ex dictæ Ecclesiæ Compatronis medieta-
tem vocum dicti Jurispatronatus habens, existit,
quatenus specialem sibi gratiam facien. Ecclesiam
præfatam, cujus & illi forsan annexorum fructus
24. ducat. &c. non excedunt sive præmisso, sive
alio quovis modo, &c. vacet, &c. eidem Oratori
conferre, &c. secumque, ut una cum dicta Ecclesia
si illa assequatur, perpetuum simplex, &c. Beneficium
Ecclesiasticum Præposituram nuncupat. in dicta Ec-
clesia sit, cujus fructus 70. ducat. &c. non exce-
dunt, ut prius quoad vixerit, retinere, &c. valeat
dispensare dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat ut petitur I.

Et cum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione dicti Jurispatronatus pro altera medietate dd. Patronorum dictum Oratorem non præsentantium, aut in eum non consentientium in litteris latius extenden. &c.

Fiat I.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem pridie Non. Octobris Anno primo.

Parochialis Jurispatronatus mixti per obitum vacans 24. ducat. &c. pro Jo: Baptista Cena Presbytero Diœcesano, &c. in Theologia Magistro J. U. D. a 15. annis præsente, Compatrono medietatem vocum habente, cum dispensatione retinendi simplex sub eodem tectu 70. ducat. &c. percipit pensionem 25. scutorum.

Præsentata 6. Octobris 1667.

F A V E N T I N.

Reverendiss. Pater,

CUm perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum, seu perpetua sine Cura Cappellania ad Altare, vel sub Invocatione S. Petri, seu SS. Hieronymi, & Francisci in Sæculari, & Collegiata Ecclesia S. Stephani Terræ Cottignolæ Faventin. Diœcesis, quod seu quæ de Jurepatronatus Laicorum, & Clericorum, videlicet Archipresbyteri pro tempore existen. dictæ Ecclesiæ pro una, & Familiarum illorum de Zanicolis, & de Blancalis pro al-
46 tera medietate ex fundatione, vel dotatione existit per obitum illius ultimi Possessoris, &c. extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens; Supplicat igitur humiliter S. V. Dev. illius Orator Carolus Antonius Cataneus Presbyter Faventinæ Diœcesis, &c. ac modernus Archipresbyter dictæ Ecclesiæ quatenus specialem sibi gratiam facien. Beneficium, seu Cappellaniam hujusmodi, &c. cujus, & illi forsan annexorum fructus 24. ducat. &c. auri, &c. non excedunt, &c. vacet, &c. eidem Oratori conferre, &c. secunque, ut una cum Beneficio, seu Cappellania hujusmodi, si illud, seu illam assequatur, Archipresbyteratum dictæ Ecclesiæ, quem obtinet, quique inibi Dignitas forsan personalis existit, cujus, & illi forsan annexorum fructus 24. ducat. &c. ut prius quoad vixerit retinere, &c. valeat dispensare dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat ut petitur E.

Et cum absolutione a censuris, &c. & cum derogatione dicti Jurispatronatus pro altera medietate dd. Patronorum eundem Oratorem non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latius extenden. &c.

Fiat E.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 6. Idus Augusti Anno tertio.

Simplex Jurispatronatus Laicorum, & Clericorum, mixtim videlicet Archipresbyteri ejusdem Ecclesiæ, & Familiarum illorum de Zanicolis, & Blancalis per obitum vacans 24. ducat. &c. pro Carolo Antonio Cataneo Presbytero Diœcesano, ac moderno Archipresbytero dictæ Ecclesiæ cum dispensatione retinen. Archipresbyteratum præfatum Dignitatem forsan personalem, aliorum 24. duc. &c.

Præsentata 8. Augusti 1672.

C A R P E N T O R A T E N.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetua sine Cura, & personalem residentiam non requirens Cappellania sub Invocatione, seu ad Altare Sancti Claudii in Parochiali, seu alia Ecclesia B. Mariæ du Gres nuncupat. Carpentoraten. Civitatis, vel Diœcesis sit, & fundat. quæ de Jurepatronatus Laicorum, seu illorum, & Clericorum mixtim ex fundatione hujusmodi, vel dotatione existit per obitum qu. Henrici de Villardis illius dum viveret ultimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens; Supplicat igitur
47 humiliter S. V. dev. illius Orator Rossanus Remond. Bourdon Clericus, seu Presbyter Carpentoraten. Civitatis, vel Diœcesis, &c. dictæque Cappellaniæ Compatronus, saltem medietatem vocum conficien. & infra tempus Patronis ad præsentandum a Jure præfixum existens, quatenus specialem sibi gratiam facien. dictam Cappellaniam, cujus, & illi forsan annexorum fructus, &c. 24. ducat. &c. non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, &c. vacet, &c. eidem Oratori conferre, &c. dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat ut petitur B.

Et cum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione Jurispatronatus, præsenti pro altera medietate, modernorum Patronorum dictæ Cappellaniæ, & præfatum Oratorem non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latissime extenden. &c. & cum expressione, quod dictus Orator Canonicatum, & Capiscolatum nuncupat. Præben. Sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Agricoli Avenionen. ac unam sub S. Genuefæ in Ecclesiis, seu Cappella S. Rufi prope, & extra muros Avenionen. ac aliam sub ejusdem S. Agricoli in B. Mariæ Magdalenæ, ac aliam sub S. Claudii in S. Petri, ac aliam sub SS. Jacobi, & Philippi in B. Mariæ da la Principal nuncupat. Parochialibus Ecclesiis, ac reliquam perpetuas sine Cura, &c. Cappellanias sub S. Joannis respective Invocationibus, seu ad eorundem Sanctorum, & Sanctarum respectiva Altaria in Ecclesia, seu Cappella de S. Jean le Vieux nuncupat. Avenionen. seu alterius respective Diœcesis sit. & fundat. quorum, &c. fructus 24. ducat. &c. obtinet, &c.

Fiat B.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem decimo Kal. Novembris Anno secundo.

Simplex Jurispatronatus Laicorum, & Clericorum mixtim per obitum vacans 24. ducat. &c. pro Rossano Remond Bourdon Clerico Compatrono saltem medietatem vocum conficien. & infra tempus existen. obtinente Canonicatum Collegiatæ, & quinque simplicia, cujus fructus 24. ducat. &c.

Præsentata 23. Octobris 1677.

A Q U I L A N.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetua sine Cura Cappellania, seu perpetuum simplex Beneficium sub Invocatione Beatissimæ Virginis de Rosario nuncupat. in Parochiali, seu alia Ecclesia, & ad Altare Immaculatæ Conceptionis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis Aquilan. quæ, seu quod de Jurepatronatus Laicorum ex Fundatione, vel dotatione existit, per obitum qu. Andreæ Perosio illius dum viveret ultimo Possessoris extra 48
Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens. Supplicat igitur humiliter S. V. dev. illius Orator Franciscus Sfraus Presbyter Aquilan. &c. unus ex Beneficii, seu Cappellaniæ hujusmodi Compatronus medietatem vocum habens, quatenus sibi specialem gratiam facien. Beneficium, seu Cappellaniam hujusmodi, quod, seu quæ personalem residentiam non requirit, ac cujus, & illi forsan annexorum fructus 24. ducat. &c. vacet, &c. dicto Oratori conferre, &c. dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat ut petitur B.

Et cum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione, &c. dicti Jurispatronatus pro altera medietate dd Patronorum, eundem Oratorem non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latissime extenden. &c. & cum expressione, quod dictus Orator Cantoratum Ecclesiæ Aquilan. Dignitatem inibi non tamen post Pontificalem majorem existen. ac tria perpetua simplicia, &c. Beneficia Ecclesiastica in aliis, quam præfatis Ecclesiis sita, quorum, &c. fructus, &c. 24. ducat. &c. non excedunt, obtinet, &c.

Fiat B.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 3. Kal. Octobris Anno sexto.

Simplex Jurispatronatus Laicorum per obitum vacans 24. ducat. &c. pro Francisco Sfravno Presbytero, uno ex Compatronis medietatem vocum habente, obtinente Cantoratum Cathedralis, ac tria simplicia cujuslibet 24. ducat. &c.

Præsentata 29. Septembris 1681.

AVER-

AVERSAN.

Reverendiss. Pater,

CUm perpetuum fimplex Beneficium Ecclefiafticum, feu perpetua fine Cura Cappellania fub Invocatione S. Mariæ a Cemmicoli nuncupat. in Cappella, feu ad Altare Reliquiarum nuncupat. in Ecclefia Averfan. quod, feu quæ de Jurepatronatus Laicorum, videlicet Familiæ illorum delli Conftanzo, alias Cemmicoli ex fundatione, vel dotatione exiftit, per obitum qu. Francifci de Fulgore, illius dum viveret ultimi poffefforis extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præfens: Supplicat igitur humiliter S.
49 V. dev. illius Orator Matthæus Salzano Clericus, feu Presbyter Averfanus, feu alterius Civitatis, vel Diœcefis, ac unus ex modernis Beneficii, feu Cappellaniæ hujufmodi Patronis majorem partem, feu faltem medietatem vocum conficien, quatenus fibi fpecialem gratiam facien. Beneficium, feu Cappellaniam hujufmodi, cujus, & illi forfan annexorum fructus 24. ducat. &c. non excedunt, five præmiffo, five alio quovis modo, &c. vacet, &c. eidem Oratori conferre, &c. non obftan. &c.

Fiat ut petitur B.

Et cum abfolutione a Cenfuris, &c. & cum derogatione, &c. Jurifpatronatus pro altera minori parte, feu quatenus opus fit medietate Patronorum prædictorum dictum Oratorem non præfentantium, feu in eum non confentientium in litteris latiffime extenden. &c. & cum expreffione, quod dictus Orator perpetua fimplicia, &c. Beneficia Ecclefiaftica in aliis, quam fupradictis Ecclefiis, fita, quorum infimul, feu cujuslibet illorum fructus, &c. 24. ducat. &c. non excedunt, obtinet. &c.

Fiat B.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem nono Kalend. Augufti Anno nono.

Simplex Jurifpatronatus Laicorum, per obitum vacans 24. ducat. &c. pro Matthæo Salzano Clerico Compatrono, medietatem vocum conficien. obtinente duo fimplicia cujuslibet 24. ducat. &c.

Præfentata 24. Julii 1685.

PISTORIEN.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetuum fimplex Beneficium Ecclefiafticum, feu perpetua fine Cura Cappellania fub Invocatione, feu ad Altare S. Joannis Evangeliftæ nuncupat. in Parochiali Ecclefia S. Leonardi Piftorien. quod, feu quæ de Jurepatronatus Laicorum, feu ipforum, & Clericorum mixtim ex Fundatione, vel dotatione exiftit per obitum qu. Andreæ Maeftrini, illius dum viveret ultimi poffefforis extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præfens. Supplicat igitur hu-
50 militer dev. illius Orator Joannes Petrus Biagini Presbyter Piftorienfis, feu alterius Civitatis, vel Diœcefis, ac Rector dictæ Ecclefiæ, & unus ex modernis Beneficii, feu Cappellaniæ hujufmodi Patronis, faltem medietatem vocum habens, quatenus fibi fpecialem gratiam facien. Beneficium, feu Cappellaniam hujufmodi, &c. ac cujus, & illi forfan annexorum fructus, &c. 50. ducat. &c. dicto Oratori conferre, &c. fecunque, ut, una cum Beneficio, feu Cappellania hujufmodi, fi illud, feu illam affequatur, dictam Ecclefiam, quam obtinet, ac cujus fructus, &c. 100. ducat. &c. non excedunt, ut prius quoad vixerit retinere, &c. valeat difpenfare dignemini &c. non obftantibus, &c.

Fiat, ut petitur B.

Et cum abfolutione a Cenforis, &c. & cum derogatione, &c. dicti Jurifpatronatus quatenus opus fit pro altera medietate dd. Patronorum eundem Oratorem non præfentantium, feu in eum non confentientium in litteris latiffime extenden. &c.

Fiat B.

Datum Romæ apud S. Petrum fexto Kal. Martii Anno decimo.

Simplex Jurifpatronatus Laicorum, feu mixti in Parochiali per obitum vacans 50. duc. &c. pro Joanne Petro Biagini Presbytero uno ex Compatronis medietatem vocum habente obtinente dictam Parochialem 100. ducat. &c. cum difpenfatione ad duo fub eodem tecto.

Præfentata 24. Februarii 1686.

NOVARIEN.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetua fine Cura Cappellania fub Invocatione S. Mariæ de Carmelo nuncupat. & ad Altare, ejufdem B. Virginis in Parochiali Ecclefia S. Laurentii Antonæ Planæ Novarien. Diœcefis, &c. quod de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, vel dotatione exiftit per obitum q. Caroli Matthæi Donati illius dum viveret ultimi poffefforis extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præfens. Supplicat igitur humiliter S. V. Dev. illius Orator Petrus Fran- 51
cifcus Lucius Præsbyter Novarien. feu alterius Civitatis, vel Diœcefis, ac Rector dictæ Ecclefiæ, & modernus unicus dictæ Ecclefiæ Patronus, aut unus faltem medietatem vocum habens, quatenus fibi fpecialem gratiam facien. Cappellaniam præfatam, &c. ac cujus, & illi forfan annexorum fructus, &c. & una cum incertis 40. ducator. &c. non excedunt, five præmiffo, five alio quovis modo, aut ex alterius cujufcunque perfona, &c. vacet, &c. eidem Oratori conferre, &c. fecunque, ut una cum dicta Cappellania, fi illam affequatur dictam Ecclefiam quam obtinet, ac cujus fructus, &c. etiam una cum incertis 60. ducat. &c. non excedunt, ut prius quoad vixerit retinere, &c. valeat, difpenfare dignemini, &c. non obftan. &c.

Fiat, ut petitur P.

Et cum abfolutione a Cenfuris, &c. & cum derogatione, &c. Jurifpatronatus prædicti pro altera minori parte, feu quatenus opus fit, medietate dd. Patronorum dictum Oratorem non præfentan. feu in eum non confentien. in litteris latiffime extenden. &c.

Fiat P.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 3. Idus Julii Anno primo.

Simplex Jurifpatronatus Laicorum in Parochiali per obitum vacans etiam cum incertis 40. ducat. &c. pro Petro Francifco Lucio Presbytero, medietatem vocum habente, obtinente Parochialem etiam cum incertis 60. ducat. &c. cum difpenfatione ad duo fub eodem tecto.

Præfentata 13. Julii 1690.

MEDIOLANEN.

Reverendiss. Pater.

CUm Canonicatus, & Præbenda Sæcularis, & forfan Infignis Collegiatæ Ecclefiæ S. Mariæ Affumptæ nuncupat. Burgi de Aogera Capitis Plebis Mediol. Diœcefis, qui de Jurepatronatus Laicorum, ex fundatione, vel dotatione exiftunt per obitum q. Chriftophori Befezza illorum dum viveret ultimi Poffefforis extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverint, & vacent ad præfens: Supplicat igitur humiliter S. V. Dev. il- 52
lius Orator Honoratus Origonus Presbyter Mediolanen. feu alterius Civitatis, vel Diœcefis, ac unus ex dd. Canonicatus, & Præbendæ Patronis medietatem vocum habens, quatenus fpecialem fibi gratiam facien. Canonicatum, & Præbendam præfatos, quorum, & illis forfan annexorum fructus, etiam computatis diftributionibus quotidianis, & aliis incertis 60. ducat. non excedunt five præmiffo, five alio quovis modo, &c. vacent, &c. eidem Oratori,

tori, qui infra tempus Patronis Laicis ad præsentandum a Jure præfixum adhuc existit, conferre, &c. dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat ut petitur A.

Et com absolutione a censuris, &c. & cum derogatione, &c. dicti Jurispatronatus pro altera medictate dd. Patronorum Oratorem prædict. non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latissime extenden. &c. & cum expressione, quod dictus Orator duo, aut tria perpetua simplicia, &c, Beneficia Ecclesiastica, in aliis, quam prædicta Ecclesiis sit. quorum insimul, seu cujuslibet illorum fructus 24. ducat. &c. non excedunt, forsan obtinet, expedien. &c,

Fiat A.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem quarto decimo Kal. Octobris Anno quarto.

Canonicatus Collegiatæ Jurispatronatus Laicorum, vacans per obitum cum distributionibus 60. ducat. &c. pro Honorato Ottigono Presbytero, dicti Canonicatus pro medietate Patrono, ad illum præsentato cum derogatione alterius medietatis, ac obtinente tria simplicia insimul, seu cujuslibet 24. ducat. &c.

Præsentata 18. Septembris 1694.

AQUILANA.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum ad Altare, vel sub Invocatione S. Caroli in Parochiali, seu alia Ecclesia SS. Cosmi, & Damiani Terræ Cambiani Aquilana Diœcesis, &c. quod de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione; vel dotatione existit per obitum qu. Stephani ab Antonellis illius dum viveret ultimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens. Supplicat igitur humiliter Dev. illius Orator Dominicus de Fabritiis Presbyter Aquilanensis Civitatis, vel Diœcesis, alter ex duobus modernis Beneficii conficien. quatenus specialem sibi gratiam facien. Beneficium præfatum, &c. cujus, & illi forsan annexorum fructus 24. ducator. &c. non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, &c. vacet, &c. eidem Oratori conferre, &c. dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat, ut petitur A.

Et eum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione, &c. Jurispatronatus præfati pro altera medietate dd. Patronorum dictum Oratorem non præsentan. seu in eum non consentien. in litteris latissime extenden. &c. & cum expressione, quod dictus Orator Canonicatum, & Præbendam sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Paganica nuncupat. Aquilanen. ac unum in dicta Collegiata ex dispensatione Apostolica, & alterum perpetua simplicia, &c. Beneficia Ecclesiastica in alia, quam præfatis Ecclesiis sita, quorum insimul fructus, &c. 65. ducat. &c. non excedunt, obtinet, expedien. &c.

Fiat A.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem decimo septimo Kal. Junii Anno quarto.

Simplex Jurispatronatus Laicorum per obitum vacans 24. ducat. &c. pro Dominico de Fabritiis Presbytero altero ex dicti Beneficii Compatronis, medietatem vocum conficien. Patrono cum derogatione alterius medietatis, obtinente Canonicatum Collegiatæ, ac duo simplicia insimul 65. ducator. &c.

Præsentata 16. Maii 1695.

MAJORICEN.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum ad Altare, vel sub Invocatione S. Benedicti in Ecclesia Majoricen. fundat. quod de Jurepatronatus Laicorum, ex Fundatione, hujusmodi, vel dotatione existit per obitum qu. Josephi Auletilius dum viveret ultimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens. Supplicat igitur humi- 54
liter dev. illius Orator Cajetanus Ramis Clericus Majoricen. seu alterius Civitatis, vel Diœcesis, alter ex duobus modernis dicti Beneficii Patronis, quatenus specialem sibi gratiam facien. Beneficium præfatum, cujus, & illi forsan annexorum fructus, &c. 24. ducat. &c. non excedunt sive præmisso, sive alio quovis modo, &c. vacet, &c. eidem Oratori conferre, &c. dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat, ut petitur A.

Et cum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione, &c. Jurispatronatus prædicti pro medietate dd. Patronorum præfatum Oratorem non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latissime extenden. &c.

Fiat A.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 18. Kal. Decembris Anno quinto.

Simplex Jurispatronatus Laicorum, vacans 24. ducat. &c. pro Cajetano Ramis Clerico, ac uno ex duobus dicti Beneficii Compatronis cum derogatione pro medietate.

Præsentata 14. Octobris 1695.

FOROLIVIEN.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum sub Invocatione, seu ad Altare SS. Jacobi, & Christophori in Parochiali Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis Forolivien. quod de Jurepatronatus Laicorum, & Clericorum mixtim ex Fundatione, vel dotatione existit, per obitum qu. Joannis Menghi illius dum viveret ultimi Possessoris extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens. Supplicat igitur humiliter S. V. devotus illius Orator Simon Augusti- 55
ni Rector dictæ Ecclesiæ, dictique Beneficii Compatronus, medietatem modernorum ejusdem Beneficii Patronorum saltem conficiens, quatenus specialem sibi gratiam facien. Beneficium præfatum, &c. ac cujus, & illi forsan annexorum fructus, &c. 40. duc. &c. non excedunt sive præmisso, sive alio quovis modo, &c. vacet, &c. eidem Oratori conferre, &c. secunque, ut una cum dicto Beneficio, si illud assequatur, Ecclesiam præfatam, quam obtinet, & cujus fructus, &c. 150. ducat. &c. non excedunt, &c. retinere, &c. valeat dispensare dignemini, &c. non obstan. &c.

Fiat ut petitur B.

Et cum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione, &c. Jurispatronatus præfati pro altera medietate dd. Patronorum præfatum Oratorem non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latissime extenden. &c. & cum expressione, quod dictus Orator perpetuum simplex, &c. Beneficium Ecclesiasticum in alia, quam supradicta Ecclesia situm, quod de Jurepatronatus Laicorum, &c. existit, ac cujus fructus, &c. ducat. 10. &c. non excedunt, obtinet, expedien. &c.

Fiat B.

Datum Romæ apud S. Petrum 11. Kalend. Martii Anno secundo.

Simplex Jurispatronatus Laicorum, & Clericorum mixtim per obitum vacans 40. ducat. &c. pro Simone Augustini Compatrono, medietatem vocum obtinente simplex etiam Jurispatronatus Laicorum 10. ducator.

cator. &c. cum dispensatione ad duo sub eodem tecto.

Præsentata 19. Februarii 1698.

MELEVITANA.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum, seu perpetua sine Cura Cappellania in Ecclesia B. Mariæ Virginis Gratiarum nuncupat. Fratrum Minorum Observantium S. Francisci li Zoccolanti nuncupat. Civitatis Melevitanæ per qu. Gratiam Torrenzi fundat. & dotat. & per Clericos, seu Presbyteros Sæculares obtineri solitum, seu solita, quod seu quæ de Jurepatronatus Laicorum ex
56 fundatione, vel dotatione existit, per obitum qu. Justi Corradi illius dum viveret ultimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens; Supplicat igitur humiliter S. V. dev. illius Orator Justus Torrenzi, seu Terrenzi Presbyter Melevitan. seu alterius Civitatis, vel Diœcesis J. U. D. ac Præpositus Sæcularis, & forsan Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Terræ de Birchercheta dictæ Melevitanæ Diœcesis, &c. ac modernus unicus Beneficii, seu Cappellaniæ hujusmodi Patronus, seu unus ex modernis Beneficii, seu Cappellaniæ hujusmodi Patronis, majorem partem, vel saltem medietatem vocum habens quatenus sibi specialem gratiam facien. Beneficium, seu Cappellaniam hujusmodi, quod, seu quæ personalem residentiam non requirit, ac cujus, & illi forsan annexorum fructus 80. ducat. &c. non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo &c. vacet &c. dicto Oratori conferre, &c. dignemini, &c. non obstan. &c.

Concessum ut petitur in præsentia D. N. PP. = C. Lancetta.

Et cum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione, &c. dicti Jurispatronatus quatenus opus sit pro altera medietate dd. Patronorum, eundem Oratorem non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latissime extenden. &c. & cum expressione, quod dictus Orator Præposituram dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, &c. ac duo, vel tria perpetua simplicia, &c. Ecclesiastica in aliis, quam præfatis Ecclesiis, sita, quorum unum de Jurepatronatus Laicorum, &c. ac quorum insimul fructus, &c. 120. ducat. &c. non excedunt, obtinet.

Concessum = C. Lancetta.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 6. Kal. Decembris Anno octavo.

Simplex Jurispatronatus Laicorum per obitum vacans 80. ducat. &c. pro Justo Torrenzi Præsbytero J. U. D. moderno Patrono, vel saltem medietatem vocum habente, obtinente Præposituram Collegiatæ, ac tria simplicia, quorum unum Jurispatronatus Laicorum insimul 120. ducat. &c.

Præsentata 26. Novembris 1698.

FAVENTIN.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum sub Invocatione, seu ad Altare Sanctissimi Corporis Christi in Parochiali Ecclesia S. Agathæ Faventinæ Diœcesis, &c. quod de Jurepatronatus Laicorum ex Fundatione, vel dotatione existit, per obitum qu. Bartholamei Rieti illius dum viveret ultimi Possessoris extra Romanam Curiam
57 &c. defuncti, aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens. Supplicat igitur humiliter S.V. illius dev. Orator Alexander Bencivenni Clericus Faventin. Civitatis, vel Diœcesis, qui alter ex duobus modernis dicti Beneficii Patronis, medietatem vocum habens, existit, quatenus specialem sibi gratiam facien. præfatum Beneficium, &c. cujus, & illi forsan annexorum fructus, &c. 24. ducat. &c. non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo &c. vacet, &c. dicti Oratori conferre &c. dignemini &c. non obstan. &c.

Concessum ut petitur in præsentia D. N. P. P. = C. Lancetta.

Et cum absolutione a censuris, &c. & cum derogatione &c. Jurispatronatus hujusmodi pro altera medietate dd. Patronorum Oratorem præfatum non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latissime extenden. &c.

Concessum = C. Lancetta.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 16. Kal. Februarii Anno octavo.

Simplex Jurispatronatus Laicorum per obitum vacans 24. ducat. &c. pro Alexandro Bencivenni Clerico, altero ex duobus Patronis, medietatem vocum habente cum derogatione alterius medietatis.

Præsentata 17. Januarii 1699.

MAJORICEN.

Reverendiss. Pater.

CUm perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum ad Altare, vel sub Invocatione S. Antonii in Parochiali Ecclesia S. Crucis Majoricen. quod de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, vel dotatione existit per obitum qu. Matthæi Aodrè illius dum viveret ultimi possessoris &c. defuncti &c. aut alias certo alio modo vacaverit, & vacet ad præsens: Supplicat igitur humiliter S. V. dev. illius
Orator Georgius Garcia Presbyt. Majoric. &c. seu 58
Sacr. Theologiæ Doct. qui unus ex modernis dicti Beneficii Patronis existit, ac medietatem vocum habet, quatenus sibi specialem gratiam facien. Beneficium præfatum, cujus, & illi forsan annexorum fructus 24. ducat. &c. non excedunt, sive præmisso, sive alio quovis modo, &c. vacet &c. eidem conferre, &c. dignemini, &c. non obstante, &c.

Fiat, ut petitur I. F.

Et cum absolutione a Censuris, &c. & cum derogatione &c. dicti Jurispatronatus pro altera medietate dd. Patronorum dictum Oratorem non præsentantium, seu in eum non consentientium in litteris latissime extenden. &c. & cum expressione, quod dictus Orator aliud perpetuum simplex &c. Beneficium Ecclesiasticum in majori Ecclesia Majoricen. cujus fructus etiam una cum incertis 30. ducat. &c. non excedunt, obtinet, expedien. &c.

Fiat I. F.

Datum Romæ apud S. Petrum sextus Idus Aprilis Anno quinto.

Simplex Jurispatronatus Laicorum per obitum vacans 24. ducat. &c. pro Georgio Garcia Presbytero Diœcesano J. U. D. seu Sacr. Theologiæ Doct. uno ex dicti Beneficii Compatrono, quique medietatem vocum gabet cum derogatione alterius medietatis, quatenus opus sit, obtinente aliud simplex in alia Ecclesia, etiam una cum incertis 30. ducat. &c.

Præsentata die 8. Aprilis 1715.

R. P. D. PRIOLO.

Barchinonen. Beneficii.

Luna 15. *Februarii* 1712.

VAcato de anno 1710. Beneficio Ecclesiastico, quod Bernardus Riquerius fundaverat in Ecclesia S. Justi Civitatis Barchinonen. ad Altare B.
Mariæ Virginis cum onere interessendi *omnibus horis* 59
Canonicis, fuit ad illud præsentatus Bernardus Ca-
nas

tus a Guardiano S. Francisci uno ex Patronis a Fundatore relictis.

E contra vero Thomas Allegri, qui uti Rector dictæ Ecclesiæ S. Justi erat alter Patronus, supplicavit Sanctissimo pro sui ipsius institutione; sed quia præcedenter idem Canas ad majorem cautelam, & ad obviandum controversiis porrexerat eidem Sanctissimo supplicationem gratiæ provisivæ in discordia Patronorum, Eminentissimus Prodatarius in hoc supplicationum conflictu requisivit Votum nostri Tribunalis, ideoque proposito per Me Dubio: *An & quæ supplicatio sit signanda?* Domini crediderunt, signandam esse supplicationem Bernardi, qui unice informabat.

Fundamentum ita decidendi stetit in eo, quod Canas plene justificat suam præsentationem ab uno ex duobus Patronis obtentam intra legitima tempora, ideoque cum habeat medietatem vocum, & concurrat discordia Patronorum de stylo semper venit signanda illius supplicatio, juxta vulgatam Datariæ praxim.

Nec obicem præstare posse visa est supplicatio, quam Archidiaconus alius Compatronus porrexit pro semetipso cum consimili gratia derogationis in discordia Patronorum successive ab eodem expostulata.

Etenim licet Patronus, qui se ipsum præsentare prohibetur ad evitandam ambitus notam, juxta literalem *Text. in cap. per nostras de Jurep. & in cap. cum in Jure de elect. & cap. fin. de Instit. cum concordan.* penes Burat. *dec.* 316. *num.* 2. possit tamen superiori supplicationem dirigere pro suimet ipsius institu- 60 tione, hæc tamen non adeo oscitanter, & effrenate concedenda venit, sed in illis præcipue casibus, in quibus supplicans sit unicus, & nullius concurrat præjudicium per ea, quæ notat Abbas *in cap. per nostras de Jurepat. n.* 3. Lambert. *de Jurepat. lib.* 2. *p.* 1. *qu.* 8. *art.* 4. *n.* 7. *vers. ad unum eamdem*, Corrad. *in prax. Benef. l.* 4. *cap.* 2. *num.* 79. & alii congesti per Rot. *decis.* 141. *p.* 14. *rec. per tot.* Quod sane verificari nequit in casu, in quo cum adsit præsentatio alterius Patroni facta favore Bernardi, nonnisi in istius præjudicium, & exclusionem signari posset supplicatio Thomæ, ut ad casum animadvertitur *in prædicta decis.* 141. *n.* 7.

Idque potissimum procedere videbatur, attento etiam inevitabili præjudicio, quod inde sequeretur Com- 61 patrono, qui si aperiretur hæc via gratificandi Rectoribus pro se ipsis supplicantibus, perpetuo supplantaretur, & amitteretur Jus præsentandi ad controversum Beneficium, dum semper pro illo obtinendo similes supplicationes porrigerent contra expressam Fundatoris voluntatem, quæ tanquam lex in hujusmodi dispositionibus servari solet ad *Text. in cap. tua de Testamentis*, Lambert. *de Jurep.* 9. *princ. qu.* 1. *p.* 1. *lib. n.* 48. Rocc. de Curt. *de Jurepat. verb. pro eo quod de Diœcesan. n.* 35. *fol. mihi* 29.

Et in hanc sententiam eo facilius inclinabant Do- 62 mini, quia cum institutio Præsentato a Patronis debeatur ex Justitia, supplicanti vero pro seipso ex quadam æquitate firmata per *Text. in capit. quoniam de Jurep. & in dicta decis.* 141. *n.* 8. & 9. *cum ibi relat.* nostrum Tribunal Justitiæ potius quam gratiæ, & æquitati adhærere consuevit præcipue in casu præsenti, in quo deficit principalius prædictum æquitatis fomentum, promanans ut plurimum ex paupertate, & necessitate alimentorum in Patrono, cui sicuti in tali casu Ecclesia succurrere solet, cum aliqua portione redituum Beneficii Patronalis, ita multo magis venit indulgendum, mediante petita institutione ad tradita per Abb. *in capit. per nostras de Jurepatr.* & Corrad. *in prax. benef. lib.* 4. *capit.* 2. *n.* 21. Thomas autem ultra Archidiaconatum majoris Ecclesiæ Barchinonen. gaudet etiam Rectoria ejusdem Ecclesiæ S. Justi, cujus ratione habet jus præsentandi ad Beneficium, de quo agitur; ideoque nunquam dici valet, quod sit Pauper, & alimentis indigeat signanter in concursu Bernardi, qui nullum aliud obtinet Beneficium Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 2. *part.* 3 *quæst.* 5. *art.* 19. *in princ.* Rot. *cor. Seraphin. decis.* 767. *numer.* 1. & 3. & *coram Dunozet. decis.* 118. *num.* 6. & Panimol. *decis.* 101. *annotat.* 1. *num.* 13.

Eoque magis hoc procedere visum est, attento, quod idem Thomas est prorsus incapax dicti Bene- 63 ficii ex quo consistit sub eodem tecto, in quo gaudet etiam prædicta Rectoria ad *Text. cap. de Multis de Præbend. ibique Gloss.* & Abb. *n.* 1. & Rota *coram Royas dec.* 486. *n.* 7. Ideoque cum ad solvendum hujusmodi impedimentum indigeret dispensatione, nunquam præferendus est prædicto Bernardo, qui hujusmodi dispensationis necessitatem non habet per ea, quæ firmat Corrad. *in prax. Benef. l.* 8. *cap.* 6. *n.* 54. Barb. ad Concil. *sess.* 24. *de reform. capit.* 18. *num.* 133. Cert. *dec.* 679. *n.* 3. Bich. *dec.* 559. *n.* 23.

Neque prætermittendum est etiam aliud absurdum, quod sequeretur ex concessione sæpe laudati 64 Beneficii favore ejusdem Thomæ, cum enim ipse uti Rector Ecclesiæ occupare debeat primam Sedem in Choro ratione dignitatis, & deinde tanquam simplex Beneficiatus replere etiam ultimam, nimis monstruosum esset repræsentare duplicem personam, & diversum stallum occupare in eadem Ecclesia contra formam *Text. in cap. statuimus de major. & obed.* ut optime ad rem observat Rot. *in decis.* 124. *p.* 1. *rec. num.* 2. *in fin.*

Denique considerabatur etiam, quod Canas prævenit in porrigendo suas preces Summo Pontifici, dum illius supplicatio præsentata fuit sub die 25. Aprilis 1710. illa vero Thomæ non nisi sub die 27. ejusdem *Summ. Informationis*, *n.* 5. & 6. & propterea etiam in æquali concursu semper præferendus venit is, qui prævenit juxta stylum Datariæ, de quo penes Amaiden. *de stylo Datariæ*, *cap.* 15. §. 15. *n.* 38. & 39. & firmat Mandos. *cons.* 16. *n.* 18. & 22. *ibique concordan.* 65

Et ita Bernardo tantum informante decisum fuit.

R. P. D. ALDROVANDO.

Barchinonen. Beneficii.

Lunæ 30. *Martii* 1713.

FUndaverat Bernardus Riquerius in Ecclesia Sancti Justi usque de anno 1319. Beneficium de Jurepatronatus Ecclesiasticorum videlicet Guardiani Sancti Francisci, necnon etiam Rectoris ejusdem Ecclesiæ Sancti Justi; Cumque idem Beneficium vacasset anno 1710. de Mense Martio non Reservato, Guardianus ad illud præsentavit Bernardum Canas; qui ad cautelam sub die 25. Aprilis Supplicationem 66 Sanctissimo Domino Nostro porrexit pro gratia Provisionis in discordia Patronorum, quæ sic nuncupat. ex stylo Datariæ ubi agitur de Jurepatronatu Ecclesiastico ad differentiam alterius gratiæ cum derogatione medietati vocum, quæ solet concedi, ubi agitur de Jurepatronatus Laicali.

Postmodum tamen sub die 27. ejusdem Mensis Aprilis comparuit Thomas Allegri, qui tanquam Rector dictæ Ecclesiæ Sancti Justi, & Compatronus preces eidem Sanctissimo porrexit pro Institutione sui ipsius, unde orta controversia super signatura alterutrius supplicationis, Eminentiss. Prodatarius exquisivit votum Sacri Auditorii, quod sub die 15. Aprilis 1712. cor. Eminentiss. Priolo censuit *esse signandam Supplicationem Bernardi*. Concessa autem Thomæ nova audientia, & interim meritissimo Collega ad Cardinalatum promoto, meque in ejus locum subrogato, causam reproponente, Domini in eodem sensu hodie persisterunt.

Resolutio enim bene fundata visa est in præsentatione per Bernardum obtenta a Guardiano Sancti Francisci uno ex duobus Patronis intra tempus legitimum, cujus vigore quemadmodum, si ageretur de Jurepatronatus laicali illi non esset deneganda provisio pro præsentato cum derogatione alteri medietati vocum, ex quo prævenit in porrigenda Supplicatio- 67 ne, ita etiam venit signanda ejus Supplicatio in discordia Patronorum Ecclesiasticorum juxta stylum

& praxim Datariæ Apostolicæ servari solitam, ut testatur Decisio Eminentissimi Prioli §. *Fundamenti*, & *finali*.

Minime attenta consimili Supplicatione per Thomam porrecta; qui licet de jure tanquam Compatronus non possit seipsum præsentare ex censura
68 *Text. in cap. per nostras de Jurepatronatus*, Corrad. *in prax. lib. 4. cap. 2. num. 12.* possit tamen Superiori preces effundere pro sui ipsius Institutione, Corrad. *d. cap. 2. sub n. 21. §. cum certum sit*, Rot. *cor. Bich. dec. 277. n. 33. & dec. 334. num. 15. & 16.* de Luc. *de Jurepatr. disc. 31. num. 9. cum aliis relatis in Majoricen. Beneficii 2. Februarii 1709. §. Nullimode, cor. R. P. D. meo Falconerio.*
69 Quoniam ad effectum ut sit locus admissioni hujusmodi precum requiritur, quod Patronus sit unicus, & pauper, vel saltem si non est unicus, requiritur, quod ipse sit præsentatus ab alio Compatrono, cujus præsentationi ille possit adhærere, in quibus terminis cum nemini fiat præjudicium, procedit præfata Conclusio; Secus autem est, quando Patronus non est unicus, sed adsunt alii Compatroni, qui aliam personam præsentarunt, tunc enim preces Compatroni a nemine præsentati non debent admitti, quia magnum irrogaretur præjudicium aliis Compatronis præsentantibus, dum eorum præsentatio contra juris dispositionem semper effectu vacua remaneret, ut punctualiter tradunt Corrad. *in prax. d. lib. 4. cap. 2. n. 22.* de Luc. *de Jurepatr. disc. 31. n. 14. & 15.* Rot. *dec. 141. n. 6. & 7. part. 14. & in dict. Majoricen. Beneficii 1. Febr. 1709. §. Nam quidquid, cor. R. P. D. meo Falconerio, & prosequitur decisio, quæ revidetur §. Etenim.*

Neque relevat objectum excitatum in memoriali pro nova audientia, quod nimirum id locum habeat, ubi quæstio super gratificatione uni, vel alteri concedenda vertitur coram Episcopo, non autem ubi sumus coram Summo Pontifice, qui habet ampliorem, & absolutam potestatem; siquidem Supremus Princeps nunquam concedere solet gratias tertio præjudiciales, ex late congestis in *Romana Pri-*
70 *mogenituræ, & Fideicommissor. de Corsinis 10. Decembris 1710. §. 20. & 32. & in fine coram Me*, & Summus Pontifex dispositionem Juri, attendit, juxta illam se gerere, ac rescribere censetur, ut per *Gloss. 6. in cap. ex tua 9. Verbo Consultationem de filiis Presbyter.* advertit Corrad. *in prax. lib. 1. cap. 6. num. 348.* quoniam gratias semper indulget cum clausula *Dummodo, &c.* præservativa Juris tertii, ex qua præservatur nonsolum Jus in re, sed etiam Jus ad rem, quod acquiritur a præsentato a medietate Patronorum, ex *Sarnen. ad Regul. de non tollend. jur. quæs. qu. 1. n. 5.* Corrad. *in prax. lib. 4. cap. 6. sub n. 3.* Rot. *dec. 253. n. 1. part. 2. rec.*

Hinc proinde etiamsi quæstio sit coram Papa semper in assecutione istius Beneficii Bernardus venit præferendus Thomæ, quia ille nullum habet Ecclesiasticum Beneficium; Iste vero est sufficienter pro-
71 visus, dum possidet Archidiaconatum majoris Ecclesiæ Barchinonen. necnon etiam Rectoriam Sancti Justi; Ideoque ex dispositione juris prælatio concedenda est Bernardo per *Text. in cap. 15. qui de præben. in 6.* Rot. *decis. 767. numer. 1. coram Seraphin. & dec. 572. n. 3. cor. Bich.* Eoque fortius quia Thomas Compatronus uti congrue jam provisus non est pauper, neque indiget alimentis, & insuper est incapax istius Beneficii consistentis sub eodem tecto, ubi habet dict. Rectoriam; Ideoque indiget duplici dispensatione; Bernardus vero nulla opus habet di-
72 spensatione, cum de jure sit per se habilis; Is vero, qui de jure est habilis, præfertur habili per dispensationem, Vivian. *de Jurepatron. lib. 12. cap. 8. n. 29.* Corrad. *in prax. lib. 4. cap. 6. n. 5. & 54.* Seraph. *decis. 767. n. 2. & coram Cels. decis. 168. n. 5. & cor. Bich. decis. 335. n. 13. & comprobat decisio Causa, §. Eoque magis, cor. Eminentiss. Priolo.*

Cum itaque Thomas non sit unicus Patronus, nec habeat præsentationem Compatroni, qui sunt casus in jure permissi supplicandi pro seipso, non
73 venit admittenda praxis signandi ejus Supplicationem in concursu præsentati a Patrono, quia in isto tertio casu jus non disponit, & id, quod lege non cavetur in praxi non recipitur Bald. *in c. nihil sub n. 15. de elect.* Paria namque sunt aliqua sine lege facere, & agere contra legem idem Bald. *in capit. in Genesi in fin. de elect.* Corrad. *in prax. lib. 4. cap. 6. n. 18.* Præcipue quia præsentato a Patronis Institutio debetur ex Justitia; Supplicanti autem pro seipso ex quadam æquitate fundata in ejus paupertate, quæ in præsenti deficit, ut notat Rot. *decis. 141. num. 8. & 9. part. 14. & decisio* Eminentissimi Priol. §. *Et probant, &c.*

Et ita altera, &c.

R. P. D. POLIGNAC.

Derthonen. Beneficii Sanctæ Catherinæ.

Ven. 20. Aprilis 1708.

Juspatronatus simplicis Beneficii sub invocatione S. Catherinæ propriis, avitisque opibus fundatum a Stephano Betthono in Præpositurali Ecclesia S. Mariæ Pontis Curonis Derthonen. Diœcesis, solemni 74
donatione pura, & irrevocabili, quæ dicitur inter vivos, fuit olim per fratres de Guidobonis, ad quos illud legitime pertinebat, Episcopo approbante, libere translatum in Jo. Franciscum Garinum, suosque hæredes, & successores, & post plures annos per Annam Garinam uti filiam, & cohæredem Jo. Francisci, & hæredem Jo. Marci, aliorùmque fratrum suorum prædefunctorum pari donatione cessum, atque donatum Jo. Granello stipulanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus. Quamobrem secuta nuper per obitum Bonifortis vacatione d. Beneficii, Joseph Maria Granellus filius præd. Jo. donatarii supplicavit Ordinario Derthonen. ut sibi idem Beneficium conferret, sed hujusmodi supplicationi se opposuit Petrus Antonius præsentatus ab Antonia uti hærede d. Annæ Garinæ donatricis; Cumque Vicarius Generalis Derthonen. per sententiam declaravit, instituendum esse Joseph Mariam, eademque sententia in gradu appellationis fuerit approbata a Judice Metropolitano, commissa deinde mihi causa, in hodierna pariter audientia proposui dubium = *An, & cui ad judicandum esset Beneficium?* quod adjudicandum resolutum fuit Joseph Mariæ, ex quo est verus, & legitimus Patronus 75
controversi Beneficii, præteresque reperitur in quasi possessione præsentandi, proindeque rite, & recte potuit pro institutione supplicare, & Ordinarius ipsum admittere, juxta Theoricam Abbatis *in cap. per nostras, n. 2. vers. Sed quæro de Jurep.* Lamber. *eod. tr. p. 1. l. 2. q. 8. art. 3. n. 3.* Add. ad Burat. *dec. 316. n. 19.* Rot. *cor. Celso dec. 20. n. 2. & seqq. cor. Royas dec. 293. n. 2. & seq. & in rec. dec. 599. n. 12. p. 4. tom. 3.*

Quasi vero possessio, Juspatronatus Joseph Mariæ abunde resultat ex ultimo statu anni 1653. in quo Anna Garina donatrix tanquam unica Patrona præsentavit Bonifortem, per cujus obitum contingit præsens vacatio *Summ. d. Joseph Maria, n. 4.* & ex superius recensita donatione facta ab eadem Anna au- 76
ctoritate, & consensu Ordinarii *d. Summ. n. 6. & 7.* quæ sicuti de Jure sustinetur, & valet *cap. illud, & cap. suggestum de Jurepat.* Rot. *cor. Mantic decis. 86. n. 5. cum aliis adductis in alia mea decisione Derthonen. Beneficii S. Jacobi hac ipsa die edita §. accedit*, ita etiam libere transtulit in donatarios Auctores Joseph Mariæ, licet extraneos, omne jus quod donatrici competebat tam possessionis, Card. de Luc. *de Jurep. disc. 63. n. 33. & 34.* Rot. *cor. Cels. d. decis. 20. n. 8. & cor. Royas decis. 293 n. 12. & seqq.* quam dominii, eosque constituit veros, & legitimos Beneficii Patronos, Rot. *cor. Cels. d. dec. 20. n. 11. & 12. cor. Corr. decis. 255. n. 5. in rec. decis. 319. num. 1. part. 3. & in Compostellana Parochialis 25. Junii 1696 §. sicut, & seqq. confirmata 28. Junii 1697. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Nec movit Dominos exceptio, qua dicebatur Annam Garinam donasse videri cumulative, non autem 77
privative, ut ex Decio *cons. 542. & 609.* firmavit

Rot. *decis.* 385. *num.* 8. *part.* 1. *divers.* & *novissime in Cracovien. Parochialis* 4. *Februarii* 1705. §. *Quidquid enim*, *cor. R. P. D. meo Caffarello*, ideoque jure nominandi neutiquam privasse se ipsam, & proprios hæredes, qui præsentarunt Petrum Antonium; Quoniam animadversum fuit, deducta per Decium in supradictis Consiliis, & per Rot. in mox citatis decisionibus recte quidem procedere, cum ex verbis, & mente Donantis appareat cessum, seu donatum simplex jus præsentandi, at vero rem aliter se habere quoties (prout in hypothesi) cessum, & donatum legitur universum Juspatronatus cum clausulis translativis possessionis, & dominii; isto enim casu addicatur omne Jus a Cedente, seu donante,
78 illudque libere transfertur in Cessionarium, seu Donatarium, & Cedens, seu donans, ejusque hæredes penitus excluduntur, ut ultra superius adductos in §. *quasi vero possessio* apposite considerat Rot. *cor. bon. mem. Emerix Jun. decis.* 583. *num.* 8. & unum casum ab altero optime distinguendo respondit *Decius*, seu verius Antonius Roncionus apud eundem Dec. *dict. consil.* 542. *numer.* 12. *versic. ex quibus Meo judicio*, *&c.*

Præterea ubi etiam donatio facta intelligenda esset cumulative, non autem privative, adhuc Domi-
79 nis potiora videhantur jura Joseph Mariæ, quippe cum uterque præsentatus haberet medietatem vocum, certe data hac paritate Joseph Maria, qui nedum est de genere Patronorum, verum etiam Compatronus in concursu Petri Antonii prorsus extranei deberet præferri, & gratificari, juxta firmata per Rot. *in Melevitana Jurispatronatus* 29. *Aprilis* 1701. §. *adstipulante*, *coram Eminentissimo della Tremoille*, *in Alatrina Jurispatronatus* 15. *Junii* §. *cæterum*, & 7. *Decembris* 1705. §. *ex his*, *cor. R. P. D. meo Scotto*, *in Vaden. Canonicatus* 19. *Junii ejusdem anni* §. *fin. cor. Reverendissimo Domino meo Decano*, & *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis anni præteriti*, §. *diximus*, *cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Et ita utraque, &c.

ARGUMENTUM:

Reservato Jurepatronatus favore Parochianorum habentium Domos proprias in Parochia, an veniant tantum Domini Domorum licet non habitent in Parochia, vel illi tantum, qui sunt Domini Domorum, & simul habitantes in Parochia?

SUMMARIUM.

1 *Appellatione Parochianorum veniunt habentes domicilium, seu habitationem in districtu Parochiali*; & n. 2. *Non vero possidentes Domos*, ut n. 6. *intellige*, ut n. 9.

3 *Una qualitas est inseparabilis ab altera, quando utraque fuit expressa absque ulla copula Et.*

4 *Juspatronatus non competit eis, qui fecerunt expensas in fabricam Ecclesiæ, si istis non fuerit reservatum. Amplia* ut n. 5.

7 *Possidentes Domos in Parochia an teneantur ad expensas pro ejus Fabrica si habitant extra illam*, & n. 10. & 18.

8 *Causa efficiens Jurispatronatus est Auctoritas Superioris Ecclesiastici.*

11 *Habens Domum propriam Parochia subjectam vocatur Parochianus secundum quid.*

12 *Domini Domorum, eas habitare quodammodo videntur per medium suorum Inquilinorum.*

13 *Domini Domorum etiam non habitantes habent Juspræsentandi ex causa constructionis.*

14 *Absurditates faciunt recedere ab uno intellectu, & alium magis congruum amplecti.*

15 *Juspatronatus acquiritur etiam per Populum, qui coacte ratione obligationis contribuit in expensis.*

16 *Observantia in præsentando attendi debet.*

17 *Verbum* Existentes *prædicari potest etiam de existere valentibus.*

19 *Nomine successorum intelliguntur heredes, & successores universales.*

20 *Juspatronatus non est annexum Domibus, sed transit cum universitate Jurium, & bonorum hereditariorum.*

21 *Juspatronatus an cohærere possit certæ rei.*

22 *An, & quibus modis competere possit Juspatronatus Parochianis?* & n. 24.

23 *Juspatronatus spectans ad Universitatem Parochianorum non transit in singularem successorem nisi sit habitator; & Parochianus, nec potest donari, nisi omnes de Parochia consentiant.*

25 *Juspatronatus de jure præsumitur competere pluribus uti singulis, non uti universis.*

26 *Actio, & passio non datur in eodem subjecto.*

ALLEGATIO LIII.

AD supplicationem Parochianorum Ecclesiæ S. Georgii Civitatis Januæ Præpositura nuncupatæ, S. M. Pius IV. Anno 1565. eis reservari mandavit per Archiepiscopum executorem Juspatronatus, & præsentandi, postquam illi reædificassent, & restaurassent dictam Ecclesiam, mediante expensa librarum quatuor mille monetæ Januen. ad summam mille scutorum auri, vel circa ascendentium, ibi = *Parochianis prædictis, postquam illi eandem Ecclesiam reædificaverint, & restauraverint, ut præfertur, Juspatronatus, &c. perpetuo reservare, &c. auctoritate nostra cures.*

Elegerunt posthæc Parochiani tres deputatos pro taxandis hominibus Parochiæ cum approbatione Serenissimi Senatus Januæ, quibus deputatis concessa fuit facultas taxandi Parochianos, & habentes domos proprias in Parochia, ut in Instrumento taxationis, ibi = Paulus Justinianus, Leonardus Pinellus, & Nicolaus Friscus *electi, & deputati per Parochianos S. Georgii Januæ, & confirmati per Illustr. Dominationem Excelsæ Reipublicæ Januen. pro taxandis Parochianis dictæ Ecclesiæ, & habentibus domos proprias in dicta Parochia* = Ex libro autem constat fuisse taxatos 72. Homines, quorum aliqui tantum erant Parochiani, seu habitantes in Parochia, cæteri vero erant Domini domorum existentium in districtu Parochiæ, ita & taliter, quod constat fuisse taxatos tam Dominos domorum, & simul habitantes, quam eosdem licet non habitantes, ut ex Decreto Senatus 11. Decembris 1565. ubi concessa fuit auctoritas deputatis, *Utendi juris, & facti remediis opportunis, unde possent satisfieri a quocunque Parochiano, vel habente domos sub dicta Parochia pro eorum portionibus*: Et ex alio Decreto ejusdem Senatus edito 19. Decemb. ejusdem anni, ubi fuit concessa auctoritas Deputatis cogendi etiam conductores domorum, cum declaratione, quod = *Ipsi habitantes, vel tenentes domos sub titulo conductionis, possint ex pensionibus ipsarum tantum restituere, quantum occasione prædicta pro dictis taxis solvissent.* =

Facta reædificatione Ecclesiæ ex pecuniis retractis ex taxa hujusmodi Parochianorum, seu domos proprias in Parochia habentium; Archiepiscopus executor exequendo Concessionem Apostolicam Pii IV. Juspatronatus his verbis reservare declaravit = *Auctoritate Apostolica præfata, qua fungimur in hac parte, Parochianis prædictis, qui ad expensas reædificationis, & restaurationis prædictæ concurrerunt, & de quibus infra, & eorum successoribus Parochianis pro tempore existentibus habentibus domos proprias in dicta Parochia, reservamus perpetuo, concedimus & assignamus ejusdem Ecclesiæ Juspatronatus, & præsentandi.* =

Anno 1660. suppressus fuit titulus Præpositi, seu Parochi, & Ecclesia fuit auctoritate Apostolica S. Mem. Alexandri VII. unita, & incorporata Monasterio PP. Theatinorum, & loco Præpositura

fuit erectum ad Altare majus sub Invocatione, & titulo Sancti Caroli Beneficium simplex cum reservatione Jurispatronatus favore Parochianorum eo modo, quo antea ipsis competebat; immo executor Bullæ unionis declaravit, non intendere admittere in patronos, nisi illos, quibus fuerat antea reservatum Juspatronatus in Bulla Pii IV. & sententia executionis, ibi = *Declarantes tamen, quod per præsentem nostram sententiam non intendimus admittere in patronos, nisi illos, ad quos Juspatronatus vigore, & ad formam Litterarum Apostolicarum fel. record. Pii Papæ IV. &c. ac sententiæ per Archiepiscopum Januen. Judicem delegatum desuper lata spectat, & pertinet, & non aliter, nec alio modo* =

Causas dedit, quod memorati PP. Theatini habitantes in dicta Ecclesia Parochiali sibi unita, & qui hodie curam animarum exercent in populum titulo particulari, acquisiverunt aliquas domos existentes in Parochia olim spectantes ad aliquos Parochianos; idque occasionem præbuit quærendi meum pro veritate consilium super tribus articulis in subjecta materia examinandis.

Primo scilicet, an Juspatronatus spectet ad eos tantum, qui copulative sunt habitantes, & simul habentes domos proprias in Parochia, vel etiam ad eos, qui sunt extra Parochiam, habentes tantum in ea domos proprias?

Secundo, an illud transeat ad successores particulares domorum, vel potius ad successores universales bonorum hæreditariorum?

Tertio, an PP. Theatini possessores Ecclesiæ Parochialis, & habentes domos in Parochia titulo donationis, aut alterius tituli particularis acquisitas, vocem aliquam prætendere possint in hoc Jurepatronatus?

Quo igitur ad primum, mihi videbatur inclinandum in eam partem, ut Juspatronatus non spectaret, nisi ad eos, qui utranque haberent qualitatem, tam scilicet actualis habitationis in Parochia, quam dominii, & possessionis domorum ibi existentium. Hoc enim priori loco arguebam ex verbis concessionis Apostolicæ Pii IV. ubi sub nomine Parochianorum exposita fuit supplicatio, nec non etiam eorum favore facta concessio Jurispatronatus ibi = *Pa-*
1 *rochianis prædictis, &c. Juspatronatus perpetuo reservare cures* = appellatione autem Parochianorum venire non possunt, nisi actuale domicilium, seu habitationem habentes in districtu Parochiali, *Gloss. in leg. final. in verb. habitatores de Paroch.* Sanchez *de Matrim. lib. 3. disp. 23. num. 7.* Amaya *in l. cives, n. 116. C. de incolis lib. 10.* ubi ait, quod sola habitatio constituit aliquem in Parochianum, Antonell. *de regim. Eccles. lib. 1. cap. 12. §. 2. n. 36. & seqq.* Sperell. *dec. 87. num. 5.* Rot. *coram Zarat. dec. 45. n. 5. & 7. & coram Seraphin. dec. 1135. n. 1.*

Quod clarius resultat ex sententia executoris Apostolici, qui in sequelam Brevis Pii IV. reservavit Juspatronatus = *Parochianis, & eorum successoribus Parochianis pro tempore existentibus, habentibus domos proprias in dicta Parochia* = ex quibus verbis requisitum utriusque qualitatis evidentissime inferri videbatur, dum si vocantur ad Juspatronatus successores Parochiani pro tempore existentes, habentes domos proprias in Parochia, utique isti, qui habent domos proprias, non possunt esse Patroni, nisi cum requisito, quod Parochiani pro tempore existant; Parochiani autem pro tempore existentes dici non
2 valent nisi illi, qui reperiuntur actualiter habitantes in Parochia, ut de illo verbo *existentes* est Text. *in l. 1. C. ad Orficianum:* præsertim cum utraque qualitas fuerit expressa absque ulla copula *&*, quo casu una qualitas est inseparabilis ab altera, & una aliam
3 qualificat, itaut nequeat intelligi disjunctive, seu alternative ex firmatis per Rot. *coram Coccin. decis. 137. num. 12. & in rec. decis. 663. num. 17. vers. quod maxime part. 1. & dec. 112. num. 5 & dec. 217. num. 1. & 2. part. 6.* Gratian. *discept. 530. numer. 44.* & Me scribente Rot. *in Matheranen. Parochialis super pertinentia Juspatronatus 11. Januarii 1712. §. Hujusmodi, cor. R. P. D. Falconerio.*

Et quamvis hujusmodi fundamento obstare videatur notabilis circumstantia; quod ad expensas reædificationis contribuerunt etiam illi, qui habebant domos proprias in Parochia, licet non essent habitantes, ut liquet ex taxa, & ex decretis Serenissimæ Reipublicæ supra relatis, urget tamen responsio; quod cum Executor Apostolicus in sua sententia, dixerit reservare Juspatronatus = *Parochianis, qui ad expensas concurrerunt* = dicitur reservasse illud non omnibus, qui contribuerunt, juxta taxam ex decreto Reipublicæ, sed solum illis qui contribuerunt, & simul erant Parochiani; ideoque habentes domos proprias in Parochia, qui non erant Parochiani, non videntur comprehensi, cum ad hunc ef- 4
fectum attendi debeant personæ quarum favore fuit Juspatronatus reservatum auctoritate Superioris Ecclesiastici, non quæ fecerunt expensas in fabricam Ecclesiæ, ut firmavit Rota Me scribente *in Asten. Prioratus 7. Decembris 1708. §. Vis igitur cum seq. & 20. Martii 1709. §. Quamvis, cor. R. P. D. Aldovrando, & in Senogallien. Fundationis 23. Maii 1710. §. Minime, & §. Inutiliterque, cor. eodem.*

Quod indistincte procedit, etiamsi executor de ju- 5
re reservare debuisset Juspatronatus omnibus, qui contribuerunt expensas; satis est enim, quod non reservaverit, nisi Parochianis, cum attendi debeat, quod factum fuit, non quod fieri debebat, ut prosequitur Rot. *in dicta Asten. Prioratus ubi proxime, & in dicta Senogallien. Canonicatus de Luchis 25. Januarii 1709. §. Nullamque, cor. R. P. D. Lancetta.* Et per consequens quoad non habentes qualitatem Parochialitatis, seu habitationis in Parochia, sufficit dicere, lex Fundatoris de verbis non loquitur, sed de Parochianis. Rot. *in Vaden. Canonicatus 30. Junii 1704. §. Enim vero, cor. Reverendiss. Molines Decano, & in Lucana Beneficii 26. Junii 1709. §. insuper, cor. R. P. D. Falcon. & in Faventina Jurispatronatus 12. Maii 1701. §. Maxime, cor. R. P. D. Ans.*

Fortius autem, quando ipsum quoque Breve Apo- 6
stolicum Pii IV. continet reservationem Jurispatronatus faciendam favore Parochianorum, ideoque etiamsi voluisset, non potuisset executor præterire limites Pontificiæ concessionis restrictæ ad Parochianos, quorum appellatione non continebantur habentes tantum domos proprias in Parochia, & hinc tanto magis dicendum est executorem sub nomine Parochianorum, qui ad expensas concurrerunt, non intellexisse de habentibus tantum domos proprias ducto argumento voluntatis potestate, de quo per *Text. in l. Lucius Titius, §. Imperatores, ff. ad municipal. & passim* apud Surd. *cons. 431. num. 41. l. 3.* Rot. *decis. 146. n. 21. & decis. 418. num. 1. part. 9. & decis. 229. n. 4. part. 15. recent.*

Accedit alia consideratio, quod habitantes extra 7
Parochiam, licet possideant domos in Parochia, non tenentur de jure ad contributionem expensarum pro fabrica Ecclesiæ Parochialis, in cujus districtu domos possident, ex quo tale onus non est reale, sed mixtum, & principaliter directum ad personas, quæ gaudent commodo Ecclesiæ Parochialis in audiendis divinis, & perceptione Sacramentorum, & omnibus spiritualibus subsidiis, ut probant Balmased. *de collect. qu. 56. n. 14.* Faust. *in consiliis pro Ærario, class. 12. ord. 90. cons. 20. per totum fol. mihi 558.* Tondut. *quæst. benefic. p. 1. cap. 38. n. 4.* Ergo cum non habitantes in Parochia nec essent Parochiani, nec obligati ad contributionem, quia Sacramentorum commodum non percipiebant, eis propterea non assistit Bulla S. Mem. Pii IV. nec minus sententia executoris Apostolici restricta ad eos, qui essent Parochiani, & ad eorum successores Parochianos, non obstante contributione facta per eosdem non habitantes, quæ sola non sufficit, nisi facta fuerit animo acquirendi Juspatronatus, & non fuerit petitum, & reservatum auctoritate Superioris Ecclesiastici, quæ sola est causa efficiens ipsius Jurispatronatus,
ut probat Lambert. *de Jurepatr. lib. 1. art. 5. quæst. 2.* 8
num. 2. Lotter. *de re Benefic. lib. 1. quæst. 32. n. 4.* Rot. *in Asten. Prioratus 7. Decembris 1708. §. Vis igitur, cor. R. P. D. Aldrovando.*

Illi

Illi autem possessores domorum non habitantes in Parochia non supplicarunt Papæ pro obtinendo Jurepatronatus, cum petitio restricta fuerit ad solos Parochianos, quales illi non erant, ergo quoad illos cessat animus acquirendi Juspatronatus ex contributione expensarum, nec minus executor illud eis reservavit, cum se restrinxerit ad homines quidem, qui concurrerunt ad expensas; sed cum vocabulo *Parochianis*, & sic comprehendere non intellexit alios qui contribuerant, sed non erant Parochiani, & per consequens contributio ab his facta Juspatronatus procedere non potuit, maxime cum fuerit coacta per decreta Senatus, Addend. ad Gregor. *decis.* 397. n. 5. Rot. *dec.* 167. n. 5. p. 2. *divers.*

Hæc omnia meum torserunt ingenium, ut pro hac parte inclinandum videretur; sed attentis facti circumstantiis; mea sententia est, quod Juspatronatus competat omnibus successoribus eorum, qui concurrerunt ad expensas reædificationis Ecclesiæ; dummodo possideant domos proprias in Parochia, & quamvis non reperiantur habitatores Parochiæ.

Constat enim in facto appellatione Parochianorum fuisse intellectos, & consideratos omnes homines, qui haberent domos proprias in Parochia, sive eas habitarent per se, sive per alios ratione locationis, & conductionis, ut liquet ex proclamate Senatus 14. Junii 1565. ibi = *Quali hanno dato facoltà di tassare tutte le case, e sue Padroni di essi soggette, e sottoposte a detta Parochia* = & ex Decreto 31. Decembris ejusdem anni, ibi = *Possint satisfieri a quocumque Parochiano, vel habente domos sub dicta Parochia* = Necnon etiam ex lista eorum, quia tanquam Parochiani fuerunt taxati, in qua plures descripti reperiuntur, qui habebant domos proprias de per se non habitatas, sed locatas, & melius ex Instrumento electionis Deputatorum pro explenda taxa; in cujus fine describitur catalogus taxandorum, & supra in eodem Instrumento dicitur = *Considerata valuta, & pretio domorum, & bonorum ipsorum Parochianorum, taxaverunt, & taxant omnes Parochianos infrascriptos in infrascripta lista* = Ex quibus resultat, quod vocati fuerunt nomine Parochianorum illi, qui habebant solas domos in Parochia, per alios habitatas.

9 Quo stante licet appellatione Parochianorum veniant ii tantum, qui habitant in Parochia, ibique Sacramenta recipiunt, hoc tamen potest dici quoad habitationem personalem, & quoad Sacramenta, & alia, quæ respiciunt Parochialitatem; secus autem quoad subjectionem realem, & signanter quoad ea in quibus sufficit subjectio ista realis, ut est materia contributionis ad fabricam Ecclesiæ Parochialis; hoc enim casu, quemadmodum ad hujusmodi con-
10 tributionem concurrere debent etiam illi, qui domos proprias possident in Parochia, saltem ex consuetudine, ut admittit Tondut. *qu. Benefic. d. libr.* 1. *cap.* 38. *num.* 6. & 9. & etiam citra consuetudinem ut sustinere videntur Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 18. §. *unic.* n. 23. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 66. n. 10. Cabed. *dec. Lusitan.* 91. n. 9. Melchior. Febur *decis.* 34. *tom.* 1. Pacion. *cons.* 7. *num.* 99. 106. & 120. Beller. *disquisit. Clerical.* §. 14. n. 6. Riccius *decis.* 293. *num.* 5. Jovius *de solemn. contract. Minor. gloss.* 13. §. 7. *num.* 13. & *seqq.*

11 Ita ratione solutionis realis, quæ cogit ad contributionem etiam non habitantes in Parochia, possunt largo modo appellari Parochiani in subjecta materia reædificationis Ecclesiæ, prout ex observantia de qua supra, constat eos veluti Parochianos fuisse comprehensos, & intellectos; cum nequeat recedi ab ea intelligentia verborum, quam partes ipsæ habuerunt, & dederunt, & de cætero hæc intelligentia in Jure non repugnat, exteris, ut in specie, quod quis tali casu habeatur pro vicino, seu incola distinguendo probat Balmased. *de collect.* q. 63. n. 13. ibi = *Id tamen in hac quæstione animadvertendum est, quod quamvis in aliquo territorio, quoad collectas reales pro possessionibus, quas ibi quis habet, pro vicino reputatur, quoad alios effectus aliter considerari debet* = & propterea habens domum propriam Parochiæ subjectam vocatur Parochianus *secundum quid*, ut prosequitur Balmased. *ubi proxime*, n. 14. & Kloch. *de contribut. cap.* 13. n. 19.

12 Accedunt rationes ad hoc probandum valde stringentes, quarum prima est, quod sicut domus non reperirent conductores, si commodum Ecclesiæ Parochialis non haberent, ita onus est dominorum subvenire ad fabricam Ecclesiæ, & ipsi dicuntur subjecti propter conductores, & si isti possident pro Dominis, e contra Domini habitare quodammodo videntur per medium suorum inquilinorum, a quibus repræsentantur ad hunc effectum, quæ quid secus quoad alios ad Text. in *leg. quia*, ff. *de Usufruct.* Pacion. *de locat. cap.* 34. §. 1. n. 36. Garz. *de expens. cap.* 14. n. 18.

Secunda est, quod pro magna parte Domini bonorum non habitantes fuerunt illi, qui ad expensas Fabricæ contribuerunt, unde quando de hoc apertissime constat, frustra quæritur, an appellatione Parochianorum veniant soluti Domini domorum, & simul habitantes, quia Juspatronatus competere hoc casu censetur omnibus illis, qui ædificarunt ratione possessionis domorum in Parochia existentium; non autem ratione habitationis, cum habitatio sit quid impertinens ad causam productivam Jurispatronatus, ut in specie, quod Domini domorum, 13
etiam non habitantes habeant Jus præsentandi ex causa constructionis, docuit Paulus de Montepico in *l. Titia cum Testamento, quæst.* 39. ff. *de legat.* 2. quem referunt, & sequuntur Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 10. n. 5. *fol.* 746. Vivian. *eodem tract. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 5. *cum pluribus seqq.* & *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 40. & *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 17. Pacion. *de locat. cap.* 27. *num.* 195. R. P. D. Ansaldus *in annot. ad decis.* 3. *num.* 13. ubi excludit familias de novo aggregatas.

Tertia, quod alias sequeretur absurdum, quod si hodie nemo extaret ex dominis domorum, qui habitaret in Parochia, sed omnes domus reperirentur locatæ, Juspatronatus expirasset, & liberum remanerет Beneficium, & rursus sequeretur, quod si tempore ædificationis unus tantum fuisset dominus domus, & habitator, & cæteri autem domini domorum, & non habitatores, ille unus debuisset solus acquirere Juspatronatus reportando commodum ex reædificatione facta per alios, & per contrarium illi, qui contribuerunt in expensis nihil obtinerent, & sic unus haberet commodum, alter incommodum contra principia Sacrorum Canonum, & pariter sequeretur, quod si ab initio nemo ex dominis domorum habitasset, aut si aliquis extitisset, qui in Parochia prius habitando postea se transtulisset ad aliam Parochiam, & inde reverteretur, Juspatronatus esset per accidens, ac eventuale, quia pro aliquo tempore Beneficium esset liberum, & aliquando de
Jurepatronatus, quæ absurditates faciunt recedere ab 14
hoc intellectu, & alter magis congruus est amplectendus, juxta notam regulam, de qua Rot. *decis.* 132. *numer.* 21. *part.* 15. *recent.* & *coram Emerix Jun. decis.* 1178. *num.* 11. & *dec.* 1289. *num.* 11. & *in Salernitana Alimentorum* 11. *Januarii* 1712. §. *Fundamentis, coram R. P. D. Scotto* nunc Illustriss. Gubernatore Urbis.

Quarta, quod conductores tantum ratione habitationis non fuerunt taxati, neque ad expensas contributionem fecerunt; immo ordinatum fuit, quod illi solvendo taxam se revalerent in pensionibus contra dominos domorum; ergo habitatio sicut non fuit considerata in incommodo expensarum, ita nec in commodo Jurispatronatus, ea ratione, quod ista contributio fit per æs, & libram a possidentibus, qui sunt obligati, Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 16. n. 37. Sperell. *decis.* 67. n. 57. Balmased. *de col-
lect. qu.* 36. *num.* 12. Tondut. *cap.* 38. n. 4. & Juspatro- 15
natus acquiritur etiam per populum, qui coacte ratione obligationis contribuit in expensis, ut bene Lambert. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *qu.* 4. *art.* 8. *num.* 2. *vers.* & *in casu fol. mihi* 69.

Quinta, ex observantia, dum in præsentationibus pro tempore factis, admissi fuerunt possessores domorum, licet non habitantes in Parochia; observantia au-

tem in hac materia totum fuit, ut præcipue spe-
16 ctanda venit, etiamsi materia hæc dubia dici valeret, ut bene Rocch. de Curte *de Jurepatr. in verb. ipso vel alii, n. 59. quem refert Lambert. lib. 1. part. 3. quæst. 8. artic. 10. n. 3. & plene Vivian. tract. lib. 6. cap. 6. n. 3. & seqq.*

Quapropter non obstant argumenta in contrarium; nam Breve Pii IV. de erectione executoris loquens de Parochianis intelligitur juxta subjectam materiam, ac de illis, qui possidebant domos, & ratione possessionis illarum dici poterant Parochiani, sicut partes intellexerunt, immo ad hunc effectum sufficeret dominos domorum esse habitatores si non actu, saltem habitu, & potentia, cum possint ad domum suam, & ad habitandum reverti; nullumque verbum legatur, quod actualem habitationem importet, nam verbum *Existentes* prædicari valet
17 etiam de existere valentibus, juxta Albericum *in dictionario in verbo existat*, ibi = *Existere*, idest *existere posse* = & consequenter corruunt omnes considerationes in objecto adductæ super hoc vocabulo *Parochianorum*, & cessat motivum, quod Juspatronatus, licet ab initio provenerit expensis non habitantium, potuerit reservari habitantibus, quia non constat fuisse contemplatam habitationem, sed sub eodem vocabulo Parochianorum comprehensos fuisse tam auctores reædificationis, quam eorum successores; unde si vocabulum hoc comprehendit sub onere reædificationis dominos domorum non habitantes, ita etiam successores habitatione carentes.

18 Quod vero solum habentes domos proprias in Parochia non essent de Jure obligati ad contributionem in fabricam Ecclesiæ, aut non est opinio tuta, aut saltem contrarium procedit ex consuetudine locorum ex allegatis *in §. quo stante*; quod vero illi eo casu expensarum contributionem fecerint, & sic Juspatronatus non quæsiverint est in Jure insubsistens, ut in puncto Lambert. *de Jurepatr. lib. 1. part. 1. quæst. 4. artic. 8. number. 2. fol. 69.* nec applicantur allegationes Rotæ *coram Gregor. decis. 197.* cum loquatur de donatione facta ex decimis, quæ spectabant ad Vicariam jure proprio, antequam ei assignarentur in actu erectionis, & sic fuit contributio, non assignatio decimarum.

Ad secundum articulum respondeo, Juspatronatus spectare ad successores, seu heredes universales eorum, quia contribuerunt in fabricam Ecclesiæ, non autem ad successores singulares, quia cum illud appareat reservatum *Parochianis*, sub hoc vocabulo in-
19 telliguntur heredes, & successores universales juxta naturam Juspatronatus, de quo Rotter. *de re Benef. libr. 2. quæst. 13. num. 28.* Antonini *resol. 7. num. 7. lib. 1.* Rota *coram Cerro. decis. 1368. n. 2.*

Neque propterea comprehendi videtur successores
20 particulares domorum in Parochia existentium, quia Juspatronatus non est annexum domibus, sed transit cum universitate, Juribus, & bonorum hæreditariorum, ut in puncto Lambert. *de Jurepatron. lib. 1. part. 2. quæst. 8. artic. num. 2. vers. quinto videtur potentior & fol. 384. & part. 2. libr. 2. quæst. 2. art. 10. num. vers. quinto minus; fol. 746.* & generaliter Rot. *coram Emerix. Jun. decis. 367. n. 1. & in recent. decis. ... 2. part. 19. & in Capuana Jurispatronatus 31. Martii 1708. §. Certius, cor. R. P. D. Lancetta, & in Pennen. Beneficii super pertinentia 17. Martii 1710. §. final. cor. R. P. D. Aldrovando.*

Quamvis enim Juspatronatus etiam cohærere pos-
21 sit certæ rei, puta fundo, vel palatio, ex late deductis apud Lambertin. *de Jurepatron. libr. 1. part. 2. quæst. 5. artic. 17. & 18. per totos:* Lugunez *de fructibus, part. 1. cap. 30. §. 2. num. 60.* Attamen in casu isto nullatenus constat de tali annexione Jurispatronatus domibus in Parochia existentibus; ex quo enim contribuerunt domini domorum, & ratione contributionis fuerunt effecti patroni; ergo non sequitur, quod Juspatronatus competat ratione domorum, seu tanquam eis annexum, juxta traditam in puncto per Lambertin. *de Jurepatr. dict. lib. 1. part. 2. quæst. 8. artic. 9. numer. 1. & part. 2. libr. 2. quæst. 2. artic. 10. num. 2.* de in terminis Juriumpatronatus Capellæ existentis in fundo, vel palatio ostendit, & probat Lugunez *de fructib. part. 1. cap. 30. §. 2. num. 59. & 60. cum seqq.* & facit recepta regula, quod annexio Jurispatronatus certæ rei, vel fundo non præsumitur, nisi probetur, facitque in dubio pro non annexione respondendum veniat; Pacion. *de locat. cap. 11. num. 47.* in *flor.* Rot. *dec. 198. num. 40. coram Mantica; & decis. 681. num. 3. coram Dunozett. Jun. & in recent. dec. 70. num. 9. part. 11. & dec. 19. n. 6. p. 18. & dec. 66. n. 18. p. 19. tom. 2.*

Ratio fundamentalis est, quod habentes domos proprias acquisiverunt Juspatronatus eorum personæ, & non domibus; nam domus fuerunt tantum causa, ut contribuerent, & concurrerent ad expensas ratione subjectionis realis, alias enim absurditas dicendum foret, quod omne Juspatronatum esset annexum singulis prædiis Fundatoris; quia prædia, & possessiones sunt in causa, ut ille fundaverit Ecclesiam, vel Beneficium, neque enim Juspatronatus Parochianorum est annexum rebus particularibus,
sed datur duplici modo; aut enim competit Paro- 22
chianis velut universis, seu existentibus de populo, & tunc est personale, & competit personæ propter habitationem, & ideo etiam si venditur domus, remanet apud Venditorem, ejusque heredes sanguinis, si etiam remaneant Parochiani, & de populo, nec prodest emptori, seu Emptoribus domorum, ut in specie Rinaldi *de Jurepatron. libr. 1. quæst. 14. num. 12.* Silvestr. in *Summa in verb. Juspatronatus*, Lambertin. *part. 2. libr. 1. quæst. 11. art. 13. numer. 5.* aut etiam competit, vel singulis ratione fundationis, seu constructionis, ut distinguit Lambertin. *part. 2. libr. 2. quæst. ... artic. ... num. ...* & de jure est hæreditarium, spectatque ad successores universales eorum, qui fundarunt, & dotarunt, nec ulla habetur consideratio domorum, ut ait Lambertin. *de Jurepatronat. part. secunda, libr. 1. quæstion. 2. articul. ... num. ...*, vel saltem erit sic Juspatronatus jure sanguinis deferendum, sive jure hæreditario, utroque casu exclusus remanet successor particularis domorum.

Si enim Jure hæreditario defertur, hoc Jus hæreditarium non verificatur in eo, qui est donatarius, aut singularis successor domorum; si autem jure sanguinis, & multo minus, immo Jus sanguinis intelligitur in illis, qui sunt habitatores, veluti quia Juspatronatum fuerit reservatum habitatoribus, vel ex observantia est resolutum, ubi per modum universitatis præsentant illi, qui sunt habitatores, & administrant partes simul cum filiis familias, juxta *consil. 21.* Frideric. de Senis apud Lambertin. *dict.*
part. 2. libr. 1. quæst. 11. art. 13. numer. 13. quo casu 23
cum ipsa Parochia, seu universitas Parochianorum sit patrona, Juspatronatus non transit in singularem successorem, nisi sit habitator, & Parochianus, immo nec particulariter donari, & transferri potest, nisi omnes de Parochia consentiant, ut Me scribente decisum fuit in *Tudert. Parochial. de Bertuzzida 29. Junii 1708. §. Neque prædictis, cor. R. P. D. Scotto* nunc Illustriss. Gubernatore Urbis.

In quo dictandum Juspatronatus Parochianorum 24
aut competere singulis, aut universis; competit singulis, ubi particulares fundarunt, & dotarunt; Et quidem tunc succedunt heredes universales etiam non habitatores Parochiæ: competit universis, ubi reservatum fuit habitatoribus, quo casu isti succedunt in Jurepatronatus, & vocem habent si sunt Parochiani, seu habitatores etiam habendo domos conductas, neque requiritur, quod ipsi descendant a Fundatoribus, aut sint heredes illorum, sed sufficit qualitas habitationis in Parochia: hoc autem nostrum Juspatronatus competit uti singulis, non vero jure universitatis; dum præsentationes factæ fuerunt per singulos, non autem in forma Colle-
gialiter omnibus simul coadunatis, & de Jure præ- 25
sumptum est, quod Juspatronatus competat uti singulis, non uti universis, juxta *consil. 76. libro secundo*, Abbatis, & resolvit Me scribente Rota in *Hipporegien. Parochialis 21. Junii 1700. §. in hypothesi, coram Rev. P. D. Molines Decano; & in ...*

Bononien. Parochialis 26. Januarii 1718. §. Constitit, cor. bon. mem. Caffarello.

Ex his descendendo ad tertium articulum, censeo PP. Theatinos successores singulares aliquarum domorum nullatenus habere Juspatronatus, quia non sunt hæredes universales eorum, qui reædificarunt Ecclesiam. Immo quatenus etiam figurandum esset suppositum, quod Juspatronatus spectaret ad habitatores simul, & dominos domorum in Parochia existentium, quod apud me in sensu veritatis non subsistit, nullum in hoc etiam casu Jus haberent, quia isti non sunt Parochiani habitatores Parochiæ, sed successores antiqui Parochi, seu Præpositi, qui sicut dici non poterat Parochianus, ita nec iidem Religiosi in ejus locum subrogati, cum sit magna diversitas, & distinctio inter Parochum, & Parochianos, dum actio, & passio non datur in eodem sub-
16 jecto, quod dixi ex abundanti, cum mea sententia sit, Juspatronatus non spectare ad dominos domorum cum qualitate Parochiani habitatoris ex supra firmatis.

ARGUMENTUM.

Quando Ecclesia est libera Ratione, Fundi, & Constructionis, sed indotata superveniens Dotator, an ex causa solius Dotationis acquirat Juspatronatus in totum, vel potius pro rata, junctis aliis in subjecta materia finitimis quæstionibus in corpore adjunctis.

SUMMARIUM.

1 *Edificata Ecclesia in Fundo spectante ad Ecclesiam, seu Canonicatum, Juspatronatus spectat ad illam, cujus est Fundus.*
2 *Auctoritates in contrarium quo sensu loquantur.*
3 *Eleemosyna Fidelium facta Imagini existenti in aliqua Ecclesia, in hujus utilitatem, & Fabricam converti debent.*
4 *Factum præsumitur, quod de Jure erat faciendum.*
5 *Omnis Ecclesia præsumitur constructa ex Eleemosynis, & oblationibus Fidelium.*
6 *Canonicus, aut Beneficiatus quicquid in Causam Dotationis Ecclesiæ erogavit præsumitur erogasse de Bonis Ecclesiasticis.* Vide n. 7.
8 *Beneficiatus quando præsumitur dotasse Ecclesiam de solis Bonis patrimonialibus.*
9 *Factum Ordinarii quando convincitur in una parte erroneum, & nullum, etiam in alia perdit Fidem.*
10 *Lite pendente non currit tempus ad præsentandum*, & n. 33. *limitata* n. 13.
11 *Sola appositio habentis Jus sufficit ad evitandam Devolutionem.*
12 *Patronus, ut dicatur in mora quid requiratur.*
14 *Fundare, vel dotare Beneficium cum pacto, ut illud sibi conferatur, sive cum Reservatione Juris præsentandi se ipsum, sive quod ipse Fundator esse debeat primus Beneficiatus, an sit Simonia?* & n. 15. & 18.
16 *Simonia committitur non solum in spiritualibus, sed etiam in eis annexis.*
17 *Conditiones reservationis annuæ Pensionis, Medietatis Oblationum, nec non Fructuum Beneficii favore Patroni in Casu, & toto tempore ejus Vacationis, an apponi possint in limine fundationis, & de aliis Conditionibus?* Vide n. 18.
19 *Prætendens Injustitiam, aut nullitatem reservationis, & Decreti Ordinarii, probare tenetur in Judicio petitorio.*
20 *Judex potest in petitorio corrigere Decretum Ordinarii quoad reservationem Jurispatronatus non bene factam.*
21 *Verba* = prætensa = *&* = ut asseritur = *stant impugnative.*
22 *Juspatronatus reservari non potest favore laicorum, quando fundatio, constructio, & Dotatio processit ex bonis Ecclesiæ.*
23 *Ecclesia ædificata ex oblationibus Fidelium dicitur ædificata ex reditibus Ecclesiasticis.*
24 *Ad acquirendum Juspatronatus copulative concurrere debent tres causæ.*
25 *Quando Ecclesia est dotata, & fundata, ex oblationibus, & Eleemosynis, si fuerit per alterum constructa, iste non acquirit Juspatronatus*, & n 35.
26 *Dotatio non ducit Ecclesiam de non esse ad esse, sed ad bene esse.*
27 *Juspatronatus in totum ratione Dotationis Ecclesiæ jam fundatæ, & constructæ acquiritur solum ex Privilegio.*
28 *Episcopus Ecclesiam liberam ex duabus Causis fundationis, & Constructionis non potest reddere servam in totum ex sola Causa Dotationis.*
29 *Ecclesia potest esse Patrona sui ipsius.*
30 *Eleemosyna oblata Imagini Beatissimæ Virginis in fundo præbendali existenti, acquiruntur præbendæ.*
31 *Sententia præcedens in gradu appellationis habetur pro non lata, & est justificanda de facto, & de Jure.*
32 *Decretum in una parte injustum perdit fidem; & præsumptionem in reliquis.*
34 *Dotans Ecclesiam jam libere fundatam, & constructam ex sola Dote quando acquirat Juspatronatus*, & n. 35. & 36.
37 *Ecclesia potest esse pro parte libera, & pro parte patronata, quando libertas illa exerceretur active, quia scilicet resolvitur in Juspatronatus pro rata exercibile cum aliis Patronis.*
38 *Quod Ecclesia non possit esse Patrona sui ipsius, quo sensu procedat?*
39 *Quomodo sit providendum, quando agitur de duobus Beneficiis unitis, ubi Patroni unius Beneficii præsentant unum, & Patroni alterius alterum, & quid in Beneficiis, quorum unum est liberæ collationis, & alterum de Jurepatronatus.*
40 *Dotans Ecclesiam jam libere fundatam, & constructam non potest acquirere Juspatronatus, nisi ex Privilegio Apostolico.*
41 *Simplex Dotator acquirit totum Juspatronatus in Cappella, vel Altari jam constructo expensis Ecclesiæ.*
42 *In Ecclesiis Patronatis potest fundari Cappella, & Beneficium absque consensu Patroni, declara* ut n. 43.
43 *Nemo invitus stare tenetur in communione.*
45 *Ad unum Altare erigi possunt plura Beneficia in abstracto sub diversis etiam invocationibus.*
46 *Beneficiatus habens usum Altaris pro celebratione Missæ quotidianæ pro expensis Sacristiæ debebit scuta sex annua.*
47 *Ad hoc, ut quis erigere possit Beneficium in abstracto in Cappella de Jurepatronatus an requiritur Consensus Patroni.*
48 *Patronus habet Jus retinendi claves Ecclesiæ, & Cappellæ de suo Jurepatronatus simul cum Beneficiato.*
49 *Episcopus non potest dare licentiam alteri apponendi, & retinendi scamnum in Ecclesia Patronata invito Patrono.*
50 *Quale Jus habeat Parochus in Ecclesia de Jurepatronatus sita intra limites suæ Parochiæ.*

ALLEGATIO LIV.

JUspatronatus Cappellæ erectæ in Fundo spectante ad Præbendam, & Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis non potuit acquiri per b. m. Canonicum Pium pro se ipso, & aliis ab eo nominatis post obitum, sed illud spectavit in totum, vel saltem pro majori parte ad Ecclesiam, seu successorem in Canonicatu,

ideoque nullo modo inftituendum cenfeo Clericum de Dominicis ab eodem Canonico Pio nominatum.

Cum ex tribus caufis acquiratur Jufpatronatus, fcilicet Fundatione, conftructione, & Dotatione, qualibet ex his Patronam facit Ecclefiam, & Canonicatum, & quidem ratione fundi dubitari non poteft, quin Ecclefia Jofpatronatus adepta fuerit,
1 quando enim ædificatur in Prædio, vel fundo fpectante ad Ecclefiam, feu Canonicatum, Jufpatronatus fpectat ad Ecclefiam, cujus eft fundus, ut aperte decidit Lambertin. *de Jurepatronatus libr.* 1. *part.* 1. *quæft.* 3. *art.* 18. *numer.* 1. *fol. mihi* 57. *& qu.* 8. *art.* 6. *numer.* 5. Amoftaz. *de Cauf. piis lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 56. *in fine* Barbof. *de Jure Ecclef. libr.* 2. *cap.* 2. *n.* 16 *verf. fi verum*, Azor. *Inftit. moral. part.* 2, *lib.* 9. *capit.* 3. *quæft.* 3. *in fine verf. fi autem*, Vivian. *de Jurep. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 18.

Ifta Conclufio non habet difficultatem licet de-
2 ducantur aliquæ Authoritates in contrarium; Iftæ enim folum dicunt, quod fi ædificatur Cappella intra Ecclefiam principalem, hæc ratione fundi non fit Patrona vigore confuetudinis generalis, ut apud Vivian. *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 49. Lambertin. *de Jurep. lib.* 1. *part.* 1. *quæft.* 8. *art.* 6. *n.* 4. Sed contrarium firmant, quando Cappella non ædificatur intra Ecclefiam, fed extra in aliquo ejus Prædio, Poffeffione, vel Agro, ubi non militat hæc Confuetudo de fui natura extenfionem non recipiens, ut videre eft apud eofdem Auctores in locis fupra citatis, & ad principium clarum, quod non meretur difputationem, maxime in præfenti, ubi præter occupationem Prædii, hoc recipit magnam fervitutem tranfitus Populi pro acceffu ad Ecclefiam, & fic Prædium remanfit damnificatum, & deterioratum in Præjudicium Præbendæ Canonicalis.

Ratione Conftructionis pariter Jufpatronatus com-
3 petit Ecclefiæ; nam conftat, Fabricam fuiffe peractam ex Oblationibus, & Eleemofynis Fidelium, quæ velut factæ Imagini Beatiffimæ Virginis in ejus utilitatem, & Fabricam converti debebant, ut in puncto Ventrigl. *in praxi part.* 2. *annot.* 26. *§. unico num.* 25. *Leo in Thefaur. fur. Ecclef. part.* 2. *capit.* 13. *num.* 27. 28. *&* 30. *in fine*, ibi = *Quæ quidem omnia dicta Imagini ad extructionem Fabricæ, non autem Parochiali debentur.* = Bellet. *Difquifit. Cleric.* §. 3. *fub num.* 3. R. P. D. Petra *de Conftit. Apoftolic. tom.* 2. *ad Conftit.* 1. *Anaft. IV. fect.* 2. *num.* 35. *verf. & medius*. Card. de Luc. *de Paroch. difc.* 42. *n.* 5.

Et male controvertitur, quod Fabrica ex Oblationibus, & Charitate Fidelium fecuta fuerit, quia
4 factum hoc probatur per Teftes, qui, licet ad perpetuam examinati, fufficienter probant tanquam adminiculati ab evidentia rei; Si enim Imago habet magnum concurfum Populi propter continua Miracula, utique Oblationes præfumuntur, & in quantitate fufficienti ad Fabricam de cætero non amplam, fed modicam, ut probat Ventrigl. *ubi fupra numer.* 25. ibi = *Et cum magno concurfu Populi concurrunt Oblationes notabilis quantitatis* = & fuppofitis oblationibus fupponenda eft earum erogatio in Fabricam, prout fieri debebat; nam factum præfumitur, quod de Jure erat faciendum, Mafcard. *de probat. concl.* 734. *num.* 1. Cravet. *conf.* 22. *num.* 5. Cephal. *conf.* 9. *num.* 16. *lib.* 1. Dec. *conf.* 446. *n.* 7. Ricc. *in praxi part.* 5. *tit. praxis prob. negat. refol.* 1. *numer.* 13. Barbof. *axiom.* 93. *num.* 26. Parif. *de refignat. lib.* 11. *qu.* 14. *n.* 7.

Immo hæc præfumptio fundatur de Jure, juxta
5 cujus difpofitionem omnis Ecclefia, præfumitur conftructa ex Eleemofynis, & Oblationibus Fidelium, eoque magis quando agitur de aliqua Miraculofa Imagine, ubi juxta quotidianam experientiam ex Oblationibus Populi ad eam confluentis ftatim erigi folent etiam infignes Ecclefiæ, & Templa, juxta quotidie fpectata exempla, ut teftatur Cardin. de Luca *de Jurepatron difc.* 12. *in fine*, *& de Paroch. difc.* 32. *numer.* 5. R. P. D. Petra *ubi fupra num.* 35. & generaliter loquendo extra hunc cafum firmavit Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 1. *part.* 1. *quæftion.* 7. *artic.* 15. *num.* 9. Rota *Me fcribente in Majoricen. Beneficii 6. Decembris* 1709. *§. Quoniam, coram R. P. D. Anfaldo, & in Senogallien. Fundationis* 16. *Maii* 1710. *§. Tum denique, coram Reverendiff. D. Molines Decano.*

Demum ratione Dotationis Jufpatronatus fuit et- 6
iam quæfitum Ecclefiæ; Licet enim Canonicus Pius dederit in dotem duo Prædiola valoris de Capitali fcutorum 102. & fimul in Morte hæredem inftituerit Cappellam, attamen, cum ageretur de Canonico, qui uti beneficiatus poffidebat reditus Ecclefiafticos, inde præfumitur, quod quidquid in Caufam Dotationis erogavit, ex Bonis Ecclefiafticis proceffetit, juxta firmata apud Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 8. *art.* 7. *num.* 1. *& feqq. fignanter num.* 13. *&* 14. ubi quod quidquid poffidet Beneficiatus præfumitur acquifitum ex reditibus Ecclefiæ, Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *qu.* 10. *num.* 10. Rot. *cor. Manzan. decif.* 597. *n.* 4.

Qua præfumptione attenta tenetur, qui contra- 7
rium prætendit oftendere, quod Canonicus Pius haberet Bona Patrimonialia, & quando etiam hoc oftenderet, exinde folum inferri poffet, quod Dotatio facta fuerit æqualiter de Bonis Patrimonialibus, & Ecclefiafticis, & per confequens medietas Dotis cenfetur data de Bonis Patrimonialibus, alia autem medietas de Bonis Ecclefiafticis, ut ait Lambertin. *de Jurepatr. libr.* 1. *part.* 1. *qu.* 8. *artic.* 7. *num.* 15. *& feqq.* ibi = *Quid autem in Prælato, vel Rectore habente, & Patrimonialia, & Beneficia, quomodo dicentur acquifita, & dic, quod & ratione Patrimonii, & ratione Beneficii* = *Text. eft in Can.* 1. 12. *qu.* 4. ubi dicitur = *Quod fi Prælatus acquifivit præfumitur pariter acquifiviffe ex Bonis Patrimonialibus, & Ecclefiæ, unde debet fieri divifio inter Ecclefiam, & heredem fecundum quantitatem Patrimonii, & taxationem Beneficii, &c.* = & ex hoc infertur ad cafum noftrum, quod fi præfupponimus, Clericum habere Patrimonium, & Beneficium, & reperiatur, fundaffe Ecclefiam, vel Cappellam, erit Patronus ipfe ratione Patrimonii, & Ecclefia fua ratione fuorum redituum.

Quibus non obftat, quod Canonicus Pius afferendo Ordinario, fe conftruxiffe, & dotaffe Cappellam in fundo Præbendæ reportaverit Jufpatronatus pro fe ipfo, & aliis ab eo nominatis tanquam laicale, & fic oriatur præfumptio, quod dotaverit de folis Bonis Patrimonialibus, juxta firmata Me fcribente in Parmen *Beneficii, cor. R. P. D. Scotto apud* Me *Difcept. Ecclef.* 25. *n.* 43.

Etenim termini prædictæ Decifionis Parmen. funt omnino diverfi, dum ibi probatum fuerat, Canonicum Mautellum dotaffe Beneficium de fuis Bonis
Patrimonialibus nuncupatis dell'Antognano, & in- 8
fuper concurrebat circumftantia, quod per fpatium plurium fæculorum Jufpatronatus femper poffeffum fuerat per Patronos laicos, quibus illud fuerat refervatum, & fic, dum aderat probatio Dotationis ex Bonis Patrimonialibus, & concurrebat obfervantia Jurifpatronatus poffeffi per Laicos, bene Rota fimul cum iftis adjunxit pro conjectura etiam factum Ordinarii, qui dictum Jufpatronatus refervaverat favore Patronorum Laicorum, ut videre eft apud Me *Difcept. Ecclefiaftic.* 25. *num.* 42. *& feqq. fol.* 422.

In cafu noftro nihil ex his concurrit, quia verfamur in prima Provifione Beneficii, & factum Ordinarii eft illud contra quod reclamatur per Canonicum fucceflorem immediate poft obitum Canonici Pii anteceffloris, ubi nulla præfumptio ftare poteft pro Decreto Ordinarii, dum videmus ipfum refervare totum Jufpatronatus favore Laicorum, non obftante, quod haberet notitiam, quod Cappella fuerat ædificata in Prædio fpectante ad Ecclefiam, quando juxta hanc folam notitiam debebat refervare faltem pro tertia parte Jufpatronatus Ecclefiæ ratione fun-
di, unde quando factum Ordinarii convincitur in una 9
parte erroneum, & nullum, etiam in alia parte perdit fidem, & præfumptionem regulariter militantem pro Judicio Ordinarii in præjudicium Ecclefiæ, nifi

factum

factum Ordinarii justificatur, maxime in gradu appellationis, in quo versamur, ut late probat Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. numer. 17. 30. & 36.* Cravet. *consil.* 103. *numer.* 11. Gabriel. *de Sentent. conclus. 5. numer.* 35. Mascard. *de Probat. conclus. 949. numer.* 32.

Aut igitur ex prædictis totum Juspatronatus ex omnibus tribus causis spectat ad Ecclesiam, aut saltem duæ ex tribus portionibus, quando etiam probaretur, totam Dotem fuisse erogatam ex Bonis Patrimonialibus Canonici Pii, & per consequens videre non possum, quo fundamento concedi possit Institutio Adversatio tanquam Præsentato, sive a non Patrono, sive ab habente dimidiam, vel unam ex tribus Partibus, seu Vocibus Jurispatronatus.

Neque obstare censeo, quod licet D. Canonicus Liborius haberet duas ex tribus vocibus, adhuc non relevaret, ex quo præsentationem non habet, & seipsum nominare prohibetur, & quatenus per viam Precum Institutionem petere possit tanquam Patronus, non tamen ei sit permissum propter lapsum temporis ad præsentandum de Jure præfixi.

Etenim non video, ubi fundetur Lapsus iste termini ad præsentandum, si enim vacatio succedere debebat post obitum Canonici Pii, & de hoc tempore comparuit Adversarius petendo institutionem, & contemporanee se opposuit D. Canonicus Liborius, & ab inde citra semper continuavit lis usque
10 in præsens, utique lite pendente non potuit currere tempus ad præsentandum, Rota *coram Gregor. decis. 94. numer. 10. & novissime* Me *scribente in Bononien. Parochialis 26. Januarii 1711. §. fin. coram bon memor. Caffarello*, ibi = *Cum controversa Parochialis vacasset, & intra mensem introducta fuerit lis, coram Ordinario tam inter Patronos, quam inter Præsentatos, deinde per viam appellationis in hoc S. Auditorio usque in hodierna tempora continuata, nunquam in his circumstantiis factus dicitur locus devolutioni.* =

Maxime, cum D. Canonicus Liborius debito tempore se opposuerit contra Adversarium, cujus proinde contradictio non potuit nocere eidem Canonico, & commodum dare eidem Adversario circa devolutionem Juris ad illum, cum sola oppositio habentis Jus sufficiat ad evitandam devolutionem, quia se opponendo in tempore dicitur deducere o-
11 mne Jus, quod habet juxta firmata apud Pamphil. *decis. 99. n. 3. & coram Duran. dec.* 370. *n. 2. & coram Peutinger. decis. 459. n. 6. & 7. & in Barchinonen. Beneficii 2. Decembris 1701. §. final. coram clar. memor. Card. Caprara.*

Præterea, cum verteret controversia super pertinentia Jurispatronatus ab Ordinario reservati favore Canonici Pii, aliorumque ab eo nominatorum, & D. Canonicatus Liborius veniat infringendo reservationem factam ab Ordinario, allegando, illud
12 spectare ad Ecclesiam, illique reservari debuisse, utique non currit Ecclesiæ tempus ad præsentandum, nisi a die declarationis Judicis, quod Juspatronatus spectet ad Ecclesiam, dum adhuc non potest Ecclesia, & Canonicus eam repræsentans dici constitutus in mora propter dubium litis ejusque impedimentum, ut in præcisis terminis firmatum fuit per Rot. *in dicta Barchinonen. Beneficii 24. Martii 1702. §. Minus adversatur, coram clar. memor. Card. Caprara, & 26. Martii 1703. §. Hinc pariter lapsus, §. Impedimentum, coram R. P. Dom. Lancetta.*

Ut enim Patronus dicatur in mora debet prius scire Jus suum, cujus certam notitiam non habet, nisi a die declarationis judicialis, Rota *in Firmana Beneficiorum 19. Januarii 1711. §. In nihilo, coram R. P. Dom. Lancetta, & in Bononien. Parochialis 26. Januarii 1711. §. Firmana, coram bon. memor. Caffarello.* Et insuper non debet habere obstaculum litis cum præsentato ab alio prætenso Patrono, qui impugnat Juspatronatus alterius, dum pendente hac lite habet manus ligatas, ne possit præsentare in vim Jurispatronatus litigiosi, & adhuc incerti, alias præsentando esset habere execu-

tionem ante canonizatum Jus præsentandi. Lancel-
lott. *de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. n. 532. & seqq.* 13
ubi solum limitat, quando Patronus esset in quasi possessione præsentandi ante litem, & *n. 604. cum seqq.* ubi præcise loquitur de casu nostro, quando nempe pendet lis inter Patronum, & Præsentatum ab alio Patrono.

Quibus stantibus superfluum puto discurrere super aliis difficultatibus in hac Causa motivatis, & signanter, an reservatio Jurispatronatus fuerit Simoniaca juxta Doctrinam Fagnan. *in capit. Tua de Simon. numer.* 3. & an Dos assignata per Canonicum Pium fuerit insufficiens, & quando fuerit talis? an hæreditas Cappellæ relicta dici possit collata in causam supplementi Dotis, vel potius sit legatum simplex extra causam Dotis; hæc omnia videntur superflua, quoties ex tribus Causis Fundationis, Constructionis, & Dotationis Ecclesia, vel habet omnes, & sit totum Juspatronatus, vel ad omne pejus majorem partem ex prædictis.

Cæterum Fagnan. *ubi supra* quatenus firmat esse 14
simoniam fundare, vel dotare Beneficium eo pacto, ut illud sibi conferatur, sive cum reservatione Juris præsentandi se ipsum, sive quod ipse Fundator esse debeat primus Beneficiatus, seu Cappellanus, male loquitur, & sine fundamento, cum passim in limine Fundationis possint hujusmodi leges apponi, & per Ordinarium approbari, nec requiritur Beneplacitum Apostolicum ex supposita labe Simoniæ. Neque obstat *Text. in dict. capit. tua de Simon.* in quo suum fundamentum constituit Fagnan. Quoniam Textus prædictus loquitur, & procedit in eo, qui obtulit Ecclesiæ receptitiæ Bona temporalia cum pacto, quod reciperetur in Canonicum, ac Bona oblata sibi ad vitam retineret, quia receptio in Canonicum dat Jus spirituale in re, cum ex illa quis acquirat stallum in choro, Locum in Capitulo, merito proinde fieri non potest mediante Pretio Bonorum temporalium, ut declarat Azor. *Institut. moral. part. 3. lib. 12. cap. 7. vers. secundo quæritur.* Unde non videtur ullo modo applicabilis ad casum, quo quis fundat Beneficium ex Bonis temporalibus cum reservatione Jurispatronatus, & Jurispræsentandi se ipsum, quia præsentatio non est actus continens in se aliquid Spiritualitatis, cum Spiritualitas consistat in Institutione, ut totidem verbis docuit Lambert. *de Jurepatronat. libr. 1. part. 1. quæst. 9. numer.* 48. & prius tradiderat Zabarell. *cons.* 82. *numer.* 2. Sed est tantum dispositio circa Ordinationem spiritualem, quam Sacri Canones ad alliciendos Benefactores ad fundanda Beneficia permittunt sibi servare in limine fundationis de consensu Episcopi, ut ponderat Lambertin. *de Jurepatronat. dict. quæst. 9. art. 1. sub n. 23. in fine, & numer.* 49.

Quod evidenter comprobatur, quia si *Text. in* 15
dict. cap. Tua nos de Simon. extenderetur ad casum, in quo quis fundat, & dotat Beneficium perpetuum sub hac lege, quod ad illud se ipsum posset præsentare, eodem modo Simoniaca dici deberet fundatio, & Dotatio sub conditione, quod ad illud instituenda esset certa Persona in actu erectionis per Fundatorem nominata, & præsentata, prout Filius, Consanguineus, Amicus, aut quilibet alius extraneus; nam Simoniaca est quælibet receptio in Beneficiatum propter oblationem rei temporalis, sive Collatio fiat ab ipso recepto, sive a Tertio. *Cap. ex insinuatione, cap. a Nobis de Simon.* Garz. *de Benefic. part. 8. cap. 1. numer. 8. & seqq. late* Pax Jord. *libr. 10. tit. 11. numer. 9. & seqq.* & tamen valida est conditio adjecta in limine fundationis Beneficii, quod instituenda sit Persona ex nunc designata a Fundatore, ut in specie tradit Lambertin. *dict. quæst. 9. art. 1. numer.* 58. ubi, quod ita servatur in Praxi, & concordat Hojed. *de incompatibil. cap. 28. numer.* 107. Garz. *de Benefic. part. 7. cap. 15. numer. 1. & seqq.* Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 6. capit. 4. numer.* 25. Potior igitur ratione dicendum est, validam esse conditionem se ipsum præsentandi, cum Jura magis faveant Clerico, ex cujus Bonis fundata

est

est Ecclesia ; aut Beneficium , quam Extraneo , ut
notat optima *Glos. in Can. Neminem* , *vers. sive pos-
sessionis 70. distinct.* Roccb. *de Jurepatron. versic. hono-
rificum quæstion.* 18. Lambertin. *lib.* 2. *part.* 3. *quæstion.
5. artic. quarto numer.* 4. Guttier. *consil. secundo nu-
mer.* 11.

Immo amplius Simoniaca foret ipsamet reserva-
tio Jurispatronatus , & præsentandi quemlibet extra-
neum conditione reservationis annuæ pensionis me-
dietatis oblationum favore Fundatoris , nec non re-
servationis fructuum Beneficii favore Patroni in ca-
su , & toto tempore ejus vacationis , & similes ,
16 cum Simonia non solum committatur in Spiritua-
libus, sed etiam in eis annexis , ut late tradit Lot-
ter. *de re benef. lib. 2. quæstion. 9. n. 71. & 75. cum seqq.*
17 quæ tamen conditiones possunt ab Episcopo admit-
ti in limine Fundationis absque labe Simoniæ , ut
in terminis Jurispatronatus, & præsentandi , expen-
dendo *Text. in dict. cap. Tua nos de Simonia* , tra-
dit ibidem Barbos. Azor. *Institut. moral. part. 3. libr.
12. dict. capit. 7. versic. præterea* , & de aliis conditio-
nibus Lambertin. *dict. quæst. 9. artic. 1. numer.* 56. 58.
& seqq. & de reservatione fructuum Beneficii favore
Patroni tempore vacationis, quod sit licita , & ap-
poni valeat in limine fundationis de consensu Epi-
scopi , tenet *Gloss. in capit. generali in vers. fundatio-
ne de elect.* in 6. Monacell. *in formul. for. Eccles. part.
tertia in prælud. numero* 13. *versicul. nisi in funda-
tione*.

Nec relevat ratio considerata per Fagnan. quod
Præsentatio tribuat Præsentato Jus spirituale ad Be-
neficium obtinendum , cujus vigore potest Episco-
pus compelli ad illum instituendum , quia consecu-
tivum est Iurispatronatus ; quod Præsentatus a Pa-
trono, aut Fundatore sit instituendus, non ideo ta-
men est a Iure improbata reservatio Jurispatronatus,
aut ipsa præsentatio in actu Fundationis , *ex supe-
rius adductis*.

Quo circa opinio Fagnani, utpote singularis, ac
sine alio Doctore in materia a pluribus antiquis
ubertime tractata non videtur in Iure tuta, & Con-
silium ab eo datum in suo Casu, re adhuc integra
fuit laudabile , & ad majorem cautelam , non au-
tem in foro allegabile ; Sed ne procedam per me-
ra ratiocinia sine Auctoritate punctuali firmante es-
se conditionem appositam in limine fundationis Be-
18 neficii , quod Fundator posset seipsum præsentare ,
allego Ciarlin. *controv. 69. numer. decimo quarto*. Et
ego passim videtur Fundationes Beneficiorum de Iu-
repatronatus occasione scribendi super illis, in qui-
bus continebatur Pactum , quod ipse Fundator esse
deberet primus Cappellanus , seu Beneficiatus, & con-
sequenter ex his censeo , Fagnanum magni nominis
de cætero Canonistam in superius relata opinione
sua non esse recipiendum in judicando ; Ad propo-
situm vero conditionum in limine Fundationis su-
perfluum non est registrare casum decisum per S.
Congregationem Concilii in una Pennen. *Beneficii
29. Aprilis* 1713. ubi Dominicus Antonius de Fœ-
licibus erigere volens Beneficium sub invocatione
Sanctissimæ Triadis in Oppido Planellæ , has con-
ditiones apposuit in Instrumento Dotationis. *Pri-
mam* Iuspatronatus Familiare sibi , ejusque Descen-
dentibus reservavit ; *Secundam* Patroni pro eorum
libito valeant Rectorem amovere ; *Tertiam* si Cle-
ricus de Familia ad hujusmodi Beneficium Animum
adjiciat , is perpetuo præsentari debeat. *Quartam*
Rectores , seu Beneficiati in Minoribus Ordinibus
Constituti , adstricti sunt duntaxat B. Virginis Of-
ficium quotidie persolvere . *Quintam* Pro eorum ve-
ro Conscientiæ Serenitate expresse Fundator adjun-
xit , quod expletis in dictis oneribus reliquum ex
fructibus utcunque ipsi vellent disponerent , pe-
rinde ac si essent Patrimoniales redditus ; *Sextam*
hujusmodi Beneficii idoneus etiam habeatur Cleri-
cus Septennis , dummodo Beatæ Virginis Officium
calleat . *Septimam* Beneficium obnoxium nunquam
sit devolutionibus , neque Apostolicis affectionibus ,
sive reservationibus etiam per Vacationem in Cu-
ria , sed Iuspatronatus semper illibatum Patronis
præservetur ; *Octavam* nullam pluralitatem , vel in-
compatibilitatem Beneficiorum hujusmodi inducere
possit etiam , ut dicitur sub eodem Tecto ; *Nonam*
facultatem sibi ipsi ejusque successoribus Fundator re-
servavit transferendi Beneficium ad quodcunque Al-
tare, sive Ecclesiam benevisam ; Et disputato dubio
in S. Congregatione Concilii = *An , & quæ Condi-
tiones in erectione Beneficii , de quo agitur sint appro-
bandæ?* = S. Congregatio die 29. Aprilis 1713. re-
spondit = *Esse approbandas omnes Conditiones , præ-
ter quintam , & quoad Nonam esse permittendam
Translationem cum consensu Ordinarii pro tempore
prout de Jure.* =

Redeundo ad Causam , de qua supra agitatam
coram doctissimo Judice , & Romanæ Curiæ ma-
gni nominis Prælato, iste, non obstantibus per me
deductis , plures excitabat difficultates in contra-
rium , pro quibus evacuandis iterum scribere neces-
se fuit . Et incipiendo ab illa , quæ principalis vi-
detur , & cæteris dissolutionem præbet , videndum
est , An in præsenti Judicio teneatur Judex proce-
dere juxta reservationem Jurispatronatus factam ab
Ordinario rejectis Exceptionibus ex hac parte da-
tis, vel potius corrigere valeat , & reformare quid-
quid Ordinarius facit in reservatione Jurispatrona-
tus .

In hoc Articulo mihi procedendum videtur cum
distinctione , quod nempe aut reservatio Jurispatro-
natus facta ab Ordinario reperitur effectuata per ul-
timos Status, & simul agitur in mero Judicio pos-
sessorio super Institutione , & in his terminis ad-
mitto , Partes Judicis esse restrictas ad judicandum
juxta formam , & legem contentam in Instrumen-
to. Erectionis Beneficii , & reservationis Jurispatro-
natus, cujus causa efficiens est consensus Ordinarii,
cujus factum unice attenditur , sive bene , sive ma-
le processerit, quia prætendens injustitiam, aut nul- 19
litatem reservationis , & Decretis Ordinarii tenetur
in Judicio petitorio hoc discutere, ibique corrigi fa-
cere quidquid male fecit , & expressit Ordinarius
juxta decisa, me scribente in *Asten. Prioratus super
pertinentia 7. Decembris* 1708. §. *nihilque refert* , &
20. *Martii* 1709. §. *Quamvis , coram R. P. D. Al-
drovando* .

Aut vero agitur in Judicio non quidem posses-
sorio inter Præsentato , sed petitorio , & Decretum
Ordinarii non est effectuatum , ex quo agitur de
prima vacatione, & prima provisione Beneficii , &
tali casu Judex non potest attendere quidquid male
fecit Ordinarius, sed tenetur revocare , & corrigere
ejus Decretum ad Instantiam veri Patroni , prout
alias judicavit R. P. D. Amadorius Romanæ Curiæ
Meritissimus, & insignis Doctrinæ Prælatus in *Fir-
mana Beneficii de Mense Julii* 1711. ubi, licet Or-
dinarius reservasset Juspatronatus ex Causa Dotis as-
signatæ in Testamento Viri , & Uxoris , quia ta-
men bona ex parte Viri assignata adhuc non vene-
rant in Dominium Ecclesiæ, & sic deficiebat adim-
plementum obligationis , seu Fundationis ex parte
Viri, denegavit Institutionem præsentato ab hæredi-
bus Viri, prout quod in petitorio possit Judex cor- 20
rigere Decretum Ordinarii quoad reservationem Ju-
rispatronatus non bene factam admisit Rota in d.
Asten. Prioratus super pertinentia 20. *Martii* 1709.
§. *quamvis in fine* , & *in Mediolanen. Jurispatrona-
tus* 21. *Februarii* 1707. §. *nec relevare , coram Emi-
nentiss. D. Card. Scotto* .

Quod autem in præsenti versemur in petitorio ;
est evidens quia Patronus est in causa , qui princi-
pio se opposuit re integra contra Præsentationem Ad-
versarii impugnando etiam reservationem Jurispatro-
natus factam ab Ordinario ex illis verbis = *Cum
prætensa reservatione Jurispatronatus laicalis , ut as-
seritur facta ex Instrumento rogato , &c.* Hæc enim
verba sine dubio involvunt impugnationem Jurispa-
tronatus juxta naturam ejus verbi = *prætensa* , = 21
& = *asseritur* , = quæ stant impugnative ad ipsam
reservationem Rota *dec. 463. num. 11. part. 19. t. 2.
rec. cum aliis in Cremonen. Beneficii* 14. *Maii* 1706.
§. *Epistola* , *cor. Reverendiss. Labacen.*

For-

Fortius, quia Patronus existens in causa, quando res est integra, scilicet ante secutam institutionem semper est in tempore reclamandi, & appellandi etiam nunc adversus Decretum Ordinarii, quia de caetero Jurisdictio est individuata virtute Appellationis commissae in Curia Romana, & devolventis causam cum annexis, & connexis, & clausula = quam, & quas = cujus vigore potest introduci Titulus, & petitorium, & omne aliud, quod in primo Judicio non fuisset introductum, aut specificatum, Rot. coram Priolo decision. 261. numer. 5. & coram Card. Cerr. decis. 44. numer. 35. & 36. & decis. 229. numer. 13. & decis. 347. numer. 7. coram Celso, decis. 107. numer. 10. & interem. decis. 256. num. 12. p. 19. tom. 2. & apud Me discept. Eccles. 19. num. 15.

Hoc posito videamus, an male Ordinarius reservaverit Iuspatronatus Canonico de Randalis, & sane hujusmodi reservationem nullam, & injustam probant Sacri Canones omnino prohibentes reser-
22 vare Iuspatronatus favore Laicorum, quando Fundatio, Constructio, & Dotatio processit ex Bonis Ecclesiae, per Text. in Can. Apostolicos 12. quaestion. 2. Lotter. de re benefic. lib. 1. quaest. 32. numer. 47. Garz. de benefic. part. 5. capit. 1. numer. 524. Vivian. de Jurepatron. libr. 2. capit. 5. numer. 1. vers. & addebant, & in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Conjectura, coram Eminentissimo Domino Cardinali Scotto.

Et quidem Fundatio processit ex Bonis Ecclesiae, dum Canonicus de Randulis Ecclesiam construxit in Fundo Praebendali spectanti ad Canonicatum tunc temporis ab eo possessum, quo casu Juspatronatus ex hac causa Fundationis, seu Collationis Fundi spectabat ad Ecclesiam, illique reservari debebat pro hac rata, ut probant Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. part. 1. quaestion. 3. artic. 18. numer. 1. & part. 1. quaest. & artic. 6. numer. 3. Amostaz. de caus. piis. lib. 5. cap. 3. numer. 16. in fine, Barbos. de Jure Eccles. lib. 2. cap. 2. numer. 16. vers. si verum, Spada cons. 121. numer. 1. lib. 3. Vivian. de Jurepatron. libr. 2. cap. 2. numer. 18.

Pariter constructio facta fuit de Bonis Ecclesiae; Etenim constat in facto, Christifideles multas oblationes obtulisse Imagini Miraculosae Beatissimae Virginis existenti in Fundo Praebendali Canonicatus,
23 ex quibus oblationibus Ecclesia fuit aedificata, & consequenter ex redditibus Ecclesiasticis, Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 2. capit. 13. numer. 27. 28. & 30. in fine Reverendiss. P. Dom. Petra ad Constitut. Apostolic. tom. 2. ad Constitut. 1. Anastasii 4. sect. 2. numer. 35. vers. & melius, Card. de Luc. de Paroch. disc. 32. n. 5.

Non obstat, quod Ecclesia aedificata ex oblationibus nascatur libera, nec acquirat Juspatronatus pro hac rata, prout videmus, quod passim ex causa dotationis, reservatur Iuspatronatus in totum Laico Dotatori in Ecclesia, quae jam constructa reperitur, quando tamen, si ratione constructionis Ecclesia ratam Iurispatronatus acquireret, totum Iuspatronatus reservari non potest alteri ex causa Dotationis.

Admisso enim, quod Ecclesia nascatur libera, quando fuit erecta, & fundata ex Oblationibus, & Eleemosynis, & nemo alius concurrit ad dotandum; sed in sensu veritatis absolute nego, quod post illam fundatam, & constructam, si superveniat Dotator, iste de Iure acquirat Iuspatronatus
24 in totum, quia vel pro rata tantum, seu tertia parte erit Patronus, vel nullo modo acquiret Iuspatronatus, cum ad illud acquirendum copulative concurrere debeant tres causae, scilicet Fundationis, Constructionis, & Dotationis, ut ex professo firmavit Fagnan. in capit. quoniam de Jurepatronatus numer. 26. & seqq. Pignatell. consultat. 82. numer. 82. & seqq. tom. 9. Cassador. decis. 6. numer. 10. de Jurepatronatu.

Et in terminis terminantibus Casus nostri, quod
25 si Ecclesia fuerit dotata, & fundata ex oblationibus, & Eleemosynis, sola vero Constructio fuerit peracta per Alterum, iste non acquirat Iuspatronatus, Me scribente firmavit Rota in Senogallien. Fundationis 13. Decembris 1709. §. In hoc rerum statu, coram Eminentissimo Dom. Cardinali Priolo, ibi = Cum autem Guidobaldus assignaverit Fundum absque reservatione Jurispatronatus, & Dotatio effformata sic ex Investimentis, & Donationibus Monasterii factis, Communitas ex sola constructione, quatenus de proprio aedificasset Juspatronatus acquirere minime potuisset = Confirmata 16. Maii 1710. §. Sed quatenus, coram Reverendiss. D. Molines Decano. Resolutionem hujus Conclusionis, vide infra sub num. 33.

Nec obstat, quod Iuspatronatus reservari soleat in totum ex Causa solius Dotationis in Ecclesia jam fundata, & constructa; Doctores enim pro hac Conclusione allegabiles solum firmant Iuspatronatus de Iure acquiri posse per eum, qui dotat Ecclesiam jam fundatam, & constructam, ut per Abbat. in cap. Quoniam numer. 9. de Jurepatronat. Vivian. eodem tractat. libr. 2. capit. 5. numer. 1. Sed non descendunt ad nostrum Articulum, an ex sola Dotatione acquiratur Iuspatronatus in totum, quando Ecclesia non habet Patronum ratione Fundi, & Constructionis; De Iure autem ad acquirendum Iuspatronatus in totum copulative exigitur interventus trium Causarum Fundationis, Constructionis, & Dotationis, quibus simul concurrentibus dicitur quis de-
ducere Ecclesiam de non esse ad esse, alias sola Do- 26
tatio non sufficit, cum illa non deducat Ecclesiam de non esse ad esse, sed ad perfectum esse, seu bene esse, quia Dos datur ad bene esse, Lambertin. de Jurepatronat. lib. 1. part. 1. quaestion. 4. artic. 1. numer. 8. ibi = Ex quo dotaverat etiam Ecclesia bene esse, idest dotem = & libr. 1. part. 1. quaestion. 6. artic. 1. sub numer. 6. versic. dixit enim fol. 114. & optime advertit Fagna. in dict. capit. quoniam de Jurepatronat. numer. 45. & 46. Pignatell. dict. consultat. 82. n. 86. in fine tom. 9.

Et licet aliquando concedi soleat Iuspatronatus in 27
totum ratione Dotationis Ecclesiae fundatae, & constructae, hoc tamen acquiritur solum ex Privilegio, ut ait Lambertin. libr. primo part. prima quaestion. 6. artic. 2. sub numer. 16. versic. requiritur quartus Consensus fol. 116. & quaestion. 10. artic. 4. num. 6. fol. 224. Quod Privilegium non potest dari ab Episcopo, quidquid dixerit Lambertin. ubi proxime; Sed requi-
ritur Authoritas Apostolica, quia non potest Episco- 28
pus Ecclesiam liberam ex duabus Causis Fundationis, & Constructionis reddere servam in totum ex sola, & unica causa Dotationis, ut per Gloss. in canon. Pia mentis 16. quaestion. 7. probat. Ricc. in praxi parte prima resolut. 86. per tot. Rota, coram Caril. decision. 67. numer. 2. & apud Me Disceptat. Eccles. 22. numer. 23. versicul. & novissime, ubi in proposito retuli Indicatum Sacr. Congregationis particularis.

Quando igitur in Casu isto Canonicus de Randalis dotasset de proprio, quia tamen non dedit Fundum, nec Dotem, aut non potuit acquirere Iuspatronatus, juxta Doctrinam Fagnani, & Rotae in dicta Senogalliensis Fundationis; Aut saltem acquirere non potuit, nisi pro tertia parte, & aliae duae tertiae spectarunt ad Canonicatum ratione Fundi, & ratione Constructionis factae ex Oblationibus, & Eleemosynis, nec potuit pro rata Constructionis Ecclesiae fieri libera, cum non possit esse partim libera, & partim serva, prout esset, quando extant alii Compatroni, ut ait Lambertin. libr. 1. part. 1. quaest. 4. artic. 6. numer. 6. versic. erit ne Ecclesia libera? Et quod dicatur libera, quando non extant Compatroni, eis vero extantibus Ecclesia habeat Ius praesentandi, ne Compatroni usurpent Iuspatronatus in totum, tradit Lambertin. lib. 3. quaestion. 8. artic. 10. sub num. 1. in fine.

Et summa quidem ratione, quia libertas debet redundare in utilitatem Ecclesiae, non autem in lucrum Patroni, qui ex una causa Dotis non potest acquirere quidquid est Ecclesiae ex aliis duabus causis Fundi, & Constructionis; Unde stante Compa- 29

trono

tronos libertas Ecclesiæ, ut sit illi proficua exerce-
29 tur active per viam Jurispatronatus, ut in specie, quod possit Ecclesia esse Patrona sui ipsius, ait *Glos. in cap. unic. de Jurepatr. in 6. vers. eisdem*, ibi = *Et sic Ecclesia erit Patrona sui ipsius*, & *in cap. quia Clerici in vers. spoliando de Jurepatronat.* ibi = *Sed cui applicabitur, potest dici quod Ecclesiæ, & sic Ecclesia erit Patrona sui ipsius.*

Sed clarius in præsenti, ubi non agitur de quæstione, an Ecclesia fiat Patrona sui ipsius, sed an Juspatronatus fuerit acquisitum Præbendæ, seu Canonicatui; Opinio enim, quod Ecclesia fiat libera procedit, quando Populus est ille, qui ædificat ex Eleemosynis, ut apud Lambertin. *lib. 1. part. 1. quæst. 7. artic. 15. numer. 9.* ibi = *Cum Ecclesia est fundata, constructa, vel dotata per Populum eleemosynaliter* = Secus autem in casu isto, ubi aderat Imago Beatissimæ Virginis in quodam Muro existente in Fundo Præbendali, cui Populus offerebat elee-
30 mosynas; Istæ enim acquirebantur Fundo, seu Præbendæ, & tanquam reditus Præbendales spectabant ad Canonicatum, ut apud Ventrigl. *in praxi part. 2. annotat. 26. §. unic. numer. 25.* ibi = *Quando in Imagine in loco privato depicta apparuntur Miracula, & tunc Oblationes prædictæ applicantur illi loco privato* = & per consequens sicut ratione Fundi, ita ratione Constructionis ex Oblationibus Juspatronatus fuit acquisitum Canonicatui, & Præbendæ.

Denique etiam Dotatio processit ex Bonis Ecclesiasticis, dum quando Canonicus dotat Ecclesiam, in dubio dotare censetur de Bonis acquisitis ratione Ecclesiæ, seu Beneficii, etiamsi constet, illum habuisse Bona profana, seu Patrimonialia, quia tunc saltem pro medietate dotatio referenda venit ad reditus Ecclesiasticos, juxta punctualem Doctrinam Lambertin. *de Jurepatron. libr. 1. part. 1. quæstion. 8. artic. 7. numer. 15. & seqq.* Quod assumptum hodie remanet corroboratum ex facto, ubi ostenditur, Canonicum de Randalis possedisse plura Beneficia, & reditus Ecclesiasticos, juxta *Gloss. in cap. 1. in verbo debent de Pecul. Cleric.* ubi Panormitan. *numer. 3.* Lotter. *de re benef. libr. 2. quæstion. 12. numer. 10.* Rota, *coram Manzanedo decision. 597. numer. 4.*

Neque adversantur responsiones, altera, quod enunciatum fuerit in Instrumento Dotationis dati in dotem quædam Prædiola per dictum Canonicum empta, & altera, quod, cum Ordinarius ratione Dotis reservaverit Juspatronatus, præsumatur, Dotem fuisse datam ex Bonis Patrimonialibus; Nam prima responsio concurrit reflectendo enunciativam emptionis Bonorum in dotem datorum non concludere, quod emptio facta fuerit ex redditibus profanis potius quam Ecclesiasticis, & per consequens in dubio facta præsumitur de redditibus Ecclesiæ ex Doctrinis supra allegatis.

Corruit secunda, dum præsumptio oriens ex Decreto Ordinarii non potest habere locum, quando, ut in præsenti, in quæstione est ipsum Decretum Ordinarii, de cujus revocatione, & reformatione agitur in præsenti Judicio petitorio per viam reclamationis, & appellationis; alias enim lata sententia ab uno Judice, cui assistit præsumptio Justitiæ in grado appellationis esset, semper confirman-
31 da, si procedendum foret cum hac præsumptione; Unde nota est regula, quod in gradu appellationis sententia præcedens habetur pro non lata, & est justificanda de Facto, & de Jure, Rota *coram Gregor. decision. 313. numer. 4. coram Coccin. decision. 125. numero quarto & coram Peutinger. decision. 173. numero 18. & in recentior. decision. 230. numer. 13. part. 18.*

Sed ulterius omnem Fidem perdit Decretum Ordinarii, ex quo fecit Injustitiam etiam in eo, quod clarum est, quod potest e adverso impugnari, scilicet nec etiam reservando Juspatronatus Canonicatui ratione Fundi. Unde fit, quod Decretum in una parte injustum perdit fidem, & præsum-
32 ptionem in reliquis. Menoch. *de Præsumptionibus lib. secundo præsumptionibus 67. numero decimo septimo 30. & 36.*

Firmato ex prædictis reservationem Jurispatronatus esse faciendam favore Canonicatus, & Præbendæ, cum totum processerit ex Bonis Ecclesiæ, est locus Sententiæ, in qua declaretur, Decretum Ordinarii super reservatione Jurispatronatus esse revocandum, illudque reservandum fore, & esse Canonicatui, & Juspræsentandi spectare ad Modernum Canonicum, ejusque pro tempore Successores, denegandam esse Institutionem Præsentato per Canonicum de Randalis, & Moderno Canonico licitum esse ad præsentationem devenire, quod per duas separatas Sententias explicari poterit.

Neque est dubitandum, quominus Moderno Canonico competat Juspræsentandi, non obstante quo- 33
cumque lapsu temporis; Cum enim hactenus duraverit pendentia litis, nec suum Juspatronatus fuerit adhuc reservatum, usque tempus ad præsentandum currere non potuit lite pendente; & ante reservationem Jurispatronatus, cujus Fructus est Præsentatio, sed tempus incipit currere a die sententiæ reservationis sui Jurispatronatus, & declaratoriæ sui jurispræsentandi, juxta firmata in *Bononien. Parochialis 26. Junii 1611. §. fin. coram bon. mem. Cafarello*, & *punctualem Doctrinam* Lancellotti *de Attentatis part. 2. cap. 4. in præfat. numer. 532. & 543.* Lambertin. *libr. 1. part. 2. quæst. 1. artic. 16. numer. 7.* ibi = *Non currere tempus, &c. quia adhuc non dicitur Patronus.* =

Judex in hac causa distinguebat inter Juspatronatus Ecclesiæ, & inter illud Cappellæ, seu Capellaniæ in ea erectæ, & dotatæ, dicendo Fundatorem sibi reservare voluisse Juspatronatus, seu præsentandi in Cappella tantum, non autem in Ecclesia, idque deducebatur ex verbis reservationibus factæ ab Ordinario, & ex Testamento Canonici Fundatoris, qui hæredem scripserat omnium suorum Bonorum Cappellam, non autem Ecclesiam, & sic erat in sensu, quod esset pronunciandum, Juspræsentandi ad Cappellaniam spectare ad illos, quos expresserat Fundator, & sic esse instituendum nominatum ab eodem Fundatore; Juspatronatus vero Ecclesiæ spectare ad Præbendam Canonicalem, seu Præbendatum præsentem, & alios pro tempore Successores.

ANNOTATIO.

Lambertin. *de Jurepatronat. lib. 1. part. 1. quæstion. 5. artic. 15. numer. secundo fol. 94.* aperte firmat, 34
quod si quis dotaverit Ecclesiam jam libere fundatam, & constructam, ex sola dote acquirit Juspatronatus in totum: movetur ratione, quod Ecclesia non potest esse pro parte libera, & pro parte Patronata; nam si ipsa esset Patrona sui ipsius ex hoc diceretur libera, & sic iste dotans licet non sit Patronus ex tribus causis, nempe fundationis, Constructionis, & Dotationis; attamen erit Patronus in totum, cum non sit alius Compatronus in exercitio Jurispatronatus, & cum opinione Lambertini concordat Barbos. *de jure Eccles. lib. 3. capit. 12. numer. 55.* Mascard. *de Probat. conclus. 957. numer. 34.* Mager. *de Militia Armat. capit. 9. numer. 584.* Hoc 35
ego assumptum puto erroneum, & nimis præjudiciale Ecclesiis, non quidem ex opinione, quod quia Dotator copulative non construxit, neque fundavit, Juspatronatus nullatenus quæsiverit, ut censuit Rota *in Senogallien. fundationis, de qua supra*, cujus opinio est de directo contraria alteri deductæ ex Doctoribus proxime relatis, & neutra mihi placet tanquam tendens de uno extremo ad aliud, eo quia concurrunt aliæ causæ ex eleemosynis productæ, & dos licet data per tertium post Ecclesiam jam in esse deductam, retrotrahitur ad tempus fundationis, & dotationis juxta Panorm. *in cap. quoniam de Jurepatron. numer. 9. & 19.* Fagnan. *numer. 48.* Pignatell. *Consult. 82. numer. 85. tomo 9.* Rota *in Lucana Decanatus apud* Vivian. *lib. 2. capit. 5. sub numer. 5. vers. non obstat si dicatur*, Et sic pe-

riude

rinde est, ac si ab initio simultanee concurrant omnes tres causæ ex diversis Personis provenientes, & quod dotans Ecclesiam jam fundatam, & constructam acquirat Iuspatronatus, dixit Vivian & Rota *apud ipsum de Jurepatronat. libr. secundo capit. 5. numer. 5.*

36 Sed moveor ex eo, quod iste Tertius postea dotans non potest in terminis Iuris acquirere nisi tertiam partem Iurispatronatus sibi Ratione Dotis competentem, non obstantibus Rationibus adductis per Lambertin. quia nempe licet ex Eleemosynis illæ duæ Causæ provenientes liberam efficiant Ecclesiam, hæc tamen libertas, cum nequeat habere locum favore Ecclesiæ quando adest Compatronus, dum est inducta in ejusdem Ecclesiæ favorem, & per contrarium si Compatronus obtineret totum Iuspatronatus, illa libertas redundaret in beneficium Patroni solummodo dotantis, & in damnum Ecclesiæ totalem servitutem subeuntis; hinc propterea libertas illa non est exercibilis, nisi assignando pro sua rata Iuspatronatus Ecclesiæ, seu Episcopo Ius Ecclesiæ exercenti, prout in exemplo plurium Patronorum, quorum unus, vel duo si renuncient Iuspatronatus Ecclesiæ, vel illud ex delicto deperdant, unde Ecclesia libertatem pro ea rata acquirat, cum nequeat hanc libertatem consequi, remanentibus aliis Compatronis, Ecclesia, seu Episcopus habebit Iuspatronatus, & præsentabit pro sua rata, quæ tangebat Patrono privato, vel renuncianti, juxta firmata per Canonistas relatos apud Lambertin. *lib. secunda part. tertia quæstion. 2. artic. 19. numer. 6. fol. 928. & libr. 3. quæstion. 8 artic. 10. numero primo fol. 1086.* Paltetin. *in capit. unica numer. 6. de Jurepatronat. in 6. & dict. supra allegat. 15. per totam.* Et

37 rationes Lambertini sunt fragiles; nam quod Ecclesia non possit esse pro parte libera, & pro parte patronata non procedit, quando libertas illa exercetur active, quia scilicet resolvitur in Iuspatronatus pro rata exercibile cum aliis Patronis, prout non relevat Ecclesiam Patronam sui ipsius dici liberam, quia vera est propositio ista ubi Ecclesia est libera in totum, neque habet aliquem Compatronum superexistentem, & hoc Casu dicitur Patrona sui ipsius improprie, non autem proprie loquendo, ut tradit Berous. *in capitul. quia Clerici numero septimo in fine, ibique* Panormit. *in 6. de Jurepatronat.* Lambertin. *lib. 3. quæstion. 8. artic. 9. numero primo circa finem*, secus autem est quando Ecclesia non est libera in totum, sed pro parte, tunc enim, cum illa libertas in parte non sit exercibilis, aut proficua, quia non potest Episcopus libere conferre Ecclesiam pro parte liberam, idcirco hæc libertas in parte, ut exerceri possit, inflectitur in Iuspatronatus pro parte, ut sic Episcopus, qui non potest libere conferre pro duabus partibus, præsentare valeat cum Compatronis, & postea ad Institutionem sui Præsentati procedere; Neque obstabit traditio

38 Panormit. *in dict. capit. quia Clerici in 6.* quod scilicet proprie loquendo Ecclesia non potest esse Patrona sui ipsius, procedit enim, quando est libera in totum, nec applicatur ubi est libera in parte, quia Ius Ecclesiæ particularis exercetur ab Episcopo, cui sicut spectaret libera Collatio pro parte, si de Iure dari posset, ita cum hæc dari non possit, eidem spectat exercitium Iurispatronatus pro reducenda ad actum libertate per hoc equipollens, & hoc modo non repugnat, quod Ecclesia sit Patrona sui ipsius, dum Iuspatronatus acquiritur Episcopo ratione suæ Jurisdictionis, cujus vigore, sicut habet Jus conferendi in Ecclesiis liberis, ita Juspræsentandi necessarium pro retinenda parte liberæ Collationis eo modo, quo potest, ne alias ista pars libertatis cedat in commodum Compatroni, ut bene Lambertin. *lib. tertio quæstion. 8. juncto artic. 9. & 10. utrobique numer. unico fol. 1086.* & in tantum Ecclesia dicitur Patrona sui ipsius in quantum seipsam fundavit, & construxit ex Eleemosynis, quæ censentur datæ Deo, & sic Ecclesiæ, Bartol. *in leg. prima §. Ad municipium numero primo ff. ad leg. falcid.* Rota *in Majoricen. successionis 23. Februarii 1711. §. quæ quidem, coram Reverendiss. P. Dom. Aldrovando.* Unde Ecclesia est Patrona tanquam de propriis Bonis fundata, & constructa; Neque intrat incompatibilitas ex quo actio, & passio non datur in eodem subjecto, & non datur servitus in re propria, quia cum Ecclesia sit quid inanimatum, & in hoc Iure representetur ab Episcopo, nulla adest incompatibilitas, quod Episcopus in Ecclesiis suæ Diœcesis exerceat Juspatronatus, sicuti exercet Jurisdictionem, & respective exigit subjectionem, & quod Ecclesia possit esse pro 39
parte libera, & pro parte de Jurepatronatus, probant tradita apud Vivian *de Jurepatronat. lib. 3. cap. 1. numer. 53. §. fin.* Et probatur ex Doctorum sententia, qui asserunt, & in casu Beneficii de Jurepatronatus uniti Beneficio liberæ Collationis posset practicari, ut una vice conferatur libere, & altera ad præsentationem Patroni, & sic deinceps alternative ex Leon. *in Thesaur. for Ecclef. part. 2. capit. 16. numer. 14.* Ventrigl. *in praxi part. 1. annot. 8. §. 1. numer. 18.* Rota *coram Bich. Decis. 382. numer. 22.* Barbos. *ad Concil. sess. 25. cap. de reform. numer. 83.* Et quando unio Beneficii de Jurepatronatus cum altero pariter Jurispatronatus præsumatur eque principalis conservando Juspatronatus in statu primævo, saltem quoad effectum præsentandi simultanee, seu alternative inter Patronos utriusque Beneficii Rota *dict. Decision. 382. numer. 15. 16. 20. & 22. coram Bichio.* Immo quod si Unio sit eque principalis intret reservatio Beneficii libere uniti cum Patronato asserit Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. § 7. numer. 57.* quod tamen videtur impracticabile; nam unio ista operatur, ut unus tantum sit Rector, & intrante reservatione duo darentur Rectores, unus ad præsentationem, & alter de reservato.

Ad quod propositum quæri potest, an stante unione duorum Beneficiorum de duplici Jurepatronatus duplicis generis Patronorum, quæ Beneficia fuerunt semper uni tantum Collata ad præsentationem utriusque generis Patronorum, si detur Casus, quod in aliqua vacatione scindantur Patroni, itaut alii præsentent Titium ad Beneficium de eorum Jurepatronatus, alii vero Sempronium ad alterum beneficium similiter de eorum Iurepatronatus, quomodo sit providendum, nempe an separatim danda sit institutio duobus Præsentatis in duobus respective Beneficiis? In hoc articulo non videtur posse dari duas Institutiones ad duo Beneficia, dum alias hoc modo destructa remaneret unio, minusque videtur, dari posse Institutionem uni duntaxat tanquam Præsentato ab illis Patronis, qui non habent Iuspræsentandi nisi ad unum, non autem ad utrunque Beneficium, supponendo unionem eque principalem, non autem incorporativam, quid ergo dicendum? Videtur intrare devolutionem ad superiorem attenta discordia Patronorum, facta etiam mentione litis si adest, vel quod Summus Pontifex dare possit Gratiam Uni ex Præsentatis cum derogatione Iurispatronatus aliorum Patronorum in eundem Præsentatum non concordantium juxta ea quæ scripsi *Discept. Eccles. 4. numer. 40. Vide* Amayden. *de stylo* Datar. *lib. 1. cap. 15. §. 4. numer. 28. & 29.*

Et secundo ad articulum principalem obstare non existimo Decretum *Concil. Trident. sess. 14. capit. 12. de reformat.* ubi statuitur, quod nemo Iuspatronatus impetrare, aut obtinere possit aut debeat, nisi Ecclesiam = *de novo fundaverit, & construxerit, seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti Dote fuerit de suis propriis, & patrimonialibus Bonis competenter dotaverit* = Quia, cum hoc Decretum circa Dotationem Ecclesiæ jam Constructæ, & sine Dote existentis, dicat quidem obtineri posse Iuspatronatus, sed nihil explicet, an in totum, vel pro rata obtineri possit, ac debeat; idcirco remanet semper eadem difficultas decidenda prout de Iure; Minusque subsistere puto quicquid censuit Rota *in Lucana Decanatus 8. Junii 1576. coram San. Memor. Clement. VIII. apud* Vivian. *de Jurepatronat. libro secundo cap. quinto numero primo versic. minus obstat*, ubi postquam firmavit, Dotantem acquirere Juspatronatus in Ecclesia jam fundata, & constructa, descendit ad repro-

ban-

bandum Lambertin. *libro primo part. prima quæstion. 6. artic. primo num.* 8. dicendum, coosensum dandum ab Episcopo pro acquisitione Iurispatronatus ex Causa solius Dotationis Ecclesiæ jam existentis esse privilegiatum, itaut dotans efficiatur Patronus quasi ex Privilegio, & respondet, quod de Iure communi liceat dotare Ecclesiam jam constructam quaodo Dotem non habuit, non obstante, quod dicatur, Ecclesiam jam constructam liberam esse, & pertinere ad Collationem Episcopi, eo quia addit Rota, Ecclesia est sine Dote, & cooseqnenter sine Ministris. Totos naoque discorsus hojus Decisionis bene procedit, quatenus intelligatur in eo senso, ut dotaos acquirat de Iure communi tatam Iurispartonatus sibi tangentem ratione dotis, sed absolute re-
40 iiciendus est si intelligatur in alio sensu, ut Iuspatronatus acquiratur in totum, quod tali Casu censeo, non posse acquiri, nisi ex Privilegio Apostolico, dissonum nanque mihi videtur, quod pro simplici dote dotans sibi acquirere possit Iuspatronatus super tota Ecclesia, obtinendo tot Prærogativas, quæ competunt Patrono Ecclesiæ ultra Iuspræsentandi; Nec obstat ratio illa, quod Ecclesia est sine Dote, & Ministria, quia si hæc urgeret ad acquirendum Iuspatronatus in totom ratione solius Dotis dicendum foret, quod licet alter Patronus dedisset fundum, & alter ædificasset sese ad aliod non obligando, ex quo Ecclesia esset sine Dote, superveniendo tertius Dotator acquireret totum Iuspatronatus exclusive ad alios Patronos ex Causa Fundi, & Constructionis, quod sicut falsum est in hoc casu, Lambertin. *lib. prima part. prima quæstion. 4. artic. 1. numer. 8. & 9. fol. 64. & quæst. 5. artic. 15. numer. 2. fol. 94.* sic etiam tale judicaodum, quando Ecclesia se ipsam fundavit, & construxit ex Bonis eleemosynaliter sibi ipsi datis, cum nemo unquam de Iure fieri possit Patronus in totum, nisi ab ipso provenientibus copulative omnibus tribus causis Fundationis, Constructionis, & Dotationis; Et hanc opinionem teneo, quæ excludit præjudicium Ecclesiæ, & tribuit Patrono, quod suum est, & eam esse de Iure veram, sed de consuetudine posse contrarium procedere, scilicet, ut ipse dotans solus sit Patronus, firmat Rochus de Curte *de Iurepatronatus in verbo, & dotavit numer. primo*, quæ consuetudo tanquam Iuri contraria probanda venit, & forte hæc consuetudo procedit, ex quo Ecclesia sine dote est inutilis, & ideo magis interest, & expedit, ut Ecclesia remaneat utilis, & habeat suam Officiaturam in Divinis, suumque Beneficiatum subiiciendo eam Iuripatronatus in totum favore dotaotis, quam quod illa remaneat frustratoria, & sine ullo fructu, sed hanc consuetudinem Ecclesiæ præjudicialem Ego non admitto, quia potest Episcopus parare dotem, vel ea eleemosynis Fidelium ad hunc effectum quæsitis, vel potius expedit uniire Beneficium simplex liberæ collationis, ut illa Ecclesia dotem habeat, quam facere jacturam fundi, & constructionis ad lucrum Laici dotantis; Et caveant Episcopi, qui ut Ecclesias sine dote manentes ad Statum collativum deducant tale Iuspatronatus reservant ex causa solius dotis in favorem Laicorum, cum non habeant potestatem alienandi libertatem Ecclesiæ ex Fundatione, & Constructione acquisitam pro duabus partibus, & imponendi totalem servitutem ratione dotationis donando Laicis fundum, & constructionem, seu Ius Ecclesiæ spectans ex his duabus Causis, sed quatenus reservara velint, sive ut reservare possint Iuspatronatus in totum opus est, quod Patronus Laicus præter dotem solvat æstimationem Fundi, & Ædificii, cujus pretium converti debebit in fundatione unius, vel plurium Beneficiorum liberæ Collationis in eadem Ecclesia erigendorum, vel ad alium usum Ecclesiæ arbitrio Episcopi, & hoc modo totale Iuspatronatus poterit reservari ab Episcopo, qui etiam poterit alio modo consulere indemnitati Ecclesiæ, exempli gratia imponendo Patrono onus solvendi annuum Censum in usus pios arbitrio Episcopis erogandum,

Et hactenus sermonem habui de Ecclesiis, seu reservatione Iurispatronatus in illis dando dotem pro eis sufficientem juxta *Text. in canon. nemo Ecclesiam de consecrat. distinct.* 1. & sic quando agitur de imponenda servitute Iurispatronatus super tota Ecclesia libere fundata, & constructa, sed sine dote, diversum est circa Beneficia particularia, seu circa Cappellas, & Altaria erecta in Ecclesiis liberis, ubi cum non habeatur ratio fundi pro acquirendo Iurepatronatus favore Ecclesiæ, juxta communem opinionem apud Doctores relatos per Reverendiss. P. D. Fattinell. *respons.* 110. *numer.* 28. eo quia ædificia Cappellarum, seu Altarium cæteroquin remanent ad ornatum, & decorem Ecclesiæ veluti ejus partes, licet de rigore pretium ædificii esset solvendum, attamen tollerari potest opinio, quod consen- 41
tiente Episcopo, simplex Dotator acquirit totum Iuspatronatus in Cappella, vel Altari jam constructo expensis Ecclesiæ, vel piorum Benefactorum, ut apud Reverendiss. P. Dom. Fattinell. *ubi proxime numer.* 49. Lambert. *part.* 1. *lib.* 1. *quæstion.* 6. *artic. primo numer.* 28. *in fine, fol.* 122. Rota *coram Bich. dec.* 162. *numer.* 3.

In Cappellis autem Ecclesiæ de Iurepatronatus ædificatis per Patronum sine dote non posset Episcopus reservare totum Iuspatronatus alteri ex causa dotis, dum ille est Patronus ratione fundi, & con- 42
structionis Cappellarum, cui non potest Episcopus tollere jus suum, Rota *decision.* 163. *numero quinto & decision.* 220. *numer.* 39. *part.* 17. *recentior.* licet sine consenso Patroni in Ecclesia de ejus Iurepatronatus possit ædificari Cappella ibique fundari beneficium, Lambertin. *part.* 1. *lib.* 1. *quæstion.* 3. *articul.* 17. *numero primo &* 2. Rocch. de Curt. *eodem tractat. in verbo construxit numer.* 11. Murga *de sepultur. tractat. quinto disquis.* 5. *numero primo &* 4. Rot. *decision.* 308. *numer* 2. *part.* 4. *tom* 1. *recentior.* quidquid dixerit R. P. D. Fattinell. *respons.* 110. *numer.* 13. cujus dicta intellige, ubi Patronus allegare possit suum præjudi- 43
cium, quod valeat se opponere, & audire, & sic requiritur ejus citatio Dunozett. *sen. decision.* 330. *numero primo*, cæterum quando non agitur de Cappellis per tertium ædificandis, & dotandis in Ecclesia de Iurepatronatus Alterius, sed de dotandis illis, jam ædificatis per Patronum, iste potest rationabiliter dissentire, ne in Cappellis ædificatis de proprio in Ecclesia de suo jurepatronatus admittat tertium Patronum ratione dotis, dum Altaria, & Cappellæ possunt stare sine dote, & pro ornamento tantum Ecclesiæ, Lambertin. *part.* 1. *libr.* 1. *quæst.* 6. *artic.* 1. *numer.* 28. *in fine fol.* 122. & proinde tali casu Iuspatronatus non posset reservari Tertio dotanti, nisi ad summum pro medietate, remanente pro alia medietate Iurepatronatus favore Patroni Ecclesiæ, & Cappellæ; neque Episcopus eum cogere posset ad consentiendum diverso modo, & jure, bene tamen cogere posset si nollet Patronus consentire, & hoc modo admitteretur Tertius Dotator, dum cessante ejus præjudicio non potest consensum denegare, juxta Lambertin. *dict. artic.* 17. *n.* 2. & Rocch. de Curt. *ubi supra*. Neque juvaret Patronum Ecclesiæ opponere, quod Altaria, & Cappellæ fuerint ab ipso constructæ ad solum ornamentum Ecclesiæ, juxta sensum Lambertini *dicta part.* 1. *lib.* 1. *quæstion.* 6. *artic.* 1. *numer.* 28. *in fine fol.* 122. Prævalet enim favor causæ piæ eadem prorsus ratione, qua non attenditur dissensus Patroni, si in ejus 44
Ecclesia de Iurepatronatus quis vellet ex integro construere, & dotare Cappellam, seu Altare ex prælegatis; excipe tamen nisi Patronus Ecclesiæ vellet dotare Cappellam, seu Altare, nam esset præferendus Tertio Dotatori, nemo enim tenetur invitus stare in communione, Lambert. *lib.* 1. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 6. *per totum*, Rocch. de Curt. *in verb. Ecclesia fundavit, n.* 4. & 5.

Adde prædicta quod de consuetudine possunt erigi beneficia in abstracto ex. gr. cum onere Missarum celebrandarum in Cappella jam fundata, constructa & dotata, sive libera, sive de Iurepatronatus, ut per Lambertin. *part.* 1. *lib. primo quæstion.* 5.

art.

art. 15. *numer.* 2. *in fine fol.* 94. & *quæst.* 6. *art.* 12 *numer.* 31. *in fin. fol.* 129. ubi quod tali casu, sic dotans beneficium in abstracto acquirit Juspatronatus de consensu Episcopi ea ratione, quod possunt ad unum Altare erigi plura beneficia, sub diversis
45 etiam invocationibus, quia spiritualia locum non occupant, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 46. Card. de Luc. *de Jurepat. disc.* 23. *num.* 8. Rot. *decis.* 206. *numer.* 6. *part.* 13. *rec.* & *cor. Penia dec.* 1394. *num.* 6. & *dec.* 1434. *num.* 3. & Me *scribente in Colonien. Canonicatus* 23. *Junii* 1704. §. *hinc non relevant*, *coram Eminentiss. Kaunitz*, & 9. *Decembris* 1707. §. *præcipue*, *coram R. P. D. Ansaldo*, ubi ampliatur, quod possint plura beneficia in una Ecclesia erigi etiam sine Cappella, vel Altaris veluti beneficia in abstracto, tali autem casu Juspatronatus non acquiritur in illa Cappella, vel Altari, aut Ecclesia, ubi beneficium erigitur in abstracto, sed tantum illi est locus celebrationi Missarum, Lambert. *part.* 1. *libr.* 2. *quæst.* 6. *artic.* 1. *numer.* 30. *versic.* & *tunc creans hoc beneficium*
46 *fol.* 122. & sic habebit Beneficiatus usum Altaris pro celebratione, & pro expensis Sacristiæ solvi debebunt scuta sex annua pro Missa quotidiana, ut arbitratur Bordon. *de legat. capit.* 10. *de stipend. Missar. numer.* 71. ubi pro Missis manualibus addit solvendum unum denari Sacristiæ pro quolibet centenario Missarum, & generaliter de restauro debito Sacristiæ pro Ostiis, Candelis, & Vino, tradunt Amostaz. *de caus. piis lib.* 2. *capit.* 4. *num.* 20. *in fine* Tamburin. *oper. moral. tit.* 40 *Methodo celebr. Missar. lib.* 3. *capit.* 1. §. 5. *num.* 2. Rota *in Gerunden. Anniversariorum de Guiraldz.* 14. *Martii* 1710. §. *omnibus coram Reverendiss. R. D. Ansaldo*.

47 Quæstio esse potest, an in Cappella de Jurepatronatus si quis erigere intendat hujusmodi Beneficium in abstracto requiratur consensus Patroni? & videtur negativè respondendum, quia sicut ejus consensus non requiritur, ubi quis construere, & dotare intendit Cappellam, seu Altare in Ecclesia de Jurepatronatus, ut dixi *supra*, *numer.* 42. ita nec etiam videtur requiri in erectione Beneficii in abstracto cum cesset præjudicium Patroni; Sed pro contraria sententia non desunt rationes, si enim ego possideam Juspatronatus Cappellæ per me, vel Antecessores meos constructæ, & dotatæ non debeo pati servitutem, quod alius Sacerdos ibi celebret, & servitus ista sufficit pro præjudicio, non sic autem in Ecclesiis liberis, ubi sufficit consensus Ordinarii, in cujus absoluta potestate sunt omnes Ecclesiæ, & Cappellæ non habentes Patronum. Neque currit paritas cum casu, quo Patroni consensus non requiritur, quando quis construere, & dotare intendit Cappellam in Ecclesia de Jurepatronatus; nam tali casu Patronus non recipit servitutem nisi in Fundo Ecclesiæ, in quo iste jus non habet, ut apud Lambert *part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 3. *art.* 15. *numer.* 8. secus in Cappella, seu Altari, in quo tanquam suis expensis constructo, & ornato Patronus habere videtur jus, ne alius ibi celebret præter suum Cappellanum; aliàs enim Patronus habens Cappellam in Ecclesia libera, ubi celebrantur plures Missæ tam manuales, quam fundatæ, non obstante, quod adessent aliæ Cappellæ liberæ; pati deberet, quod in sua Cappella omnes, & quicunque Sacerdotes communiter celebrarent, & sic esset Cappella ad communem commodum; item resultare posset absurdum, quod possent in Cappella erigi in abstracto sex, septem, & decem Beneficia, itaut Cappellanus Patroni non haberet libertatem celebrandi in sua Cappella, tempore, & horis sibi benevisis:
48 Item si Patronus habet jus retinendi claves Ecclesiæ, & Cappellæ de suo jurepatronatus simul cum Beneficiato, Rot. *coram Emerix jun. decision.* 839. & *decis.* 1231. *per totas*, & in *Augustana Jurispatronatus super negotio principali* 31. *Januarii* 1695. §. *Ubique* & *super reintegratione* 10. *ejusdem sequentis* §. *Reintegrare*, *coram bon. mem. Ursino*. Ergo habet jus prohibendi ingressum aliis Sacerdotibus celebraturis.

Quibus tamen non obstantibus contrariam sententiam probare videntur tradita per Card. de Luca *de præhem. disc.* 42. *per tot. signanter* & *numer.* 6. ubi quod juspatronatus non dat dominium in Cappellis, neque jus privativum, & prohibitivum ingressus ad differentiam sepulturæ; in quibus constructor habet jus prohibendi, ne aliena Cadavera inferantur, & testatur hoc de consuetudine servari, & quamvis Card. de Luca loquatur de functionibus Canonicorum faciendis in Cappella de Jurepatronatus; video tamen juxta praxim, & consuetudinem passim quoscunque laicos habere ingressum, & passim celebrari per quoscunque Sacerdotes in Cappellis de Jurepatronatus, prout etiam tradit Card. de Luca *de Jurepatronat. disc.* 52. *numer.* 14. ubi limitat, dummodo id non impediat Patrono celebrationem Divinorum, & Solemnitatem per ipsum volitam, sed fiat diversis temporibus ad majorem cultum, vel Populi devotionem, non autem inæmulationem, seu aliud præjudicium, adde Seraph. *dec.* 652. *num.* 4. licet qui contrarium sustinere prætenderet, respondere valeat, id practicari non reclamantibus, & tacite consentientibus Patronis. Vide ad materiam Rayer, P. Dom. Fattinell. *respons.* 110. *num.* 9. & *seqq.* ubi quod non possit Rector Ecclesiæ invito Patrono concedere alicui Confraternitati licentiam se congregandi in Cappella patronata, tanquam speciem servitutis, quæ in præjudicium Patroni non permittitur Rectori Ecclesiæ, & 49
quod non possit etiam Episcopus dare licentiam alteri apponendi, & retinendi scamnum in Ecclesia patronatâ invito Patrono, censuit Rot. *coram Cerro decis.* 843. *numer.* 3. & *seqq.* ea ratione, quod spectat ad Patronum defendere propriam Ecclesiam a qualibet servitute, ut est servitus scamni, & sequitur Adden. ad Pamphil. *decis.* 717. *num.* 7. *vers. quod eo magis*, R. P. D. Fattinell. *dict. respons.* 110. *num.* 14. bene verum est, quod decisio Cerri loquitur, quando in Ecclesia Patronali nullus unquam consuevit scamna retinere, eorumque appositio ob angustiam situs esset impedimenti, & in contrariam sententiam inclinavit Rot. *in Burgen. juris sedendi decis.* 474. *n.* 4. & *seqq. part.* 19. *tom.* 2. *recent.* quæ tamen se fundat in auctoritatibus, quæ dicunt Patronum non habere jus prohibendi, ne in Ecclesia de suo Jurepatronatus construatur Cappella, & concedatur sepulchrum pro aliis de consensu Episcopi; primum non applicatur, dum est favorabile Ecclesiæ, & in augmentum cultus Divini; secundum provenit ex communi opinione, quod sepulturæ jus neutiquam sit de pertinentibus ad Juspatronatus; videndum ergo est an idem procedat in jure retinendi scamnum. Et quod si Rector Ecclesiæ, vel Episcopus vellet collocare in Cappella patronata Reliquias aliquorum Sanctorum invito Patrono id etiam non liceat, censuit Valenz. *cons.* 18. *num.* 30. & 31. *lib.* 1. sic etiam ha- 50
bemus, quod Oratorium, vel Ecclesia de Jurepatronatus fundata intra limites Parochiæ non subjacet Parocho præterquam quoad jura Parochialia, juxta doctrinam Panormit. *in capit. dilectus num.* 11. & 12. *de Capellis Monach.* & magistraliter firmatam in *decis.* 1089. *num.* 10. & *seqq. cor. Coccino*, & obtinui in pluribus infrascriptis causis, in quibus scripsi, nempe *in Aretina juris Parochialium* 27. *Februarii* 1704. §. *depulsa*, *cor. R. P. D. Ansaldo*, & *in Civitatis Plebis jurium Parochialium* 31. *Julii* 1705. §. *decidendi ratio*, *coram Reverendissimo Domino Molinis Decano*, *confirmatâ* 6. *Junii* 1708. §. *Aut vero*, *coram R. P. D. Ansaldo*, & *in Gerunden. anniversariorum de Guiraldz* 3. *Junii* 1709. §. *Verum*, *coram R. P. D. Crispo*, & *in Bisinianen. præeminentiarum* 17. *Februarii* 1710. §. *Quibus omnibus*, & 16. *Januarii* 1711. §. *Descendendo*, & *in Perusina præeminentiarum* 2. *Decembris* 1710. §. *Et sane*, *coram R. P. D. Ansaldo*. Hæc autem subjectio quoad jura Parochialia, seu Functiones Parochiales non intelligitur, ut Parochus invito Patrono Ecclesiæ sitæ intra suos limites possit ibi docere Doctrinam Christianam, Sacramentare Populum Parochiæ, prædicare, tenere ibidem Sanctissimum Viaticum

effectum ut invito Reverendissimo Soanen. deveniatur ad permutationem ob Concurrentiam rationabilis Causæ, quæ fundatur in necessitate, & utilitate Ecclesiæ, cum in Jure nostro detur duplex permutationis species, altera scilicet voluntaria, pro qua mutuus ambarum partium consensus requiritur, altera vero necessaria, quæ fit Officio Superioris ob justam Causam, ut distinguit Card. Zabarell. *in cap. quæsitum num. 23. de rer. permut.* ibi = *Quædam est permutatio voluntaria, quædam necessaria, quæ fit Officio Superioris, &c. quod secunda possit fieri invitis Beneficiatis* = Concordat Vitalin. *in Clementin. 1. num. 80. & 81. de rer. permut.* ibi = *Conclude quod ista materia loquitur de permutatione voluntaria, est autem dare in beneficialibus etiam permutationem necessariam, hoc est quæ redditur in invitos, &c. circa quam dic, quod intuitu personæ non est fienda, &c. intuitu vero Ecclesiæ fieri potest, & ista est communis sententia Doctorum.*

4 Ratio quare contra Invitum detur, & danda sit permutatio consistit in urgentia Causæ publicæ, quæ facit recedere a regulis Juris, ut ait Paris. *de resign. lib. 3. q. 18. num. 13. & 16.* ibi = *Ita ex Causa quare agitur ad permutandum, &c. & est communis opinio omnium Doctorum, &c. nam Causa facit recedere a regulis Juris* = Ea qua ratione succedit subalternans Regula, quod ubi agitur de re justa, & rationabili, in qua alterius consensus requiritur, tunc si iste dissentiat, dicitur irrationabiliter invitus, ejusque consensus suppletur per Superiorem, ut est *Text. in cap. nullus 17. de Jurepatr.* Panormit. *in cap. cum in veteri num. 13. de Elect.* Card. de Luca *de Jurepatr. disc. 44. num. 3.* ubi loquitur in terminis consensus denegati ad permutationem: Rota *coram Gregor. dec. 117. num. 8. & 9. coram Mantica decis. 238. numer. 5. & in Colonien. Canonicatus primæ gratiæ 13. Decemb. 1709. §. Tertium, coram R. P. D. Lancetta, & 10. Decembris 1710. §. final. coram R. P. D. Ansaldo.*

Fortius autem hujusmodi dissensus non attenditur quando permutatio imploratur coram Papa, ejusque auctoritate facienda venit, ea ratione quod Papa est Supremus Dominus omnium Ecclesiarum, & Bonorum ad eas spectantium in universo Orbe Catholico, & ipse est Episcopus universalis; Cæteri veri Episcopi inferiores sunt simplices ejus Coadjutores, vocati in partem Pastoralis sollicitudinis, *ut in Can. multum super 3. qu. 6.* ibi = *Vices enim nostras ita tuæ credimus Charitati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis* = Unde quoties sive negotium alienationis, sive permutationis bonorum spectantium ad Ecclesias inferiores devolvitur ad Sedem Apostolicam Summus Pontifex, sive hæc Sacra Congregatio, non indiget consensu Episcopi, cum ipse Papa sit primarius Dominus, & primarius Administrator omnium Ecclesiarum, earumque bonorum, & solum de honestate ejus con-
5 tradictionem audit quando fundatur in aliqua justa, & rationabili Causa, qua idcirco deficiente disponit potestate sua sibi a Deo tributa, absque necessitate consensus Episcopi, quem irrationabiliter denegeri agnoscit, ut hac ratione moventur omnes Canonistæ in ea quæstione, an Papa possit rem uni Ecclesiæ auferre ea invita, & dare alteri, ut late disputat Bellamer. *in Can. per principalem 9. q. 3. n. 77. & seqq.* ibi = *Quia dominium rerum Ecclesiasticarum est apud Christum, & est Christi, & non ipsarum Ecclesiarum, Papa autem solus est immediatus Christi Vicarius, inferior vero Episcopus non est immediatus Christi Vicarius, unde quæ facit Papa, videntur ab ipso fieri, ipse enim Dominus solus fundavit Romanam Ecclesiam, cujus ipse Papa Caput est: Aliæ vero particulares Ecclesiæ fundatæ fuerunt non immediate a Christo, sed a Petro, & ejus Successoribus, &c. ex quo manifeste patet, quod omnem potestatem, quam habent Episcopi in dictis Provinciis habent a Petro, & ejus Successoribus, qui cum assumpti essent a Christo in plenitudine potestatis, ipsi sibi assumpserunt Episcopos in partem sollicitudinis illis impartiendo vices, &c. ergo Papa potest rem auferre uni Ecclesiæ cum dominium rerum Ecclesiarum non est apud Ecclesias.*

Nulla igitur ratione voluntas, & consensus Episcopi desideratur in contractu alienationis, aut permutationis, pro quo recurritur ad Papam, tanquam Supremum Dominum ob irrationabilem Contradictio- 6
nem Episcopi, nam tali casu Papa subintrat in locum Episcopi, tanquam proprii Ministri sibi subordinati, & iste solus consentit, & consentire convenit tanquam Episcopus major, qui sui Ministri, & Coadjutoris dissensum negligit tanquam non Domini, nec habentis dominium in rebus Ecclesiæ; ut eleganter per solida Juris principia firmavit Rota *coram Merlin. dec. 764. num. 12. & seqq. & decis. 775. num. 19. & seqq.* ibi = *Consensus Papæ in alienatione bonorum Ecclesiasticorum requiritur, &c. ratione Consensus veri Domini, seu primarii, & Supremi Administratoris, &c. quippe Papa est Dominus omnium bonorum Ecclesiarum, & habet plenariam dispositionem Jure Monarchico, quod apud eum residet in universum Corpus Ecclesiæ, & singula ejus membra, &c. & Episcopi a Papa immediate acceperunt, & habent potestatem, &c. & ideo etiam Papa valide potest distrahere, & quod est unius Ecclesiæ in alteram Ecclesiam, vel quamcunque personam transferre, si vel utilitatem Ecclesiæ cui adimitur, & cui assignatur, vel bonum Ecclesiæ universalis id exposcere cognoverit, quemadmodum enim partes Prælatorum sunt, ut singulis eorum Ecclesiis distinctis invigilent, & consulant, ita Jus Papæ est super universali Ecclesia, & munus illius super incolumnitate, & tutela nedum OMNIUM ECCLESIARUM PARTICULARIUM, sed etiam ejusdem Ecclesiæ universalis, quæ ex omnibus Particularibus Ecclesiis quasi membris conficitur, & propterea ut munus hoc suum libere impleat Papa potest super bonis Ecclesiarum, si illi hoc expedire videbitur, disponere, &c. & congrue dici potest Papam Constitutum esse a Deo Dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ, &c. quæ ratio dominii, & talis administrationis solum militat in Romano Pontifice, non autem in aliis Prælatis, & coram Coccin. dec. 1708. num. 12. & 13.*

Quando igitur recurritur ad verum Dominum, & Supremum Episcopum, ut est Papa, ejus auctoritas, & consensus silere facit illum Ministri inferioris, qui solum auditur, ut in Contradictione sua alleget justam Causam, quare Papa verus Dominus auctorizare non debeat alienationem, seu permutationem, sed ubi justa Causa non concurrat ad nihil attenditur velle, vel nolle Episcopi, tanquam non Domini rerum, & bonorum suæ Ecclesiæ, suæque subordinatæ administrationis, sed cedendum est auctoritati, & voluntati Summi Pontificis, qui movetur ad concedendum, ubi cognoscat urgentiam Causæ rationabilis ea qua recipit justitiæ impulsum, ut in proposito firmavit Turricell. *de rer. Eccles. non alien. n. 14 & seqq. signanter n. 17.* Rota *dec. 207. n. 7. & seqq. p. 4. diversor.*

Quod autem Summus Pontifex nunquam denegare soleat, nec unquam denegaverit similes Concessiones, immo duriores, & graviores, quando aliquam agnovit subesse publicam, seu rationabilem Causam, est opinio Communis apud omnes: Primo
enim habemus quæstionem illam, an Papa possit in- 7
vito Episcopo dismembrare illi Episcopatum, & unum dividere in duos, ubi consentiunt Canonistæ omnes, quod stante justa Causa possit Summus Pontifex invito, & dissentiente Episcopo ad hanc divisionem, & dismembrationem devenire, ut ait Glos. *in Can. lege Imperatorum, in verb. divisiones dist. 10.* ibi = *Episcopus invito Plebano non potest dividere Parochiam ejus, nec Papa invito Episcopo dividere Episcopatum, sed credo quod Papa hoc possit facere ex Causa, & etiam Episcopus* = Sequuntur ibi Gemioian. *num. 8. Præposit. num. 13. & 14.* Gloss. *in Can. multis 16. quæst. 1.* in figuratione Casus, ibi = *Unus Episcopatus potest in duos dividi Episcopo consentiente, aliter non licet, quod non est verum quantum ad Papam* = ibique Archidiac. *num. 2. Versic. inducuntur,* Turrecrem. *num. 1. vers. sed hoc.*

Secundo videmus, quod si justa indigentiæ Causa concurrat, potest Summus Pontifex auferre bona uni
Ecclesiæ, invito ejus Rectore, & dare alteri, Glos. in 8

Can. Ecclesia 16. quæst. 1. in verb. ut novis, versic. item quia privilegium, Turrecremat. ibidem num. 1. versic. dare de jure alterius Ecclesia ea invita: Panorm. in cap. Constitutus num. 12. de Religios. Dom. glos. in Can. si Episcopus, in verb. Consensum in fin. 12. quæst. 12. ibi = & sic videtur quod eis invitis possit hoc facere = Turrecremata in Can. non liceat Papa num. 13. in fine 12. quæst. 2. Murga de benefic. quæst. 2. num. 264. Rota decis. 1708. num. 11. coram Coccin.

Tertio in unione Ecclesiarum habemus, quod Papa eam explere potest irrequisitis Prælatis, quorum
9 Ecclesiæ uniuntur, ut docent Canonistæ in cap. sicut unire de excess. Pralatur. ubi Hostiens. vers. Ita, Butrius num. 6. Joann. Andreas num. 1. versic. Item Episcopus ibi = Episcopus hoc non facit sine collaudatione ambarum Ecclesiarum, ad quod Papa non tenetur = prout in terminis subtractionis a jurisdictione Metropolitani docet Text. in Can. decimas 16. quæst. 1. ibi = Etiam Metropolitano invito qualibet Ecclesia ab ejus jurisdictione Apostolica eximi potest auctoritate. =

Quarto in terminis dismembrationis Parochiæ, & erectionis novæ ob justam Causam multitudinis Populi, quod invito Rectore fieri possit per Superio-
10 rem, seu Papam est Text. in Can. ad audientiam 3. de Eccles. ædificand. Gloss. in Can. nulli, in verb. constitui dist. 99. Lap. alleg. 66. sub n. 3. Fagnan. in dicto cap. ad Audientiam n. 29. ubi refert ita pluries decisum per hanc Sacram Congregationem, Ventrigl. in prax. part. 2. ann. 17. §. 1. n. 7. & seqq. Amostaz. de Caus. piis lib. 5. cap. 4. n. 26. & 46. ex quibus patet subsistente justa Causa Summum Pontificem devenire ad concessiones etiam odiosas, & extraordinarias, ut consulat bono publico, absque consensu inferiorum ad quos pertinent Ecclesiæ, fortius igitur in permutationibus, quæ sunt actus nemini præjudiciales, & ad quos Papa cogere potest, si justa rationabilis exigat Causa, prout in his præcisis terminis non desunt punctuales auctoritates. Etenim in terminis permutationis beneficiorum, quod quis cogi possit invitus ad permutandum, ubi concurrit justa Causa, tradit Cardin. Zabarell. in Cap. Quæsitum de rer. permut. n. 21. & seqq. ibi = Quæro si permutatio est utilis Ecclesia, an invitis quorum interest per Episcopum fieri possit, videtur quod sic, quia potest major scilicet unire, & dividere beneficia, & subtrahere uni beneficio perpetuo, & dare alteri = Vitalin. in Clem. unic. num. 81. & seqq. de rer. permut. Paris. de resignat. libr. 3. quæst. 18. n. 13. 33. & 34. ibi = Ex Causa quis cogitur ad permutandum beneficium, & est communis opinio, &c. ita quoque propter utilitatem Ecclesia quis cogitur permutare, &c. Praterea propter utilitatem Ecclesia quis cogitur rem suam alienare = & quod etiam Patronis invitis, & dissentientibus possit fieri permutatio Ecclesiarum de jurepatronatus, maxime quoad Patronos Ecclesiasticos late fundat, Lambertin. de jurepatron. lib. 2. part. 1. quæst. 6. art. 6. num. 38. fol. 523. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 44. num. 3.

In terminis autem præcisis nostræ quæstionis, scilicet permutationis rerum, & bonorum Ecclesiæ est Text. in cap. 1. de rer. permut. ubi disponitur quod si Princeps sæcularis permutare voluerit rem suam
11 cum re Ecclesiæ hoc ei liceat, & admittenda sit permutatio si concurrat rationabilis Causa ibi = Liceat ei hoc facere si causa rationabilis id exposcat = Quem textum exponendo Canonistæ quærunt an stante rationabili causa possit Ecclesia invita cogi ad permutandum, & affirmative omnes concludunt, nempe Hostien. num. 5. ibi = Et si noluisset consentire per Superiorem cogi posset = Jo: Andr. n. 5. in fin. ibi = Si noluisset consentire per Superiorum cogi potuisset = Butrius n. 6. Zabarell. num. 4. Panorm. num. 4. in fin. & n. 5. ubi Textum loquentem de Principe locum habere dicit in quolibet Rectore cujuslibet Ecclesiæ ibi = Et plus dicunt hic Doctores, quod si Prælatus non vult consentire huic permutationi potest compelli per Superiorem argum. cap. Nullos de Jurepatron. adverte quod simile privilegium habet quilibet Rector cujuslibet Ecclesia.

Hoc etiam dicunt Canonistæ in Can. hoc jus porrectum 10. quæst. 2. ubi cum textum dicat = Sed, & permutare Princeps possunt pro re majori, vel æquali, si Respublica hoc exposcat = interpretantur Canonistæ quod possint etiam invita Ecclesia, ut scribit ibi Archidiac. n. 11. ibi = Possunt etiam invita Ecclesia, ex quo Respublica hoc exposcit, & fit sine damno Ecclesia = Et totidem verbis repetit Bellamer. n. 14. versic. Sed permutare, & concordat Berous in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. n. 29. & seqq. ubi cum textus requirat in permutatione consensum ambarum partium limitat ibi Berous stante justa causa ibi = Non potest permutare? &c. absque consensu, & licentia Ecclesiarum, &c. quia absque consenso partium non perficitur contractus emptionis permutationis, vel alius, &c. nec prædictis obstat cap. Si Episcopus unam 12. quæst. 2. & cap. Ad audientiam de Ecclesiis ædificand. ubi etiam invito Rectore Superior res Ecclesia alienat, nam dicas in casu illorum jurium HOC CONTINGERE EX CAUSA JUSTA sicut infra latius dicam = & num. 39. ibi = Episcopus invito Plebano non potest absque Causa Parochiam suam dividere, & alteri Ecclesia concedere, nam illius consensus requiritur, sed cum Causa justa Episcopus invito Plebano hoc facere poterit, idem dicendum, & distinguendum est in Papa qui vellet Diœcesim, & Episcopatum dividere, ut possit invito Episcopo, quando hoc cum justa causa faceret, sed sine causa de potestate ordinaria non posset, nisi cum consenso Episcopi.

Tota igitur causæ difficultas restringitur in videndo an vere concurrat justa, & rationabilis causa, qua concurrente Papa utitur potestate mere ordinaria, & tanquam executor Sacrorum Canonum, non autem extraordinaria juxta auctoritatem Berui, ubi proxime, nam concursus justæ causæ facit recedi a regulis juris, & adhuc dicitur fieri secundum regulas juris, & maxime ubi causa involvit saltem reductive publicum favorem Populi, & utilitatem Ecclesiæ, quæ utilitas semper prævalet commodo privato Episcopi contradicentis, ut ait Vitalin. in Clem. unica nu. 82. de rer. permut. ibi = Propter utilitatem Reipublica non curatur de propria = Card. Zabarell. in dicto cap. Quæsitum n. 23. de rer. permutat. ibi = Ei præferatur publica utilitas = recepti enim juris est, 12
quod ex causa etiam quis cogitur invitus vendere rem suam, ut ait in proposito Paris. de resign. lib. 3. q. 18. num. 15. & est Text. in leg. Si quis sepulchrum ff. de religios. & sumptib. funer. cum aliis apud Antonell. de regimin. Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 1.

Accedendo ad examen Causarum istas esse graves, & urgentissimas in comperto est, & quidem prima consurgit ab extravagantia situationis Oppidorum, de quorum permutatione agitur, quia nempe Oppida Manciani, & Capalbii spectantia ad Episcopatum Aquipenden. ab ejus Civitate distant enormi spatio 34. & respective 46. milliarum, & per contrarium vero sunt vicina Civitati Soanen. per septem milliaria unum scilicet Macianum, alterum vero, nempe Capalbium cum dicto Manciano invicem Territorio conjunguntur. Vice versa Episcopatus Soanen. possidet Oppida Proceni, & Onani, quæ sunt contigua Civitati Aquipenden. alterum uno milliario cum dimidio, & alterum tribus cum dimidio milliaribus, per contrarium distando ab ipsa Civitate Soanen. spatio 13. & 17. respective milliarium, hæc igitur contraria, malaque proportio situationis Oppidorum subministrat justam, & rationabilem causam deveniendi ad permutationem ad tollendam monstruositatem di- 13
stantiæ, & respective ad unicuique assignandum, quod magis proprie convenit recte conterminationi Diœcesum pro spirituali, & temporali Populorum bono, ut in specie quod ista sit justa Causa deveniendi ad permutationem est Text. in c. Ad quæstiones de rer. permutat. ibi = Duæ Conventuales Ecclesia sunt intra Diœcesi constitutæ. quarum utraque Parochialem habet Ecclesiam cum possessionibus MAGIS ALTERI, QUAM SIBI VICINAM, illi autem desiderantibus permutare, &c. quæ commutatio celebrari = Glos. in Can. hoc jus porrectum 10. q. 2. ubi cum textus dicat = Sibi invicem recte permutant = Gl. in verb. recte sic explicat = Si Prædium unius aliis est vicinum = ubi

Gemi-

Geminian. *sub num.* 13. ibi = *Nunquid duæ Ecclesiæ quarum Prædium unius est vicinum Prædio alterius possint illa ad invicem permutare, respondet Imperator quod sic* = Gemin. *numer.* 6. ibi = *possunt enim duæ Ecclesiæ, quarum Prædium unius est vicinum Prædio alterius illa ad invicem permutare.*

Hæc inversa proportio malæ situationis locorum ut corrigatur mediante hac permutatione involvit publicam utilitatem animarum, & Ecclesiæ tam unius, quam alterius Episcopatus, nam, teste experientia, loca sic remota ab oculis proprii Pastoris non ita recte gubernantur ab Episcopis, sicuti quando contigua sunt, & adhærent Ecclesiæ Cathedrali, nam magnum est incommodum Populorum in recursibus ad suum Pastorem propter distantiam, & tantum iter parum est adæquatum administrationi justitiæ in illis locis, unde negari non potest versari in hoc publicum favorem Populi, & animarum cui magis consulitur per vicinitatem, quam per distantiam, juxta ea, quæ habentur in *c. Ad audientiam* 3. *de Eccl. ædif.* & docet *Text. in Can. postquam* 16. *q.* 1. ibi = *Hoc nostro sedit cordi consilium, ut VICINIS eas mandaremus Pontificibus gubernandas* = *& in Can. & temporis qualitas, ead. quæst. & causa* ibi = *Vicinitas nos locorum invitat* = ubi Glos. *in verbo, & vicinitas* sic ait = *Argumentum quod propter REMOTIOREM, VEL INCOMMODITATEM multa fiunt licita, quæ alias non licerent*, & melior *Textus in Can. cum longe dist.* 63.

Sed non solum urget incommodum Populorum, sed ipsorum quoque Episcoporum propter onus visitandi, quod habent, Diœcesim, ejusque Civitates, & Oppida, etenim ad effectum visitandi Oppida adeo
34 remota a suis Cathedralibus oportet Episcopos subire onus, & expensas longissimi itineris, & quod magis monstruosum est unus debet transire per Diœcesim alterius, & propter hoc visitationes exerceri non possunt cum illa frequentia per Sacros Canones, & Concilium Tridentinum demandata, immo ex hoc oritur præjudicium, & incommodum ipsorum quoque Populorum, ex quo propter itineris enormem distantiam possunt Episcopi in actu visitationis convocare in loco tertio Populos distantes, juxta *Text. in cap.* 1. *de Censibus* 6. ibi = *Et si commode, vel absque difficultate accedere ad unamquanque non poterit, de pluribus locis ad unum congruum Clericos, & Laicos studeat convocare, NE ILLIS VISITATIO POSTPONATUR* = ex quo accessu recipiunt Populi, & tam Clerici, quam Laici grave incommodum itineris, quod secum fert expensas, & insuper libri Ecclesiarum, & Operum Piorum visitari non possent, cum esset obligatio transportandi de loco ad locum, juxta resolutiones hujus *Sacræ Congregationis in Calagurritana* 17. *Aprilis* 1630. *& Episcoporum in Firmana* 26. *Septembris* 1589. *de quibus apud* Pignatell. *consult.* 15. *num.* 43. *tom.* 7. Bertacchin. *vot. decis.* 91. *num.* 4.

Non enim agitur de tenui distantia, sed respectu Reverendissimi Episcopi Aquipenden. Oppida reperiuntur longe sita spatio 34. & 47. milliarium per nemora, asperrimasque vias, unde cum tanta difficultas, & distantia visitationem retardet, & incommoda producat tam respectu Episcoporum, quam Populorum, dicitur concernere favorem publicum, & utilitatem Ecclesiæ, & consequenter præstat justam, & rationabilem causam ad effectum deveniendi ad permutationem necessariam, seu coactam, quia publica utilitas hoc habet privilegium, juxta *Text. in cap.* 1. *de rer. permut.* Frideric. de Senis *in tract. de permutatione num.* 39. Paris. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 48. *num.* 33.

His accedit altera causa gravior, & gravissima, quæ sola urget, & exclamat cæteris aliis exclusis, si reflectimus, quod Civitas Aquipendii, ejusque Diœcesis non habet locum residentiæ salubrem, & in-
35 nocuum pro infelici Episcopo, ibi nanque Cœlum insaluberrimo aere infectum reperitur propter humiditatem aquarum, Maris Mediterranei propinquitatem, ac Austri irreparabilis afflatum, ut in *Summario num.* 4. ut de loco Austri afflatibus obnoxio testatur Zacchia *consil.* 81. *num.* 1. *& seqq. post quæst. Medicoleg. ex Hypocrat. lib.* 3. *aphor.* 5. & propter hujusmodi intemperiem regionis, teste experientia, omnes illi, qui voluerunt ibi residentiam facere brevi tempore mortui sunt, ut successit quinque Episcopis Minguccio, Castellonio, Magno, Febeo, & Nardino, & hanc calamitatem expertus est modernus Reverendissimus Episcopus, qui propter residentiam ibi factam usque ad æstatis initium de anno 1712. in infirmitatem adeo mortalem prolapsus fuit, ut se viderit in mortis articulo constitutum, unde motus exemplo aliorum Episcoporum, qui vixerunt necessitate cogente oportuit extra propriam Diœcesim quærere locum habitationis, ut de hac miseria illius regionis, & mortibus secutis, satis liquet in facto, quæ ergo causa magis publica, magis necessaria, & urgens dari potest, quam videre miserias illius Ecclesiæ, & Episcopi, qui cogitur ire profugus a sua Diœcesi, & quærere sibi habitationem cum tota ejus familia extra suum Territorium, & in aliena Diœcesi, prout ex intemperie aeris excusari palam est, ut docet Gloss. *in Can. Communis dist.* 23. *in verb. Suorum infirmitate*, ibi = *Item nota, quod propter intemperiem loci aliquis excusatur, & in cap. ad supplicationem*, ubi Glos. *in verb. morari de renunc.* Osa. *de restitut. in integr. part.* 1. *quæst.* 7. *num.* 95. ubi notat ex doctrina *Bartoli*, quod aeris intemperies est justa causa non morandi in aliquo loco, concordat Paris. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 246. *& seqq.* Zacchia *consil.* 81. *num.* 1. *& seqq. post quæst. Medicoleg.* immo dicit unum notabile, Glos. *in Can. qualiter in verbo Quadriennio* 7. *quæst.* 1. ibi = *potius debuisset ille Episcopus fugisse Romam pro sanitate recuperanda, sicut communis filius.* =

Hæc autem causa est sine dubio publica, & Ecclesiæ necessitatem concernens, quomodo etiam poterit Diœcesis bene administrari, quomodo vigilantia, & diligentia Episcopi præsto esse poterit indigentiis Gregis sui, & animarum, nec non functio- 16
nibus Ecclesiasticis Ecclesiæ Cathedralis, si quasi exul habitare cogitur extra Diœcesim procul a Grege suo sibi commisso, qui in absentia Episcopi insidiatoris laniandus dentibus exponitur, in præjudicium Ecclesiæ, ut est *Text. in Can. Quamvis* 7. *q.* 1. unde causa hæc adeo necessaria indiget remedio; cui hæc Sacra Congregatio, quæ est refugium, & Tutrix Episcoporum, & Populorum suam pastoralem sollicitudinem, nomine Summi Pontificis præstare non dedignabitur, ut inquit Divus Gregorius *in Can. qualiter* 7. *q.* 1. ibi = *Quia cunctarum Ecclesiarum injuncta cura sollicitudinis nos constringit, ne diutius Gregi fidelium desit Pastoralis custodia* = *Et in Canon. Quamvis* 7. *q.* 1. ibi = *Sollicitudo regiminis cor nostrum instanti pulsat aculeo, magna nos Ecclesiis cura prospicere, ne qua earum possit utilitas deperire, &c. ne ergo languente Pastore, Grex, quod absit insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Ecclesia ipsius utilitates depereant, Causa nec necesse est provisione tractare* =. Et prout in præcisis terminis, quod Summus Pontifex providere teneatur Episcopo propter loci qualitatem in quo habitat est Text. D. Gregor. *in Can. quorundam dist.* 74. qui loquitur de intemperie aeris, ut exponit Paris. *de resign. lib.* 5. *quæst.* 3. *n.* 245. ita siquidem loquitur Div. Gregor. ibi = *Ad nos relatio pervenit, Cosmam, &c. loci qualitate vehementer afflictum, &c. & ideo quia tales erga subjectos nostros debemus existere, quales nos si subjecti fuissemus nostros vellemus esse Præpositos, magna benignitatis est si eum in Ecclesia ubi, &c. Sanctitas Tua reducere, atque illic studuerit constituere.*

Et propterea nullum aliud remedium aptius est, quam huic necessitati providere mediante permutatione hujusmodi Oppidorum, seu locorum, in quorum altero ex permutandis, scilicet Onano, tanquam optimi aeris, possit Episcopus suam, in mensibus æstivis, facere residentiam, prope Civitatem Aquipendii, ubi est Cathedralis, & tenetur vicinus Episcopus dare manus adjutrices huic indigentiæ proximi Episco- 17
pi Aquipenden., quia omnes Ecclesiæ ad invicem dicuntur sorores, & tanquam membra unius corporis debent in casu necessitatis sibi invicem subvenire, ut

ait *Panorm. cap.* 1. *n.* 5. *de reb. Eccleſ. non alien.* ubi aſſignaodo unam ex juſtis cauſis deveniendi ad diſmembrandum hona uoius Eccleſiæ, & applicandum alteri ſic ait, ibi = *Et nil mirum nam Eccleſia particulares ſunt membra unius Eccleſia univerſalis, UNDE DEBENT AD INVICEM SIBI SUBVENIRE, ſicut membra unius corporie* = & proſequitur Berous *n.* 30. *&* 37. ibi = *Abbas confirmat hanc concluſionem optima ratione, quia cum Eccleſia particulares ſint membra ad invicem ejuſdem corporis Eccleſia univerſalis, DEBENT SIBI INVICEM, IN CASU INDIGENTIÆ SUBVENIRE, velati ſingula membra corporis ſibi invicem ſubveniunt* = & infra ibi = *Poteſt uni Eccleſia juſta cauſa auferre, & alteri, &c. conferre quia non videtur alienare, ſicut prohibitus alienare dando ſeroni non alienat, &c. ſed omnes Eccleſia particulares ſunt ſorores, quia dicuntur eſſe membra ejuſdem corporis* = Fagnan. *in cap. ex parte num.* 81. *de Cleric. non reſid.*

Quod proinde impugnaudo Reverendiſſimus Adverſarius dicitur irrationabiliter invitus, & peccare contra officium charitatis, qus membra unius corporis ſibi invicem ſubvenire debent, nàm ſicut una ſoror alteri ſubvenire tenetur, ita una Eccleſia alteri ex doctrinis proxime relatis, & Sedis Apoſtolicæ ſollicitudo eſſe debet, ut modo adeo regulari ſubveniatur indigentiæ hujus Eccleſiæ, juxta ſententiam Divi Gregorii *ſupradeductam in Can. qualiter, & Can. quamvis* 7. *quaſt.* 1. Rota *coram Merlin. deciſ.* 775. *num.* 21. *verſ. quemadmodum.*

Neque diſſenſus Reverendiſſimi Adverſarii excuſari poteſt ſub decantato velamine inæqualitatis locorum, quoad majorem numerum animarum, quia modica intercedit diſcrepantia circa numerum, & quæ recompenſari debet cum majori numero Eccleſiaſticorum, & Beneficiatorum, & ſic majoris numeri beneficiorum, quæ exiſtunt in Oppidis noſtri Reverendiſſimi Epiſcopi, ut in *Summario n.* 3. Verum quando etiam verificari poſset inæqualitas, ſive circa hoc, ſive circa præponderantiam redituum hoc retardare non debet permutationem, quoties Reveren-
18 diſſimus Epiſcopus Aquipendii fecit oblationem, eamque confirmat in præſenti, refundendi ſcilicet Reverendiſſimo Adverſario totum id, quod refundere deberet ratione inæqualitatis, quatenus demonſtretur, ut in terminis terminantibus eſt deciſio Clementis III. *in cap. ad quaſtiones de rer. permut.* ibi = *Si altera, ratione poſſeſſionum alteri praponderet, pecunia poſſe refundi de ipſarum Poſseſſionibus, ad invicem, prout viſum fuerit expedire, &c. poterit contractus permutationis iniri.*

Circa juriſdictionem adeſt æqualitas, immo majorem juriſdictionem acquiret Reverendiſſimus Adverſarius in Oppidis Manciani, & Capalbii, in quibus adeſt major numerus Cleri, Beneficiorum, & Beneficiatorum, in quibus exercetur juriſdictio Eccleſiaſtica; modicus autem numerus Laicorum non eſt conſiderabilis, cum non ſubſit juriſdictioni Ec-
19 cleſiaſticæ, in materiis contentioſis, niſi ex voluntaria prorogatione ejuriſdictionis, *per Text. in cap. licet ex ſuſcepto, de for. compet.* Panimoll. *deciſ.* 12. *annot.* 2. *num.* 48. Rot. *deciſ.* 793. *num.* 1. *part.* 1. *diverſ.*

Altera excuſatio, quod Reverendiſſimus Adverſarius habeat neceſſitatem de duobus ſuis Oppidis ſitis in Statu Eccleſiaſtico pro refugio in caſu controverſiæ juriſdictionalis cum Sereniſſimo Magno Duce Hetruriæ eſt omnino frivola, & color quæſitus, nam, oltra quod in ſua Diœceſi Sovaneuſi habet quamplura diverſæ ditionis loca nempe Portum Herculis, & loca adjacentia, necnon Montorium, non eſt allegabilis hæc ſiniſtra ſuſpicio reſpectu tanti Principis adeo religioſiſſimi erga Sanctam Sedem, & exemplariſſimi Defenſoris Eccleſiarum, & Epiſcoporum propriæ Ditionis, & Status, nunquam enim licitum eſt fundare Cauſam ſuper poſſibili ſiniſtro eventu, præſumendo delicta, ubi nunquam ſucceſſerunt, ſi reflectimus ad rerum experientiam, quod ubi aliquæ, quæ in dies inſurgunt, controverſiæ juriſdictionales irrepſerunt, pacifice hactenus deciſæ fuerunt per Sacras Congregationes, & Tribunalia Urbis, neque per hoc unquam Epiſcopi Soanenſes diſceſſeruot ab eorum reſidentia, & ſe tranſtulerunt ad hæc Oppida, unde hæc excuſatio ſuper poſſibili, 20
& omnino inveriſimili reiicienda venit, ut ait Rot. *deciſ.* 579. *num.* 11. *verſic. Prout, & num.* 12. *part.* 18. *recent.* Rot. *coram Emerix Jun. deciſ.* 630. *num.* 7.

Conſtito ex his de Juſta, & rationabili Cauſa, quæ reſpicit neceſſitatem, & utilitatem Eccleſiæ, eſſe debet locus permutationi neceſſariæ, non attento diſſenſu Reverendiſſimi Adverſarii, tanquam irrationabiliter inviti, cum nihil ipſi detrahatur dato ſibi æquali, immo pinguiori cambio, juxta individuales auctoritates ſupra relatas, quæ loquuntur de permu- 21
tatione coacta, urgente hic alia regula ſatis nota, quod quidquid uni non nocet, & alteri prodeſt, ſemper eſt faciendum, ut ait *Text. in leg.* 2. §. *Item varus, ff. de aqua pluvia arcen.* ibi = *Quod factum quidem mihi prodeſſe poteſt, ipſi autem nihil nociturum eſt, hoc equitas ſuggerit, etiamſi jure deficiamur.*

ARGUMENTUM.

An Penſio ſuper Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum imponi valeat abſque Conſenſu Patroni, & an iſte præſentando paſſive vocatum poſſit adjicere onus, ſeu conditionem reſervationis Penſionis; Subalternantur etiam duæ quæſtiones an liceat Titulari dimittere Penſionatio omnes fructus Eccleſiæ cum onere ſibi ſolvendi Congruam; An cum competat Regreſſus Reſignanti cum onere Penſionis opponente Reſignatario contra Penſionem prætendendo eam reduci, vel annullari.

SUMMARIUM.

1 *Penſio impoſita per Summum Pontificem ſuper beneficio patronato laicali quando ſuſtineatur abſque conſenſu Patroni.*

2 *Expreſſio Juriſpatronatus facta in reſervatione penſionis, an reiteranda ſit in ejuſdem translatione.*

3 *An in impoſitione penſionis ſuper Jurepatronatus paſſivo favore certò generis Perſonarum ſufficiat mentio ejuſmodi Juriſpatronatus.*

4 *In quibus caſibus imponi ſoleant Penſiones prædicta.*

5 *An, quomodo, & cujus favore poſſit?*

6 *Patronus in actu Præſentationis reſervare Penſionem*, num. & 17. ſeq.

7 *Diſtinguitur ad hunc effectum duplex facultas nominandi, qua competere poteſt Patrono*, & n. 12. & ſeqq.

8 *Præſentatio quando dicatur neceſſaria*, & num. 12.

9 *Nominatio cum onere penſionis an, & quando ſuſtineatur rejecta penſione*, & num. 11. & ſeqq.

10 *De praxi ſervari ſolita in hac materia*, & plurib. ſeqq.

15 *Confraternitas habens Jus diſtribuendi dotes, an poſſit Dotatis apponere pactum dotis reverſivum.*

16 *Remedium pro paſſive vocato, ut neglecta præſentatione obtineat Beneficium.*

17 *Quid in praxi præcavere debeat Patronus occaſione præſentandi ſub conditione penſionis.*

18 *Limitatur Concluſio, de qua* num. 7.

20 *Legatus an poſſit reſervare penſionem ſuper beneficio patronato abſque conſenſu Patroni.*

21 *Per impoſitionem penſionis irrogatur præjudicium Patrono.*

22 *Reſolvitur quaſtio negative ex conſtanti opinione, & praxi Romana Curia, ac legalibus rationibus*, & num. ſeq.

24 *De:*

24 *Doctoribus cujuscunque authoritatis nunquam defertur in attestata consuetudine Tribunalium.*
25 *Ad firmandam consuetudinem judicandi in Romana Curia in materia Ecclesiastica requiritur quadraginta completa.*
26 *Qua etiam requiritur de Jure Canonico.*
27 *Quatuor, vel quinque sententia inducunt potius exemplum, quam consuetudinem.*
28 *Exempla non habent authoritatem legis.*
29 *Romana Curia regulatur a supremo Tribunali Sac. Rota*, & num. 40.
30 *Recensentur plurima judicata Sac. Rota in favorem pensionarii*, & num. 31. 32. 34.
33 *Quibus accedit testimonium, & authoritas Cardinalis de Luc.*
35 *Consuetudo non potest induci ex judicatis nisi concurrat constantia uniformiter judicandi.*
36 *Reiiciuntur Conciliationes, & Interpretationes R. P. D. Fatinelli*, & num. seq.
38 *Clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, an suffragetur Titulari in possessorio?*
39 *Opinio R. P. D. Fatinelli adversatur praxi Romana Curia.*
41 *Pensionario competit actio realis, & personalis.*
42 *Ponderantur prajudicia, que stante contraria sententia, subeunda forent per pensionarium*, & duob. seq.
45 *Aperitur media via, a qua in judicando in subjecta materia non videtur recedendum.*
46 *Recensetur tenor moderna Formula reservationis pensionum.*
47 *Predicta Formula accedente clausula* non alias, aliter, &c. *reddit reservationem conditionatam*, & num. 65. 73.
48 *Proponitur Quastio in suis pracisis terminis.*
49 *Resignans non cadit a Jure regressus, nisi peccaverit in falsa expressione valoris.*
50 *Qua Conclusio procedit etiam in resignatione conditionali. Limita* num. 67. & seqq.
51 *Immo, & in resignatione munita cum clausula*, & non alias, *sub insinuata tamen limitatione.*
52 *De differentia inter Resignatarium, & successorem ex vacatione.*
53 *Reservatio regressus restricta ad casum petitionis reductionis aliam petitionem percutit vigore antiqua formula, & aliam vigore nova*, & n. seqq. 67. 75. 78. 81. 86.
55 *De distinctione duarum formularum reservationis pensionum.*
56 *Formula antiqua reservationis quanam sit, & quomodo per eam praservetur regressus favore Resignantis*, & num. seq.
58 *De moderna Formula reservationis pensionum, ejusque effectibus*, & plurib. seqq.
59 *Quinam sit regressus conditionalis, & quando competat*, & cum seq. 66. 69. 83. 84. 87. 92.
61 *Expressio falsi valoris facta per Procuratorem, an prajudicare valeat Resignanti?*
62 *Per usum Litterarum reservationis prasumitur Resignans ratificasse dictam expressionem.*
63 *In quibus iniret pradicta Conclusio.*
64 *Non est locus privationi Beneficii nisi concurrente dolo prorsus inexcusabili.*
67 *Conclusiones posita sub* num. 61. 62. & 63. *remanent inapplicabiles in regressu reservato juxta modernam formam*, & num. 74.
70 *In conditionalibus solum Factum attenditur.*
71 *Regressui reservato juxta modernam formulam non officit defectus clausula*, Ex quavis causa, & num. 77. 85.
72 *Substantia unica attendenda est in omni materia non curato verborum Cortice.*
76 *Expressio falsa valoris dat justam causam Titulari impugnandi pensionem.*
79 *Clausula geminata significat magis enixam voluntatem Resignantis.*
80 *Geminatio verborum extendit dispositionem etiam ad dissimilia, & qua alias in ea non comprehenderentur.*
82 *Regressus pœnalis requirit Canonizationem per tres conformes, non autem conditionalis juxta modernam Formulam.*
88 *Respondetur objectis contra regressum reservatum juxta modernam Formulam*, & numer. seqq.
94 *An Titularis renuncians liti cum promissione solvendi terminos pensionis sit admittendus ad purgationem mora?*

ALLEGATIO LVI.

CUm etiam materia Pensionum cadat sub Controversiis Patronorum, idcirco quæritur, an
Summus Pontifex super Beneficio de Jurepatronatus
Laicorum imponat pensionem absque consensu Patroni? In quo communis Regula est, quod pensio
sustineatur absque consensu Patroni, quoties Sum- 1
mus Pontifex notitiam habuit, quod Beneficium esset de Jurepatronatus sibi in supplicatione expresso,
ut tradunt Paris. *de resignation. lib. 2. q. 4. n. 14.* cum
aliis apud Tondut. *de pens. cap. 25. n. 1.* & Rot. *in
Perusina pensionis 11. Maii 1716. §. Respectu, coram R.
P. D. Herrera.* Ubi autem facta fuit expressio Jurispatronatus in reservatione pensionis, si hanc postea 2
contingat transferre, non est necesse quod iterum
fiat mentio de Jurepatronatus in translatione, Tondut. *ubi supra cap. 31. n. 45.* Quid vero dicendum in
beneficio, quod est subjectum Jurispatronatus passi- 3
vo favore certi generis personarum, utrum sufficiat
seu requiratur mentionem facere de hoc Jurepatronatus passivo in impositione pensionis facienda per
Papam? Et affirmative resolvit Rot. *in dict. Perusina
pensionis 11. Maii 1716. §. Respectu, coram R. P. D. Herrera.* Hoc contingit ubi præsentatus, sive passive
vocatus indiget dispensatione Apostolica, sive super 4
defectu ætatis, sive qualitatis Sacerdotalis in fundatione requisitæ, ubi Summus Pontifex solet super
fructibus Beneficii patronati aliquem licet moderatam pensionem ad favorem Personæ sibi benevisæ
reservare occasione provisionis cum dispensatione, ut
advertit Corrad. *in prax benefic. lib. 4. cap. 6. n. 4. vers.
quod si beneficium*, Rot. *in Cremonen. beneficii 3. Decembris 1706. §. non obstat circa finem, coram R. P. D. Lancetta;* quod procedit ubi beneficium pingues, & uberes habeat fructus teste Corrad. *ubi supra.*

Patronus habet facultatem præsentandi personam 5
sibi benevisam sub conditione reservationis pensionis
ad favorem ipsius Patroni præsentantis, vel alterius
ab eo nominati, quæ tamen ut valeat, fieri debet
cum reservatione beneplaciti Apostolici, alias est Simoniaca, & nulla, Rota *decis. 118. num. 12. & 13.*
post Vivian. *de Jurepatronat. & in recent. decis. 323.
num. 8. & 9. part. 16. & coram Emerix. Jun. dec. 1000.
num. 3. & in Mediolanen. Beneficii 7. Junii 1715. §. Ulterius, coram R. P. D. Crispo.* Debet tamen beneplacito Apostolicum supervenire intra terminum datum 6
ad præsentandum, alias præsentatio pro non facta
habetur, Card. de Luc. *de Jurepatr. disc. 48. num. 2.*
& Rot. *dicta decis. 118. num. 13. & 14.* post Vivian.
*de Jurepatr. & in dicta Mediolanen. Beneficii ubi supra,
coram R. P. D. Crispo.*

Sed pone casum, quod agatur de Beneficio subjecto Jurispatronatus tam activo, quam passivo, quia
nempe Patronus præsentare tenetur unum de certo genere personarum ex gratia de familia Fundatoris, vel
alterius, utrum valeat Patronus præsentare aliquem
de passive vocatis cum onere pensionis reservandæ 7
per Summum Pontificem? In quo articulo communis Conclusio est, quod habens facultatem nominandi non quidem incertum de omnino incertis, sed unum
ex certo genere personarum, data tantum electione
eligendi unum ex illis, non potest electum, seu nominatum aliquo onere gravare ea ratione, quod ob 8
necessitatem, qua nominans adstringitur ad eligendum unum ex certo genere, electio provenire dicitur a præceptivo Fundatorum judicio, non autem a

libera voluntate eligentis, cum iste nudum tantum mi-
nisterium præstet, nec ullum liberalitatis actum exer-
ceat, juxta celebre Papiniani *responsum in Leg. unum
ex Familia* 69. §. *Si de Falcidia ff. de legat.* 2. *& plene*
Bertachin. *voto dec.* 156. *n.* 1. Rot. *in Asculana Jurispa-
tronatus, seu Legatorum* 13. *Junii* 1695. *coram bon. mem.
Pio, & in Romana Fideicommissi de Zeffiris* 27. *Junii*
1696. *coram Eminentissimo Tremoille, & in Romana
nominationis* 23. *Januarii* 1698. *coram Reverendissimo
dell' Olmo impress. ad ornat.* Card. de Luca *de Fideicom.*
9 *dec.* 45. *sub n.* 8. *dec.* 46. *n.* 3. *& seqq.* Et hoc casu re-
clamante nominato, nominatio non vitiatur, sed va-
lida remanet, & solum vitiatur, & habetur pro non
scripta adjectio oneris, seu pensionis, ut firmat Bal-
ducc. ad Ramon. *cons.* 85. *n.* 51 *& dec. ac ver. judicat.*
10 *tit.* 3. *dec.* 5 *nu.* 2. Discursus autem cadit respectu pra-
xis in hac materia beneficiali; nam Patronus volen-
do nominare eum, qui debeat subire onus pensio-
nis, aut curat, quod ille consentiat oneri, quo ca-
su illud sustinetur de consensu nominati, ut tradit
Balducc. ad Ramon. *cons.* 85. *n.* 81. Capon. *controvers.*
11 *art.* 2. *n.* 27. Aut aliter sibi præcavere potest, ut in-
ferius dicetur; Ideoque distinguendum puto duos ca-
sus, quorum primus est, ubi non reperitur nisi unus
12 capax de familia, seu genere personarum passive vo-
cato; & tali casu cum iste non indigeat præsentatio-
ne patroni, sed iste eum necessario præsentare tenea-
tur, nec præterire valeat, Rocc. *disp. jur. cap.* 190. *n.*
21. Rot. *dec.* 135. *n.* 2. *par.* 19. *recent. & in Senegallien.
Canonicatus de Luchis* 23. *Junii* 1710. §. *Quin profecerit,
coram R. P. D. Aldrovando, & in Valentina Beneficii*
6. *Decembris* 1710. §. *Clara, coram R. P. D. Lancetta
&* 27. *Aprilis* 1714. §. *Cum juxta, coram R. P. D. Crispo.*
Idcirco iste unicus passive vocatus spernere, & im-
pugnare valet præsentationem cum onere, & inde-
pendenter ab illa coram Ordinario obtinere institu-
tionem tanquam unicus qualificatus, & præsentatus
per Fundatorem, Rot. coram Emerix. Jun. *dec.* 1323.
13 *n.* 2. Caveat ergo iste, ne consentiat præsentationi
factæ cum onere pensionis, sed eam negligat, &
impugnet ratione oneris, quod sibi imponi non va-
luit; Alter casus est ubi agitur de pluribus passive
14 vocatis, quorum unum patronus nominavit, seu
præsentavit sub conditione pensionis, cui ille con-
sentire debeat, utrum iste non consentiendo possit
institutionem petere coram Ordinario in vim præ-
sentationis, rejecta conditione pensionis? & affirma-
tive concludunt in materiis fideicommissariis, & pro-
fanis, Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 7. *de pactis num.*
383. *usque ad* 386. Ramon. *cons.* 79. *nu.* 40. Balduc. *ad
ipsum cons.* 85. *n.* 52. Molin. *de primogenit. lib.* 2. *cap.* 4.
n. 19. quod procedere, sive onus adjectum fuit per
viam modi, sive conditionis asserit Palm. Nep. *al-
leg.* 4. *relat. per* Balduc. ad Ramon. *dict. cons.* 85. *num.*
51. ubi etiam firmavit non valere ademptionem no-
minationis factam in odium non servantis tale onus;
concordat Rot. *in Romana dotis* 28. *Januarii* 1709.
§. *tertius, coram R. P. D. Aldrovando*; ubi agitur quæ-
stionem, an Archiconfraternitas Sanctissimæ Annun-
15 ciatæ de Urbe posset Puellis ad subsidia dotalia no-
minatis apponere pactum reversivum dotis in casu
obitus earum absque filiis, ubi agitur de particulari
Legato alicujus Testatoris, qui jussit distribui dotes
ad nominationem alicujus Personæ, seu familiæ; in
qua causa Ego in aliis propositionibus contra deci-
sionem scribens, ejus suspensionem obtinui ob scissu-
ram, seu paritatem votorum, & postea lis sopita fuit
per concordiam, & quod ubi Confraternitas ex lege
Testatoris tenetur nominare ad subsidia dotalia Puel-
las de certo genere, seu familia, onus non sustinea-
tur, probat Card de Luc. *de dot. disc.* 10. *n.* 3. juxta
theoricam firmatam apud Balduc. *decis. & ver. judic.
tit.* 3. *decis.* 5. *n.* 7. quamvis Ego contrarium judica-
sem; ubi Jus nominandi Puellas de certo genere fuis-
set relictum Loco pio habenti Institutum distribuen-
di dotes cum suis statutis, onus reversivum, ut su-
pra demandantibus; hoc enim casu Testator illi re-
linquendo Jus nominandi, & distribuendi Dotes cen-
setur se voluisse conformare cum Statutis, & praxi
Loci pii, & hoc utile est Puellis de eodem genere
quibus magis favendum est, quam hæredi extraneo
Puellæ dotatæ.

Redeundo ad rem, iste unus ex passive vocatis, 16
dico quod neglecta præsentatione patroni, conditio-
naliter facta cum onere consentiendi reservationi
pensionis habet duas vias alteram obtinendi in Data-
ria gratiam Apostolicam pro qualificato; & alteram
se opponendi coram Ordinario, & aliis vocatis non
comparentibus, servatis servandis, petendi sibi dari
institutionem, tanquam passive vocato, juxta firma-
ta *in dec.* 99. *n.* 2. *&* 3. *coram Pamphil.* cui non obsta-
bit contradictio Patroni allegantis præsentationem,
ut supra conditionalem cujus conditio non potuit ap-
poni, & solum patronus impedire poterit institutio-
nem coram Ordinario, sit intra terminum quadri-
mestris præsentatet, aut præsentare vellet aliam pu-
re, & sine conditione pensionis coram eodem Or-
dinario; non vero videtur; quod juvaret hæc nova
præsentatio contra provisionem Apostolicam, nisi es- 17
set anterior, seu ante illius datam, ut *apud* Me *di-
scept. Eccl.* 4. *n.* 56. Otthobon. *dec.* 263. *n.* 18. *& in Sa-
lernitana Jurispatronatus* 11. *Maii* 1715. §. *Pontificia,
coram R. P. D. Falconerio*, bene verum est, quod in
contrarium urget ratio, etiamsi præsentatio esset po-
sterior gratiæ pro qualificato, quia nempe ubi sunt
plures passive vocati nemini ex illis dicitur jus quæ-
situm cum in facultate Patroni sit unum inter plu-
res præeligere, ut ait Card. de Luc. *de Jurep. disc.* 70.
n. 16. *&* 17. Papa autem non intelligit tollere Patro-
no jus præsentandi intra terminum, unde superve-
niente præsentato intra terminum, gratia dicetur sub-
reptitia, & nulla, ob præjudicium Patroni, ejusque
præsentati, & Papa attendere solet præsentationem,
sive antecedentem, sive subsequentem, ut in aliis ter-
mini Rot. *coram Bich. dec.* 396. *n.* 14. *& dec.* 419. *n.* 3.
& in Nolana Beneficii 20. *Januar.* 1690. §. *Nec contra-
rium, coram Card. Caprara*, unde cautela erit Patro-
no facere duas præsentationes subordinate unam, in
qua præsentaret unum de genere vocato sub condi-
tione pensionis; Et alteram in qua sub eadem die
præsentaret alium de eodem genere pure, & libere,
habitura locum in casu quo primus non acceptaret
præsentationem cum pensione, juxta firmata per Lam-
ber. *de Jurep. lib.* 2. *part.* 2. *qu.* 3. *art.* 8. *n.* 21. *circa fin.*
Marant. *resp.* 14. *n.* 22. *part.* 3. vel etiam alteram in
qua præsentaret sub conditione pensionis pariter unum
de eodem genere, sed præsentem, & acceptantem,
pariter sub conditione, si primus non acceptaret præ-
sentationem, ut supra conditionalem.

Hanc opinionem, quod habens facultatem eligen- 18
di unum de familia, seu de certo genere personarum
nequeat ullum gravamen imponere electo limitavit
Bartol. *in dict. leg. unum ex familia* §. *Sed & si fundum
n.* 2 *ff. de legat* 2. in casu quo onus, seu gravamen
appositum fuisset favore alterius de eodem genere vo-
cato; quidquid secus favore extranei; quam Bartol.
theoricam communiter amplexi fuerunt Doctores, &
Tribunalia, ut apud Tondut. *quæst. civil.* 50. *nu.* 35.
& seqq. Fusar. *de substit. q.* 511. *n.* 8. Capon. *controv.* 8.
art. 3. *n.* 37. Palm. Nep. *alleg.* 4. *n.* 10. Mans. *consult.*
390. *n.* 11. Torr. *de primogen. Ital. tit.* 1. *cap.* 27. *n.* 142.
Balduc. *dec. ac ver. judicat. tit.* 3. *dec.* 5. *n.* 3. Bertacchin.
vot. dec. 116. *n.* 2. Rot. *coram Durano dec.* 171. *n.* 9. *&
cor. Cottin. dec.* 2158. *n.* 28. *&* 29. *& in Romana Fi-
deicommissi de Zephiris* 27. *Junii* 1696. §. *Quia jura,
coram Eminentissimo D. Cardinali de la Tremoille im-
press. ad ornatum*, Card. de Luca *de Fideicommiss. dec.*
46. *n.* 4. ea ratione quod sicut potuisset nominans e-
molumentum dividere inter plures; ita etiam potuit
dare uni, onerando illum favore alterius de eodem
genere vocato; Advertendum est tamen hujusmodi
theoricam in hac ratione fundatam non procedere 19
in relicto, seu emolumento de sui natura individuo,
quemadmodum in terminis primogenituræ sustinet
Ridolphin. *allegat.* 67. *n.* 8. *& seqq.* quod etiam appli-
catur ad beneficium, quod uni tantum dari debet,
ut apud Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 43. *&*
44. Etenim in emolumento individuo cessat ratio *Bar-
tol.* quod habens facultatem nominandi possit di-
videre, emolumentum inter plures ego tamen non
video

viden hanc esse unicam rationem ob quam procedat
theorica *Bartol.* dum alii Doctores aliam deducunt
æque principalem, quod sicuti nominans poterat to-
tum uni, vel totum alteri relinquere; Ita etiam po-
tuit eum, cui reliquit, onerare in favorem alterius,
cui totum relinquere poterat, ut notat Balduce. ad
Ramon. *d. consf.* 83. *num.* 78. Capon. *controv.* 8. *art.* 3.
num. 37. Rot. *in d. Romana fideicom. de Zephiris ubi*
prima num. 4. & secundum hoc posset patronus in-
ter plures passive vocatos præsentare unum ex illis
sub conditione pensionis favore alterius de eodem
genere vocato, & maxime ut Patronus habeat profi-
cuum in aliqua parte suum Juspatronatus activum,
& quia in Beneficiis licet individuis auctoritate Sum-
mi Pontificis passim reservantur pensiones.

20 Prosequendo materiam Pensionum in Beneficiis
de Jurepatronatus, dubitat Tondut. *de pension. cap.* 25.
num. 31. *&* 32. An Legatus imponere valeat, seu re-
servare Pensionem super Beneficio Jurispatronatus abs-
que consensu Patroni? & quidquid aliqui dixerint,
censeo Legatum non posse, quia subest præjudicium
21 patroni; nam imposita pensione super Beneficio pa-
tronato evaniente obitu provisi, Patronus haberet
Jus præsentandi ad beneficium diminutum, seu mi-
noris reditus, quod meo judicio est considerabile,
sive Patronus habeat Filios, sive Consanguineos,
quos præsentare velit, seu supplicare intendat pro se
ipso, sive etiam providere amicum, vel alium sibi
bene visum, sive etiam imponere velit pensionem ad
sui favorem, vel alterius, ut advertunt Sanchez *consf.*
moral. lib. 2. *cap.* 3. *dub.* 58. *num.* 2. Tondut. *de pens.*
cap. 25. *n.* 32. Covar. *practic. q. cap.* 36. *num.* 10. *vers.*
ergo, ibi = *Ex his deducitur non esse levis momenti*
læsionem istam, quæ Patrono infertur ex eo, quod be-
neficium, ad quod ipse Jus habet præsentandi efficiatur
obnoxium solutioni pensionis annuæ, & ideo necessarius
erit Patroni consensus, &c. derogatur etenim Juripræ-
sentandi, si reditus beneficii, ad quod præsentatio com-
petit, fuerint diminuti. =

Ad materiam pensionis placet adjungere practicam
quæstionem; quam habui in una Parmen. disputa-
ta coram A.C. an scilicet liceat Titulari allegandi
insufficientiam fructuum Beneficii pensione onerati
illos dimittere Pensionario cum onere solvendi con-
gruam Titulari, in quo ita scribebam.

Parmen. Pensionis.

DAnda est manutentio, & pro ejus effectu relaxan-
dum mandatum executivum pro exigendis ter-
22 minis Controversæ Pensionis, non solum decursis,
sed etiam decurrendis, cum enim Pensionarius repe-
riatur in quasi possessione exigendi ab anno 1686. us-
que in præsens, & quidem contra tres titulares suc-
cessivos, frustra Adversarius, qui est Tertius Titula-
ris ad fraudandum Pensionarium allegat tenuitatem
redituum Ecclesiæ Parochialis, & fecit dimissionem
omnium fructuum, ut soluta sibi congrua, residuum
tradatur Pensionario, quia constans opinio nostræ
23 Romanæ Curiæ semper fuit, quod in Judicio pos-
sessorio hujusmodi subterfugium non admittatur ad
evitandam manutentionem Pensionario debitam, quid-
quid secus ubi Pensionarius in possessione præsertim
longæva non reperiretur, juxta *dec.* 746. *n.* 2. *coram*
Ubald. & dec. 24. *n.* 10. *coram Royas*, & in aliis re-
latis *per* R. P. D. Fattinell. *resp.* 51. *num.* 17.

Non obstat, quod successivis temporibus inoleve-
rit in Romana Curia consuetudo judicandi, quod
existente etiam Pensionario in quasi possessione exi-
gendi liceat Titulari Ecclesiæ fructus illi dimittere
cum onere solvendi congruam eidem Titulari, &
solvendi omnes expensas necessarias pro manutentio-
ne Ecclesiæ Parochialis, ut referendo quædam Judi-
cata A.C. Thomat. ex olim A. C. Thaurusis suppo-
nit R. P. D. Fattinell. *d. respons.* 51. *num.* 18.

Etenim abstinere non possum, quo minus dicam
suppositum R. P. D. Fattinel. nullo modo subsistere
sive respiciamus ad praxim, sive ad humanas, & le-
gales rationes tum Justitiæ, tum etiam æquitatis.

Et quidem præmissa infallibili Theorica, quod Do-
ctoribus cujuscunque auctoritatis nequaquam credi- 24
tur in attestando consuetudinem Tribunalium, & Fo-
ri, nisi hæc aliunde probetur, ut dixit Rot. *coram*
Coccin. decis. 1539. *num.* 17. *&* 18. ibi = *semper meo*
tempore Rota reprobavit opinionem illorum, qui tenent
quod credatur Doctori testanti de Consuetudine quan-
do est versatus in illo foro, = & Ego scripsi *discept.*
Eccles. 22. *num.* 24.

Sane referendo R. P. D. Fattinellus quatuor, aut
quinque Judicata in Tribunali A. C. non probat quod
ex illis inducta fuerit consuetudo Romanæ Curiæ
ita judicandi; Nam primo ignorantur Circumstan-
tiæ illarum Sententiarum, quas ipse refert latas in
Tribunali A. C. & potuit ibi non concurrere longæ-
va quasi possessio Pensionariorum, & secundo quia
quatuor, aut quinque sententiæ de annis 1687. cum
tribus sequentibus nunquam aptæ fuerunt firmare 25
consuetudinem judicandi in Romana Curia, sed re-
quiritur quadragenaria completa, cum agatur de
materia Ecclesiastica Pensionis inter Titularem, &
Pensionarium, & de jure Canonico nulla alia con- 26
suetudo admittitur nisi quadragenaria, ut testatur Ja-
son. *in Leg. de quibus n.* 48. *per ff. Legibus*, Garz. *de Be-*
nefic. p. 5. *n.* 84. Passerin. *de elect. c.* 10. *sub n.* 29. Rot.
in Hispalen. Juris sedendi in Synodo 21. *Junii* 1693. §.
ex hoc tamen, cor. bon. mem. Muto.

Illæ autem quatuor, vel quinque Sententiæ ut su- 27
pra relatæ per R.P.D Fattinellum ad nihil inserviunt
tanquam destitutæ legitimo tempore ad inducendam
consuetudinem, & sic potius sunt exempla, cum 28
quibus non est judicandum, cum non habeant au-
ctoritatem legis juxta *Text. in Leg. nemo C. de sentent.*
& in puncto Consuetudinis, Castropal. *oper. moral. tom.*
1. *tract.* 3. *discept.* 2. *punct.* 2. §. 3. *n.* 7.

Immo hujusmodi judicata non potuerunt induce-
re Consuetudinem Romanæ Curiæ, ut perperam
supposuit R.P.D. Fattinellus quando Romana Curia 29
regulatur a supremo Tribunali S. Rotæ, quæ nun-
quam admittere voluit dimissionem fructuum obla-
tam per Titularem ad supplantandam manutentionem
Pensionarii, etenim post illa judicata super quibus
fundamentum fecit R.P.D. Fattinellus successit casus
eodem modo judicatus per A.C. Thomatum in Ter-
racinen. Pensionis, quia nempe ipse admisit Titula-
rem ad dimissionem fructuum, reservata congrua,
& tamen delata Causa ad Rotam in gradu appella- 30
tionis, hæc revocavit judicatum A.C. Thomati, ne-
que admittere voluit dimissionem fructuum, ut *in*
d. Terracinen. Pensionis 23. *Junii* 1698. §. *Finali, co-*
ram bon. mem. Muto.

Ita etiam judicavit Sac. Rota in aliis causis, in
quibus denegavit Titulari hoc subterfugium dimit- 31
tendi fructus, reservata congrua, quando Pensiona-
rius petebat manutentionem in Judicio possessorio,
ut in *Asculana Pensionis* 20. *Novembris* 1699. *&* 29.
Januarii 1700. *utrobique* §. *final. coram R. P. D. Lan-*
cetta, & 14. *Martii* 1701. §. *final. coram clar. mem.*
Card. Caprara.

Et ita etiam eadem Rota judicavit in *Calaritana*
pensionis 10. *Decemb.* 1683. §. *Non obstat cum pluribus* 32
sequentibus, cor. clar. mem. Card. Caprara.

Ita demum testatur Summus nostræ Curiæ Practi-
cus Card. de Luc. *in opusc. de pens. ad ornatum Con-*
stitutionis S. mem. Innocentii XI. de non transferen. 33
pens. cap. 11. *n.* 21. Ibi = *Quando itaque Episcopi, vel*
respective Parochi sunt ita pensionibus gravati, quod
revera neque pars congruæ pro eis superest, &c. offerre
solent Pensionariis omnes Ecclesiæ reditus, &c. conten-
ti congrua Conciliari, vel alimentaria etiam minus,
quandoque praxis docet secutum esse, sed Rota, & cu-
ria, contradicentibus Pensionariis, id admittere, & 34
practicare noluit, & quidem non improbabiliter.

Et sane nescio quo fundamento R. P. D. Fattinel-
lus supponere potuerit Romanæ Curiæ consuetudinem
ex illis quatuor, vel quinque Sententiis in Tribuna-
li A.C. latis quando S. Rota eodem tempore, & po-
stea semper perseveravit cum decisione Ubaldi, dene-
gando Titulari dimissionem fructuum in Judicio posses-
sorio, revocando etiam sententiam A.C. Thomati, a 35
quo tanquam Auctore contrariæ opinionis desumit

R. P. D. Fattinellus nostræ Curiæ consuetudinem, quando, ut ex rebus judicatis inducta dicatur consuetudo, debet esse constantia judicandi uniformiter, alias supposita inconstantia Judiciorum dicitur opinio hominum, & dicuntur exempla quibus non judicatur, ut quod requiratur constantia judicandi in tota Curia, docet Imperator *in Leg. nam Imperator ff. de legibus*, ibi = *Imperator noster Severus rescripsit, &c. Consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritatem vim legum obtinere debere* = Rot. *decis.* 172. *n.* 54. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 264. *n.* 29. *part.* 6. *& dec.* 266. *n.* 13. *part.* 15. *rec.*

Hinc non puto intrare posse interpretationes, &
36 conciliationes Judicatorum, quæ refert R. P. D. Fattinell. cum illis S. Rotæ, dicendo quod in causis Rotalibus ageretur de pensionibus Palatinis reservatis solitis sine clausula *dummodo remaneant centum pro Rectore*; quia primo respondeo, quod suppositum hoc corruit ex lectura decisionis in *Terracinen. Pensionis* 14. *Martii* 1707. §. *finali*, *coram clar. mem. Cardin. Caprara*, ubi Rota censuit, & firmavit non esse admittendam dimissionem fructuum oblatam per Titularem in judicio possessorio, licet pensio esset reservata cum clausula *dummodo remaneant centum pro Re-*
37 *ctore*, neque supponi valet, quod illa conclusio fuerit transcursus extensoris, quia habemus punctualem alteram decisionem in *dict. Calaritana Pensionis* 10. *Decembris* 1683. §. *Non relevante*, *coram Card. Caccia*, in qua agebatur de pensione reservata cum clausula dummodo, &c. & tamen Rota denegavit in possessorio dimissionem fructuum, reservata congrua, non obstante casu fortiori, de quo ibi agebatur, quia nempe in eo casu inter Titularem, & Procuratorem pensionarii facta fuerat conventio, per quam dimissi fuerant omnes fructus pensionario loco pensionis, reservata Parocho sua congrua, qua nihilominus conventione non obstante, Rota dedit manutentionem Pensionario quem censuit non teneri ad acceptandam hujusmodi dimissionem.

Secundo respondeo, quod præallegata clausula *dummodo, &c.* licet inserviat in petitorio, nihil ta-
38 men juvat in judicio possessorio, postquam Pensionarius reperitur in longæva quasi possessione exigendi, quæ præsumis favore possessoris justificatam illam clausulam, sine cujus justificatione de cætero non præsumitur factas fuisse solutiones pensionis per unum, & plures Titulares, ut in puncto distinguunt Tondut. *de pens. q.* 14. *n.* 5. Adden. ad Buratt. *dec.* 271. *n.* 17. *& coram Celso decis.* 315. *n.* 7. *& seqq. & coram Dunoz. Jun. decis.* 543. *n* 8. *& coram Mancin. dec.* 196. *n.* 1. *& seqq.* & respondet Rota *in dicta Calaritana pensionis* 10. *Decembris* 1583. §. *Non relevante*, *coram clar. mem. Card Caccia.*

Hæc omnia demonstrare non subsistere suppositum, quod in Romana Curia ista sit consuetudo judicandi, ut etiam in possessorio Titularis admitti possit ad dimissionem fructuum reservata congrua, & opinio R. P. D. Fattinelli non est attendenda tanquam
39 contraria, non autem conformis praxi Romanæ Curiæ, si volumus credere Card. de Luc. *in dict. tract. de pension. disc.* 11. *nu.* 21. cujus auctoritas circa praxim magis prævalere videtur, & Ego etiam pro absoluto censeo, & semper censui in tot Causis, etiam in quibus pro veritate consului, ut hæc cautela dimittendi fructus pensionario non debeat servari in judiciis, quidquid dixerit R. P. D. Fattinellus. *Nam velle suum cuique est, nec voto vivitur uno*, & in conflictu semper audivi, quod tutiorem partem sequi debemus in judicando; Tutior autem pars consistit in sequendo opinionem Superioris Tribunalis
40 Sacræ Rotæ, cujus auctoritas regulat totam Curiam Romanam, & inferiora subsellia illi obsecundare, & famulari solent.

Sed accedendo ad rationes Justitiæ, & æquitatis, non sine quadam Juridica impatientia audiri potest, quod existente Pensionario in longæva quasi possessione exigendi de manibus tot Titularium, qui nunquam objecerunt tenuitatem fructuum, sit in arbitrio unius, & ultimi Titularis sine probatione, & consequenter sine ulla causa impedire velle Pensionario manutentionem, & possessionem dicendo; *Accipias tibi omnes redditus, & præsta mihi congruam; nam prætendo, quod fructus non sufficiant ad integram pensionem*, ex pluribus, & quidem juridicis fundamentis.

Nam primo Pensionarius habet actionem tam per- 41
sonalem quam realem, nec non est Creditor pensionis in pecunia, non autem in fructibus, data autem contraria opinione Pensionarius perderet actionem personalem, & loco pecuniæ fructus acceptare tenere- 42
tur, qua ratione movetur Rot. *dec.* 240. *n.* 10. *coram Royas, & dec.* 163. *n.* 6. *&* 7. *apud Posthum. de manutent.*

Secundo mediante hac dimissione pensionarius pernecesse damnificatur ex quo tenetur subire gravem 43
expensam Oeconomi, qui necessarius est pro recolligendis, & administrandis fructibus, ex quo dari potest Casus, ut fructus sint sufficientes ad integram pensionem, sed remaneant insufficientes propter illam expensam, seu stipendium Oeconomi, qui ultra salarium Deus scit, an fideliter sit omnia redditurus, neque manus habeat piceatas, unde partim pro salario, partim pro rapina extenuatis fructibus, Pensionarius non haberet integram pensionem; non quia fructus non essent sufficientes, sed propter hujusmodi expensas, & cautelam volitam per Titularem, ex qua ratione damni inevitabilis, quod Pensionario resultat, movetur Rot. *in dict. Calaritana pensionis* 10. *Decembris* 1683. §. *Grave*, *coram clar. mem. Card. Coccin.*

Tertio quis evitabit fraudes inter Oeconomum, & Titularem, eorumque collusiones, quæ dari possunt, & utinam non darentur circa occultationem 44
quantitatis fructuum, res quidem facilis contra Pensionarios absentes a loco Beneficii, & ut plurimum residentes in Romana Curia, ut considerat Card. de Luc. *in dict. tract. de pens. cap.* 11. *num.* 21.

Ponderet ergo prudentissimus Judex an sit verum, quod ista sit consuetudo laudabilis sicut credidit R. P. D. Fattinellus, quando est temperamentum contra justitiam, & æquitatem ad ponendum in medio Pensionarios, illorumque pensionem eludendam cum fraudibus, & artificiis, quæ committi possint ultra damnum expensæ pro Oeconomo, & jacturam propriæ actionis, & crediti in litteris Apostolicis reservati. Mirum propterea non est, quod Sacr. Rotæ Tribunal semper contra Titulares judicaverit respectu dimissionis fructuum in hoc judicio possessorio, ut de hac praxi, testatur etiam Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 38. *sub n.* 254. *vers. & certe, & n.* 255.

Cæterum Ego mediam viam amplectendo, si Ju- 45
dex essem, ita cum distinctione judicarem; aut enim Titularis ostenderet superventam diminutionem fructuum ex aliquo casu subsecuto, & tunc probata hac diminutione saltem summarie, & sine rigore perfectissimæ probationis, practicarem quidquid censuit R. P. D. Fattinellus, aut vero nihil Titularis probaret, & solum prætenderet, & oretenus sustineret fructus non esse sufficientes, & tali casu non recederem ab opinione Sacræ Rotæ in tot casibus, ut supra firmata in hoc judicio possessorio.

A. C. Ansideus hujus Causæ Judex in Possessorio, ubi res erat, concessit manutentionem Pensionario ex fundamentis per me superius deductis.

Prosequendo materiam pensionis subiicio aliam elegantem quæstionem in materia Regressus pro veritate decisam, juxta meum votum de quo infra, cui partes acquieverunt.

Paravina Pensionis.

POssidebat D. Andreas Dante Canonicatum in Ecclesia Cathedrali Paravina, quem resignare intendens ad favorem D. Faustini Bonlini sub annua pensione ducatorum 400. Monetæ Venetæ per eundem Faustinum, ejusque in Canonicatu Successores persolvenda, constituit certum Procuratorem in Urbe ad effectum deveniendi ad resignationem, & in mandato Procuræ mihi exhibito data illi fuit facultas resignandi in favorem ut supra quatenus præfata pensio reservaretur cum reservatione regressus in eventum non

pteum;

promptæ solutionis pensionis cum clausula; *Et non alias, aliter, nec alio modo*, & cum altera clausula ibi = *& cum opportuna decreto omnia peragendi; & approbandi juxta formam, & tenorem supplicationis desuper signatæ nec aliter*. In quo tamen mandato resignans nullum certum valorem redituum Canonicatus expressit, minusque Procuratori illum exprimendi in aliqua quantitate commisit.

Procurator devenit ad resignationem, & simul obtinuit literas Apostolicas reservationis pensionis, in quibus expressit per ascensum valorem Canonicatus in summa excessiva, & majori quam revera esset, obtenta tamen reservatione Regressus ad Canonicatum cum clausulis amplissimis juxta modernam formulam ibi = *Ibique quod eidem Faustino, aut aliquo ex suc-* 46 *cessoribus prædictis in solutione pensionis hujusmodi modo, & forma præmissis facienda, in toto, vel in parte cessante, vel deficiente, aut illam ad minorem summam reduci, vel invalidari petente, vel procurante, seu illam male, & nulliter assignatam esse dicente, vel allegante, liceat tibi ad Canonicatum, & prebendam prædictos liberos habere regressum, accessum, & ingressum, illorumque Corporalem possessionem per te, vel alium, seu alios nomine tuo propria auctoritate libere, & absque alicujus Judicis ministerio apprehendere, & apprehensam tam tui prioris tituli, quam earundem præsentium vigore, quas vim validæ, & efficacis provisionis tibi de illis ex nunc, prout ex tunc, & e contra Apostolica auctoritate facta habere decernimus absque alia tibi desuper de novo facienda provisione, ut prius quoad vixeris retinere libere, & licite valeas in omnibus, & per omnia perinde ac si resignationem hujusmodi minime fecisses, concedimus, & in-* 47 *dulgemus*. Et hæc reservatio pensionis juxta modum infrascriptum conditionata fuit etiam cum clausula *non alias, aliter, nec alio modo*.

Faustinus resignatarius pacifice, & sine contradictione pensionem hanc persolvit spatio unius anni quamdiu possedit Canonicatum, quo vocato per assecutionem incompatibilis, seu Archipresbyteratus ipsius Ecclesiæ Cathedralis, de illo per Sedem Apostolicam provisus extitit D. Georgius Pagani, qui in literis suæ provisionis expressam mentionem fecit de supradicta pensione, & mediante Procuratore ad illam persolvendam se in forma Cameræ obligavit, & cum effectu persolvit terminos maturatos in primo anno, & per literas missivas etiam persolvere maturos in secundo promisit.

Verum habita notitia, quod Pensio fuisset reservata sub expressione excessivi, & falsi valoris, institit coram Ordinario pro nullitate, vel reductione pensionis, contra quam prætensionem Pensionarius se opposuit petendo regressum ad Canonicatum, & interim pendente hac disceptatione, quæ respiciebat judi- 48 cium Ordinarium, obtinuit in possessorio manutentionem; modo autem reassumpto Judicio Ordinario, seu petitorio; quæritur an petente Titularis quamvis juste, & legitime aut annullari, aut ad minorem summam reduci pensionem, competat nec ne Pensionario regressus ad suum Canonicatum? super quo articulo Ego in sensu veritatis interrogatus primo ex parte Titularis, & deinde ex parte Pensionarii valde dubius steti pro qua parte scriberem, & ad cujus favorem inclinarem, donec viso Mandato Procuratoris ad resignandum, & visis literis reservationis Pensionis, scribere recusavi pro parte Titularis, & prævalentibus apud me rationibus Pensionario assistentibus, illi competere, deberi regressum, verius de Jure censui resolvendum.

Ad quem effectum priori loco recensebam motiva, quæ me graviter urgebant ad inclinandum contra regressum, & in favorem Titularis, etenim procedebam cum illa distinctione per Me deducta *discept. Eccles. 48. num. 2.* quod nempe ubi in falsa expressione valoris nun- 49 quam peccavit resignans, tunc iste privari non posset regressu ad suum Beneficium resignatum, secus vero ubi concurrit culpa, & dolus ipsius resignantis, qui ad extorquendam majorem pensionem Summum Pontificem deceperit expressione falsi valoris, ut decisum fuisse in una Romana regressus in Sac. Rotæ Auditorio,

testatur Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 3. sub n. 7. 8.* Garz. *de Benefic. part.* 11. *c. 3. n. 29.* ibi = *Si quis resignat beneficium in favorem alterius, reservata sibi valide certa pensione non alias, &c. & reservatio pensionis fuit nulla ob expressionem majoris valoris Beneficii factam ab ipso resignante scienter, & sic culpa sua, non potest redire ad suum Beneficium, sed jus ab eo abdicatur per talem resignationem, nec tenebitur successor in Beneficio ad solutionem Pensionis ex quo fuit nulliter reservata, & concordare videntur* Card. de Luc. *disc. 35. n. 4.* Mantic. *decis. 356. n. 2. & 3.* Rot. coram Cavill. *decis. 233. n. 6.*

Est enim recepta in his terminis regula, quod etiam 50 ex resignatione conditionali Jus remanet perpetuo abdicatum ab ipso resignante, si iste causam dedit nullitati resignationis scienter, & dolose falsum valorem Summo Pontifici exprimendo, ut dicunt Rot. *decis. 310. n. 3. p. 14. recent.* Parisius *de resignat. lib. 1. q. 3. n. 118.* ubi addit nil suffragari in hoc casu clausulam adjectam; *Et non alias, &c.* quæ nihil operatur, 51 quando adest culpa resignantis, Rota coram Peuting. *dec. 189. n. 3.* Card. de Luc. *de pension. disc. 14. n. 6. & 7. & disc. 51. n. 21. & de Regal. disc. 15. num. 7.* Rot. coram Priol. *dec. 272. n. 7. & in dec. 31. num. 3. & decis. 372. num. 6. & coram Emerix Jun. dec. 27. num. 1.* signanter autem ubi quæstio non agitatur inter Pensionarium, & resignantem, & Titularem resignatarium, qui esse potest æque culposus in falsa expressione valoris, sed agitur inter Pensionarium, & successorem in Canonicatu, qui suum Jus directe metitur, ac recognoscit a Papa, & cui aliqua culpa imputari non potest, dum credendo, quod pensio fuisset valide reservata, illam expressit, & ad illam se valide obligavit, ut animadvertit De Luc. *de pens. disc. 12. n. 13. & disc. 13. num. 18. & disc. 14. n. 3. 10. & 13.*

Augebat difficultatem contra Pensionarium ea con- 52 sideratio, quod Summus Pontifex gravare non intelligit pensionibus, Beneficia, & Canonicatus ultra consuetam mensuram, & idcirco pendere non poterat ex facultate partium extorquere majores pensiones sub falsa narrativa valoris in præjudicium Ecclesiæ, & Successorum in Canonicatu, seu Beneficio, non obstante regressu expresse reservato etiam in casu, quo Pensionarius peteret annullari pensionem, seu illam 53 ad minorem summam reduci, cum hoc intelligatur de petitione reductionis, & annullationis pensionis injusta, irrationabili, invalida & nulla, scilicet de facto, non autem de Jure, ut tradiderunt, Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 40. n. 268.* Ciarlin. *contr. 36. n. 34. & 35.* Paris. *de resignat. lib. 6. qu. 3. n. 9.* Rot. *coram Peuting. decis. 233. n. 1. ubi loquitur de regressu reservato in casu, quo resignatarius peteret pensionem ad minorem summam reduci, & annullari, vel invalidari. & coram Reyne decis. 213. n. 6.*

Bene verum est, quod reservatio regressus non erat 54 restricta ad solum casum, quo Titularis peteret aut reduci, aut annullari, seu invalidari pensionem, sed etiam quando diceret, vel allegaret illam etiam male, vel nulliter assignatam, & sic concurrebant ampliores clausulæ, quam in casu resoluto apud Rot. *coram Peutinger. dec. 233. n. 1.* Credebam hujusmodi ampliores clausulas suffragari non posse, quia semper intelligi poterant de allegatione injusta de facto, & de non jure facienda per Titularem contra reservationem pensionis, nisi regressus fuisset reservatus in casu quo Titularis peteret annullari pensionem etiam *ex quavis, seu quacunque causa, vel capite:* quæ solum verba importare videntur impugnationem pensionis non solum de facto, sed etiam de Jure, in quibus terminis loqui videbantur decisiones Sacr. Rom. Rotæ, *coram Peutinger. decis. 218. 233. 289. & coram Cels. dec. 324. per totam, & in recent. decis. 210. n. 13. part. 14.*

Hæc erant difficultates, & rationes dubitandi, quæ prima fronte me impellebant ad inclinandum pro Titulari, verum reflectendo ad veritatem in contrariam sententiam descendere mihi visum est, non obstantibus supra deductis, ad quod assequendum pro faciliori cognitione veritatis, distinguo duos modos, dusf- 55

que

que formulas, cum quibus reservatio fieri solet, &
concedi in literis Apostolicis reservationis pensionum
ex causa resignationis.

Prima formula est illa, quæ vocatur *antiqua* secun-
56 dum Beneficialistas, & hæc comprtit ea dispositione
Juris juxta quam ad effectum, ut competat regressus
resignanti, requiritur magna contumacia, & proter-
via Titularis in denegando solutionem pensionis ita-
ut convincatur denegationem fieri injuste, & non
juridice, secus autem si Titularis habeat justam, &
legitimam causam non solvendi, ut in præsenti casu
ob vitium commissum ab ipso resignante in obti-
nendo pensionem sub falsa expressione valoris; &
iste dicitur regressus pœnalis, & in his terminis lo-
quuntur Patis. Gara. & alii supra in objecto allegatis,
ut declarat Rot. coram Peuting. dec. 218. 233. & 239.
per totam, & cor. Cels. dec. 224. n. 3. & 4. & in rec. dec.
310. n. 12. & 13. p. 14.

Formula vero antiqua dicitur illa per quam regres-
57 sus reservatur simpliciter tantum, si Pensionarius non
solvat Pensionem, vel tentet illam reduci juxta ea,
quæ ponit Rot. coram Peuting. decis. 233. num. 1. & ex-
plicat Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 40. numer. 268. &
seqq. ibi = *Est autem advertendum aliquando simplici-
ter reservari regressum, si non solvatur pensio, vel si
tentatur illam reduci, &c. quia dum simpliciter re-
servatur regressus in casu quo petitur, vel tentatur redu-
ctionis, id intelligitur de reductione indebita, & ca-
lumniosa ad effectum evitandi solutionem, non autem de
debita ex natura rei.*

58 Altera formula est illa, quæ secundum practicos
vocatur *moderna*, & est quando ea continet clausulas
ampliores, ex quibus cognosci valeat regressum fuisse
reservatum in quocunque casu Titularis impugnare
velit Pensionem etiam ex Causa justa, & Juridica, &
59 iste dicitur regressus conditionalis, ut distinguendo
formulam hanc modernam ab antiqua communiter
advertunt Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 40. n. 268. cum
tribus seqq. Card. de Luc. de Pens. disc. 12. n. 8. & 9. &
in opusculo de pension. c. 16. n. 20. Rota, coram Peuting.
dec. 218. n. 3. & seqq. & dec. 239. n. 4. & seqq. per tot.
& coram Royas decis. 213. num. 6. 17. & coram Celso
decis. 274. num. 3. & 4. & in recent. decis. 310. n. 12. &
13. 3. 4.

Per hanc enim formulam Papa nimis indulget Pen-
sionario cum exorbitantia ab ipsa dispositione Juris
concedendo, quidquid alias de Jure non competeret,
ut advertit Card. de Luc. de pension disc. 14. num. 8. ubi
propterea notat pro hac tanquam gratia speciali ejus-
dem capeditione majorem impensum fieri, & disc. 74.
60 nu. 16 in fin. & per hujusmodi formulam regressus
competere dicitur ex motivo deficientis voluntatis re-
signantis, ita declarantis ejus animum non resignan-
di nisi sub tali lege, & conditione, qua defecta tan-
quam ex deficienti consensu catena corruit, non at-
tento an ex opposito, & parte Titularis sit justa, vel
injusta: nam ita, & non alias resignare voluit Pen-
sionarius, & ita Summus Pontifex approbavit, ut per
sua principia bene advertit Card. de Luc. de pens. disc.
74. n. 10. & 11. disc. 13. num 9. disc. 14. num. 16. ubi
quod regressus juxta formulam modernam est atten-
dendus potius tanquam conditio, quam tanquam
pœna, & intrare debet non obstante nullitate, vel
justa reductione pensionis, & disc. 74. n. 8. & in rec.
decis. 265. n. 3. par. 8. ita etiam Lotter. de re Benefic. lib.
1. quæst. 40. n. 270. & 271. Rot. coram Peutinger. decis.
233. n. 2. & 3.

His præmissis descendendo ad casum, habeo dif-
ficultatem in primis super dolo, & malitia resignan-
tis circa falsam expressionem valoris, ex quo ipse
mandato Procuræ non expressit quales fructus, seu
reditus Canonicatus haberet, sed in genere dixit vel-
le reservationem pensionis ducatorum 400. super il-
61 lis, ideoque cum expressio falsi valoris facta fuerit
per Procuratorem, hujus factum in hoc puncto præ-
judicare non valet resignanti, maxime ad incurrendam
gravissimam pœnam amissionis pensionis, & Cano-
nicatus, ut in puncto respondet Rot. in una Parmen.
pensionis decis. 310. num. 12. & decis. 419. n. 3. part. 14.
recent.

Ex quamvis insistant in præsumpta ratificatione hu- 62
jus narrativæ factæ per Procuratorem, ex quo resi-
gnans usus fuerit literis pensionis pro ejus terminis
exigendis, juxta firmata per Rot. decis. 306. num. 25.
part. 10. & decis. 9. num. 16. part. 11. recent. & coram
Bich. decis. 410. numer. 19. & Ego scripsi discept. Ec-
cles. 48. num. 8. part. 2. Hujusmodi tamen auctoritates
loquuntur in casu, quo Pensionarius produxerat in 63
judicio literas reservationis, ut ex lectura, & ulterius
loquuntur quidem ad effectum nullitatis pensionis
non autem ad alium duriorem effectum privationis
pensionis, ac simul regressus ad Beneficium resigna-
tum, ubi ad excludendam pœnam, & tollendum do-
lum excusat aliqua causa probabilis, & in specie quia
literæ Apostolicæ regulariter scribi solitæ Gotico,
seu Gallico Charactere extra Curiam non intelligun-
tur, seu ibi rari sunt, qui illas intelligant, ultra quod
quando Titularis pacifice solvit pensionem, non adest
occasio hujusmodi litteras legendi quemadmodum
ad excusandum Titularem hoc objectum fuisse reje-
ctum in Rota, testatur Card. de Luc. de pens. disc. 12.
num. 8.

Ultra quod neque etiam dici potest resignantem
habuisse certam, & indubitatam notitiam quantita-
tis redituum Canonicatus ad effectum concludendi
malitiam, & dolum commissum in falsa illorum ex-
pressione, ex quo Canonicatum non possederat lon-
go spatio 20. annorum, ut erat casus decisionis 285.
num. 5. coram Carill. Sed illum possederat spatio qua-
tuor tantum annorum in quo perfectam, & indubi-
tatam notitiam redituum acquirere non poterat, pro-
ut loquendo de possessione trium annorum dixit,
Rot. coram Priol. decis. 301. num. 3. cum seqq. Nam spa-
tium decennii solum dare videtur perfectam notitiam
redituum Beneficii computato anno Fertili cum Ste-
rili, per ea quæ habentur apud Card. de Luc. de Be-
nefic. disc. 90. numer. 24. Rot. decis. 288. numer. 6. & 7.
part. 12. & in Rossanen. Archipresbyteratus super re-
missoria 19. Januarii 1711. § Absque eo quod, coram
R. P. D. Crispo; ita & taliter, quod apud Me non ita
sit certus dolus, & malitia resignantis circa falsam ex-
pressionem valoris factam per ejus Procuratorem ad
hunc duriorem effectum privandi illum tam Pensione,
quam Canonicatu; cum ad evitandam adeo gravem 64
pœnam, seu in materia, ubi agitur de magno præju-
dicio, dolus, & culpa talis esse debeat, ut nullo co-
lore, nullaque probabili causa possit excusari ad Text.
in Leg. igitur ff. de liberali Causa, Rot. coram Gregor.
decis. 388. n. 4. & coram Priol. decis. 187. nu. 2. & cor.
Bich. decis. 238. n. 34. & decis. 244. n. 25. & coram R.
P. D. Ansaldo decis. 72. n. 34. & in Mediolanen. Benefi-
cii 5. Martii 1703. §. Nec obstare cum seqq. cor. bon. me.
Caffarell.

Sed præscindendo etiam ab hujusmodi difficultate,
in qua resolutive non insisto, & supposita etiam cul-
pa ex parte resignantis super falsa expressione valoris,
regula est, ut cum Canonicatus resignatus fuerat sub
certa pensione ducatorum 400. cum clausula, & non
alias, aliter, nec alio modo, eo ipso quo resignan- 65
ti non servatur pactum tantæ pensionis, quantam ipse
voluit, intrat defectus conditionis, & voluntatis,
propter quem resignatio evanescit, & competit re- 66
gressus ad Canonicatum resignatum, ut firmavit Rot.
decis. 631. num. 1. part. 1. decis. 286. numer. 2. part. 2.
recent. Card. de Luc. de pension. disc. 14. num. 18. &
47. num. 8. & per tot. Rot. coram Ubaldo decis. 762.
num. 12.

Huic Regulæ non obstat distinctio inter impugna- 67
tionem pensionis juste, vel injuste, seu de Iure, vel
de Facto, & quando resignans peccavit nec ne in fal-
sa expressione valoris, juxta doctrinas supra in obje- 68
cto relatas; etenim hujusmodi distinctio locum habet
in regressu reservato juxta formulam antiquam simpli-
citer, in casu, quo Titularis non solvat, vel tentet
reduci pensionem; Secus autem quando regressus fuit
reservatus juxta modernam formulam cum clausulis
amplissimis comprehendentibus quancunque impu-
gnationem pensionis faciendam ex parte Titularis sive
juste, sive injuste; hoc enim casu regressus non dici-
tur reservatus tanquam per speciem pœnæ ob non

adim-

adimplementum solutionis pensionis, ubi attenditur
justitia, vel injustitia oppositionis Titularis, sed di-
citur reservatus potius per viam conditionis adimen-
69 tis consensum ab actu quodque resignans, ita & non
alias voluerit Beneficium a se abdicare, adeout in-
tret receptum Juris principium, ut in conditionali-
70 bus spectetur nudum factum quodque conditio ve-
rificetur, non distinguendo modum verificationes si-
ve juste, sive injuste, sive de Jure, sive de Facto,
ut punctualiter probat Card. de Luc. *de pension. disc.*
84. *num.* 8. *& seqq.* ubi hoc procedere ait etiam con-
tra successorem in Beneficio, *& disc.* 13. *num.* 9. *&*
disc. 14. *num.* 8. 16. *&* 18. Lotter. *de re benefic. lib.* 2.
quæst. 40. *num.* 270. *&* 271. Rot. *coram Peuting. decis.*
218. *num.* 1. *& seqq. & decis.* 233. *num.* 1. *cum seqq. &*
coram Cels. decis. 324. *num.* 3. *&* 4.

Neque suffragari censeo, quod juxta modernam for-
71 mulam, ut regressus dicatur reservatus etiam in ca-
su justæ oppositionis Titularis, necessarium sit, quod
ille comprehendat casum impugnationis cum clausu-
la amplissima, *ex quavis Causa*, quæ in casu isto de-
ficit; quoniam, licet ubi reservatione regressus con-
tinetur talis clausula, tunc probatio dicatur magis
clara, & certa, non inde tamen resultat præclusam
esse viam hanc eandem resignantis voluntatem pro-
bandi per alias clausulas æquipollentes, & certe præ-
seferentes reservationem regressus etiam in casu justæ
oppositionis, cum hæc censeatur quæstio voluntatis,
ut in terminis individualibus firmavit Card. de Luc.
de pens. disc. 74. *nu.* 9. *& seqq.* Nam quamvis verum
sit, quod apud Rot. *in decis.* 213. *num.* 7. *coram Ro-*
yas, *& decis.* 218. *num.* 233. *&* 289. *coram Peuting.*
fiat mentio de regressu reservato in casu impugnatio-
nis pensionis *ex quavis Causa*, attamen hæc clausula
non stat taxative, itaut deficientibus verbis *ex quavis*
causa, regressus non dicatur reservatus in casu im-
pugnationis pensionis juste, & de Jure, ut patet ex
Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 50. *num.* 268. ubi di-
cit attendendum esse an reservatio regressus extenda-
tur ad casum, quo alias reductio esset de Jure fa-
cienda, vel ex capite falsi valoris, vel ex alia legi-
tima causa, & Rota *coram Cels. decis.* 324. *num.* 4.
dicit sufficere regressum fuisse reservatum cum verbis,
& clausulis amplissimis, & prægnantibus addendo,
& signanter ex quavis causa, &c. Ita loquendo de-
monstrative ad unam ex illis expressionibus, quæ
comprehendat casum justæ impugnationis, non ex-
cludendo alia verba, ex quibus hoc ipsum colligi
possit, & concordat Rot. *decis.* 419. *numer.* 8. *&* 9.
part. 14. *recent.*

72 Suffragante regula generali, quod in omni mate-
ria non cortex verborum, sed substantia tantum re-
spicienda venit, dummodo hæc colligitur sive ex uno,
sive ex altero genere verborum, quorum variatio,
& diversitas, quæ solum materialis est, nunquam
destruit substantiam, cum nunquam in probationi-
bus habeamus restrictas habenas circa modum, &
formulam verborum quoties substantia sit eadem, &
sufficiens ad probandam voluntatem resignantis, &
Papæ approbantis, Cardin. de Luc. *de feud. disc.* 44.
num. 17. Rot. *decis.* 474. *num.* 17. *part.* 18. *recent. &*
in Mediolanen. Beneficii 1. *Aprilis* 1708. §. *nihilomi-*
nus, *coram R. P. D. Ansald. & in Novarien. Interven.*
in Pontificalibus 27. *Junii* 1704. §. *Absque eo quod*, *co-*
ram bon. mem. Omanna.

In proposito reservatio regressus facta fuit clausu-
lis amplissimis comprehendentibus quemcunque ca-
sum, in quo Titularis etiam juste, & juridice im-
pugnare voluisset pensionem, & primo quia concur-
73 rit clausula, *& non alias, aliter, nec alio modo*, quæ
adjecta relative ad casum non solutionis pensionis,
seu oppositionis de ejus reductione, vel annullatione
reddit actum conditionalem, itaut resignatio ex de-
fectu consensus resignantis evanescat, etiamsi impu-
gnatio pensionis ex justa causa sequatur, ut bene no-
tat Card. de Luc. *de pens. d. disc.* 74. *num.* 9. Adden.
ad Rot. *coram Ubaldo decis.* 772. *sub num.* 17. *in fine*,
ibi = *Est adeo firma Conclusio in decisione firmata qua-*
ad regressum Pensionarii in casu contraventionis stante
clausula non alias &c. *ut etiamsi impugnatio pensionis*
sequatur ex justa causa, adhuc tamen competat regres-
sus, de qua re plenissime D. de Luc. *de pens. disc.* 74.
per tot. & in recent. decis. 631. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.*
419. *num.* 8. *part.* 14. *recent.* Rot. *coram Peuting. decis.*
218. *num.* 2. *& coram Mellin. decis.* 246. *num.* 1. *&* 3.
in fin. cum prædicta clausula sit tantæ operationis, &
potentiæ, ut æquipollere censeatur alteri clausulæ ex-
primenti impugnationem pensionis, ex quavis causa,
ut prosequitur Card. de Luc. *dict. disc.* 74. *num.* 9. *&*
disc. 14. *num.* 18. Rot. *coram Cels. decis.* 363. *num.* 13.

Secundo, quia regressus reservatus per hæc verba, 74
scilicet = *Titulari in solutione pensionis in toto, vel*
in parte cessante, vel deficiente, aut illam ad minorem
summam reduci, annullari, vel invalidari petente, =
importat casum annullationis ex causa falsæ expres-
sionis valoris, dum iste terminus annullationis, &
invalidationis non potest intrare, nisi ex capite do-
losæ, vel culposæ falsæ narrativæ, cum alias cessante
dolo non intret annullatio, sed potius reductio, ut pa-
riter prosequitur Card. de Luc. *de pens. d. disc.* 74. *n.* 15.

Tertio non sistit hic amplitudo reservationis re- 75
gressus, sed quod meum traxit intellectum est, quod
non contentus Summus Pontifex dandi regressum
Titulari cessante in solutione pensionis, ac petente
illam *reduci, annullari, vel invalidari*, ulterius
prosequendo adjecit aliam amplissimam clausulam,
ibi = *seu illam male, & nulliter assignatam esse di-*
cente, vel allegante. =

Neque enim melius, & clarius explicari potuit re-
gressus in casu etiam justæ impugnationis pensionis
nisi per hujusmodi amplissimam clausulam, quæ in-
cludendo casum, quo Titularis diceret, & allegaret
pensionem fuisse male, & nulliter assignatam im-
portat nullitatem ob falsam expressionem valoris, &
sic casum impugnationis ex justa causa, scilicet re-
servationis pensionis male, & nulliter factæ, ex qua
male, & nulliter facta reservatione Titularis opposi-
tio verificatur justa, legitima, & de Jure, non au-
tem de Facto, ut in *decis.* 311. *num.* 1. *par.* 5. *& dec.*
419. *num.* 8. *&* 9. *part.* 14. Card. de Luc. *de pens. disc.*
13. *num.* 9. *& disc.* 74. *num.* 8.

Ea ratione, quod ubi regressus non fuit tantum
reservatus in casu, quo Titularis cessaret in solutio-
ne pensionis, ac peteret illam reduci, annullari, vel
invalidari, sed etiam quando diceret, & allegaret il-
lam esse assignatam male, & nulliter, alter casus
non potest comprehendi appellatione pensionis male,
& nulliter assignatæ nisi ille impugnationis ex justa
causa, ob malam expressionem valoris ex causis re-
signantis, ubi verificatur, quod pensio fuerit male, 76
& nulliter assignata, quia pensio reservata male, &
nulliter dat justam causam dicendi de nullitate, &
significat oppositionem justam Titularis, Lotther. *de*
re benefic. lib. 1. *quæst.* 40. *num.* 273. Rot. *coram Crescen.*
decis. 17. *sub num. de rescript.* Peuting. *decis.* 289. *n.* 10.
Cels. *decis.* 224. *num.* 3. *&* 4. in cujus casu non aderat
clausula exprimens impugnationem pensionis ex qua-
vis causa, ut in eadem *decis.* 324. *ante nu.* 1. *& dec.*
363. *ante num.* 1. *coram Celso*, & in specie Barbos. *de*
pens. q. 7. *num.* 3. ubi de regressu in casu, quo Titu-
laris petiit reduci, & annullari pensionem, & alle-
gavit eam esse nullam, seu male, & nulliter assi-
gnatam, Rot. *dict. decis.* 311. *num.* 1. *part.* 5. *recent.*

Immo crederem magis explicare casum justæ op-
positionis contra pensionem hæc verba, quæ prohi-
bent Titulari dicere, vel allegare pensionem fuisse
male, & nulliter assignatam, quam clausulam illam
generalem *ex quavis causa*; Hæc enim comprehendit 77
in genere justam causam, quæ tamen comprehendi-
tur magis specifice sub verbis prohibentibus Titulari
Jus non solum petendi annullationem, & invalidi-
tatem pensionis, sed etiam dicendi, vel allegandi il-
lam esse male, & nulliter assignatam, qua assigna-
tio pensionis mala, & nulla non verificatur nisi de
Jure, & sic quando Titularis legitimam daret exce-
ptionem, quod pensio fuerit male, & nulliter impo-
sita, juxta firmata apud Lotther. *de re benefic. qu.* 40.
num. 268. *& seqq. & coram Cels. decis.* 603. *num.* 3. *&*
in Placentina Decanatus impress. apud Garz. *de benefic.*
part. 4. *cap.* 3. *num.* 52. *vers. & eo maxime.*

Refle-

Reflectendo quod intrare hic non poteft interpre-
tatio aliqua, quod regreffus intelligi poffit refervatus
78 in cafu impugnationis penfionis injufte, & de facto
ceffante omni interpretatione propter amplitudinem,
& geminationem claufularum; dum quidquid fit an
effet de hoc dubitandum fi regreffus fuiffet fimplici-
ter refervatus in cafu Titularis petentis reduci pen-
fionem, vel invalidari, & annullari, ubi non effet
ita certum, an hæc petitio annullationis effet intel-
ligenda de Jure, & de facto. Sane omnis ceffat diffi-
cultas, quando præter cafum, quo Titularis peteret
annullari, & invalidari penfionem, fuperaditus fuit
alter cafus, quo ille etiam diceret, vel allegaret pen-
fionem fuiffe male, & nulliter affignatam; Hæc
enim claufula ftare non debet fine effectu operandi,
& pernecefse aliquid plus importare præter claufulam,
& cafum, quo Titularis peteret penfionem annullari,
feu invalidari, ne alias in actu ferie explicante vo-
79 luntatem refignantis fuper regreffu admittamus fu-
perfluitatem, & inutilem repetitionem unius ejuf-
demque cafus, ut in puncto Peuting. *dict. decif.* 218.
num. 7. & generaliter Rot. *coram Gregor. decif.* 424.
num. 26. Priol. *decif.* 229. *num.* 10. Pamphil. *decif.* 530.
num. 2. *& in recent. decif.* 354. *num.* 35. *part.* 11. *& in
Aleffanen. Benefic.* 9. *Aprilis* 1712. § *Nec fubfiftere
in fine, coram R. P. D. Aldrovando, & in Pacen. Ca-
nonicatus* 26. *Junii* 1715. § *Nullius autem, coram R. P.
D. Falconerio*.

Hæc igitur diverfitas, & amplitudo clafularum,
quæ prohibet Titulari tam petere penfionem reduci,
annulari, vel invalidari, quam etiam illam dicere,
& allegare effe male, & nulliter affignatam, meo
judicio importat quencunque cafum, quo Titularis
tam de Jure, quam de Facto vellet penfionem dimi-
nuere, aut nullam redere, quia geminatio verborum
80 facit comprehendere in ampliationem difpofitionis
etiam ea, quæ alias non comprehenderetur, etiam
diffimilia, & majora expreffis, Rot. *decif.* 214. *num.*
7. *coram Peuting.* Altograd. *conf.* 10. *numer.* 4. *& feqq.
ufque ad num.* 8. *lib.* 2. Menoch. *conf.* 289. *num.* 25. De-
cian. *conf.* 44. *num.* 19. *verfic. & per eadem lib.* 4. Corn.
conf. 202. *n.* 6. *lib.* 4. Surd. *decif.* 272. *n.* 6. Rot. *dec.* 226.
n. 6. *&* 7. *p.* 19.

Et fane diverfa eft una claufula ab altera, nempe
quæ continet cafum, quo Titularis petat annullari,
81 & invalidari penfionem, ubi non exprimitur, ex qua
caufa, & per contrarium, quæ continet cafum, quo
Titularis dicat, & alleget penfionem fuiffe male, &
nulliter affignatam, ubi individuatur cafus malæ, &
nullæ affignationis verificabilis filii in caufa jufta
ob fubreptionem ex falfa expreffione valoris, ideoque
regreffus præcife refervatus legitur in cafu ifto, quo
Titularis allegat penfionem fuiffe male, & nulliter
affignatam, & applicantur decifiones Celfi, & Peu-
ting. de quibus fupra, punctualis cafus, de quo agit
Card. de Luc. *de penf. difc.* 74. *per tot.* approbatus per
Adden. ad Ubald. *dec.* 762. *in fin.*

Quarto accedit refervatio poteftatis occafione re-
82 greffus apprehendendi poffeffionem etiam propria au-
ctoritate, & fine aliquo Judicis minifterio, ibi = *Cor-
poralem poffeffionem propria auctoritate libere, & abf-
que alicujus Judicis minifterio apprehendere* = quod
non applicatur ad formulam antiqua regreffus pœ-
nalis, pro quod requiritur formalis Canonizatio in Ju-
dicio Ordinario per tres confor..., ut fuperadit
Card. de Luc. *de penf. difc.* 74. *num.* 14. rejecta ejus
dubitatione fuper neceffitate Canonizationis regref-
fus, quemadmodum legere eft apud Gratian. *difce-
ptat.* 921. *num.* 10. *&* 11. & Rota *coram Bicch. decifio.*
53. *numer.* 16. *& ipfe* Cardinal. de Luc. *difcurf.* 13.
num. 9.

Quinto concurrit altera claufula juxta quam in
83 cafu regreffus concefsa facultate apprehendendi pof-
feffionem auctoritate propria, illamque retinendi li-
bere, & licite, fuperaditum fuit = *in omnibus, &
per omnia perinde ac fi refignationem hujufmodi mini-
me feciffet* = Quæ claufula etiam confpirat ad eundem
effectum dignofcendi regreffum fuiffe refervatum po-
tius per viam conditionis in quocunque cafu Titula-
ris nullam effe allegaret penfionem, quam per viam
pœnæ ob ejufdem Titularis contumaciam, feu non
adimplementum Card. de Luc. *de penf. dict. difc.* 47. *nu.*
15. *verf.* 4.

Reflectendo infuper, quod hodie de frequentiori
ftylo hujufmodi moderna formula concedi folet in 84
refervatione regreffus per viam conditionis receden-
do ab antiqua formula regreffus pœnalis, ut adver-
tit Card. de Luc. *de penf. difc.* 14. *num.* 5. & in moder-
na formula neceffum non eft, quod refervetur regref-
fus in cafu, quo Titularis petat annullari penfionem
ex quavis caufa, quia etiam fine his verbis refervari fo- 85
let, ut patet ex Celf. *dict. decif.* 324. in cujus principio
habetur regreffum fuiffe refervatum his verbis = *Quod
deficiente Refignatario, vel ejus Succefforibus in folu-
tione penfionum, vel petentibus illam annullari, feu
reduci liceret eidem refignanti liberum habere regref-
fum ad Canonicatum prædictum, & non alias, aliter,
nec alio modo, &c.* = & tamen Rot. ibi dixit hanc effe
formulam modernam, & comprehendere quamlibet
nullitatem ex quavis caufa, ut bene notavit Card. de
Luc *de penfion. dict. difc.* 74. *num.* 16. Cui obftare non
videtur auctoritas Sac. Rotæ *in decif.* 233. *coram Peu-
ting.* ubi eadem verba, quibus in cafu decifionis Celfi
fuerat refervatus regreffus, cenfuit non comprehende-
re nullitatem penfionis ex quavis caufa; ibi enim adje-
cta non fuerat claufula, *& non alias, &c.* ficuti ad-
vertitur in eadem *decif.* 232. *numer.* 4. *& feqq.* & ulte-
rius concurrebat circumftantia Facti impeditiva re-
greffus, quia nempe refignans, & refpective penfio-
narius fuerat afsecutus aliud Beneficium incompatibi-
le, propter quod cenfebatur renunciafse regreffui fu-
per beneficio refignato, ut in *dict. decif.* 233. *num.* 10.
& feqq.

Si ergo juxta decif. Celfi, & fpecialem Authorita-
tem Card. de Luc. *difc.* 74. *de penfion.* moderna for-
mula concedens regreffum quando Titularis opponat 86
de nullitate, aut reductione penfionis five de Jure,
five de facto fatis continetur, & explicatur in illis ver-
bis = *Refignatario deficiente in folutione Penfionis,
vel petente illam reduci, feu annullari, & non alias,
aliter, nec alio modo*, = quid dicendum erit in cafu
ifto ubi regreffus ad ampliores claufulas proceffit, com-
prehendendo cafum quo Titularis cefsaret in folutione
penfionis peteret illam reduci, annullari, vel invalida-
ri diceret, vel allegaret illam efse male, vel nulliter
affignatam cum facultate capiendi pofseffionem pro-
pria authoritate, & abfque alicujus Judicis Minifterio,
perinde ac fi refignatio nunquam fecuta fuifset, &
hæc omnia cum Claufula, *& non alias, aliter, nec
alio modo*.

Ex his omnibus defcendo in fententiam, quod ftan- 87
te refervatione regreffus juxta modernam formulam il-
le competat Penfionario etiam in cafu, quo Titula-
ris jufte opponeret de nullitate penfionis, ejufque re-
ductione. Vis enim non confiftit an jufte, vel injufte
nullitas opponatur, quæ infpectio cadit in altera fpe-
cie regrefsus pœnalis, fed in eo confiftit an deficiat
confenfus ex Parte Penfionarii refignantis, cujus Vo-
luntas alia non fuit nifi refignandi quatenus haberet
certam penfionem, quantam voluit; refervato fibi
regrefso in quocunque cafu Titularis nullitatem, aut
reductionem penfionis prætenderet, hæc enim dicitur
conditio, regrefsus conditionalis, qui verificatur,
& purificatur five conditio opponendi de nullitate fit
jufta, five injufta, five de jure, five de facto, ita
enim contraxit, & non alias contrahere voluit Refi-
gnans, unde aut Titularis penfionem folvat, aut Ca-
nonicatum dimittat, Rot. *decif.* 265. *p.* 8. *rec. & coram
Bich. dec.* 53. *n.* 10. *& feqq. & coram Peuting. decif.* 289.
n. 10. *& coram Ubald. decif.* 772. *n.* 12. *& in rec. decif.*
419. *n.* 9. *p.* 14.

Hinc patet refponfio ad motivata fupra in objectis; 88
nam Garzia, Mantica, & alii loquuntur iuxta formu-
lam antiquam regrefsus pœnalis, non autem iuxta mo-
dernam, ut diftinguit Rot. *decif.* 324. *num.* 4. *coram
Celf. & decif.* 218. *&* 289. *per tot. coram Peuting. & in
recent. decif.* 310. *num.* 12. *&* 13. *part.* 14. aliæ vero au- 89
ctoritates loquuntur in diverfis terminis non autem de
penfione, & regrefsu, ut in *decif.* 272. 301. *&* 212.
coram Priol. ad Doctrinas autem quæ dicitur claufu- 90
lam

lam = *non alias, &c.* = nil operari ubi concurrit culpa Resignantis, respondetur eas non loqui in terminis regressus ita reservati, ubi communior opinio est in contrarium, ut præter Card. de Luc. *disc.74. de pension. firmat.* Rot. *coram Cels. decis.* 363. *num.*13. *coram Penting. decis.* 218. *num.* 2. *& coram Reyas decis.* 213. *n.* 7. Adden. ad Ubald. *decis.*762. *in fin. & in rec. decis.* 419. *n.* 8. *p.* 14.

91 Denique auctoritas Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 3. *num.* 7. *& seqq.* potius retorquetur; ubi enim in casu, quem dicit resolutum in Rot. in una Romana regressus coram Prospero Santarucio licet regressus fuisset reservatus, Resignatario petente pensionem invalidam effici, aut ad minorem summam reduci, & asserat Parisius, quod clausula quod non possit dici de nullitate, intelligatur de facto, non autem de jure dicendo Sacram Rotam denegasse regressum Resignantis; attamen motivum ita decidendi fuit expressio falsa, quod pensio medietatem fructuum non excederet, quando absorbebat omnes, & tamen, hoc non obstante dicit Rotam judicasse quod licet non competeret regressus resignanti, adhuc iste posset repetere suum Beneficium actione spolii, & reintegrari ad ejus possessionem, ut legere est *d. lib.* 6. *quæst.* 3. *n.* 10. ibi = *Sed in hac causa fuit rursus dubitatum an possit repetere suum Beneficium, & agere spolio, & fuit conclusum affirmative; Nam cum provisio sit nulla potest repetere Beneficium, & agere spolio.*

Quod, ut dixi, retorquetur ad rem nostram, si enim in illo casu resignans expresse deceperat Summum Pontificem narrando Pensionem non excedere medietatem fructuum, quando absorbebat omnes fructus, & nihilominus non obstante nullitate ex culpa resignantis, censuit illum actione Spolii posse repetere suum beneficium, parum refert an uno, vel altero modo reintegrandum esse judicaverit resignantem, dum in substantia censuit stante nullitate resignationis non fuisse abdicatum Jus ab ipso resignante etiam culpose, ex deficientia consensus, & voluntatis, ut sequendo Parisium concordat Tondut. *de Pension. capit.* 48. *numer.* 3. *&* 5. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 40. *num.* 275. *&* Rot. *coram Pe-*
92 *ting. decis.* 233. *num.* 9. quia voluntas, & consensus resignantis est conditionatus, mediante regressu, si iste deficit, etiam deficit consensus propter quod non abdicato Jure a resignante, danda est illi reintegratio ad suum Beneficium, ut in specie advertit Rot. *coram Put. decis.* 310. *lib.* 3. *in Correctorio* Botel. *in Summa decisionum cit.* 17. *&* 24.

In casu autem isto licet eundem habeamus effectum sive per viam regressus, sive actione Spolii, resignans redire debebat ad Beneficium; crederem tamen competere regressum propter ejus resignationem juxta modernam formolam, quæ comprehen-
93 dit non solum casum, quo Titularis petat pensionem annullari, seu invalidari, sed etiam quo alleget, & dicat illam male, & nulliter assignatam, quod intelligitur de exceptione Juridica, & justa ex jam probatis, adita facultate capiendi possessionem propria auctoritate, & perinde ac si resignario facta non fuisset cum clausula, *& non alias, aliter, nec alio modo*, quæ omnia ostendunt regressum comprehendere quencunque casum impugnationis pensionis, sive de Jure, sive de Facto, juxta punctualem *disc.* 74. Card. de Luc. *de pens.* Barbos. *de pension. quæst. numer.* 3. Rot. *decis.* 39. *ante num.* 1. *part.* 5. *& decis.* 419. *nu.* 8. *part.* 14. *& decis.* 324. *num.* 4. *& decis.* 363. *num.* 13. *coram Cels.*

Concludendo in summa, quod in casu isto verificatur quidquid dixit Crescent. *decis.* 17. *de rescriptis*, quod nempe ipse alias vidit, quod Titularis nolens solvere pensionem octo Ducatorum tantum allegavit ejus nullitatem, ex qua allegatione amisit Canonicatum valoris quinquaginta ducatorum, & refert Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 172.

94 An autem Titularis sit admittendus ad purgationem moræ si renunciet liti, & offerat solvere terminos pensionis decursos, & in futurum decurrendos; affirmative respondet Rot. *coram Cels. decis.* 863. *per tot.* ubi Titularis obtinuerat sententiam super nullitate pensionis ob non justificatum valorem expressum, & postea renunciaverat sententiæ, & liti, & obtulerat solvere pensiones decursas, & in futurum decurrendas.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus an dici possit laicale, vel potius Ecclesiasticum ob concessionem in emphyteusim factam ab Ecclesia favore Laicorum de bonis, quibus annexum erat Juspatronatus ad Ecclesiam Parochialem in eisdem bonis existentem?

Judex laicus ex defectu Jurisdictionis non potest cum ejus mandato facere executionem super bonis de directo Dominio Ecclesiarum, etiamsi agatur de solo dominio utili inter laicos, neque hic defectus est sanabilis.

SUMMARIUM.

1 *Provisio Jurispatronatus Ecclesiastici vacati in mense reservato spectat ad Sedem Apostolicam.*

2 *Juspatronatus Laicale in quocunque mense vacet providetur ad præsentationem Patronorum.*

3 *Juspatronatus mixtum cum divisione exercitii per Turnum quando cadat sub reservationibus.*

4. *Reservatio Jurispatronatus substantiatur in exercitio.*

5 *Dominium decretum trahit ad se dominium utile veluti accessorium, & sibi subordinatum*, & n. 69. & 77.

6 *Exponitur series facti in causa, in qua scripsit Auctor.*

7 *Iudex laicus non potest decernere mandata, & facere executiones bonorum, quæ sunt subjecta directo Dominio Ecclesiarum*, & n. 8. 9. 10. 11. 12. 38. 53. 76. & 80.

13 *Constitutio Ægydiana non habet locum, quando agitur de bonis emphyteuticis, Ecclesiarum licet causa sit inter laicos super solo dominio utili*, & n. 70. & 71.

14 *Emphyteuta Ecclesiæ non tenetur ad Collectas, & onera realia imposita per statuta laicorum*, & n. 64.

15 *Nec potest conveniri nisi coram Iudice Ecclesiastico*, & n. 16. & 17.

18 *Defectus jurisdictionis non est sanabilis etiam volente, & consentiente Ecclesia*, & nu. 29. 35. & 85.

19 *Et consensus Partium, & Iudicis nihil operatur*, & n. 30. 36. 70. 79. & 89.

20 *Nemo privatus potest dare jurisdictionem Iudici laico eam non habenti.*

21 *Iudex laicus quamvis possit decernere mandata super bonis de directo dominio Ecclesiæ non potest tamen illa exequi nisi obtento exequatur Iudicis Ecclesiastici*, & n. 33.

22 *Spolium ex defectu jurisdictionum nunquam præscribitur; nec attenditur præscriptio Statuti Urbis*, & n. 34.

23 *Nullitates ex tribus nempe jurisdictionis, citationis, & mandati sunt insanabiles etiam in Signatura Gratiæ*, & n. 24. 25. 45. 46. & 47.

26 *Nullitas census ex defectu solemnitatum quando non sit sanabilis.*

27 *Refertur stylus signaturæ Sanctissimi avocandi causas nullitatum ex defectu jurisdictionis a foro laico*, & n. 28. & 52.

31 *Explicatur* Card. de Luc. in relat. Rom. Cur. disc. 30. n. 19. & 20.

32 *Realitas crediti consideratur pro sananda nullitate census.*

33 *Sanatio non datur ubi agitur de spolio ex defectu jurisdictionis.*

36 *Igno-*

36 *Ignorantia, & bona fides Partium nihil suffragatur in defectu jurisdictionis.*
37 *Res per deliberationem venduntur viliori pretio,*
39 *Tertius emptor dicitur in mala fide quoties subhastatio rite, & recte non processit.*
40 *Scire, & scire teneri paria sunt.*
41 *Æquitas non est allegabilis ab eo, qui scire, & inquirere tenebatur.*
42 *Deliberatarius quando dicitur in pessima fide,*
43 *Æquitas clamat favore Domini, in cujus præjudicium res pro vili pretio publice venditur,* & n. 44.
48 *Quæ nullitates sint sanabiles;* & num. 49. 50. & 74.
54 *Judex laicus non potest apponere manus super Personis, & rebus Ecclesiasticis.*
55 *Neque etiamsi agatur de utili dominio inter laicos remanente directo penes Ecclesiam.*
56 *Statutum laicorum non potest disponere super rebus Ecclesiasticis, quorum dominium utile spectat ad laicos,* & n. 57.
58 *Opinio quæ fuit in Tribunalibus recepta, sequenda est.*
59 *Opinio communior Doctorum appellatur lex, & jus commune,* & n. 61. 62. & 63.
60 *Omnis lex ab initio habuit aliquem contradictorem.*
61 *Rescripta SS. Congregationum habent vim legis.*
66 *Papa rescribendo in signatura Papæ facit legem.*
67 *Constitutio S. M. Innocentii XI. comprehendit sub statutis laicalibus exclusivis fœminarum propter masculos etiam bona de directo Dominio Ecclesiarum.*
68 *Defectus jurisdictionis consistit primario in incapacitate Judicis laici respectu bonorum Ecclesiæ, & secundario in ejus præjudicium,* & nu. 72.
73 *Laicis etiamsi faciant actum favorabilem Ecclesiæ adhuc nulliter agunt.*
75 *Referguntur rescripta signaturæ Justitiæ.*
78 *Ecclesiæ expedit habere magis unum, quam alium Emphyteutam.*
79 *Jurisdictio quæ non est, nec prorogari nec excitari potest a Partibus.*
80 *Consuetudo ad hoc ut valeat debet probari obtenta in contradictorio Judicio.*
81 *Consuetudo inferens præjudicium Ecclesiæ dicitur proxima sacrilegio, & non substinetur,* & nu. 88.
82 *Producens instrumentum fatetur omnia in eo contenta fuisse vera.*
83 *Errorem allegans debet illum concludenter probare.*
84 *Causa quando dicantur connexa.*
85 *Inscriptiones positæ super stabilibus sunt potius signa identitatis, quam dominii.*
90 *Dominium directum probatur ex instrumentis investitura.*

ALLEGATIO LVII.

QUærebatur apud Me in quadam Causa, an stante concessione in emphyteusim facta per Ecclesiam in favorem familiæ Laicorum de nonnullis possessionibus, & bonis, quibus annexum erat Juspatronatus ad Ecclesiam Parochialem in eisdem bonis existentem, hoc Juspatronatus dici posset laicale, ob transitum ad Laicos, vel potius retinere suam pristinam qualitatem Ecclesiasticam, ad effectum, ut vacante Ecclesia in mensibus reservatis provisio spectaret ad
1 Sedem Apostolicam, prout in Jurepatronatus Ecclesiastico spectare solet, ex deductis apud Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 8. *num.* 14. Mutga *de benefic. quæst.* 3. *num.* 24. *in fine*, Rot. *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Idemque, coram R. P. D. Ansaldo, & in Majoricen. beneficii* 9. *Martii* 1711. §. *Quoniam, coram bon. mem. Caffarello*, vel potius spectaret ad præsentationem Patronorum, in quibuscumque Mensibus etiam reservatis, juxta naturam Jurispatronatus Laicorum, de qua Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 18. *n.* 1. *& seqq. plene* Rot. *dec.* 44. *n.* 11. *& seqq. post* Antonell. *de jurib. & oner. Cleric. & alibi passim.*

Inclinandum videbatur in opinionem, quod provisio Ecclesiæ non caderet sub reservationibus Apostolicis, ea ratione, quod cum mediante investitura Emphyteutica Juspatronatus transitum fecerit in laicos quoad dominium utile, propterea Juspatronatus quoad domi- 2
nium utile erat proprium laicorum, & habebat qualitatem laicalem, quamvis directum remaneret Ecclesiasticum, & ideo ad hunc effectum satis erat, quod qualitas laicalis esset respectu dominii utilis, ex quo reservatio substantiatur in exercitio, & dum exercitium spectat ad emphyteutam laicum, Juspatronatus induit naturam laicalem, & non subjacet reservationibus, exemplo Jurispatronatus mixti, in quo si Patroni dividant inter se exercitium, seu usum præsen- 3
tandi, succedente vacatione in Turno Ecclesiastici, Juspatronatus reputatur Ecclesiasticum, & cadit sub reservationibus, succedente autem in Turno laici censetur laicale, & ab eisdem reservationibus exemptum, non alia ratione, nisi quia reservatio substantiatur in exercitio, & sic dominio utili, juxta celebres *decisio-* 4
nes, coram Priolo nempe decis. 362. *numer.* 11. *& decis.* 383. *num.* 15. *& decis.* 432. *num.* 20. *& in Aprutina Beneficii* 19. *Junii* 1705. §. *Visum, coram Eminentissimo Scoto.*

Ego tamen contrarium sententiam veriorem de Jure censui, nempe quoties dominium directum remaneret apud Ecclesiam, conservatur qualitas Ecclesiasticam tam respectu directi, quam utilis dominii in laicum translati, ea ratione, quod dominium utile habet necessariam dependentiam a directo, & ejus naturæ est, ut directum sequatur; Directum vero est connexum,
& complicatum cum utili, illique prædominans, il- 5
ludque trahens ad se veluti accessorium, & subordinatum, ut in præcisis terminis firmavit Rot. *decis.* 298. *num.* 9. *&* 10. *& decis.* 329. *num.* 21. *& seqq. par.* 9. *tom.* 1. *recent.* & Card. de Luc. *de Jurepatr. disc.* 59. *num.* 15. Cavalcan. *decis.* 22. *num.* 17. *part.* 1. allegans ita magistraliter decisum in celebri *Romana domus ad S. Augustinum, coram Coccin. decis.* 574. *per totam*, & adducens exemplum Jurispatronatus regii, quod non desinit esse tale propter infeudationem, & Ego scripsi *discept. Eccles.* 41. *n.* 4. *tom.* 1.

Habui casum in Causa *Romana Spolii* sub hoc principio judicatum in materia profana subhastationis Vineæ de utili dominio laici, & de directo Ecclesiæ, quæ facta fuit cum mandato Judicis Laici, cum deliberatione subsecuta, & ratificata etiam per Ecclesiam proprietariam, ubi obtinui circumscriptionem in Signatura Justitiæ contra Deliberatarium possessorem
fere decennalem pacificum, & non obstante, quod a 6
R. P. D. Auditore Sanctissimi fuisset remissa causa ad eandem Signaturam *cum facultatibus Signaturæ Gratiæ* pro sanatione nullitatis ex defectu jurisdictionis, hæc tamen fuit denegata, & perstitum fuit in decisis, Casus vero est infrascriptus, in quo ita scribebam.

Quamvis in Romana Curia ad tuendam Immunitatem Ecclesiasticam, vigeat inveterata, & antiquissima opinio, quod Judices laici non habeant jurisdictionem relaxandi mandata, & faciendi executiones super bonis de directo dominio Ecclesiarum licet agatur inter laicos de solo dominio utili, quæ opinio hodie habetur pro lege in omnibus Tribunalibus præsertim Ecclesiasticis, & millies confirmata fuit per infinitas decisiones Sacræ Rotæ, per Signaturam Gratiæ per Sacram Congregationem Immunitatis, & denique hoc Supremum Tribunal, quod passim semper circumscripsit executiones, & deliberationes hujusmodi bonorum.

Nihilominus anno 1705. Franciscus Cataneus veluti assertus creditor Bernardinæ Raitz Boccalinæ in scutis 150. obtinuit contra illam in Foro laico Capitolino mandatum executivum, cujus vigore non dubitavit facere executionem realem super Vinea dotali

possessa

possessa per eandem Mulierem extra Portam Sancti Pauli existentem sub directo Dominio Ecclesiastico V. Ecclesiæ, & Capituli Sancti Nicolai in Carcere de Urba & post plures menses expedivit in eadem Curia laica mandatum de deliberando ipsam Vineam, cum expressione facta in venite, quod illa erat de directo Dominio Ecclesiastico Ecclesiæ, & Capituli Sancti Nicolai, prout ejus vigore die 20. Novembris 1705. deventum fuit ad deliberationem favore Ioannis Jacobi Redri repetita in instrumento deliberationis expressione directi Dominii Ecclesiastici ejusdem Vineæ.

Eadem Mulier quæ erat, & est miserabilis Vidua habens suam dotem in hac Vinea contra hujusmodi spolium statim reclamare non potuit attenta ejus extrema paupertate, ac etiam diversis calamitatibus oppressa, sed post aliquot annos, ante tamen elapsum decennium sub die 9. Septembris 1715. obtinuit a R. P. D. Auditore hujus supremi Tribunalis Decretum = *Circumscripta deliberatione remisit Causam ad R. P. D. Vicesgerentem quoad exequatur* = quod Decretum ab eodem pluries confirmatum extitit.

Cum autem deinde ad instantiam Partis hanc satisfactionem volentis, remiserit Causam ad plenam Signaturam, illa idcirco proposita sub die 5. Decembris proxime præteriti ad relationem R. P. D. Silvæ, hoc supremum Tribunal juxta inveteratam praxim, de qua amplius non dubitatur, rescripsit = *Circumscripta deliberatione ad Judicem Ecclesiasticum pro exequatur.* =

Pars adversa agnito evidenti spolio, quod nullam habebat exceptionem, credendo quod esset malum medicabile, institit coram R.P.D. Auditore Sanctissimi pro gratia sanationis, ac si ageretur de sanatione alicujus census ex defectu solemnitatum, & R. P. D. Auditor post rejectam instantiam in primo decreto, deinde remisit causam ad hoc supremum Tribunal etiam cum facultatibus Signaturæ Gratiæ ex motivo in contrarium deducto, quod hæc esset satisfactio Parti non præjudicialis.

Hinc cum in præsenti Signatura reproponatur Causa, attenta qualitate spolii insanabilis: sine ulla difficultate credimus rescribendum esse = *In decisis.* =

Duo sunt enim articuli, de quibus in præsenti videndum est; Primus nempe an concurrat Spolium clarum ex defectu Jurisdictionis Judicis Laici; & secundus an hujusmodi spolium sit sanabile etiam cum facultatibus Signaturæ Gratiæ.

Quoad primum advertere supplicamus spolium esse clarissimum ex defectu jurisdictionis, propter antiquissimam, & inveteratam opinionem in Romana Curia, & cunctis Tribunalibus Ecclesiasticis, quod Judex laicus non potest decernere mandata, & facere deliberationes bonorum, quæ subjecta existunt directo dominio Ecclesiarum, itaut nulla admittatur consuetudo in contrarium, tanquam corruptela, & abusus contra Immunitatem Ecclesiasticam.

Ita enim per: cementariam, & ultra articulo formiter examinato semper judicavit S. Rotæ Auditorium, prout late decisum fuit in Romana Domus usque de an-
8 no 1611. *coram Coccin. decis.* 574. ubi rejectis omnibus contrariis, decisum fuit, quod Dominium utile spectans ad laicos est inseparabile, & connexum cum directo dominio Ecclesiastico, & proinde Iudex laicus est omnino incapax, & nullo modo potest se intromittere, etiam quod agatur de utili dominio inter laicos, cum qua decisione deinde processum fuit in omnibus Tribunalibus, & sæpe confirmavit Sacra Rota, ut in puncto sententiæ Judicis Laici super dominio utili laicorum in bonis emphyteuticis Ecclesiæ, Rot. *coram Merlin. impressa in recent. decis.* 42. *numer.* 1. *& per tot.*
9 *part.* 6. ibi = *Sententiam latam extra Curiam DD. dixerunt vitio nullitatis ex defectu jurisdictione laborare; promulgata enim fuit in foro, & Tribunali laicali, & tamen cum ageretur de bonis ratione directi dominii spectantibus ad Ecclesiam S. Mariæ in Cosmedin, causa erat omnino Ecclesiastica, & ab Ecclesiastico Judice, non autem a laico definienda, &c. etiamsi causa inter solos Emphyteutas agatur, &c.*
super solo dominio utili, quod penes laicos existit, quoniam dominium Ecclesiæ cum sit connexum, & complicatum cum utili, illique prædominans, non potest ab ipso dominio directo separari, nec ideo indirecte bona Ecclesiastica subjici jurisdictioni, & judicio laicorum = & late adducit alia fundamenta, & rationes.

Et in terminis terminantibus mandati relaxati per Curiam Capitolinam super bonis de directo dominio Ecclesiarum, licet excitatum fuisset dominium utile inter laicos, quod commissum fuerit spolium, & quod competeret manutentio spoliato, decisum fuit in Romana Bonorum *in decis.* 143. *num.* 5. *& seqq. part.*
9. recent. ibi = *Nullitas sententiæ resultat ex defectu* 10
jurisdictionis Judicis Capitolini incompetentis, ubi agitur de bonis emphyteuticis Ecclesiasticis, in quibus etiamsi agatur de utili dominio inter laicos, nihilominus Judices laici carent jurisdictione, &c. qua incapacitate attenta, nec consensu Partium aliquid operare-
tur = & in terminis deliberationis Vineæ sub directo 11
dominio Ecclesiæ Sancti Petri in Vincula firmatum fuit in *decis.* 146. *numer.* 3. *&* 4. *part.* 13. *& decis.* 319. *num.* 3. *part.* 10. *recent.* ibi = *Nullitas vero Sententiæ Gubernatoris est inexcusabilis, quia secundum Sacræ Rotæ opinionem de bonorum emphyteuticorum Ecclesiasticorum possessione etiam inter laicos, Judex laicus judicare non potest*, = & coram Bich. *dec.* 136. *n.* 2. *& coram Cavaler. dec.* 463. *n.* 1. *&* 2.

Et pariter in terminis mandati Judicis Capitolini,
Gratian. *discept.* 732. *num.* 16. *&* 17. ibi = *Possessio* 12
Vineæ capta per Adversarios vigore mandati Judicis Capitolini est nulla, & non manutenibilis, cum non potuerit concedi dictum mandatum per Iudicem sæcularem tanquam simus in Vinea emphyteutica sub proprietate Ecclesiæ Lateranen. de cujus bonis non potest cognoscere nisi Judex Ecclesiasticus, neque exercens jurisdictionem laicalem habet in eis aliquam potestatem, qui defectus potestatis procedit, quamvis ageretur de dominio utili inter Laicos tanquam sit dependens, & connexum Dominio directo = & concordant Panimoll. *decis.* 12. *annot.* 3. *num.* 9. *& seqq.* ubi infinitos alleg. Sperell. *decis.* 121. *num.* 20. Pignatell. *consult.* 50. *num.* 10. *tom.* 5.

Ex quo principio habemus inveteratum in praxi, quod Constitutio Ægidiana denegans appellationem in judiciis possessoriis veluti Laicalis non intrat ex defectu potestatis super bonis emphyteuticis Ecclesiarum, licet agatur inter laicos super solo dominio utili, & passim rescribitur *de Appellatione* non obstante
Constitutione Ægidiana, ut quotidie habetur apud 13
Rot. *decis.* 283. *num.* 10. *& seqq. & decis.* 424. *num.* 5. *&* 6. *& decis.* 408. *num.* 1. *part.* 9. *& decis.* 175. *numer.* 7. *part.* 12. *recent. & coram Ottobabon. decis.* 170. *num.* 6. *&* 7. ibi = *Quod autem causa fuerit appellabilis respectu Vineæ, de qua agitur extra dubitationem est, cum sit subjecta directo dominio Ecclesiæ, propter quod ratione inseparabilis connexionis, quam habet cum dominio utili dicitur Ecclesiastica, & proinde non subjacet Constitutioni Ægydianæ, quæ est mere laicalis, quamvis actum fuerit de solo dominio utili inter laicos* = & notavit Constantin. *ad Statut. Urb. annot.* 52. *n.* 214.

Non solum Sacra Rota, sed etiam Sacra Congregatio Immunitatis hanc opinionem perpetuo tenuit in terminis quæstionis, an laici ratione dominii utilis, quod habent in bonis emphyteuticis Ecclesiarum teneantur ad Collectas impositas per statuta laicorum, ubi semper negative respondit, ut relatis resolutionibus testatur Pignatell. *de Consult. consult.* 50. *numer.* 10.
tom. 2. ibi = *Ratione connexionis dominii utilis cum di-* 14
recto, Emphyteutam Ecclesiæ non teneri ad Collectas, & onera realia per Statuta Laicorum, resolvit Sacra Congregatio Immunitatis præcipue in Imolen. 27. Maii 1654. fuitque alias sub die 18. Decembris 1668. Episcopo Senogalien. ab eadem Sacra Congregatione rescriptum, ut tueatur ad tenorem Decretorum, quod scilicet bona Emphyteutica Ecclesiarum non possunt a Laicis collectari = & tradunt Sperell. *dict. decis.* 121. *num.* 20. Rot. *dict. decis.* 42. *num.* 17. *part.* 6. *recent.* & Ricc. in *Synops. Decretor. Sac. Congregat. Immunit.*
in verb. Emphyteuta Ecclesiæ numer. 2. decisum refert, 15
quod

quod ubi agitur contra laicos emphyteutas ratione
utilis dominii Bonorum emphyteuticorum Ecclesiæ,
sit adeundus Judex Ecclesiasticus, referens resolutio-
nem in *Carinolen.* 15. *Augusti* 1668. quam refert et-
iam Pignatell. *dict. consult.* 50. *num.* 47. *tom.* 2.

Sic etiam judicavit Signatura Gratiæ in dicta Ro-
mana bonorum agitata in Foro Capitolino, quam
Signatura Sanctissimi introductam per plures annos,
16 & judicatam in Curia Capitolina avocavit, & re-
misit ad Eminentissimum Vicarium de Voto Rotæ,
ut testatur Rota *dict. decis.* 143. *num.* 8. *part.* 9. *recent.*
& liquet ex informatione Juris bon. mem. Advocati
Salamonii tunc distributa in signatura Gratiæ, &
quæ in calce hujus registratur.

Et demum præter Rotam, S. Congregationem Im-
munitatis, & Signaturam Gratiæ, hoc supremum
Tribunal juxta stylum antiquissimum semper, & pas-
sim circumscripsit hujusmodi executiones, & delibe-
rationes factas cum mandato Judicis laici super bonis
17 de directo Dominio Ecclesiarum, licet ageretur de
dominio utili inter laicos, ut notum est Reverendis-
simis Patribus, & signanter Reverendissimo D. Meo
Decano, itaut ista sit opinio plusquam centenaria
apud Sedem Apostolicam introducta, quæ hodie facit
legem, nec potest amplius in dubium revocari stante
Oraculo Signaturæ Sanctissimi, & S. Congregationis
Immunitatis cum respiciat conservationem Immuni-
tatis Ecclesiasticæ, ubi Signatura Papæ, & S. Con-
gregatio jam fecit legem in suis rescriptis.

Hoc firmato pro infallibili ad nihil inserviunt frivo-
la objecta Partis in præteritum deducta; Non primum,
quod postea Ecclesia Sancti Nicolai in Carcere reco-
gnoverit in Emphyteutam Deliberatarium Vineæ,
quia defectus Jurisdictionis Judicis Laici non sanatur
etiam volente Ecclesia, cujus proinde consensus nihil
18 operatur, ut in puncto Rot. *coram Cavaler. dec.* 493.
num. 1. *&* 2. ibi = *non visum fuit obstare, quod dice-
batur hic non agi de interesse Ecclesiæ, sed inter lai-
cos super utile dominio, quia non ideo potest, &c. ex
defectu potestatis, qui defectus neque tolli videbatur
per consensum Ecclesiæ, quem hodie Ruragus allegabat
fuisse præstitum alienationis domus in ipsum factæ:
nam responsum fuit, quod licet ex illo tolleretur præ-
judicium Ecclesiæ ex mutatione Emphyteutæ, non ta-
men tollebatur defectus potestatis* = quodque nihil
operetur consensus Partium, & Judicis, seu cujus-
19 cunque alterius in terminis terminantibus respondet
Rot. *d. decis.* 143. *num.* 7. *& decis.* 283. *num.* 12. *par.* 9.
& decis. 175. *num.* 7. *&* 8. *part.* 12. *recent.* ibi = *ob de-
fectum potestatis, circa quem non attenditur dissen-
sus, vel consensus Partium, vel Judicis* = *& decis.*
451. *num.* 13. *part.* 2. *recent.* ibi = *& defectus ille non
poterat sanari, &c. cum non esset in sua facultate da-
re Jurisdictionem non habenti* = & est propositio in-
dubitata, quod Ecclesia etiam volens non potest
consentire in Judicem laicum, cum sit materia Im-
munitatis Ecclesiæ, ubi nemo Privatus non potest
dare Jurisdictionem Judici laico non habenti, juxta
20 *Text. expressum in cap. si diligenti de for. compet.* ubi
allegat rationem, ibi = *Pacto privatorum Juri publi-
co minime derogari, &c. cum non sit beneficium hoc
personale, cui renunciari valeat, sed potius toti Colle-
gio Ecclesiastico sit publice indultum, cui Privatorum
pacto derogari non potest.* =

Secundum objectum erat, quod in Curia Capito-
lina post executionem Vineæ factus fuerit concursus
plurium Creditorum, sed hoc nihil concludit ad ca-
sum, quia etiamsi Judex laicus possit decernere man-
datum, nunquam tamen potest illud conformare, &
exequi super bonis de directo dominio Ecclesiastico,
21 nisi obtento prius exequatur Tribunalis Ecclesiastici,
ut firmat Posth. *de subhast. in addit. ad inspect.* 16.
num. 9. ibi = *Sed tamen effectualis executio semper
spectaret ad Judicem Ecclesiasticum* = *& numer.* 11.
ibi = *Reservata tamen effectuali executione Judici Ec-
clesiastico* = Amat. *resol.* 83. *num.* 60. *in fine.*

Et denique tertium objectum erat de lapsu temporis
cum acquiescentia Mulieris, juxta *Statutum Urbis lib.*
1. *cap.* 191. sed ultra quod agitur de pauperrima Vidua,
quæ non habebat modum litigandi, objectum defici-
li corruit, quia spolium ex defectu jurisdictionis, nu-
lo tempore præscribitur, et in puncto decursus anno- 22
rum 30. & ultra respondendo ad Statum firmavit,
Rot. *coram Emerix. jun. decis.* 737. *num.* 15. *&* 16.
ibi = *Nec suffragatur replicatio, quod per lapsum plu-
rium annorum a die deliberationis usque in præsens præ-
scriptum remanserit jus dicendi de nullitate deliberatio-
nis, quia præscriptio Statuti Urbis lib.* 1. *c.* 191. *non in-
trat, quando nullitas est admixta cum spolio* = *& cor.
Benincas. dec.* 131. *n.* 2. *& dec.* 229. *nu.* 3. *& apud* Posth.
de subhast. dec. 22. *n.* 12. *& seqq. & in rec. dec.* 130. *n.* 10.
par. 7.

Cum igitur spolium sit clarum, & clarissimum ex
defectu Jurisdictionis, & hoc agnovit Pars adversa pe-
tendo sanationem coram R. P. D. Auditore Sanctissi-
mi, & sic fatendo nullitatem claram, remanet modo
examinanda prætensio Partis, quæ credit hoc spolium
esse sanabile, in quo sane dicimus hanc esse vanitatem
manifestam, quia noti Juris est apud omnes, quod
nullitates ex tribus, scilicet Jurisdictionis, citationis,
& mandati sunt insanabiles in utraque Signatura tam 23
Justitiæ, quam Gratiæ, ut testatur Gomes. *in com-
pend. utriusque signat. num.* 68. *cum plur. seqq.* ibi = *de-
fectus citationis est insanabilis, &c. & eodem modo ne-
que Signatura Papæ solet supplere defectum mandati,
&c. idem est in defectu Jurisdictionis, & competentiæ,
quæ nec etiam sanantur, &c. & iste defectus Jurisdictio-
nis est tam infectus, & scabiosus, quod rescriptum sa-
nans omnes, & quascunque nullitates non comprehen-
dit defectus Jurisdictionis; nam Jurisdictio est lapis an-
gularis Judicii, &c. Igitur tres defectus enumerati, vi-
delicet Jurisdictionis, Citationis, vel mandati, sunt ve-
luti tres illæ infirmitates insanabiles, veluti Podagra,
Rabies, & Lepra.* =

Et quod iste sit stylus, & Praxis Signaturæ Sanctissi- 24
mi, testatur Ferret. *cons.* 209. *num.* 8. *&* 9. ibi = *Quinto
est nulla ex defectu Jurisdictionis Judicis, quæ nullitas
nunquam sanatur, & eodem modo Signatura Papæ
nunquam sanat nullitatem processus ex defectu manda-
ti, idem dicendum est de defectu citationis, qui tolli,
vel suppleri non potest etiam per Papam; Isti igitur
tres defectus Jurisdictionis, Citationis, vel mandati
sunt insanabiles secundum stylum Romanæ Curiæ* =
Vantius *de nullit. tit. de nullit. ex defect. Jurisdictionis
n.* 1. *&* 6. ibi = *defectus Jurisdictionis maximus est, &c.
consuevit etiam reputari irreparabilis, & insanabilis de-
fectus.* =

Ita etiam passim firmavit Rota signanter coram
Cavaler. *decis.* 40. *n.* 2. ibi = *talis autem nullitas* 25
*ex defectu Jurisdictionis non venit in commissione sana-
toria* = *& decis.* 63. *n.* 2. *&* 3. ibi = *aderat defe-
ctus totalis Jurisdictionis qui est prorsus insanabilis* =
Buratt. *decis.* 374. *n.* 8. ibi = *sanatio ex defectu Ju-
risdictionis non datur* = *& post* Posth. *de subhast.
decis.* 22. *n.* 11. ibi = *Defectus Jurisdictionis de Ju-
re non sanatur* = idem Posth. *de subhast. inspect.* 61.
n. 14. *&* 15 Card. de Luc. *in relat. Rom. Cur. disc.*
30. *n.* 21.

Quod procedit in simplici defectu Jurisdictionis,
utique quid dicemus in defectu Jurisdictionis Judicis
laici super bonis Ecclesiasticis, ubi adest læsio, & vio-
latio Immunitatis Ecclesiæ, quæ est de Jure Divino,
nec unquam auditum fuit, quod spolia commissa in læ-
sionem Immunitatis sanentur per quancunque Signa-
turam, dum esset data causam delinquendi omnibus
Tribunalibus laicis, quæ propter spem sanationis pas-
sim procederent contra bona subjecta Dominio Eccle-
siastico, quod esset apertissimum absurdum, & sum-
ma ratione non est materia sanabilis, quia nempe non
meretur gratiam Summi Pontificis, qui offensus dici-
tur per Judicem laicum in repræsentantia universæ Ju-
risdictionis Ecclesiasticæ, neque adest exemplum in
hac materia, quod fuerit hactenus auditum; Eoque ma-
gis, quando Jus est quæsitum Parti per introductio-
nem Judicii, & jam reportatum favorabile rescriptum,
in quibus terminis neque etiam Signatura Gratiæ con- 26
suevit ipsos quoque census sanare ex defectu solemni-
tatum, & aliarum nullitatem, quæ non existunt de
tribus, ut in puncto testatur Card. de Luc. *de Cens.
disc.* 3. *n.* 9. *&* 10.

Ad

Ad quem effectum allegamus rem judicatam Signaturæ Santissimi in *dict. Causa Romana Bonorum inter Bonellum, & Ghettinas*, quam Signatura Sanctissimi avocavit de Foro Capitulino, ea quo agebatur de bonis subjectis Dominio Ecclesiastico, ut legitur in *d. dec.* 143. *par.* 9. *rec* in hac enim
27 causa cum præcedenter illæ de Ghettinis recursum habuissent ad Signaturam Sanctissimi, ad effectum sanandi nullitatem Judicii in Foro Capitulino agitate per 46. annos cum pluribus sententiis desuper emanatis petendo, *rescribi Capitaneo Appellationum ut procederet ad ulteriora, ac si prætensa nullitas non adesset*, prout legitur ea tenore Commissionis tunc temporis datæ, eadem Signatura Sanctissimi sub die 1. Junii 1638. Ponente R.P.D. Vannino rescripsit cum clausula = *Nihil* = ut videre est in informatione Juris Advocati Ferretti, ubi refertur rescriptum Signaturæ Gratiæ, & quæ pariter in calce hujus registratur, in qua scriptura allegantur omnes rationes; ob quas dari non poterat sanatio,
28 & deinde reproposita Causa fuit remissa ad Eminentissimum Vicarium ab eadem Signatura Sanctissimi, ut in *d. dec.* 143. *n.* 8. *par.* 9. *rec.*

Qui casus est in terminis fortioribus, quia agebatur de causa de consensu utriusque Partis introducta, & prosecuta in Foro Capitulino cum maximis, & infinitis expensis propter plures sententias desuper emanatas, quæ omnes nullæ remanserunt ex unico motivo defectus jurisdictionis Judicis Capitulini super bonis Emphiteuticis Ecclesiæ, licet ageretur inter laicos de dominio utili, & licet etiam Dominium Ecclesiæ esset turbidum, & controversum, ut legitur in d. Comissione.

Et ideo dum habemus Judicatum Signaturæ Sanctissimi in terminis longe fortioribus, instantia partis super prætensa sanatione spolii redditur omnino erronea, & vana, cum nullum hactenus exem-
29 plum in contrarium fuerit auditum in Romana Curia, cum defectus jurisdictionis Judicis laici sit insanabilis, & multo magis quia involvit læsionem Immunitatis Ecclesiasticæ.

Superfluum igitur est respondere objectionibus Partis, quæ in hoc proposito nihil juvant, nam dicere quod Mulier non reclamaverit per novem annos contra hanc deliberationem spoliativam in nihilo suffragatur, quia in d. Romana Bonorum juvare non potuit consensus Partis per spatium 46.
30 annorum, & in hac materia, ut diximus, nihil operatur consensus Partium, & lapsus temporis ex punctuali *dec.* 143. *n.* 7. *par.* 9. *rec.* & *aliis supra allegatis* §. *hoc firmato*.

Quod hæc nullitas sit mera formalitas Juris positivi, est æquivocum manifestum, quia Cardinal.
31 de Luc. ex adverso allegatus in *relatione Romanæ Curiæ disc.* 30. *num.* 19. & 20. hoc explicat in defectibus accidentalibus, scilicet non servatæ formæ Constitutionis Pianæ in censibus, & in defectu archiviationis Instrumentorum, vel apocharum, & contrarium firmat in defectibus substantialibus dicendo, non sanari contractum minoris, seu Mulieris factum sine solemnitatibus statuti, ut legere est *sub n.* 20. fortius ergo in defectu jurisdictionis Judicis laici super bonis Ecclesiæ, qui est de Jure Divino, & contra Immunitatem Ecclesiasticam.

Quemadmodum nihil juvat, quod deliberatio
32 facta fuerit pro credito vero; Hoc enim consideratur pro sananda nullitate Census facti sine pecunia numerata contra formam Bullæ Pianæ, ut apud Card. de Luca *de Censib. disc.* 3. neque aliquid
33 commune habet cum casu nostro, ubi agitur de spolio ex defectu jurisdictionis Judicis laici omnino incapacis executandi bona Ecclesiastica, ut in terminis spolii dixit Rot. *cor. Cavaler. decis.* 384. *n.* 5. & *cor. Bich. dec.* 179. *n.* 18.

Sic etiam præscriptio *Statuti Urbis* circa annum
34 datum ad reclamandum adversus nullitatem deliberationum sublata fuit ex supra deductis §. *Et denique*; Et pariter supra responsum fuit ad objectum, quod Ecclesia S. Nicolai recognoverit Deli-
35 beratarium in Emphiteutam, & esset interesse Ecclesiæ, juxta punctualiter firmata apud Rot. *cor. Cavaler. dec.* 493. *n.* 1. & 2. & superius allegata, §. *Hoc firmato*.

Ignorantia, & bona fides Partium in hac materia pariter nihil suffragatur, ut in puncto Rota *dec.* 175. *nu.* 8. *par.* 13. *recent.* ibi = *Circa quem non attenditur scientia, vel ignorantia, minusque dis-* 36
sensus, aut consensus Partis, vel Judicis = & dicta *dec.* 283. *n.* 12. *part.* 9. *recent.* ibi = *Non attenditur scientia, vel ignorantia sicuti nec consensus, vel dissensus Partium, vel Judicis* = licet in casu isto concurrat positiva mala fides ob expressionem proprietatis Ecclesiasticæ factam in mandato deliberationis.

Et demum nihil officit, quod ex pretio Vineæ deliberatæ dimissi fuerint plures Creditores, quia nimis probat, cum omnis deliberatio semper succedat ad instantiam Creditorum, qui recipiunt pecunias, unde ad sensum Partis dicere oporteret omnes deliberationes esse sanabiles ex hoc capite, licet nullas, & spoliativas, & tamen Pars adversa nullum ex hoc præjudicium patitur, dum habet remedium promptum contra Creditores pro reportandis pecuniis, quos gratis dicit non esse solvibiles, seu repetibiles, & maxime quando dederunt cautionem de restituendo pretium Deliberatario in casum molestiarum, ideoque nescitur in quo fundetur hujusmodi affectata conclamatio gratis dicta ad faciendam impressionem.

Per contrarium vero tota æquitas clamat pro hac pauperrima Vidua, contra quam ex industria Tertii habentis intentionem super Vineæ fuit suscitatus cumulus Creditorum, ut evitare non posset
jacturam Vineæ viliori prætio, juxta praxim deli- 37
berationum, & hac de causa infelix Mulier Deus scit in quantas calamitates inciderit, itaut merito hoc supremum Tribunal ob clarum spolium circumscripserit deliberationem de mandato Judicis laici factam in præterita propositione, & consequenter attenta evidenti Justitia speramus esse persistendum *in Decisis*.

Repertato propterea favorabili rescripto, quod in calce transcribitur, Pars Adversa curavit pro tertia vice reproponi facere causam in qua tertia repropositione pariter ita scribebam.

Per duas resolutiones conformes emanatas sub *diebus* 5. *Decembris* 1705. & 14. *Maii proxime præteriti* hoc supremum Tribunal rescripsit = *Circumscripta deliberatione ad Judicem Ecclesiasticum quoad exequatur* = non obstantibus omnibus ex adverso deductis pro prætensa Sanatione hactenus inaudita contra violatam Immunitatem Ecclesiasticam, defectum jurisdictionis Judicis laici; Cum autem in præsenti reproponatur causa, & iterum repetantur solita æquivoca jam alias confutata, idcirco *in decisis* omnino persistendum speratur.

Clarissimum nanque convincitur spolium commissum in deliberatione controversæ Vineæ contra pauperrimam Viduam cum mandato Judicis laici, qui nullam habebat Jurisdictionem executandi, & apponendi manus super Vinea subjecta dominio Ecclesiastico Ven. Capitoli, & Canonicorum Sancti Nicolai in carcere propter incapacitatem de Jure
Divino inductam, etiamsi agatur de utili Domi- 38
nio inter laicos, juxta censuram Sacrorum Canonum *in cap. Eccles. S. Mariæ*, & *in cap. Quæ in Ecclesiarum de Const.* & juxta opinionem per viam legis introductam in Romana Curia, & omnibus Tribunalibus Ecclesiasticis, quam canonizavit S. Rotæ Auditorium per Centenariam, & ultra, canonizavit S. Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ, canonizavit Signatura Gratiæ, necnon passim hoc supremum Tribunal, quod in his casibus semper circumscripsit hujusmodi deliberationes, ut late probatum fuit in *præterito Restrictu* §. *Ita enim cum plur. seqq.*

Neque audientia est incongrua instantia prætensæ Sanationis, quæ fundatur in duobus solitis æquivocis altero somniatæ æquitatis deliberatarii, seu tertii emptoris, & altero, quod defectus jurisdi-

ctionis Judicis Laici circa executanda, & subhastanda bona de directo dominio Ecclesiæ, non sit certus, sed dubius, & disputabilis, cum quo erroneo supposito prætenditur intrare sanationem,

Respectu enim prætensæ æquitatis diximus in præteritis, & repetimus, hoc esse æquivocum clarum, quod nulla Doctrina hactenus firmavit; Nam Emptores sub hasta publica nullum habent Privilegium, nullamque æquitatem circa subhastationes, ex deliberationes, quæ fiunt spoliativæ, & nullæ ex defectu jurisdictionis, aut alio vitio insanabili, dum passim videmus dari manutentionem Spoliato adversus deliberationem nullam, sive ex defectu citationis, sive ex capite attentatorum; Neque tertius emptor dicitur in bona fide, imo dicitur adesse in mala fide, quoties subhastatio ri-
39 te & recte non processit, ut loquit, Rot. *decis.* 109. *n.* 17. *& seqq. apud* Posth. *de subhast* ibi = *Privilegi m Fisci non efficit, ut qui nulliter emit sub hasta Dominium acquirat, nec Privilegium Fisci efficit, ut quis constituatur in bona fide imo mala, quæ præsumitur ex ipsa, quod in subhastatione non fuit servatus ordo* = & plene idem Posth. *inspect.* 55. *n.* 55. ubi quod præsumitur mala fides ubi actus gestus fuit contra prohibitionem legis, & *n.* 86.

Sibi enim imputare debet emptor qui tenebatur
40 inquirere, quæ debebat pro sui securitate, quia paria sunt scire, & scire teneri, sicut ille non excusatur, allegando, quod inquirere non tenebatur, an citatio esset facta, & an adesset, vel non adesset attentatum in ordine judiciario, & passim circumscribuntur Deliberationes nullæ ex defectu citationis, vel jurisdictionis ex capite attentatorum, absquo
41 eo quod audita fuerit hæc somniata æquitas, quæ non est allegabilis ab eo, qui scire, & inquirere tenebatur, ut bene Posth. *de subhastation. inspection.* 25. *n.* 15. *inspect.* 54. *nu.* 18. *& sequentibus*, Mangil. *eodem tractat. quæst*, 53. *n.* 9. *& quæst.* 179. *numer.* 7. *&* 8. Rot. *in Romana reintegrationis* 14. *Junii* 1700. §. *Prout neque, cor. Eminentissimo Scoto*.

Imo Deliberatarius fuit in pessima fide usque ab initio, dum in Depositaria fuit publice notifica-
42 tum, quod deliberabatur Vinea subjecta directo Dominio Ecclesiæ de mandato Judicis Capitulini, in quo expresse legitur ibi = *de mandato Illustrissimi, &c. secundi Collateralis Curiæ Capellanæ, &c. & ad instantiam Francisci Catanei Creditoris libr.* 150. *pro quibus fuit facta executio super Vinea, &c. gravata annuo Canone lib.* 6. *favore Ven Ecclesiæ S. Nicolai in Carcere, &c. mandatur, &c. d. Vineam in Depositaria &c. deliberasse, &c.* = quod etiam fuit repetitum in ipso actu Deliberationis factæ cum hoc onere solvendi Canonem Ecclesiæ, Unde cum Emptor habuerit notitiam certam de re subjecta Dominio Ecclesiastico, & quod ejus deliberatio consumebatur auctoritate Judicis laici nullam allegare potest bonam fidem, aut æquitatem.

Æquitas vero tota retroquitur in contrarium, reflectendo, quod tertius emptor currens ad hastam publicam aspirat ad lucrum, emendo vili pretio rem majoris valoris, in præjudicium Domini, qui pa-
43 titur hanc jacturam, ut probat Posth. *de subhast inspect.* 49 *numer*, 1. *& seqq.* Mangil. *eodem tract. quæst.* 47. *sub num.* 24. Amat. *dec.* 67. *nu* 4. Rot. *dec.* 21. *n.* 8. *&* 9. *post*, Migr. *de subhast.* prout accidit in præsenti casu, in quo Vinea deliberata fuit vilissimo prætio lib. 680. quando illa est solita locari, prout ab Adversario locata fuit ad novennium pro annuis lib. 60. ita & taliter, quod ejus valor ad minus ascendebat ad lib. 1500. ultra lucrum, quod semper facit Affictuarius supra annuum affictum, & sic æquitas clamat favore Domini, cujus
44 damnum prævalere debet, ut bene firmat Rot. *in dict. Rom. reintegrationis* 14. *Junii* 1702 §. *Prout neque, cor. Eminentiss. Scoto*.

Doctrinæ ex adverso allegatæ, neque per umbram loquuntur de casu nostro, scilicet deliberationis nullæ, sed validæ, & justæ, quæ prætenditur retractari ex justibus noviter repertis, quod nihil ad rem;

Sublato hoc primo æquivoco, de facili corruit alterum; est enim falsum principium, quod nullitas ex defectu jurisdictionis sit sanabilis per Signaturam Gratiæ, ex quo de potestate Principis nefas est dubitare, quia non agitur hic de potestate, sed de voluntate Principis, qui juxta inveteratum stylum, nunquam consuevit sanare nullitates ex 45
tribus, & ideò communiter appellantur insanabiles, juxta punctuales auctoritates adductas in *præterito Restrictu*, §. *Cum igitur cum seqq.* ut testatur Gomes *in compend. utriusque Signat. n.* 68. ibi = *defectus citationis est insanabilis, & eodem modo neque Signatura Papæ solet supplere defectum mandati, &c. idem est in defectu jurisdictionis.* =

Et sic verum non est doctrinas loqui de commissione Causæ super sanatione, ut æquivocat contrarius Restrictus, dum præcitatus Auctor literis clarius testatur de Signatura Papæ, quæ supplere non 46
soleat defectum Jurisdictionis, citationis, & Mandati; idemque dicit Ferret. *cons.* 209. *numer.* 8. *&* 9. ibi = *est nulla ex defectu jurisdictionis Judicis, quæ nullitas nunquam sanatur, & eodem modo Signatura Papæ* = Isti igitur tres defectus Jurisdictionis, citationis, & Mandati sunt insanabiles secundum Stylum Romanæ Curiæ. Rot. *dec.* 22. *n.* 11. *post* Posth. 47
de subhast ibi = *defectus jurisdictionis de Jure non sanatur* = Burat *decis* 221. *n.* 8. ibi = *Sanatio ex defectu Jurisdictionis non datur* = cum aliis in præterito Restrictu adductis.

Ea ratione, quod Signatura Gratiæ nunquam sanat defectus substantiales, sed solum accidentales, quales sunt sanationes censuum, ob non servatam 48
formam Bullæ Pianæ, in quibus terminis loquitur R. P. D. Fatinell. *Cap* 52. *numer.* 9, *& seqq.* prout etiam quando agitur de sanatione ex defectu Archiviationis, & similibus accidentalibus, ut explicat Card. de Luca *in relation. Rom. Cur. disc.* 30. *n.* 19. *&* 20. ubi redarguit æquivocum illorum Causidicorum, qui capiendo generaliter terminum istum sanationis, eam petere solent in omni materia dicendo = *Verum in factis contigentia pluries hanc* 49
petitionem reis obtinui = addendo quod sanatio conceditur super defectibus accidentalibus tantum = *Ita temperando potius quendam legis positivæ rigorem.* =

Et in eisdem terminis loquuntur doctrinæ in contrarium adductæ, & signanter Gregor. *decision.* 466. *numer.* 1 ubi agitur de examine testium facto cum interrogatoriis partis apud Judicem, cui expiraverat jurisdictio jam data firmando hunc non esse defectum totalis jurisdictionis, ibi = *Etiamsi nullitas examinis procederet ex defectu jurisdictio-* 50
nis, dummodo defectus non sit totalis jurisdictionis. =

Quid ergo commune habeant istæ Doctrinæ cum casu nostro, redditur imperceptibile, quando casus noster est de defectu jurisdictionis, nedum totalis, sed totalissimæ, quia Judex laicus est omnino incapax subhastandi, & deliberandi bona de 51
directo Dominio Ecclesiæ, & agitur de Immunitate Ecclesiastica violata, ubi mirabile est, quod audiatur in Foro, & hoc Supremo Tribunali adeo incongrua instantia petendi sanationem actus violatæ Immunitatis, & quidem coram Tribunali Ecclesiastico, quod si sanaret vulnera inflicta immunitati, esset non solum offendere se ipsum, cujus auctoritas fuit violata, sed etiam dare Campum Laicis impune turbandi Jurisdictionem Ecclesiasticam sciendibus remedium promptum sanationis, quo nihil absurdius audiri potest.

Sed in præcisis terminis habemus rem decisam in Signatura Gratiæ sub Sanct. mem. Urbano VIII. in Romana Bonorum, inter Bonellum, & Ghettinas, ubi post plura judicata in Foro Capitulino relaxatum fuerat mandatum de immittendo in bona de directo Dominio Sanctæ Mariæ Transtiberim, & Sancti Grisogoni, & adita Signatura Gratiæ per Ghettinas, petentes commissionem pro sanatione nullitatis, Signatura Sanctissimi die 1.

Junii

Junii 1638. ad relationem R. P. D. Vaonini rescripsit
cum clausula = *Nihil* = ut justificatum fuit in
52 præterita propositione. & deinde eadem Signatura
remisit causam ex integro ad Eminentissimum D.
Cardinalem Vicarium de voto Rotæ, ut legere est
in *dec. 143. n. 8. par. 9. rec.*

Si ergo habemus casum decisum in terminis terminantibus per Signaturam Gratiæ, inutile est perdere tempus in respondendo ad ratiocinia contrarii Restrictus, qui contra hunc casum ponentem falcem ad radices respondere nescit.

Dicit enim, quod Papa sanare noluit sententiam immissionis, quia agebatur de possessione capta in vim Ægidianæ, & tamen hoc est æquivocum gratis suppositum, quia neque per somnium applicabatur Ægidiana ad sustinendam sententiam latam a Judice laico, dum fuit petita sanatoria ex defectu jurisdictionis, ut ex verbis Commissionis tunc porrectæ, quæ tollunt hoc æquivocum, ibi = *Cleria, & Ascentia de Ghettinis, &c. intentarunt Judicium contra Auctores Oratii Bonelli occupatores certorum bonorum, &c. in Curia Cappitolina, &c. & denique anno præterito sententiam reportarunt, & successive immissa fuerunt, &c. quibus tamen non obstantibus Oratius in Judicio devolutivo opponit de nullitate Jurisdictionis, sub prætextu, quod unum pretium Terreni esset sub proprietate, &c. Ecclesia, &c. quæ tamen obstare minime videntur, &c. ob antiquatam observantiam hujus Tribunalis, ubi semper, dum non fuit actum inter Personas Ecclesiasticas, sed tantum super possessione inter laicos; indistincte, & valide fuit processum, &c. Supplicant S. V. quatenus dignetur mandare eidem Capitaneo, ut ad ulteriora procedat; ac si prætensa nullitas non adesset.* =

Et nihil facit, quod Judicium fuisset in eo casu introductum ad instantiam illarum, quæ petebant sanationem, & in casu nostro hoc non verificetur, respectu Deliberatarii; est enim nugatoria responsio, quia punctus consistit in defectu jurisdictionis Judicis laici non autem an ista, vel altera Pars Judicium introduxerit coram illo; quotiea ergo Signatura Gratiæ cognovit Judicem Capitolinum non habuisse jurisdictionem relaxandi mandatum de immittendo in bonis de directo Dominio Ecclesiæ denegando sanatoriam, remisit causam ex
53 integro ad Eminentissimum Vicarium = ecce casus clarus, quod non conceditur sanatio adversus hunc defectum Jurisdictionis, nam paria sunt, quod Judex decernat mandatum de immittendo in bona de directo dominio Ecclesiæ, vel quod decernat mandatum de subhastando, & deliberando eadem bona; dum utroque casu auctoritate Judicis laici tanguntur bona Ecclesiastica de Jure Divino exempta ab auctoritate Laicorum.

Quo stante superfluum est revangare ex integro hanc legem certam; quod Judex laicus non habet jurisdictionem super bonis de directo dominio Ecclesiæ licet de dominio utili laicorum; Verum quia contrarius Restrictus animositate nimia coram hoc Supremo Tribunali Ecclesiastico sustinere prætendit auctoritatem laicam in præjudicium Immunitatis Ecclesiasticæ, ac si essemus in Tribunalibus exteris, non ad alium finem quam persuadere volendi hunc esse defectum Jurisdictionis dubium, & disputabilem, propterea cogimur demonstrare quantum infœlix, erroneum, & fallax sit hujusmodi assumptum.

Non enim dicitur dubium, & disputabile quidquid resultat ex lege Sacrorum Canonum, in quorum sequelam introducta fuit opinio communis in omnibus Tribunalibus Romanæ Curiæ; nam unicuique notum est, quod Immunitas est de Jure Di-
54 vino, nec Judices laici habent facultatem ponendi manus super Personis, & rebus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, juxta *Text. in Can. Bene quidem dist. 96. & Can. laicis 16. qu. 7. & late Rot. dec. 42. num. 1. & seqq. pars. 6. rec.*

Quæ immunitas per Sacros Canones statuta fuit non solum, quando agitur de bonis spectantibus ad Ecclesias pleno Jure Dominii utilis, & directi,
sed etiam quando directum Dominium est Ecclesiæ, 55
& utile remanet apud laicos Emphyteutas Ecclesiæ juxta *Text. litteralem in Cap. quæ in Ecclesiarum de Constitut.* ubi Papa annullavit Constitutionem laicorum factam respectu feudi, quod laici receperant ab Ecclesia, per quem Textum omnes majores Canonistæ tenuerunt, non posse laicum disponere super
rebus Ecclesiæ respectu utilis dominii spectantis 56
ad laicos, ut dixit Abb. *in dict. Textu numer. 1.* ibi = *nota tertio, quod Statutum laicorum non potest disponere super rebus Ecclesiasticis, etiamsi talia sint bona, quorum dominium utile pertineat ad laicos, ut erat hic in feudis* = & opinionem Abbatis secuti sunt omnes nempe Alexander de Nevo *numer. 9.* ibi = *Statutum laicorum non potest disponere super rebus Ecclesiasticis, etiamsi talia sint, in quibus utile dominium pertineat ad laicos, ut erat hic in feudis, immo dicunt Doctores, quod statuentes sunt excommunicati* = & sine necessitate allegandi omnes alios, sufficit recurrere ad lecturam Fagnani *in dict. capit. Quæ in Ecclesiarum*, ubi ex sensu omnium Canonistarum sic inquit, *numer. 14. & 20.* ibi = *Sta-
tutum laicorum super rebus Ecclesiasticis non valere,* 57
ut hic est Textus celebris, qui quotidie a Doctoribus allegatur, quod clarum est secundum omnes, &c. ampliatur primo etiamsi Statuta laicorum disponant super rebus; quæ ratione solius Dominii directi pertinent ad Ecclesias, & ratione utilis Dominii pertinent ad laicos prout hic erant in bonis feudalibus, quæ laici habebant ab Ecclesia, & ad hoc quotidie allegatur hoc Capitulum. =

Quidquid ergo dixerint aliqui in contrarium, sufficit communiorem opinionem ita interpretasse illum Textum in hac materia Immunitatis Ecclesiasticæ, quæ favorabilis est, & apud Sedem Apostolicam sustinenda ad dandum exemplum Nationibus exteris; Unde cum Tribunal *S. Rota ab anno
1611. coram Coccin. decis. 574.* formiter discusso 58
articulo, ita judicaverit usque in præsens per centenariam, & ultra, ut videre est in *recentior. dec. 42. part. 6. decision. 143. part. 9. decis. 319. part. 10. & decis. 149. numer. 3. & 4. par. 13. & coram Bicch. decis. 136. num. 2. & coram Cavaler. decision. 493. num. 1. & 2.* juncta Caterva Doctorum allegatorum *in præterito Restrictu, §. Et in terminis cum seqq.*

Tali casu vanitas est dicere, esse articulum dubium, & disputabilem; nam quando communior opinio Doctorum fundata fuit in aliquo Textu, seu Canone, quem sic interpretarunt, tunc non solum dicitur opinio controversa, sed nec etiam dicitur opinio Doctorum, quia appellatur lex; & Jus commune, ut in puncto dixit Rot. *decis. 11. num. 13. & seqq. par. 8. rec.* ibi = *Neque dicatur
Constitutionem posse non dici contra Jus, sed magis* 59
contra Doctorum opinionem, & quidem controversam, quia ubi versor Doctorum opinio declarando, aut interpretando se fundat in lege, aut Canone, illud dicitur Jus, non autem opinio. =

Et sane si volumus quærere principia opinionum, nulla lex reperitur, & nulla opinio, quæ non habuerit ab initio aliquem Contradictorem, quia in qualibet fere lege interpretanda, videmus *Baldum* stare contra *Bartholum*, *Jasonem* contra *Castrensem*, & sic de aliis, quia nihil est
tam clarum, quod subtilitatibus Hominum cavil- 60
lari non possit, ut ait *Imperator in §. Si vero Authent. de Tabellion.* & tamen quando lex, aut Ca-
non recipit postea suam interpretationem ex com- 61
muniori opinione recepta in Tribunalibus, quis unquam sensati Judicii, dicere poterit illam esse opinionem dubiam, & controversam, quod si verum foret nulla lex, nulla opinio reperiretur in toto Orbe Terrarum, quæ dici posset certa, quia habito respectu ad originem, omnis lex semper habuit aliquem diversum Interpretem, & sic oporteret dicere, omnes leges esse dubias, omnes opiniones esse controversas, & sub hoc insipido prætextu omnes actus prohibiti per legem essent sana-

biles, & æquitate digni, quod eſt omnino abſur-
diſſimum, itaut modo revangars, an bene, vel ma-
le Canoniſtæ interpretati fuerint, *Textum in Ca-
pit. Quæ in Eccleſiarum*, ſit conatus inſerviens pro
acuendis Ingeniis in Scholis, & Accademiis, non
autem pro Foro, ubi hac lege vivimus, & ſuſti-
nere debemus Immunitatem Eccleſiaſticam, non
conformando cum legibus Romanæ Curiæ, ut ad-
vertit Cardin. de Luca *de fideicommiſſ. diſc. 122. nu-
mer. 5. in fine*, ubi de revangantibus has invetera-
62 tas opiniones ſic ait = *Si caſus eſſet integer, at-
que verſaremur in temporibus, quibus noſtri Majo-
res fortunam habuerunt praeoccupandi locum, forſan
improbabile non eſſet; Verum quia omnes illum reco-
perunt hinc proinde temerarium dicebam in Foro vel-
le contrarium ſuſtinere.* =

Sed maxime in materia Immunitatis Eccleſiaſti-
cæ, & coram Judice Eccleſiaſtico, ubi tranſire de-
bemus cum lege Romanæ Curiæ, & Sedis Apoſto-
63 licæ, quæ non dicitur opinio Doctorum, ſed lex
inviolabiliter ſervanda, ut rejectis quibuſcunque con-
trarium ſentientibus in puncto ut inquit Poſthum.
de manut. obſerv. 6. n. 17. in fine, Rota *dec. 50. n. 6.
part. 4. rec.*

Quæ ſi procederet ubi non haberemus niſi Ca-
noniſtas fundatos in *dict. Capit. quæ in Eccleſiarum*,
& opinionem centenariam *S. Rota*, quid ſane di-
cemus, quando ſupervenerunt Decreta S. Congre-
gationis Immunitatis, quæ in terminis terminanti-
6 bus firmarunt, quod non poſſent collectari per lai-
cos Bona de dominio utili laicorum, & de dire-
cto Dominio Eccleſiarum, ut videre eſt apud Pi-
gnatell. *conſult. 50. numer. 10. tom. 2.* ubi refert Decre-
ta in *Imolen. Senogallien. Carinolen. & aliis*, præci-
ſo ſe fundando in illa ratione connexionis dominii
utilis cum directo.

Notum eſt autem, quod Reſcripta Sacr. Congre-
65 gationis, quæ repræſentat Summum Pontificem, ha-
bere vim legis; Ergo non eſt opinio controverſa
Decretorum; ergo eſt lex, Pignatell. *conſultation. 43.
numer. 8. tom. 2. & conſultation. 21. numer. 11. to-
mo 3.*

Accedit declaratio facta per ipſum Summum Pon-
tificem Urbanum VIII. in Signatura Gratiæ in *dict.
Romana bonorum ſub die 1. Julii 1638. Ponente*, R.
P. D. Vannino, ut patet ex ſcripturis tunc exhibi-
tis, & in calce regiſtratis, ubi apparet firmatum
fuiſſe hunc præciſum articulum coram Papa, & te-
ſtatur Rot. *dict. decif. 143. n. 8. part. 9. rec.* ergo non
66 opinio controverſa Doctorum, non eſt articulus diſ-
putabilis, quia Papa in Signatura Gratiæ reſcriben-
do facit legem, ut eſt *Text. in Capit. in cauſis de
ſenten. & re Judic.*

Quid plus? habemus noviſſimam Conſtitutionem
S. mem. Innocentii XI. impreſſam in fine *partis 18.
tom. 2. recent.* ubi ad effectum, quod ſtatuta laica-
lia excluſiva Fœminarum propter maſculos compre-
henderent etiam bona, quæ eſſent de directo domi-
nio Eccleſiarum, & utili laicorum oportuit, quod
facere Conſtitutionem in ſpecie comprehenſivam
hujuſmodi bonorum, ex quo alias ſtatuta laicalia
ex defectu poteſtatis non comprehendebant hæc bo-
67 na emphiteutica Eccleſiarum, ibi = *Attendi, &
ſervari debeant quæcunque ſublata conſideratione, vel
differentia Bonorum ubicunque exiſtant, & ſive ſint
libera ſive feudalia, vel emphiteutica, & livellaria
etiam de directo Dominio Eccleſiarum, Monaſterio-
rum, & piorum locorum* = quo nihil clarius ad
oſtendendum, quod ipſe Papa declaravit non ſubja-
cere ſtatutis laicorum, cum oportuit ea comprehen-
dere in ſpecie per viam Conſtitutionis, ut ſtatuta
locum habere poſſent.

Hinc nihil juvat æquivocum graviſſimum, con-
fundendo hanc legem Immunitatis Eccleſiaſticæ cum
ſuppoſito, quod illa fundetur in præjudicio Eccle-
ſiæ, & ideo ceſſet in præſenti, ubi Capitulum S.
Nicolai in Carcere dedit conſenſum, recipiendo Lau-
demium, & Canonem.

Hoc enim movet impatientiam, cum ſit æqui-
vocum in principiis; quia defectus juriſdictionis
in hoc puncto conſiſtit in duobus, primario ſcili-
cet in incapacitate Judicis laici reſpectu bonorum
Eccleſiæ, & ſecundario in ejus præjudicio, ita for-
miter diſcuſſo articulo declaravit Rota ex opinio- 68
ne Canoniſtarum *dict. decif. 574. numer. 16. & 17. co-
ram Coccin.* ibi = *Et quamvis dici poteſt hoc eſſe
verum, quando agitur de mutatione Vaſſalli, quia
tunc agitur de præjudicio Eccleſiæ, tamen conſidera-
bant Domini, quod circa validitatem Statuti duo
poſſunt conſiderari, ſcilicet defectus Poteſtatis ſtatuen-
tis, & præjudicium Eccleſiæ, &c. in Statuto autem
diſponente ſuper utili Dominio laici, concurrit præ-
judicium Eccleſiæ propter mutationem Vaſſalli, &c.
Concurrit etiam defectus poteſtatis ſtatuentis ratio-
ne connexitatis, quam habet Dominium utile cum
directo.* =

Et ratio eſt, quia ideo Judex laicus eſt incapax,
quia dominium utile ſpectans ad laicos, eſt conne- 69
xum cum Dominio directo, cui eſt ſubordinatum,
& proinde deficit poteſtas in Judice laico reſpectu
utilis ſubordinati, & acceſſorii ad directum, ut la-
te *in decif. 42. part. 6. recent. & coram Coccin. decif.
574. per totas*, reprobata opinione, quod ſit ſepara-
tum utile a directo, quam tenuit Surd. *cum ſequaci-
bus exadverſo allegatis*; Abſtineri enim debet ab al-
legatione Doctrinarum reprobatarum, ut in *dict. de-
ciſion. 574. numero 20. & 21. coram Coccin. & di-
cta deciſion. 42. part. 6. recenſion.* dum iſtæ Deciſiones
reſpondent ad ſatietatem omnibus Doctoribus tunc
in contrarium extantibus firmando articulum ſuper
Baſe *Textus in dict. cap. Quæ in Eccleſiarum de Con-
ſtitution.*

Unde incapacitas laici, & defectus Juriſdictio-
nis, eſt primum motivum principale, quare ille
non poteſt executare Bona de directo Dominio
Eccleſiarum, & ideo nihil valet conſenſus Capitu-
li proprietarii, quod non potuit reddere capacem
laicum, incapacem Juriſdictionis in bonis Eccle-
ſiæ, ut in puncto firmavit Rot. *coram Cavaler. de-* 70
ciſion. 493. numer. 2. ibi = *Non viſum fuit ob-
ſtare quod dicebatur hic non agi de intereſſe Eccle-
ſiæ, quia non ideo poteſt eſſe locus Ægidianæ ex
defectu Poteſtatis, qui defectus neque tolli videba-
tur per conſenſum Eccleſiæ, quem hodie Luragus
allegabat fuiſſe præſtitum alienationi domus in ip-
ſum factæ, nam reſponſum fuit, quod licet ex il-
lo tolleretur præjudicium Eccleſiæ ex mutatione
Emphiteutæ, non tamen tollebatur defectus Poteſta-
tis.* =

Super quo puncto dictæ Deciſione in vanum fiunt
gloſſæ, volendo perſuadere differentiam inter ca-
ſum Ægidianæ, & caſum noſtrum, quando eſt
unus, & idem in Corpore, & Anima, quia ratio
ob quam Ægidiana non habet locum in bonis de 71
directo Dominio Eccleſiæ, licet agatur de Domi-
nio utili inter laicos, ea ſola eſt, quia Cardinalis
Ægidius habebat poteſtatem Legati mere laicam,
ergo idem eſt in Judice laico, qui velit executare
bona hujuſmodi, cum idem ſit ſtatuere, executare,
& deliberare, & in ſumma tangere bona de dire-
cto Dominio Eccleſiarum licet agatur de Dominio
utili inter laicos.

Qua veritate opreſſi contrarii Scribentes iterum
repetunt, quod eſt opinio controverſa, an Judex
laicus poſſit executare hæc bona, & quod ratio
prohibitionis conſiſtat in præjudicio Eccleſiæ ſana-
bilia per conſenſum, quibus æquivocis ſatisfactum
eſt ſupra, quia præjudicium Eccleſiæ, eſt unum
motivum ſecundarium, quod non excludit prima-
rium conſiſtens in incapacitate Judicis laici, & pro-
pter hoc videmus non intrare Ægidianam, alias iſta
intraret, ſi defectus poteſtatis Judicis laici conſiſte- 72
ret in præjudicio Eccleſiæ, dum vertente lite inter
laicos ſuper Dominio utili, nihil intereſt Eccleſiæ
dari, vel non dari appellationem, ut fatetur ipſe
Card. de Luca *exadverſo allegatus de juriſdict. diſc.
63. n. 5.*

Veritas ergo eſt, & primum principium, quod ra-
tio principalis conſiſtit in defectu poteſtatis ob incapa-
citatem, ubi ad nihil inſervit Conſenſus Eccleſiæ, qui
non

72 non fanat vulnera immunitatis Ecclesiasticæ, quod adeo verum est, ut laici facientes, actum favorabilem Ecclesiæ, adhuc nulliter agunt, ut advertit Fagnan. *in dict. Capit. Quæ in Ecclesiarum, nu-*
73 *mer.* 30. *&* 31. ibi = *Ampliatur septimo etiamsi statuta laicorum redundent in favorem, & commodum Ecclesiarum, qua nihilominus non valent ex defectu potestatis.* =

Rejectis igitur omnibus subtilitatibus in re clarissima perperam excogitatis, servanda est Immunitas Ecclesiastica, & inveterata Praxis Sedis Apostolicæ, Rescripta Signaturæ Gratiæ, & S. Congregationis Immunitatis, & usus etiam inveteratus in hoc Supremo Tribunali in tot aliis Causis practicatus, & sanationis Instantia servanda est pro defectibus Archivii, Censibus, & similibus nullitatibus accidentalibus, non autem applicanda ad substantiales, & multo minus ad peccatum commis-
74 sum in violatione Immunitatis Ecclesiasticæ, quod esset abrogare legem, non autem temperare rigorem legis, ut bene hoc æquivocum dilucidat Ubert. *de citat. capitul.* 13. *numer.* 196. Card. de Luca *in relat. Roman. Cur. discurs.* 30. *numer.* 19. *&* 20.

Et proposita Causa in plena Signatura die 5. Decembris 1715. Proponente R. P. D. Sylva, & in qua propositione Ego pariter scribebam, rescriptum fuit =
75 *Circumscripta deliberatione ad Judicem Ecclesiasticum pro exequatur.* =

Reproposita autem in eadem Signatura, sed cum facultatibus Signaturæ Gratiæ ad relationem R. P. D. Ferroni die 14. Maii 1716. rescriptum fuit = *In decisis, & amplius.* =

Atque iterum reproposita ad relationem ejusdem die 13. Augusti 1716. rescriptum pariter fuit = *In decisis, & amplius.* =

Romana Jurisdictionis.

Illustrissime Domine.

COmmissio porrecta per Adversarios, in qua petitur committi D. Senatori, ut juxta suas ordinarias facultates prævia avocatione Causæ a quocunque alio Judice cognoscat de bono Jure cumulando possessorium, & petitorium videtur lacerandа, & signanda contraria Commissio transmissa per D. Horatium Bonellum nostrum Principalem, qui supplicat, ut prævia simili avocatione causæ a foro Capitolino, & quovis alio laicali committatur ex integro Eminentissimo Cardinali Vicario cum facultate in primis, & ante omnia ipsum manutenendi in possessionem præfatorum bonorum, prout erat de tempore motæ litis.

Agitur enim de bonis sub directo Dominio Ecclesiarum Confalonis, & S. Grisgoni, super quibus Judex Capitolinus nullam habet jurisdictionem, aut
76 potestatem Gratian. *disceptat. foren. capitul.* 732. *numer.* 16. sed solus Ecclesiasticus cognoscere potest, *Capit. Quæ in Ecclesiarum, & Capit. S. Maria de constit.*

Hicque defectus Potestatis intrat etiam in nostro casu, quantumvis causa inter solos Emphiteutas agatur, & super solo utili dominio, quod penes laicos existit. Dominium enim directum Ecclesiæ est adeo connexum, & complicatum cum utili, illique adeo prædominans, ut hoc dominium utile reputetur proprie una, & eadem res cum directo, proindeque ratione connexionis illius cognitio spectat ad
77 solum Ecclesiasticum, *Capit. quarto*, ubi late *gloss. in verbo connexa, & capit. cæterum*, ubi Doctores *de judic.* Cardin. *conf.* 2. *numer.* 2. *verf. in hereditate*, Federic. de Sen. *consil.* 245. *num.* 3. Fulgos. *conf.* 166. *n.* 3. *verf. quinto quia* Rebuff. *de decim. quæst.* 10. *num.* 1. Valasc. *de jur. emphit. quæst.* 39. *num.* 14. *verf. & idem si durante emphiteusi*; Et hanc opinionem reprobato Surdo aliisque contrarium tenentibus perpetuo tenuit Rot. *ut in decis.* 472. *part.* 2. *recent. & latius in Romana domus de Scappuccis ad S. Augustinum* 19. *Januarii* 1611. *coram bon. mem. Coccino im-*

pressa post Parisic. in ordine dec. 239. *nu.* 6. & in aliis pluribus, quæ referuntur in *Ravennat. Emphiteusis* 28. *Martii* 1651. *cor. R. P. D. meo Merlino*, *qua est dec.* 42. *n.* 8. *cum seqq. part.* 6. *rec. late* Addeo. ad Buratt. *dec.* 780. *n.* 12. qui pluribus exemplis hanc conclusionem comprobat.

Alias per indirectum læderetur Jus Ecclesiæ, quia Laicus confovendo unum emphiteutam in possessio- 78
ne, & expellendo alium, posset notabiliter præjudicare Ecclesiæ, cui expedit magis habere unum emphiteutam, quam alium, ut advertit Berov. *in dict. capital. Quæ in Ecclesiarum numer.* 9. *de Constitut.* Bald. *in Auth. si quas minas numer.* 9. *C. de sacros. Eccles.* Gratian. *discept. forens. capitul.* 447. *numer.* 21. Becc. *consil.* 3. *num.* 61. *&* 62. *lib.* 1. & ponderat Rot. *in dict. Ravennaten. emphiteusis numer.* 25. quam refert, & sequitur Adden. ad Buratt. *dict. decis.* 780. *numer.* 14.

Neque defectus hic potest suppleri per consensum in jurisdictionem Capitolinam præstitam a D. Horatio, ut exadverso prætenditur, vel propter consuetudinem illius fori cognoscendi causas ver- 79
tentes inter laicos, & super re emphiteutica Ecclesiastica, dummodo agatur de dominio utili tantum; Quia quod attinet ad consensum, licet Partes tacite, vel expresse consentiendo in aliquem Judicem, possint illius jurisdictionem prorogare, id tamen procedit, quando Judex habet talem jurisdictionem, secus quando Judex jurisdictionem non habet, prout est laicus respectu Clericorum; tunc enim jurisdictio, quæ non est, nec prorogari; nec excitari potest a Partibus, *Cap. Si diligenti de foro compet. Capitul. Inclita* 11. *quæst.* 1. Abbas *in capitul.* 1. *n.* 19. *de re judic.* Afin. *in tract. de execut.* §. 6. *cap.* 49. *n.* 7. ubi dicit, quod isto casu prorogatio Jurisdictionis, est impossibilis, Franch. *decision.* 329. *nu.* 2. *& decision.* 400. *nu.* 6. Thomat. *dec. Macerat.* 114. *nu.* 12. Fontanell. *decision.* 10. *num.* 9. Giurb. plures cumulans *decis.* 96. *num.* 19. *qui n.* 18. in fine ait prorogationem supponere jurisdictionem.

Quo vero ad consuetudinem, vel non probatur, cum ad hunc effectum non sufficiat nudum factum, sed sit probandum, quod una Pars voluerit 80
forum declinare; & judicialiter fuerit prohibita, juxta *Consil.* Abbat. 54. *numer.* 3. *part.* 1. Gratian. *discept. forens. capital.* 694. *nu.* 56. Rot. *in recent. decis.* 141. *n.* 13. *part.* 6. & fuit dictum in *Comen. Beneficii Ven.* 11. *Januarii* 1635. *coram Rev. P. D. meo Pancirolo.*

Vel probata non relevaret, quia statutum, vel consuetudo inferens præjudicium Ecclesiæ non sustinetur *cap. cum causam de re judic. cap.* 1. *de consuetud.* Immo talis consuetudo dicitur proxima Sa- 81
crilegio, Bald. *conf.* 9. *num.* 6. *verf. non valeret lib.* 1. Ruin. *conf.* 156. *num.* 8. *lib.* 4. cum pluribus, quos refert, & sequitur Rot. *in d. Romana domus de Scappuccis, n.* 29.

In facto autem satis justificatur hujusmodi bona esse sub directo dominio Ecclesiastico. Tum quia Pars adversa id expresse fatetur in libello, in hoc Judicio producto; Tum quia pro parte nostra exhibentur publica instrumenta emptionum factarum a Zenobio fideicommittente, quorum veritatem Pars adversa impugnare non potest, cum illa producen- 82
do, fassa fuerit omnia in illis contenta esse vera *capital. cum olim de consil. l. Publia*, §. *final. ff. de petit.* Bartol. *in l. Post legatum in princ. ff. de petit.* Surd. *consil.* 5. *n.* 37. Caputaq. *dec.* 193. *n.* 3. *part.* 1. Gregor. *dec.* 138. *n.* 5. *&* 15.

Nec dicatur hanc confessionem esse erroneam, quia cum noster Principalis habeat intentionem fundatam super Partis confessione, & super pluribus instrumentis, in quibus enunciantur hujusmodi bona esse sub directo Dominio Confalonis, & S. Gri- 83
sogoni non sufficit Parti adversæ errorem allegare, sed illud deberet probare firmis; & concludentibus probationibus ad *l. neque Natales C. de probat.* & fuit dictum in *Romana Laudemii* 4. *Maii* 1632. *cor. R. P. D. Ghislerio.*

Nec obstat, quod pars Terreni, quæ erat sub proprietate S. Grisogoni fuerit per nostrum Principalem affrancata, quia ultra alias responsiones allatas per Dominum meum in facto scribentem respondetur satis esse, quod alia pars spectans ad Confraternitatem Confalonis adhuc perseveret sub illius proprietate, & quod ambæ hæ partes, uno eo libello, & actione descendente scilicet ex prætenso fideicommisso, ad quod Adversariæ dicunt se vocatas, fuerint petitæ, & in libello comprehensæ. Cum enim probationes, & exceptiones oriantur ex eodem fonte, eademque sit causa defensionis utriusque Terreni, causæ dicuntur connexæ,
84 & continentes, *tot. titul. ff. de quib. reb. adeun. Jud. ea ur.* Jason. *in l. Nulli C. de judic.* & propterea coram Judice Ecclesiastico terminandæ sunt, juxta *Text. expressum in d. Capit. Quanto de Judic.* quem ad hunc effectum expendit Rot. *in d. Romana de Scappuccis, n. 5.*

Demum non relevat, quod per nostrum Principalem fuerit super istis bonis apposita inscriptio denotans bona tam quoad dominium utile, quam quoad proprietatem ad ipsum spectare, quia ultra quod cum vere res se aliter habeat, ut apparet ex publicis instrumentis, constat in continenti de errore, qui non potest Ecclesiæ præjudicare. Vere hujusmodi signa fuerunt potius apposita ad proban-
85 dam identitatem eorum, & ad effectum recognitionis, quam ad effectum probandi dominium, ut sæpe fieri solet teste Rot. *in Romana domus 22. Junii 1637. cor. bon. mem. Pirovano.*

Et ita signanda potius videtur nostra Commissio, causaque committenda Eminentissimo Cardinali Vicario prævia avocatione a quocunque alio Judice, prout ex solita Justitia speratur.

Quare, &c.

Dominicus Salomonius Advocatus.

Romena Immissionis.

Reverendissime Pater,

COmmissio videtur reicienda, quia defectus Jurisdictionis est insanabilis, ut per *Sarnen. in compend. utriusque Signatur. in finem versicul. isti igitur tres*, ubi æquiparat defectum jurisdictionis, citationis, & mandati tribus illis infirmitatibus insanabilis Podagræ, Rabiei, & Lepræ, & ita de stylo Romanæ Curiæ servari testantur Ferrett. *consil.* 309. *num* 9. Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. n.* 6. Rot. *in rec. dec.* 451. *n.* 13. *part.* 2. *& dec.* 312. *n.* 2. *part.* 4.

In casu autem isto satis patet de defectu jurisdictionis, dum Judex laicus judicavit super re subjecta directo Ecclesiæ dominio, in quo non potest se intromittere, etiam quod agatur de utili domi-
86 nio inter laicos, Card. *consil.* 92. *num.* 8. *in finem*, Calderin. *consil.* 15. *num.* 1. *de judic.* Rebuff. *de decim. quæst.* 10. *num.* 1. Valasch. *de jur. emphit. quæst.* 39. *num.* 14. & est opinio jam sæpius in Rota canonizata, ut in Romana Domus de Scappuccis ad Sanctum Augustinum 19. Januarii 1611. coram Reverendissimo D. Coccino penes Marchesan. *part.* 1. *fol.* 1020. *& in Ravennaten. Emphiteusis* 28. *Maii* 1631. *cor. R. P. D. Merlino.*

Nec obstat asserta consuetudo, quod in Curia Capitolina cognoscantur hujusmodi causæ inter lai-
87 cos, quia ultra quod non probatur in contradictorio Judicio obtenta, & quod frequenter id contigerit juxta *Text. in l.* 2. *C. quæ sit longa consuetudo, & in l. de quibus, ff. de legib.* Rot. *in recens. dec.* 255. *numer.* 4. *& dec.* 524. *num.* 3. *part.* 1. *& dec.* 498. *n.* 2. *part.* 2.

Adhuc probata non relevaret in præjudicium ju-
88 risdictionis Ecclesiasticæ, *Capit. fin. de consuetud. & cap. Cum causam de re judic.* Marsil. *in pract. §. Quoniam n.* 98. Petrus Asin. *practicar. qu.* 5. *n.* 7. Grass. *de effectib. Clericat. in præfation. n.* 148. *& effect.* 3. *n.* 112. *&* 113.

Sicuti nec relevat consensus præstitus in dicto 89
Foro per Procuratorem nostri Principalis, *ad Text. in capit. Significasti, & capit. Si diligenti de for. compet.* Franch. *dec.* 400. *n.* 6. Scacc. *de Judic. part.* 1. *capit.* 11. *numer.* 35. *late* Grass. *de effectib. Clericat. effect.* 1. *numer.* 42. *&* Novar. *in prax. election. & variat. Fori sect.* 3. *qu.* 7. *numer.* 4. *&* 14. *& quæst.* 10. *num.* 2.

Quod autem constet de Dominio directo Ecclesiæ in bonis, de quibus agitur, constet ex Instrumentis Investituræ datis in manibus D. Ponentis, ex quibus sine dubio probatur Dominium ad hunc 90
effectum, Capntaquen. *decis.* 280. *numer.* 1. *versicul. tamen quia Dominium libr.* 2. Soccin. *sen. consil.* 112. *numer.* 23. *libr.* 4. Boer. *decis.* 42. *numer.* 8. Rot. *in recent. decis.* 249. *numer.* 2. *versicul. ad aliud autem effectum part. prima & decision.* 12. *sub numer.* 6. *parte* 2.

Quare, &c.

Franciscus Ferrettus Advocatus.

Parmen. Jurispatronatus.

ARGUMENTUM.

Centenaria quasi possessio præsentandi operatur, ut Patronus allegare possit meliorem titulum coæqualis dotationis ad effectum præsentandi etiam in Mensibus reservatis, non obstante quod ab initio constet sibi fuisse concessum Juspatronatus ex privilegio ratione insufficientis augmenti dotis, & quando productio, seu allegatio privilegii facta in Statibus destruat titulum præsumptum ex Centenaria.

SUMMARIUM.

1 *Facti Series.*
2 *Centenaria præsumit titulum veræ fundationis, & dotationis Jurispatronatus, & numer.* 7. *&* 8.
3 *Patronus allegando titulum infectum non sibi præjudicat, nisi productio fuerit facta restrictive ad illum titulum.*
4 *Procurator producens titulum infectum non præjudicat, nisi habeat speciale mandatum ad illum producendum.*
5 *Centenaria præsumit novum Privilegium ex causa coæqualis dotationis.*
6 *Juspatronatus quæsitum ex privilegio propter augmentum dotis non excludit alium meliorem titulum fundationis, & dotationis præsumptum ex Immemorabili.*
9 *Exhibitio privilegii Jurispatronatus non excludit alium titulum, qui supervenire potuit.*
10 *Unus titulus insufficiens, & anterior non excludit titulum sufficientem, & posteriorem.*
11 *In Beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*
12 *Status præsentationis remanet probatus ex assertione Ordinarii emissa in sententia institutionis.*
13 *Maxime stante subsecuta præsentatione, & institutione.*
14 *Vacationes in mensibus reservatis sunt accidentales, & casuales.*
15 *Centenaria in materia Jurispatronatus duplici modo accipitur.*
16 *Centenaria præsentationum sufficit ad probandum titulum veræ fundationis, & dotationis.*
17 *In præsentationibus intra centenariam sequutis non requiritur, quod sit facta mentio fundationis, & dotationis.*
18 *Patrono allegante titulum augmenti dotis incumbit onus illum probandi.*

19 *Pa-*

19 *Patrono sufficit dicere se habere privilegium præsumptum ex centenaria quasi possessione præsentandi quandocunque Ecclesia vacaverit.*
20 *Adrianus VI. revocavit privilegia concedentia Juspatronatus ex augmento dotis, & numero 32.*
21 *Tantum est augmentum dotis, quantum ipsa dos beneficii.*
22 *Centenaria præsumit etiam possessionem antecedentem.*
23 *Possessio, observantia, & consuetudo consistit in facto.*
24 *Patrono ad effectum quasi possessionis sufficit quod ejus præsentatio fuerit admissa, & habuerit effectum,*
25 *Consuetudo nihil aliud est quam longævus usus, & observantia.*
26 *Et verificatur in actibus facti.*
27 *Assertiva, & productiones factæ in uno Judicio, non præjudicant in alio.*
28 *Allegatio unius tituli nisi sit facta exclusive ad alium, non tollit facultatem allegandi titulum meliorem.*
29 *Maxime si non habeat negativam coarctatam.*
30 *Insertio processus judicii antecedentis facta in aliquo statu subsequenti non concluditur facta per Patronum.*
31 *Negativa coarctata non probatur ex sola diligentia facta in perquirendo instrumento.*
33 *Constitutio Adriani VI. non comprehendit privilegia ante Innocentium concessa.*
34 *Titulus præsumptus ex centenaria non remanet elisus ex conjecturis.*
35 *Bona Ecclesiæ spatio longi temporis præsumuntur deperdita seu alienata.*
36 *Centenaria æquipollet immemorabili.*
37 *Centenaria est major Immemorabilis.*
38 *Et stat loco instrumenti fundationis, & dotationis.*
39 *Provisio Apostolica est subreptitia ob taciturnitatem quod ageretur de Jurepatronatus laicorum.*
40 *Dotem augere ad medietatem fructuum est assignare tantos reditus, quantos habet Ecclesia de proprio.*
41 *Pro deducendo annuo reditu beneficii debent calculari fructus per decennium.*
42 *Valor expressus per non excessum potest verificari etiam in obulo.*
43 *Centenaria observantia præsumit augmentum dotis fuisse coæquale antiquis redditibus Ecclesiæ.*
44 *Centenaria quasi possessio præsentandi præsumit omnia rite, & recte processisse.*
45 *In Jurepatronatus ex privilegio non est necessaria totalis deperditio dotis, & Ecclesiæ depauperatio.*

ALLEGATIO LVIII.

POstquam Familia de Carbognanis Parmen. Diœcesis per spatium centum annorum, & ultra reperiebatur in pacifica, & nunquam interrupta quasi possessione Jurispatronatus, & præsentandi ad Ecclesiam Parochialem S. Mariæ, & S. Geminiani Parmen. Diœcesis in quibuscunque vacationibus pro tempore secutis tam in mense ordinario, quam reservato, illa ultimo loco vacata de anno 1671. per obitum Vitalis de Carbognanis ulti-
1 mi Possessoris de mense Aprilis S. Sedi reservato; Martinus de Carbognanis Patronus præsentavit coram Ordinario Jacobum Guarnerium; per contrarium vero Bernardus Grossi expiscavit Beneficium in Dataria Apostolica, illud impetrando absque ulla mentione Jurispatronatus, & sic tanquam liberæ collationis, & Sanct. Sedi reservatum ob vacationem in mense Apostolico juxta regulam mensium, quæ est oct. hodie non. Cancellariæ.

Interim defuncto Martino Patrono, & Jacobo ejus præsentato juri suo renunciante, Gabriel de Carbognanis Martini Primogenitus præsentavit Jacobum Ferrarium, qui gratiam Apostolicam pro præsentato obtinuit, habentem in ventre solitam clausulam = *verificato prius, coram Ordinario, quod Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione existat*, pro qua verificanda comparuit coram Vicario Generali Parmen. qui tunc temporis erat bon. mem. Lælius Bosculus, qui attenta exhibitione Privilegii Apostolici Sanct. M. Julii II. de anno 1510. continentis concessionem Jurispatronatus ex augmento dotis usque ad medietatem fructuum prædictæ Ecclesiæ Parochialis, salravit centenariam Patrono assistentem, & censuit, Juspatronatus esse ex privilegio, & consequenter subjectum regulæ reservatoriæ, propter quod dedit executionem gratiæ piscatoriæ obtentæ per Bernardum Grossum, eum immittendo in possessionem Ecclesiæ Parochialis prævia publicatione voti, in quo omnia fundamenta, & motiva recensuit, ex quibus ad ita judicandum motus est, quod votum legitur publicatum sub die 28. Septembris 1674.

Siluit causa ab inde citra per spatium 39. annorum usque in præsens, de quo tempore quasi e somno resurgentes agnoverunt, & viderunt quantum præjudicium Vicarius Bosculus fecerit eorum Juripatronatus, & quanta sub nube hactenus steterint tacendo, & non videndo vulnus ultimi status impressi favore Datariæ Apostolicæ in quibuscunque vacationibus in mense reservato casuris; unde meam pro veritate Sententiam expostularunt ad effectum consulendi, an Votum bon. mem. Bosculi jure subsistat, vel potius sit injustum, & insubsistens, itaut Patroni habeant jus præsentandi in quibuscunque mensibus etiam Apostolicis, & re maturo examini subjecta, & ejusdem Voti motivis accurate discussis, censeo in sensu veritatis, constare de Jurepatronatus etiam ad effectum præsentandi in mensibus reservatis, & provisionem Apostolicam Bernardi Grossi fuisse subreptitiam, & nullam.

Movet me recepta in jure nostro Theorica, quod juspatronatus ex fundatione, & dotatione potest duobus modis concludenter probari; Primo scilicet exhibendo Instrumentum fundationis, & Secondo illud probando præsumptive per centenariam præsentationum pro tempore factarum tam in mensibus Ordinariis, quam Apostolicis; nam centenaria præsumendo meliorem titulum de Mundo, per 2
consequens præsumit titulum veræ fundationis, & dotationis, ut in subjecta materia plene firmavit Sacr. Rotæ Romanæ Auditorium in celebri Januen. Abbatiæ pluries in eodem Tribunali ventilata, *ut in decision. 218. numer. 22. & sequentib. part. 7. recent. & coram Burat. decision. 875. numer. primo & seqq. & in aliis Decisionibus ejusdem causæ 5. Decembris 1689. §. Cæterum, & 10. Martii 1692. §. Sublata, & §. Indeque, coram bon. mem. Manuel, & in Florentina Canonicatus* 8. *Maii* 1703. § *Etenim, & 12. Martii* 1706. §. *Sicut enim, coram Rev. P. D. Lancetta.*

Neque propterea obstare puto, quod Juspatronatus, de quo agitur, constet, fuisse acquisitum ex mero augmento Dotis in medietate fructuum 3
juxta Privilegium Apostolicum S. M. Julii II. editum de anno 1508: hoc enim privilegium tunc obstare posset, quando Patroni judicialiter illud produxissent coram Ordinario præcise ad docendum de eorum Jurepatronatus, tunc enim allegando titulum infectum non possent recurrere ad alium bonum, & validum, qui nascitur ex centenaria, sed iste non est casus noster, quia non constat, quod Patroni produxerint hunc titulum ad fondandum suum jus, quæ quidem productio si adesset, nec minus sufficeret, quia ad effectum, ut Patronus sibi præjudicet in hac materia, requiritur, ut productio facta fuerit restrictive ad illum titulum productum, ut in puncto notat Card. de Luca *de jurep. disc. 65. n. 4. & 5*, ubi proinde advertit, raros esse casus,

in quibus fiant hujusmodi productiones præjudicia-
les, ut Ego plene scripsi in meis Discept. Eccles. p. 1.
discept. 23. num. 26. vers. in Summa fol. 380. nec suf-
ficit productio facta per Procuratorem, nisi habeat
mandatum speciale ad producendum præcise hunc
titulum infectum, ut in individuo Rot. cor. Donez.
4 sen. decis. 303. numer. 7. & Me scribente in Casentina
Abbatia 4. Maii 1693. §. Quantum enim, coram bon.
mem. Benincasa, & Ego scripsi Discept. Eccles. 23.
num. 26.

Idcirco, cum iste titulus Privilegii Apostolici ex
augmento Dotis non fuerit productus per Patronos
se se coarctantes ad eundem titulum ad effectum
probandi Juspatronatus, sed exhibitus appareat per
Fiscalem, nascitur communis illa propositio, quod
quando titulus infectus est supra centenariam, nem-
pe de anno 1508. non impedit allegationem, &
supervenientiam alterius tituli validi, qui potuit da-
ri post illum titulum invalidum; nam centenaria
subsecuta præsumit, quod postea Patroni impetrave-
rint aliud novum privilegium ab eodem Julio II.
ex causa coæqualis dotationis, scilicet dando tan-
tundem bonorum, quantum erat antiqua dos Ec-
clesiæ, ut præcise hic fuit casus decisus per Sacr.
Rotam in dicta Januen. Abbatiæ, in quo Babila-
nus de Pallavicinis reportaverat privilegium juris-
patronatus a S. P. Leone X. ex causa augmenti
tertiæ partis Dotis, sed postea ob centenariam qua-
5 si possessionem præsentandi Rota canonizavit Jus-
patronatus ex causa veteræ fundationis, & dotationis,
ea motivo, quod stare simul poterat, eundem Ba-
bilanum eadem die potuisse ab eodem Pontifice im-
petrare aliud privilegium ex causa coæqualis do-
tationis, ut Ego adnotavi discept. Eccles. 26. nume-
ro 7. vers. ut igitur, & discept. 33. numer. 19. ver-
sic. melius tamen est, & late videre est in allegatis De-
cisionibus Januen. Abbatiæ scilicet in decision. 218.
numer. 7. cum pluribus seqq. part. 6. recent. sed me-
lius, n. 52 ibi = de possibilitate tituli ab initio dubi-
tari non potest, quia sicut Leo X. concessit privilegium
ex causa augmenti tertia partis dotis, ita eadem
die, eodem mense, & Anno potuit aliud concedere ex
causa coæqualis dotationis, quod hodie ex decursu
temporis præsumitur, & dec. 29. n. 32. 50. 51. & plu-
ribus seqq. part. 7. rec.

Hæc Theorica hodie in judicando amplius non
controvertitur, sed est plana, & communis, ut Ego
in pluribus causis, in quibus scripsi, passim obti-
nui, & quidem in Casentina Abbatia 4. Maii 1693.
cor. bon. mem. Benincasa allegabatur, fuisse quæsitum
juspatronatus ex privilegio Leonis X. propter aug-
mentum tertiæ partis Dotis, & cum Excellentissimus
Dux Montis Alti Patronus haberet pro se immemo-
6 rabilem quasi possessionem præsentandi, resolvit Ro-
ta, hunc titulum non excludere alium meliorem
fundationis, & dotationis præsumptum ex immemo-
rabili, licet ageretur de Persona potenti suspecta
de usurpatione, ut in dict. decis. 4. Maii 1693. §.
Adhuc præ cæteris, confirmando resolutionem præ-
cedentem, quæ est impressa in decis. 136. §. fin. par-
te 7. rec.

Pariter in Verulana Abbatiæ licet constatet jus-
patronatus quæsitum ex privilegio augmenti Dotis
in miserabili summa annuorum Ducatorum 30. quia
tamen Patroni erant in quasi possessione præsen-
tandi tam in mensibus Ordinariis, quam reserva-
tis, Sacra Rota denegavit executionem literis A-
postolicis de reservato respondendo, quod centena-
ria præsumebat novum titulum ex vera fundatione,
& dotatione, ut in dicta Verulana Abbatia 23.
Februarii §. Tale enim, & §. In omnem, cor. bo. me.
Rondinino, & iterum renovata eadem disputatione
7 occasione alterius vacationis repulsus fuit novus im-
petrator Apostolicus, me scribente pro Patrono, ut
in dicta Verulana Abbatia 23. Aprilis 1706. §. Ve-
rum quatenus, & §. final. & 20. Junii 1707. §. Et
sane, coram. Rev. P. D. Lancetta, ibi = Ostenderint
quasi possessionem centenariam, juxta quam dicta Ab-
batia continuo collata fuit ad præsentationem familiæ
Philonarda, stante autem hac longæva observantia,
exinde sequitur, quod etiamsi constaret, a principio
Juspatronatus prædictum acquisitum fuisse ex privile-
gio gratioso in vim Brevium Apostolicorum Clementis
VII. & Julii III. adhuc allegari posset titulus onero-
sus ex fundatione, & dotatione, qui alias nihilominus
supervenisse præsumitur.

Hoc ipsum obtinui in Florentina Canonicatus,
ubi ostendebatur, Juspatronatus fuisse reportatum ex
privilegio Julii II. in favorem Familiæ de Pazzis ex
augmento dotis annuorum Ducatorum 16. quando
antiqua Dos probata erat in annuis Ducatis 32.
per non excessum, & tamen quia Familia prædicta 8
reperiebatur in quasi possessione præsentandi per Cen-
tenariam; Sacra Rota me scribente judicavit, ex
Centenaria præsumi novum titulum meliorem veræ
fundationis, & dotationis denegando executionem
literis Apostolicis reportatis per quendam Joannem
de Vivianis, ut in dicta Florentina Canonicatus 12.
Martii 1706. §. Sicut enim §. Quodque, & §. Non
attento, cor. R. P. D. Lancetta.

Nil ergo refert exhibitio privilegii facta per Fi-
scalem ad probandum titulum infectum Jurispatro-
natus, quia hujusmodi titulus non excludit alium
meliorem, qui dari, & supervenire potuit, & super-
venisse præsumitur ex Centenaria quasi possessione
præsentandi, in qua existit Familia de Carbogna-
nis, cum incompatibile non sit, neque impossibile,
quod illi de Carbognanis potuerint novum privile-
gium obtinere eodem die, mense, & anno ab eo- 9
dem Pontifice ex causa coæqualis dotationis, ut in
dicta decis. 29. n. 33. 43. & 44. part. 7. rec. & optime
Rot. cor. Emerix jun. dec. 829. n. 2. & seqq. & decis.
849. n. 2. & 3. unde unus titulus insufficiens, & an-
terior non excludit titulum sufficientem, & poste- 10
riorem, qui ex Centenaria resultat, & allegari va-
let per possessorem, cum privilegia sint multiplica-
bilia, ut prosequitur Rot. dict. dec. 29. n. 43. part. 7. 11
& præsertim in Beneficialibus, ubi datur multipli-
catio titulorum, ut considerat Rot. in dicta Floren-
tina Canonicatus 12. Martii 1706. §. Non attento,
cor. R. P. D. Lancetta.

Hæc autem centenaria quasi possessio præsentan-
di tam in mensibus ordinariis, quam Apostolicis
probata remanet ex numerosa serie præsentationum
pro tempore factarum de annis 1552. 1558. 1612.
1618. 1624. & 1662. quæ reputavit usque ad no-
vam vacationem anni 1671. quæ præsentationes et-
iam recensentur, & admittuntur in Voto Vicarii
Bosculi, §. Ergo, §. Cæterum, §. Si autem, §. Se-
cundo, §. Hoc ipsum, numero 65. 70 & 80. & li-
cet ibi obscura fiat mentio de præsentatione anni
1612. hæc tamen justificatur ex collatione Ordina-
rii facta de anno 1624. ubi dicit = Visa provisio-
ne facta de eisdem Ecclesiis qo. Dom. Joannis de
Casonis, olim Presbytero Parmensi ad præsentatio-
nem qu. Marini Carbognani rogat. per qu. D. Ma-
gnificum Hieronymum Magnanum Notarium publi-
cum Parmensem sub die 23. mensis Januarii anni ela-
psi 1612. Ea hac enim Ordinarii assertione in Sen-
tentia institutionis emissa in actu proportionain re- 12
cognitionis. Jurium productorum ad docendum de
Jurepatronatus, Status remanet probatus, ut tra-
dunt Garz. de Benefic. part 8. cap. 4. num. 93. Lamb.
de Jurepatr. part. 2. libr. 2. quæst. 10. art. 4. num. 10.
Mascard. de probation. conclus. 1215. num 5. Morga
de Benefic. quæstion 3. num. 465. Rot. in Faventina
Beneficii 11. Decembris 1702. §. Accedit prædictis,
cor. clar. mem. Card. Caprara, & in Bononien.
Beneficiorum de Castello 12. Decembris 1712. §. Id-
que procedit, coram Rev. P. D. Crispo, præsertim ex
quo postea ad Ecclesiam tanquam vacatam per obi- 13
tum Joannis, de Casonis præsentati de dicto anno
1612. fuit præsentatus, & institutus de anno 1618.
seu 1619. Donninus de Zirris, quod probat verita-
tem anterioris Status, seu præsentationis, ut notat
Rot. in dicta Bononien. Beneficiorum de Castello 12.
Decembris 1712. §. Parum relevante, cor. R. P. D.
Crispo, & 9. Junii 1713. §. Verum tamen, cor. R. P.
D. Ansaldo.

Ex quibus sex Statibus, seu præsentationibus ex-
plen-

plentibus cursum 120. annorum, scilicet usque ad
annum 1671. duæ emanarunt in vacationibus se-
cutis in mense reservato, illa nempe anni 1612.
quæ successit de mense Januarii, & altera anni
1663. quæ prodiit ob vacationem secutam de men-
se Augusti 1662. & credibile est, quod prima
præsentatio anni 1552. etiam secuta fuerit in
mense reservato, dum mandatum ad præsentandum
expletum legitur die 8. Junii 1552. & sic magis
verisimile est, quod vacatio successerit in fine præ-
cedentis mensis Maii, ut motivatur in *Voto Bos-
culi*, §. *Hisce dubiorum loco*, ea ratione, quod
agitur de Ecclesia rurali, in cujus loco Patroni
non habitabant, neque ideirco statim vacationis
notitiam habere poterant, nec ea habita a com-
muniter contingentibus statim fieri solet præsenta-
tio, ubi agitur de Parochia, ubi requiritur idonei-
tas personæ præsentandæ, pro qua perquirenda se-
rio, ac mature proceditur, non autem præcipi-
tanter, nec statim audito nuncio vacationis, ita,
& taliter, quod requiritur tempus, & quandoque
consumuntur decem, viginti, & triginta dies, quod
non consideravit Bosculus in suo Voto.

Fundata ex his intentione Patronorum in cente-
naria, & sic meliori titulo coæqualis dotationis,
nullius momenti esse censeo motiva prolixiori sty-
lo deducta in dicto Voto, & quidem vanum re-
puto, & omnino erroneum illud assumptum, cum
quo credidit tractari de præscriptione, cujus voca-
bulum semper usurpavit in suo Voto, & ideo sup-
ponit, hanc præscriptionem esse inchoandam ab
aliquo Statu vacationis, & respective præsentatio-
nis secutæ in mense reservato, ducendo initium
præscriptionis ex hoc Statu non computatis præ-
sentationibus in mense Ordinario, deinde allegan-
do, quod non probetur certitudinaliter, 1552. va-
casse Ecclesiam in mense Maii, sed potius Junii,
quo secluso Status 1612. & 1662. ad nihil inser-
virent, cum ab inde citra non effluxerit Centena-
ria, & insuper adjungit, quod nulla ratio haben-
da sit de Statibus annorum 1552. 1558. & 1612.
ex quo in nullo ex his Statibus affixa fuerunt Edi-
cta ad formam *Text. in capit. fin. de. Elect. in 6.*
ac etiam quia Status anni 1612. successit ex causa
permutationis, & resignationis in favorem coram
Ordinario, justa firmata apud Gonzal. *ad regul.* 8.
gloss. 14. *n.* 32. *& seqq. & n.* 50.

Etenim falsa est propositio, quod Centenaria de-
beat inchoari a præsentationibus secutis in mense
reservato, cæteris non computatis in mense Ordi-
14 nario, dum hoc esset reducere casum ad quandam
impossibilitatem, quia cum vacationes in mensi-
bus reservatis sint accidentales, & casuales, quia
vix aliquando una, vel duæ succedunt intra spa-
tium Centenariæ, & aliquando nulla, oporteret
pro efformanda Centenaria præsentationum in men-
sibus reservatis adducere millenarium, quod est im-
possibile, cum in tot causis Jurispatronatus, in
quibus ego scripsi teste experientia viderim, quod
nunquam exhiberi possunt præsentationes antiquis-
simæ supra biscentum annos, & istæ nec minus
sunt continuæ, & successivæ una post aliam, sed
interruptæ, & per saltus, & si verum esset assum-
ptum Bosculi sequeretur absurdissima consequentia,
quod in omnibus illis casibus, ubi non potest ex-
hiberi Instrumentum fundationis, qui sunt frequen-
tiores in praxi, semper Dataria posset apponere
manus, dicendo, quod Centenaria possessio præsen-
tandi non probatur tota in mensibus reservatis, &
sic esset exterminium omnium Beneficiorum de Ju-
repatronatus.

15 Dico igitur, quod in hac materia vis Centena-
riæ accipitur duplici modo, vel per viam præscri-
ptionis, vel per viam tituli melioris de Mundo, ut
hanc distinctionem videre est apud Cardinal. de Luc.
de Alienat. disc. 3. *& numer.* 14. *&* 15. *& de judic.
disc.* 21. *num.* 52. Castill. *contrav. jur. capit.* 93. §. 8.
n. 47. *ad fin.* Rot. *in nullius, seu Caputaquen. Jurisdi-
ctionis* 21. *Februarii* 1710. §. *Præmissa*, *cor.* R. P. D.
Falconerio.

Quo posito, si Patronus allegat Centenariam
per viam tituli, allegat consequenter titulum ve-
ræ fundationis, & dotationis, qui est titulus me-
lior in hac materia ad excludendum titulum ex cau-
sa insufficientis augmenti Dotis, neque propterea
habet necessitatem ostendendi præsentationes secu-
tas fuisse in mensibus reservatis, sed sufficit ei o-
stendere, quod semper Ecclesia spatio centum anno-
rum fuerit provisa ad ejus præsentationem, absque
eo quod ulla in contrarium detur provisio Aposto-
lica tanquam de reservato, ut legere est in allega-
tis Decisionibus Januen. Abbatiæ, ubi Sacra Rota
nullo modo requisivit, quod Centenaria contineret
præsentationes factas in mensibus reservatis, & si-
militer in aliis causis hoc ipsum tenuit, quod nem-
pe sufficeret Centenaria præsentationum, absque eo 16
quod ostendatur aliqua provisio de reservato, ut in
dict. Florentina Canonicatus 12. *Martii* 1706. §. *Si-
cut enim*, §. *Fortius*, *&* §. *Quodque coram Rever. P.
D. Lancetta* ibi = *Spatio biscentum annorum nulla
datur provisio facta a Sede Apostolica tanquam de
reservato, sed e converso præsentationes continuo fa-
ctæ fuerunt a masculis Familiæ, &c. ex dicta posses-
sione Patroni allegare valent quemcunque alium ti-
tulum meliorem convalidantem Privilegium Julii II.*
= *& coram Emerix jun. decis.* 829. *&* 849. *utro-
bique, num.* 2. *& seqq. & in d. Verulana Abbatia* 23.
Februarii 1680. §. *Non obstante, cor. bon. mem. Ron-
dinino, &* 20. *Junii* 1707. §. *& sane, cor. R. P. D.
Lancetta.*

Ad quod melius percipiendum distinguere opor-
tet duos casus, alter est, quando contra Patro-
num Fiscalis allegat titulum infectum, & ille res-
pondet, suum Juspatronatus non ex illo compete-
re, sed ex alio meliori titulo præsumpto ex Cen-
tenaria, & tali casu satis est allegare, Ecclesiam,
seu Beneficium semper fuisse provisum ad præsen-
tationem Patroni, nec unquam fuisse provisum
per Sedem Apostolicam tanquam de reservato,
neque proinde est opus ostendere præsentationes
factas in mensibus Apostolicis, quæ etiam spa-
tio centum annorum potuerunt non accidere jux- 17
ta Decisiones proxime adductas, nec etiam requi-
ritur, ut in præsentationibus intra Centenariam se-
cutis facta habeatur mentio fundationis, & dota-
tionis, ut ait Cardinal. de Luc. *de Jurepatron. dis-
curs.* 57. *numer.* 38. *versicul. cessante*. Alter casus
est, ubi Patronus allegavit, & produxit titulum aug-
menti Dotis, & quæritur est, an illud fuerit æqui-
valens antiquæ Dotis, hoc enim casu onus probandi
æquivalentiam, pertinet ad Patronum nisi proba-
verit, se esse in quasi possessione præsentandi per
Centenariam tam in mensibus Ordinariis, quam re-
servatis, neque etiam hoc casu ullus dixit requiri 18
Centenariam præsentationem in mensibus reserva-
tis, sed sufficere aliquas, ut loquendo de tribus præ-
sentationibus, dixit Rot. *decis.* 472. *numer.* 66. *p.* 19.
tom. 2. *rec. & coram Emerix jun. decis.* 305. *numer.* 7.
& in d. Verulana Abbatia 23. *Februarii* 1680. §. *In
unnem, cor. bon. me. Rondinino, &* 23. *Aprilis* 1706.
§. *Verum, cor. clar. mem. Card. Caprara, &* 20. *Ju-
nii* 1707. §. *Absque eo quod cor. R. P. D. Lancetta,
& in Placentina Jurispatronatus* 20. *Junii* 1701. §.
*Parumque in fine, cor. Eminentiss. D. Card. Tremoil-
le, &* 23. *Martii* 1703. §. *Quandoquidem, cor. Rev.
D. Molines Dec. & primo Decembris* 1704. §. *Ne-
que in hoc, cor. bo. me. Omanna, &* Ego *plene scripsi
Discept. Eccles.* 22. *numer.* 32. *& seqq. & Discept.* 33.
num. 19.

Cum igitur in præsenti privilegium Julii II. non
fuerit allegatum per Patronum, sufficit illi dice-
re, quod habeat illud privilegium ex causa coæ-
qualis dotationis præsumptum ex Centenaria quasi 19
possessione præsentandi quandocunque vacaverit Ec-
clesia, absque eo quod ulla provisio Apostolica
de reservato hanc possessionem interruperit, ut
bene Rot. *coram Duran. decis.* 91. *numer.* 7. *& in
rec. decis.* 472. *n.* 44. *part.* 19. *to.* 2. *& in Placentina
Decimarum* 16. *Maii* 1710. §. *Postremo, cor. Rev. P.
D. Ansaldo*, eoque magis crescit hujusmodi legalis-

præsumptio, si reflectamus, quod si vere Juspatronatus competiisset ex privilegio Julii II. non potuissent Patroni præsentare etiam in mensibus Ordinariis, ex quo illud cadebat sub revocatione Constitutionis Adriani VI. qui revocavit hæc privilegia ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII.
20 qui sedit de anno 1484. usque ad eandem Constitutionem editam de anno 1552. & ego scripsi, *Discept. Eccles.* 33. *numer.* 25. *& Discept.* 22. *sub n.* 32. *& bene advertit* Rot. *in dict. Florentina Canonicatus* 12. *Martii* 1706. §. *Fortius, coram R. P. D. Lancetta*. Ergo sufficit Centenaria præsentationum etiam in mensibus Ordinariis, dum Constitutio Adriani requirit coæqualem dotationem, itaut tantum sit
21 augmentum Dotis, quantum ipsa Dos Beneficii, ut Ego scripsi *dict. Discept. Eccles.* 33. *numer.* 14. *versic. bene verum est, & versic. at æquivocum, & versicul. altera*, Rota *coram Seraphin. decis.* 555. *numer.* 1. & nisi Juspatronatus competiisset ex coæquali dotatione Ordinarii, non admisissent præsentationes in suis mensibus, ut optime prosequitur Rot. *in dict. Florentina Canonicatus* 12. *Martii* 1706. §. *Fortius, coram R. P. D. Lancetta*; Fortius igitur, dum expletæ fuerunt præsentationes etiam quando vacavit Ecclesia in mense reservato, immo licet ostendantur tantum præsentationes ab anno 1552. citra, attamen præsumuntur aliæ etiam tempore anteriori usque ad tempus immediate post annum 1510. quia non docto de contrario subsequens Centenaria præsumit etiam pos-
22 sessionem præcedentem ex firmatis per Rot. *dec.* 766. *numer.* 6. *part.* 1. *divers. & coram Duran. dec.* 91. *numer.* 5. *& in Salisburgen. Vicaria super bono Jure* 31. *Januarii* 1714. §. *Nec in aliqua, coram Falconerio*.

Sublato hoc æquivoco, in mera frigiditate consistit alterum super omissa affixione Edictorum in quibusdam statibus, de quibus supra, non enim sumus inter Præsentatos in illis Judiciis secum contendentibus super validitate, vel nullitate Institutionis, ubi caderet ista quæstio, sed versamur in probatione Centenariæ quasi possessionis, quæ probatur etiam ex institutionibus nulliter datis ex de-
23 fectu affixionis Edictorum, dummodo illæ fuerint effectum sortitæ, quia possessio, observantia, & consuetudo consistit in facto, & in effectu, super quo ejus requisitum substantiatur, ut in puncto. Rota *in Barchinonen. Parochialis apud* Garz. *de Benefic. part.* 5. *capit.* 5. *num.* 104. ubi quod nihil refert, an præsentatus fuerit bene, vel male Institutus, sed sufficit Patrono, quod ejus præsentatio fuerit admissa, & habuerit effectum, & in *dec.* 86. *numer.* 18.
24 *post* Vivian. *de jurepatr.* & in præcisis terminis nullitatis institutionis ex defectu affixionis Edicti firmavit Rot. *coram Peutinger. decis.* 317. *num.* 25. *&* 26. *& in Mediolanen. Cappellaniæ* 22. *Junii* 1703 §. *Addisio, &* 25. *Aprilis* 1704. §. *Sive quia coram Reverendiss. D. Molines Decano, & habetur apud Me discept. Eccles.* 28. *sub n.* 16. *vers. sed sufficit institutio*. Posth. *de manut. observ.* 18. *n.* 18. Rot. *cor. Duran. decis.* 74. *n.* 28.

Positis ergo ad partes hujusmodi objectionibus, minus obstare mihi visum est alterum motivum in Voto Bosculi deductum, quod nempe allegata centenaria non sit operativa melioris tituli, ex quo in præsentationibus, seu institutionibus pro tempore factis habita fuit expressa relatio ad privilegium Julii II. & ad Instrumentum super ejus executione rogatum per Gasparem de Prato de anno 1510. prout hanc relationem contineri supponit Bosculus in statibus annorum 1618. 1624. immo etiam 1662. ultra aliam considerationem, quod prima præsentatio anni 1552. continet enunciativam pertinentiæ Jurispatronatus ad illos de Carbognanis non solum ex fundatione, & dotatione, sed etiam ex consuetudine, qui est titulus infectus, & propterea concludit, hujusmodi status non posse producere alterius melioris tituli præsumptionem tanquam relativos ad titulum vitiosum.

Sed hoc etiam motivum apud Me nullam habet relevantiam, etenim tres primi status annorum 1552. 1558. & 1612. nullam habent expressionem tituli infecti, immo primus expresse continet, quod Juspatronatus competeret ex fundatione, & dotatione, quæ expressio non sit æquivoca, aut dubitabilis propter expressionem consuetudinis simul factam, cum ista sit solita formula omnium præsentationum, in quibus Patroni allegant titulum fundationis, & dotationis, & simul consuetudinem, quæ tamen consuetudo non intelligitur de titulo, ex quo competat Juspatronatus, sed de observantia, & quasi possessione præsentandi, cumulando titu- 25
lum, & possessionem, cum consuetudo nihil aliud sit, quam usus longævus, & observantia per *Text. in capit. cum consuetudinis de consuetudine, & in l. si de interpretatione, ff. de Legib.* Rota *decis.* 93. *n.* 21. *part.* 16. *recent.* quia consuetudo consistit in usu, & ipso solito, seu consuescere, quod verificatur in actibus facti, & significat, quod Patronus fuerit 26
solitus præsentare, & exercere Jus præsentandi, Rebuff. *ad Constit. Reg. tom.* 3. *titul. de consuet. in præfat. numer.* 40. Rota *decision.* 318. *numer.* 3. *parte* 16. *recent.*

Quo stante nihil officit, quod in statu anni 1618. dictum fuerit = *visa dotatione dictarum Ecclesiarum, & reservatione illarum ad favorem dictorum de Carbognanis auctoritate Apostolica facta & rogata per Gasparem de Prato Notarium, &c. anno* 1510. = in altero vero statu anni 1624. expressum fuerit, ibi = *Visisque ipsis juribus, & nempe fundatione dictarum Ecclesiarum ad petitionem, & dotationem Vitalis, & Laurentii amborum de Carbognanis auctoritate Apostolica facta cum reservatione Jurispatronatus prædict. dictar. Ecclesiarum eisdem Vitali, & Laurentio, &c. rogata per nunc qu. D. Antonium Bissochum, olim Notarium Parmensem sub die* 20. *mensis Decembris anni elapsi* 1510. = & demum, quod in statu anni 1662. Marinus Patronus, & Vitalis præsentatus produxerint multa jura, & scripturas ad causam facientes, & reperiatur productus status anni 1624. in quo adest mentio privilegii Julii II. & sic tituli infecti.

Etenim nihil ex his enervat vim centenariæ, quia tales assertivæ, & enunciativæ, & productiones factæ in uno Judicio non præjudicant in alio, & præsertim quia non constat, quod vel Patroni, 27
vel Procurator cum speciali mandato fecerint has productiones, aut enunciativas in præsentando, ut bene advertit Rota *dict. decis.* 29. *numer.* 37. *cum pluribus sequ. part.* 7. *recent.* ubi late ponit responsiones ad hoc objectum, & Ego eas reassumpsi *discept. Eccles.* 23. *numer.* 26. ac etiam quia allegatio, & exhibitio unius tituli non apparet facta restrictive, & exclusive ad alium titulum, prout requiritur, alias non tollit facultatem allegandi ti- 28
tulum meliorem ex Centenaria, ut egregie tradit R. P. D. Ansaldo *in annot. ad decis.* 38. *numer.* 17. *&* 18. Card. de Luc. *de jurepatronat. discurs.* 65. *n.* 4. *&* 5. quodque non perimat facultatem allegandi alium titulum ex ipsa Centenaria resultantem in præcisis terminis nostris respondit Rot. *in dicta Florentina Canonicatus* 12. *Martii* 1706. § *Non attento, cor. R. P. D. Lancetta*, ibi = *Non attento, quod in aliquibus præsentationibus fuerit habita relatio ad privilegium concessum a S. M. Julio II. quia non exinde inferri potest, quod præsentantes titulum ex dicto privilegio allegare voluerint, tum quia factum fuit in alio judicio, & inter alias Personas ad Text. in l. non debet, &c. tum quia exhibitio unius tituli non perimit facultatem alium præsertim ex immemorabili resultantem allegandi, cum in Beneficialibus detur multiplicatio titulorum.* =

Præterea non subsistit hæc individua relatio facta, ut supponitur, ad hoc ipsum privilegium Julii II. quia relatio continet quidem annum 1510. sub quo cantat Instrumentum, & cognitus Notarii Prato super executione privilegii, sed non continet diem, & mensem, & proinde talis enunciativa non habet negativam coarctatam, seu exclusi- 29
vam alterius tituli, qui potuerit obtineri in illo-

mer

tnet anno 1510. ut Ego scripsi *Disceptat. Eccles. 23. sub num.26. vers. & adverte*, & *Discept. Eccles. 33. num. 19.* Rot. *decis.290. num. 16. in fin. part. 18. & dec.640. sub num.16. & 17. part.19. recent. & coram Buzat. dec.865. n.5.*

* Insertio autem processus anni 1624. facta in statu anni 1662. neque etiam aliquid concludit, dum Patronus, & Præsentatus in productione nullam men-
30 tionem fecerunt de privilegio Julii II. itaut insertio prædicti processus fieri potuerit ab alio, quam ab ipso Patrono, ut Ego scripsi *Discept. Eccles.23. num.26. in fine*, & dixit Rot. in *Cusentina Abbatia 4. Maii 1693. §. Non suffragante cum seqq. coram bon.mem. Benincasa*, ibi = *Non suffragante replicatione, quod in aliquibus præsentationibus ostendatur enunciatum dictum indultum Leonis X. & præsertim in illa Raphaelis de Leone secuta de anno 1581. deducendo illius identitatem aut ex productione ejusdem Indulti facta per Ducis Procuratorem, aut ex eo quod per extensum insertum reperitur in processu eodem anno compilato: Quantum enim attinet ad ass. productionem dictum fuit, illam non præjudicare tanquam factam a Procuratore non habente necessarium, & speciale mandatum, ut alias dixit Rot. &c. quo vero ad insertionem visum fuit, illam de per se non sufficere, cum fieri potuerit ab ipsius Archiepiscopi Promotore Fiscali in præjudicium juris Duci quæsiti ex diverso titulo immemorabilis, ac proinde non fore attendendam, utpote non factam ab ipsomet Duce, vel ejus Procuratore specialiter ad id constituto Parte citata, & cum Judicis Decreto.*

Neque stringit responsio, quod Provisus Apostolicus probaverit, quod in silcia, Prothocollis Gasparis de Prato nullum aliud Instrumentum reperiebatur super hoc jurepatronatus, quam illud adductum per Fiscalem, quia talis diligentia ad nihil inservit, quia probandum esset, quod Prothocollum prædicti Notarii sit integrum, & cartulatum, & non deficiat
31 aliquod Instrumentum ex illis rogatis ab hoc Notario, maxime cum teste experientia videamus, non omnia Instrumenta allegari per Notarios in Prothocollis, sive per negligentiam, sive per mortem Notarii, sive per aliud accidens, itaut talis diligentia nequaquam probet negativam coarctatam ex firmatis in *dicta dec.29. n.68. & 69. p.7. rec.* Rocc. *dispus. jur. cap.149. n.25. & seqq.*

Neque propterea tanta facilitate destrui potest centenaria, ut credit Bosculus cum his minutis observationibus, & præsertim reflectendo, quod si factum prævalet verbis, ipsum factum centenariæ demonstrat, non fuisse unquam allegatum, aut productum privilegium insufficiens pro titulo Jurispatronatus, ex quo Ordinarii pro tempore admiserunt præsentationes, & dederunt institutionem Præsentatis, quod sane non fecissent, si Juspatronatus competiisset ex privilegio insufficientis dotationis, quia fuisset revo-
32 catum ex Constitutione Adriani VI. quæ requirit coæqualem dotationem, ut superius animadversum est; Ergo hoc factum magis loquitur, quam mille subtiles animadversiones, dum credibile non est, quod spatio 120. annorum fuissent Patroni conservati in quasi possessione præsentandi in quibuscunque vacationibus, si Juspatronatus competiisset ex privilegio revocato per Constitutionem Adriani, ut advertit Rot. *in dicta Florentina Canonicatus 12. Martii 1706. §. Fortius, coram R. P. D. Lancetta*, neque est indistincte verum, quod Juspatronatus ex augmento Dotis insufficienti juvare possit ad effectum præsentandi in mensibus Ordinariis, quia procedit in illis juribus patronatus, quæ non cadunt sub censura Constitutionis Adriani, quæ loquitur de illis tantum concessis ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. usque ad Pontificatum ipsius Adriani,
33 & ideo non comprehendit privilegia ante Innocentium concessa, ut Ego scripsi *Disceptat. Eccles. 22. n.25. vers. illa vero Adriani*, Card. de Luc. *de Jurepatronat. disc.65. n.16. vers. reliqua*, Vivian. *de Jurepat. lib.4. cap.10. n.21.* Rot. *in Placentina Jurispatronat. 20. Junii 1701. §. Ex quibus omnibus, cor. Eminent. D. Card. Tremoille.*

Conjecturæ ad excludendum novum titulum ex centenaria præsumptum deductæ in Voto allegato *num. 124. & seqq.* sunt sine fundamento; nam titulus præsumptus ex centenaria non remanet elisus ex 34
conjecturis, ut ait Rot. *dicta decis. 29. numer. 52. part.7. recent.* & ulterius non subsistit, quod acquirena ex augmento insufficienti sit verisimile, quod potuerit postea acquirere ex augmento sufficienti, hoc enim est contra communem opinionem firmatam per Sacr. Rotæ Auditorium in Decisionibus supra relatis, qualitas autem Personarum, quod essent rustici, & pauperes non probatur in facto saltem respectu paupertatis, & denique Status Ecclesiæ non possidentis alia Bona, quam enunciata in Instrumento anni 1510. neque etiam concludit, quia spa- 35
tio tanti temporis potuerunt Bona deperdi, seu alienari, neque concluditur de tempore ad tempus, Rot. *dec.472. n.23. par.19. tom.2. recent.* ultra quod Status bonorum Ecclesiæ debet formiter probari, super quo nullum datur documentum.

Est opinio hodie communiter reprobata, quod centenaria non æquipolleat immemorabili, quia 36
tantum una, quantum altera præsumit meliorem titulum de Mundo, ut est Sententia Sacræ Rotæ, de qua *in dec 254. num.10. part.3. diversf. dec.241. num.1. part.6. dec.29. num.1. & 50. part.7. recent. & coram Cels. dec. 193. num. 4. & 5. & coram Emerix jun. dec.1195. num.2. & in Hieracen. Parochialis 25. Junii 1700. §. Cæterum, cor. bon. mem. Muto, & in Taurinen. Jurispatronatus super bono jure 22. Aprilis 1695. §. De Jurepatronatus in fine cor. clar. mem. Card. Caprara, & in Arianen. Archipresbyteratus 27. Junii 1708. §. Minus relevat, cor. R.P.D. Scotto, nunc Illustriss. Gubern. Urbis, & in Nullius, seu Caputaq. Jurisdictionis super bono jure 21. Febr.1710. §. In hac sane cum duob. seq. cor. R.P.D. Falconerio*, ubi amplius firmat, quod centenaria non solum æ- 37
quipollet immemorabili, sed etiam majorisque virtutis est reputanda, unde conclusio hæc in Voto Bosculi deducta est contra communem, & omnino rejicienda in Judiciis.

Ita sufficiunt ad effectum concludendi, ut Juspatronatus propter centenariam quasi possessionem præsentandi præsumatur ex vera, & coæquali dotatione acquisitum, non autem ex insufficienti Dotis aug- 38
mento propter privilegium Julii II. cum centenaria stet loco Instrumenti fundationis, & dotationis, ut *in dicta Florentina Canonicatus 12. Martii 1706. §. Sicut enim, & in dicta Verulana Abbatia 20. Junii 1707. §. Sane, coram R. P. D. Lancetta*, & consequenter provisio Apostolica Bernardi Grossi remanet subreptitia, & nulla ob taciturnitatem, quod 39
ageretur de Ecclesia Jurispatronatus laicorum juxta punctualem *decisionem in Neapolitana Beneficii, cor. Bourlemont. impress. in dec.472. n.1. & 66. part.19. recentior.*

Verum ulterius progredior, & examinabo privilegium Julii II. invenio, quod fuit concessum Juspatronatus propter augmentum Dotis, usque ad medietatem fructuum, quod fuit privilegium ex causa coæqualis dotationis, quia Dotem augere ad medietatem fructuum est assignare tantos reditus, quantos habet Ecclesia de proprio, ut explicando 40
Constitutionem Adriani, quæ loquitur de augmento fructuum ad medietatem, & relatis Decisionibus, & Doctoribus late ego firmavi *Disceptat. Eccles.33. num. 4. vers. bene verum est*, ubi videri poterunt rationes, & fundamenta, quæ propositionem hanc verissimam demonstrant, & dixit etiam Rot. *in Placentina Jurispatronatus 23. Martii 1703. §. Quandoquidem, cor. Reverendiss. D. Molines Decano, & in dicta Florentina Canonicatus 12. Martii 1706. §. Nec probationem, & §. Minime, cor. R.P.D. Lancetta.*

Nihil obstante, quod in executionem privilegii æstimatis Bonis Ecclesiæ, & illis, quæ dabantur in augmentum Dotis per Carbognanos relatum fuerit, reditus antiquos consistere in annuis libris 74. & illos oblatos per Carbognanos esse in annuis libris 40. ex hoc enim non firmatur, quod fuerit assi-

gnata

gnata quantitas in medietate minor antiquis redditibus ea ratione, quod aestimatores retulerunt, antiquos reditus = *esse, & esse posse communiter, & verisimiliter singulo anno, computato uno anno cum alio pretii, & valoris librarum septuaginta quatuor Imperialium, & ipsi reditus annui singulo anno computando unum annum cum alio non excedere dictam summam librarum septuaginta quatuor Imperialium, & similiter reditus, fructus, & proventus annui, qui percipiuntur ex Terris oblatis, & datis, & assignatis per dictos D. fratres de Carbognanis esse, & esse posse singulis annis computando communiter, & verisimiliter pretii, & valoris librar.39. & solidar. 10. Imperialium.* =

Ex quibus verbis patet, valorem antiquum Ecclesiæ fuisse expressum affirmative in annuis libris 74. per non excessum ibi = *non excedere dictam summam Librar. 74.* quæ expressio per non excessum non concludit, reditus fuisse in hac annua quantitate librat.74. cum ad istum effectum debuissent Periti calculata fructus per decennium ex firmatis per Rot. *in Rossanen. Archipresbyteratus super remissoria 19. Januarii 1711. §. Absque eo quod,*
41 *coram R. P. D. Crispo*, & consequenter cum valor per non excessum verificari possit etiam in obulo, inde non concluditur, quod fuerit major annuis libris 40. oblatis per illos de Carbognanis, ut in præcisis terminis alterius privilegii Julii II. quod concesserat Juspatronatus familiæ de Pazzis super Canonicatu Cathedralis Florentiæ cum expressione,
42 quod Canonicatus erat annui reditus Ducator. 32. per non excessum, quodque familia de Pazzis assignare deberet annuos Ducatos 16. me scribente respondit Rot. in *dicta Florentina Canonicatus 12. Martii 1706. §. Minime, coram R. P. D. Lancetta* ibi = *Minime relevante, quod cum Dos antiqua consisteret in annuis Ducatis 32. augmentum deinde factum in aliis Ducat. 16. non sufficeret, cum medietas non sit totius Dotis, nec correspondeat fructibus pro Dote primo loco assignatis, &c. etenim quod antiquus valor controversi Canonicatus esset in tanta quantitate Ducator. 32. nullibi justificatur, & quadam simplex enunciativa emissa in concessione Julii II. in qua expressus fuit valor per non excessum ad nihilum deservit, cum possit verificari in quacunque etiam inferiori summa* Lotter. &c. Rot. &c. *ubi quod potest remunere verificatur etiam in obulo, quare cum verificari valeat Dos antiqua non solum in Ducator. 16. sed etiam in longe minori summa, frustra impugnatur, quod augmentum non attingat medietatem Dotis* = Et Ego scripsi *Disceptat. Ecclesiast. 33. numer. 21.*

Sufficit autem Patronis simpliciter inturbidare, quod Dos antiqua non esset libr. 74. & quod summa aucta non fuerit minor antiquis redditibus, in hac enim turbiditate intrat declaratio ex observantia centenaria, quæ præsumit augmentum Dotis
43 fuisse coæquale antiquis redditibus Ecclesiæ, donec contrarium ostendatur per Provisum Apostolicum, ut firmavit Rot. *decis. 725. num. 6. & seq. part. 18. recent. & plene in dicta Florentina Canonicatus 12. Martii 1706. §. Quodque magis, coram R. P. D. Lancetta, & in dicta Verulana Abbatia 23. Februarii 1680. §. In omnem, coram bon. mem. Rondinino, & 23. Aprilis 1706. §. Verum, coram clar. mem. Card. Caprara, & 20. Junii 1707. §. Absque eo quod, cor. R. P. D. Lancetta.*

Quæ dicuntur in Voto Boseuli, num. 140. & seq. circa privilegium obtentum pro commodiori sustentatione Parochi, ita ut exinde probetur, Rectorem sine augmento potuisse commode sustentari, sunt nullius momenti, quia verba privilegii præseferunt, quod *propter tenuitatem redituum Rector ex fructibus se sustentare, & onera Ecclesiarum sibi incumbentia supportare commode nequeat*. Ex quibus cessat illatio Boseuli, & ulterius cessat reflectendo, quod etiamsi reditus antiqui fuissent in annuis Libris 74. adhuc nota est regula, quod necessaria erant centum pro Rectore pro ejus congrua, & propterea verificatur tenuitas redituum, fortius, quando valor annuarum librar. 74. expressus fuit per non excessum, ita ut neque certum sit, ad hanc summam ascendisse reditus antiquos, ut probatum est supra, & in hac etiam parte juvat virtus centenariæ quasi possessionis præsentandi, in qua existunt Patroni, cum illa præsumat, omnia 44
rite, & recte processisse Rot. *dec. 472. num. 15. & 47. & dec. 493. num. 4. part. 19. tom. 2. recent. & cor. Priol. dec. 393. 4, 10. & dec. 285. n. 18. & 19.* Mantic. *dec. 34. n. 6.*

Quod necessarium sit, Dotem fuisse totaliter deperditam, & Ecclesiam omnino de paupertatem, est grave æquivocum in subiecta materia Beneficiali, hæc enim circumstantia necessaria est, ubi quis acquirere intendit Juspatronatus de jure communi, secus autem ex privilegio, ut distinguit Lotter. *de re benefic. libr. 2. quæst. 8. numer. 43. versic. itaque, & numer. 44. cum seqq.* junctis iis, quæ præcedenter scripsit *num. 18. cum seqq. & signanter num. 22.* Rota *dicta decision. 472. num. 54. part. 19. tom. 2. recentior.*

Cæteris in Voto Boseuli deductis tanquam de per se inutilibus, & extra punctum divagantibus respondere superfluum est.

ARGUMENTUM.

Agitur de materia præcedenti, ac plenius dilucidatur, quando productio privilegii insufficientis non præjudicet Patronis habentibus meliorem titulum ex centenaria quasi possessione præsentandi.

SUMMARIUM.

1 *Divinitatis potius, quam humanitatis est nunquam decipi, aut falli.*
2 *Non omnia possumus omnes.*
3 *Auctoritas unius, & deterioris Doctoris præponderare debet in Judicio si sit innixa rationi, & justitia.*
4 *Judex veritatem sequitur non auctoritatem Scribentis.*
5 *Notario asserenti processum concordare cum actis credendum est.*
6 *Nemo tenetur exhibere jura, quæ non fuerint actualiter producta.*
7 *Negativa justificatur ex revolutione actorum.*
8 *Producens titulum vitiosum, quando non possit allegare alterum meliorem resultantem ex centenaria*, & n. 9.
10 *Immemorabilis, & Centenaria sunt meliores, & fortiores tituli ad reddendos tutos rerum Possessores.*
11 *Habens possessionem centenariam habet per se meliorem titulum de Mundo.*
12 *Centenaria possessio præsentandi præsumit titulum novum reædificationis Ecclesiæ, vel redotationis ex integro.*
13 *De requisitis necessariis ad effectum destruendi Centenarium*, & n. 14. usque ad 21. 33. 39. & 42.
22 *Enunciativa Judicis non creditur in his, quæ respiciunt probationes, & acta*, & n. 23.
24 *Judici creditur in pertinentibus ad proprium officium.*
25 *Adrianus VI. revocavit privilegia Jurispatronatus ex insufficienti augmento dotis.*
26 *Observantia enervat fidem enunciativis.*
27 *Observantia, & Immemorabilis non interrumpuntur nisi per actus facti.*
28 *Reproductio status præcedentis habentis aliquam enunciativam tituli censetur facta ad docendum de quasi possessione præsentandi.*
29 *Productio, & confessio facta ad unum finem non censetur facta ad alium diversum.*
30 *Probationes factæ in Judicio possessorio non trahuntur ad petitorium*, n. 31. & 32.
34 *Productio facta per Procuratorem non habentem*

ad hos

ad hoc speciale mandatum non prajudicat.

35 *Neque suffragatur prasumptum.*

36 *Procurator, qui a suo principali habuit scripturam non exinde infertur, quod habuerit ad effectum producendi.*

37 *Productio tituli infecti non prajudicat habenti pro se centenariam.*

38 *Productio privilegii non interrumpit Centenariam.*

40 *Centenaria subsequens statum prasumit tales fuisse status antecedentes.*

41 *Centenaria prasumit titulum validum, & meliorem de Mundo.*

43 *Exhibitio unius tituli non tollit facultatem allegandi alium ex centenaria, vel immemorabili.*

44 *Vetustas pro lege habetur, & supra n.10.*

45 *Centenaria post privilegium prasumit aliud ex causa coaquali dotationis eodem tempore obtentum.*

46 *Centenaria est prasumptio Juris, & de Jure, nec admittit probationem in contrarium.*

47 *Centenaria aquiparatur immemorabili.*

48 *Immemorabilis habet prasumptionem Juris, & de Jure, nec admittit probationem in contrarium.*

49 *Centenaria est majoris virtutis, quam immemorabilis.*

50 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

51 *Centenaria prasumit quemcunque titulum.*

52 *Negativa non probatur ex solo inventario.*

53 *Maxime si adsit possibilitas omissionis aliorum bonorum.*

54 *Negativam ad probandam requiritur coarctatio, exclusiva omnis possibilitatis.*

55 *Ex affirmativa bonorum enunciatorum in Inventario non concluditur negativa.*

56 *Inverisimile non definit esse possibile.*

57 *Centenaria prasumit omnia possibilia etiam in his, in quibus Jus commune repugnat.*

58 *Centenaria pro lege habetur.*

59 *Ordinarii tenentur invigilare pro libertate beneficiorum, & Ecclesiarum.*

60 *Regula potius quam limitationi standum est.*

ALLEGATIO LIX.

BEne, ac sapienter integerrimus, ac doctus Judex in hac causa, examinatis omnibus hinc inde deductis, tam in voto bon. mem. olim Vicarii Bosculi, quam in meo pro veritate Responso, admisit Centenariam quasi possessionem præsentandi favore Patronorum de Carbognanis, recedendo in hac parte ab opinione Bosculi, & meam amplectendo; Non obstante tamen Centenaria, adhuc per modum tantum motivandi, dubitavit super tribus de quibus infra, ubi in summa restringitur tota substantia difficultatum; Ego autem, qui solam quæro veritatem, sicut meum captivavi intellectum, ut crederem, ea observantia centenaria constare de Jurepatronatu ad effectum præsentandi etiam in mensibus reservatis, ita plene satisfaciendo difficultatibus, intellectum justissimi Judicis in eundem sensum puto descensurum, restituendo Patronis quod suum est.

Neque hoc grave, aut arduum videri potest, ex quo contraria placuit sententia Vicario Bosculo, magnæ olim auctoritatis, & consummatæ Doctrinæ Viro, non enim ejus cineres lædere putavi, aut ejus obumbrare famam, si quod ipse censuit, ego sequi non possum, non solum quia *quandoque bonus*
2 *dormitat Homerus*, & nunquam decipi, aut falli in opinionibus nostris divinitatis potius, quam humanitatis est, sed etiam quia plenæ sunt paginæ Juris civilis, ubi sine ullius diminutione, & offensione legimus in eodem articulo stare Papinianum contra Scevolam, Modestinum contra Paulum, aut Ulpianum, plenæ sunt paginæ legalium Voluminum, ubi Baldus reprobat Bartolum, Jason discordat ab Angelo, & sic de cæteris; Nam juxta illud Virgilianum = *& non omnia possumus omnes* = Mea vero qualiscunque sit 2 auctoritas, quæ profecto non est Papiniani, neque Scevolæ, est tamen auctoritas rationis, & verioris Justitiæ, quæ præcellere debet, & præponderare in judicio, quamvis ex ore descenderet exigui, & de 3 terioris Doctoris, ut ait in *l.1. § Sed neque C. de veter. jur. enucl.* ibi = *cum possit unius forsan, & deterioris sententia, & multos, & majores aliqua in parte superare* = hinc Judex veritatem sequitur, non auctoritatem Scribentis, neque grave sibi re- 4 putat cujusquam doctissimi Viri retractare judicium, ut monebat Innocentius Papa in *Canon. Grave 35. quæstion. 9.* ibi = *grave non oportet videri piissimis mentibus vestris cujusquam retractari Judicium, quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem, &c. nam fructus divinus est Justitiam sæpius recenseri.* =

Aggrediendo igitur examen difficultatum per accuratum Judicem motivandi gratia excitatatum, descendo ad primam ex illis, quæ fundatur in supposito non integræ exhibitionis Jurium, & documentorum processus agitati coram Vicario Bosculo, desumendo hunc defectum ex ejus Voto, ubi nonnulla enunciantur documenta, quæ hodie non exhibentur, unde infertur, quod Judex ad causæ decisionem devenire non possit, vel tantum contra Patronos totum antiquum processum non reassumentes:

Hanc difficultatem de facili cessare puto, quoties exhibeatur Judici attestatio, & fides Cancellarii Curiæ Episcopalis, qui asserat processum hodie reassumptum per Patronos concordare cum actis originalibus in eadem Curia actitatis coram Vicario Bosculo, & nihil amplius ibi reperiri; hoc enim casu dubitari amplius non poterit de integritate Actorum præteriti Judicii propter publicam fidem Notarii, & Officialis, cui standum esse sæpius firmavit S. 5 Romanæ Rotæ Tribunal. *decis.604. num.2. part.2. decis.281. num.5. & decis.601. num.12. part.18. rec. & coram Bich. decis.466. n.7. & coram Emeriz. jun. dec.812. sub n.6.*

Quo stante nihil urgere potest Vicarium Bosculum in ejus voto enunciasse alia documenta, quæ non exhibentur, noti enim Juris est, quod talis enunciativa non concludit factam fuisse productionem actualem Jurium sic enunciatorum, cum ista potuerit aut extrajudicialiter exhiberi Judici, aut verbaliter produci, in quibus terminis nulla adest necessitas exhibendi Jura, quæ non actualiter, sed 6 verbaliter producta, vel exhibita fuerint, ut firmat Adden. ad Gregor. *decis.59. num.10.* Rot. *dec.561. num.10. par.1. rec. & coram Royas dec.293. nu.16. & coram Cerr. dec.26. n.1.*

Et quidem quod documenta enunciata per Bosculum in ejus Voto non fuerint actualiter producta in actis, sed illi extrajudicialiter ostensa, convincit Registrum actorum Curiæ Episcopalis, in quo facta non legitur eorum productio, sicut enim, quæ producta ibi reperiuntur hodie extant, ita alia quæ non extant præsumuntur non producta, quia negativa plene justificatur ex revolutione actorum 7 ex Doctrina Bald. *in cap. Quoniam contra, num.56. de probat.* Adden. ad Gregor. *decis.416. numer.8.* Rot. *coram Cavaler. decis.535. num.5. & dec.572. n.6. & coram Bich. dec.171. num.21. & cor. Cels. dec.2. n.12.*

Altera difficultas respicit merita causæ, & juxta illam dubitatur de irrelevantia Centenariæ, supponendo quod cum ante illam completam per duas vices facta fuerit productio Privilegii, seu concessionis Jurispatronatus ex augmento dotis factæ per san. mem. Julium Secundum, nempe in duobus statibus annorum 1619. & 1624. una cum reproductione hujus Status anni 1624. facta in successiva vacatione anni 1662. exinde Centenaria vim suam amiserit ex nota regula, quod productio tituli vitiosi, & infecti destruit Centenariam, itaut ejus vigore amplius allegari non possit alter melior titulus, quem Doctores nostri vocant *meliorem de Mundo*, & quamvis 8

Con-

Conclusio hæc procedat, ubi titulus vitiosus producitur per Possessorem, non autem per tertium, ut distinguunt Trobat. *de effect. Immem. q. 15. artic. 4. n. 34. & seqq.* Rot. *coram Cottin. dec. 3139. n. 21. & in recent. dec. 250. n 9. part. 9. tom. 2. dec. 218. n. 21. par. 6. & dec. 29. n. 52. par. 7. & coram Benincas. dec. 352. n. 17. & 18.*

Supponitur tamen in præsenti casu constare de productione facta per Patronus, & sic Possessores, ex quo Judex in Statu anni 1619. testatur jurium productionem fuisse factam per Procuratorem Præsentantis, & Præsentati ibi = *Visaque productione Jurium per d. D. Ferrantem dictis nominibus pro verificatione d. Jurispatronatus scilicet coram nobis facta* = & sic etiam in Statu anni 1624. factam fuisse testatur per Præsentatum, & Patronum ibi = *Visaque productione Jurium pro verificatione ejusdem Jurispatronatus parte scilicet, & d. Patronum coram nobis facta.* =

Ergo iterum examinata difficultate hujus suppositæ 9 productionis privilegii Julii Secundi reflectendo ad veritatem; iterum censeo illam auferre non posse Patronis virtutem Centenariæ, & titulum meliorem ea resultantem, quod ut majori lumine ostendam præmitto, quod Immemorabilis, ac Centenaria ab humanæ legibus introductæ fuerunt pro melioribus, & fortioribus titulis ad reddendos imposterum tutos rerum Possessores, ne illarum Dominia semper in in- 10 certo maneient, & sic favore publico minuendarum litium, juxta *Text. in l. in summa ff. de aqua pluv. arcen.* ibi = *Vetustasque semper pro lege habetur, minuendarum scilicet litium causa* = Trobat. *de effect. immem. quæst. 1. num. 40.* ibi = *Necessitatem, & causam publicam introduxisse, &c. consuetudinem immemorabilem.* =

Ex hoc principio nascitur illa communis assertio, 11 quod qui habet possessionem Centenariam habet pro se meliorem titulum de Mundo, nam Centenaria præsumit omnia possibilia, & omnia necessaria, & signanter in subjecta materia Jurispatronatus præsumit titulum veræ fundationis, & dotationis non obstante, quod constet de initio acquisitionis Jurispatronatus ex titulo infecto; adhuc enim si post illum titulum Patroni per Centenariam steterint pacifice, & continue in quasi possessione præsentandi, illa Centenaria possessio præsumit titulum novum, vel reædificationis Ecclesiæ, vel redotationis ex integro, vel 12 supplementi primæ dotis insufficientis, quia verisimile non est, integro unius sæculi spatio tot vigilantissimos Episcopos, & Sedem Apostolicam admisisse, approbative, & respective tollerasse præsentationem eorum, qui veri Patroni, & legitimi non extitissent, juxta celebres decisiones S. Rotæ *in Januen. Abbatia decis. 38. num. 7. post* Urvian. *de Jurepatr. decis. 875. coram Bicatt. decis. 218. num. 22. & seqq. part. 6. & decis. 29. part. 7. recent. & coram R. P. D. Ansald. in annot. ad decis. 38 num. 15. & in recent. dec. 290. numer 20. part. 18. cum aliis in Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. Etenim, coram Reverend. P. D. Lancetta, & 12. Martii 1706. §. Sicut enim, coram. eodem, & 2. Julii 1706. §. Quod autem, cor. Eminentissimo D. Card. Priole, & in Verulana Abbatia 23. Aprilis 1706. §. Verum, & §. finali, cor. clar. mem. Card. Caprara, & 20. Junii 1707. §. Et sane, cor. R P. D. Lancetta.*

Hinc propter favorem publicum tantus est favor Centenariæ, tanta ejus auctoritas, ut ad illam de- 13 struendam non de facili attendatur productio tituli infecti, sed plura concurrere debeant, requisita, sine quibus hujusmodi productio non adimit virtutem Centenariæ, neque excludit alium titulum meliorem, ejus vigore præsumptum, qualia autem sint hæc requisita, numerabo de uno ad unum.

Primum est, quod productio facta fuerit per Possessorem, seu Patronum, alias si facta fuerit per tertium, sive Adversarium productio non officit, Rot. 14 *coram Benincas. decis. 352. num. 17. & 18. & in recent. decis. 29. num. 50. & seqq. part. 7. & in Januen. Abbatia 10. Martii 1692. §. Maxime, coram bon. mem. Manuel.*

Secundum est, quod si productio facta fuerit per Procuratorem, iste habuerit speciale mandatum ad faciendam productionem, alias deficiente hoc speciali 15 mandato non præjudicat Patrono, ut in *decis. 303. num 7. coram Dunozet. sen. & decis. 352. numer. 19. coram Benincas.* & Card. de Luc. *de regul. disc. 47. num 4. & 5.*

Tertium, quod productio facta fuerit restrictive ad illum titulum, veluti unicum quem Patronus haberet; alias nisi in producendo de tali restrictione constet, productio non impedit, quominus allegari possit alter melior titulus ex Centenaria resultans, 16 ut bene Card. de Luc. *de Jurepat. disc. 65. numer. 4.* ibi = *Ubi scilicet privilegium productum sit tanquam unicus, & principalis titulus ad quem Possessor se restrinxerit, &c. cum enim immemorabilis, vel Centenaria virtus sit, ut ejus vigore allegari possit quicunque titulus de Mundo melior, ac possibilis, idcirco sufficit, quod ipse Possessor dictam possibilitatem non excludat per restrictionem ad privilegium tanquam titulum principalem, & meliorem* = *& disc. 57. sub n. 31.* ibi = *Ut scilicet producens titulum explicitum censeatur ad illum se restringere tanquam meliorem omnemque alium excludere.* =

Cujus requisiti ratio est, quia quod Patronus producat unum titulum insufficientem in Judicio, exinde non sequitur, neque concluditur pernecesse, quod careat altero meliori, cum inclusio unius non sit necessaria exclusio alterius Rot. *decis. 290. nu. 6.* 17 *part. 16.* neque qui unum titulum producit, se ad illum ita coarctat, ut excludat alterum, & consequenter sola, ac simplex productio unius tituli hoc requisito coarctationis non concurrente non probi- 18 bet allegare novum titulum ex Centenaria productum, ut bene prosequitur R. P. D. Ansaldus *in annotat. ad decis. 38. numer. 17.* ibi = *quin etiam a fortiori, nec etiam sufficit, quod talis titulus fundationis, vel acquisitionis Jurispatronatus reperiatur productus pro parte illius, qui deinceps allegat titulum, vel qualitatem diversam, nisi innegabiliter constet, & manu palpetur, quod producens talem titulum, ad illum se voluerit coarctare, cum intret regula, non probat hoc esse, &c. & unus titulus productus bene compatiatur, & non excludat alium titulum non productum, sed meliorem ut supra de Mundo allegabilem a Producente* = & Ego scripsi *Discept. Eccles. 23. sub n. 26.*

19 Quartum est, quod producta fuerit scriptura authentica, & originalis, secus si illa non fuerit in forma authentica, quia tunc Producenti non officit, neque aliis, quin possint allegare meliorem titulum ex Centenaria, ut firmavit Rot. *coram Dunozet. sen. dec. 302. n. 8. & seq.* & Ego scripsi *Discept. Eccl. 23. n. 26. vers. tertius.*

Quintum requisitum est, quod productio facta fuerit ab illo Patrono, cujus sint hæredes moderni 20 Patroni, qui præsentarunt, alias productio his non præjudicat, ut in puncto Privilegii ex augmento dotis Rot. *coram Dunozet. senior. dict. decis. 302. sub numer. 10.* ibi = *Fuit etiam responsum prædicta Jura non fuisse tunc producta a Patronis, & quatenus fuissent producta non præjudicarent his, qui præsentarunt Nicolaum, cum non sint heredes illorum.* =

Hæc sunt requisita productionis ad effectum tollendi magnam potentiam, & virtutem Centenariæ, licet alia non desint requisita, quæ ad casum non facientia omitto, & habentur apud Rot. *decis. 29. part. 7. recentior.* & apud Me *Discept. Ecclesiast. 23. sub num. 26.* Unde propter concursum tot necessariorum requisitorum non immerito, sed summa ratione Card. de Luc. *de Jurepatronat. discurs. 57. sub num. 31. & discurs. 65. num. 4.* dixit rarum esse ca- 21 sum in praxi, quod dentur hujusmodi productiones præjudiciales virtutis Centenariæ, ibi = *Est bene verum, quod ob plures restrictiones regula prædicta, &c. rarus est casus illius verificationis,* = *& disc. 65. n. 4.* ibi = *Verum hujus conclusionis praxis, &c. nimium rara est ob plura requisita, quæ desuper desiderantur* = *& numer. 5.* ibi = *Hinc nimium dentur*

casus

casus quod fiant hujusmodi præjudiciales productiones
privilegii tanquam tituli melioris = &c. Ego retuli
d. Disceptat. Eccles.23.n.26. in fine,
His præmissis in abstracto ex pluribus censeo as-
sertam productionem privilegii Julii Secundi non
relevanda ad effectum destruendi Centenariam, super
31 qua Patroni fundant meliorem titulum de Mundo,
& primo adverto, quod in allegatis Statibus anno-
rum 1619. & 1624. non constat de tali productio-
ne nisi per simplicem enunciativam Judicis, qui in
ejus sententia ita expressit; Et tamen, quod Partes
produxerint hoc, vel illud in Judicio nunquam in
Jure nostro probatur ex enunciativa Judicis, cui in
his, quæ respiciunt probationem, & acta, & si-
gnanter productiones Jurium non esse credendum,
neque fidem præstandam nisi totum justificetur ex
32 actis, seu reali productione Jurium in actis Notarii
Causæ docet literalis decisio *Textus in Capit. Quo-*
niam contra de probat. ubi allegat fortem rationem,
quod alias esset in facultate Judicis præjudicare Par-
tibus supponendo, & enunciando fuisse hoc, vel
illud productum, & a se visum absque eo, quod
Partes de facili possent negativam probare, super
qua Decretali omnes Canonistæ concludunt in his,
quæ respiciunt probationes, & acta non esse creden-
dum expressionibus, & enunciativis, quas faciunt Ju-
33 dices in eorum sententiis, nisi illæ probentur ex actis,
ut notat ibi Innocent. *num.* 8. Felin. *num.* 34. Bar-
bos. *numer.* 8. Zabarell. *numer.* 2. Joann. de Anan.
*num.*8. Butr. *sub numer.* 58. Cæphal. *consil.* 265. *nu-*
mer. 16. *lib.* 2. Mascard. *de probat. in proœm.* qu. 1.
*num.*7. *tom.*1. & *conclus.*949. *numer.*16. *tom.* 2. cu-
jus ratio est, quod Judici tantum creditur in per-
tinentibus ad proprium officium, ut est illud judi-
34 candi, non autem illud attestandi super probationi-
bus in causa factis, & juribus productis, quod est
solum officium Notarii ad conscribenda acta depu-
tati, ut bene Panormit. *cons.*53. *nu.* 3. *lib.*2. Ubert.
*de citat. cap.*7. *n.*91. 95. & *seqq.* Rot. *decis.*703.
*n.*2. *part.*2. *recentior.* Mascard. *de probat. in proœm.*
ubi supra.
Ut ergo locum habeat difficultas, & adeo enor-
me præjudicium inferatur Patronis per productio-
nem tituli vitiosi, concurrere semper debet hoc pri-
mum principium certum, quod talis productio ex
registro actorum appareat, non autem ex simplici
enunciativa Judicis non probante, & magis in hanc
sententiam Me confirmat observantia, & factum vi-
dendo, quod Ordinarii pronunciarunt constare de
Jurepatronatus, ejusque verificatione ordum in alle-
gatis statibus annorum 1619. & 1624. sed etiam in
ultimo anni 1662. qui perduravit usque ad annum
1671. junctis aliis antiquioribus statibus annor. 1552.
1568. & 1612. quando si Juspatronatus fuisset agni-
tum ab Ordinariis competere ex augmento dotis in-
sufficienti, hoc respiciebat eorum interesse pro vin-
dicanda libertate beneficii, dum hoc Juspatronatus
cadebat sub revocationibus Constitutionis Adriani
VI. qui privilegia Jurispatronatus ex insufficienti
augmento dotis revocavit ab anno primo Pontifi-
catus Innocentii VIII. qui regnavit de anno 1484.
usque ad Constitutionem Adriani publicatam de an-
35 no 1522. juxta ea, quæ Ego scripsi *Disceptat. Ec-*
clesiastic. 22. *sub numer.* 32. & *disceptat.* 33. *numer.*
25. Rot. in *Placentina Jurispatronatus* 20. *Junii*
1701. §. *Ex quibus omnibus*, *coram Eminentissimo*
Domin. Cardinal. Tremoille; si ergo hoc Juspatro-
natus erat de illis, quod cadebat sub revocatione
Adriani VI. haut Ordinarii, quotiescunque vacas-
set Ecclesia, haberent interesse directum libere pro-
videndi in suis mensibus, ac prævio concursu,
utique si etiam in suis mensibus admiserunt præsen-
tationes Patronorum, & canonizarunt Juspatrona-
tus, nec unquam fecerunt concursum, aut libere
36 providerunt, hæc observantia enervat fidem enun-
ciativis super productione tituli vitiosi, prout in
his præcisis terminis respondit Rot. *in Florentina*
Canonicatus 12. *Martii* 1706. §. *Portius*, *coram R.*
P.D. Lancetta, & *comprobat* Rot. *in dicta Placen-*
tina Jurispatronatus 20. *Junii* 1701. §. *Magis vero*,
coram Eminentissimo Domino Cardinale Tremoil-
le.
Et hinc cessat fundamentum Bosculi, qui credi-
dit hanc duplicem enunciativam productionis pri-
vilegii in Statibus præallegatis inservire ad interrum-
pendam, ut ipse ait, præscriptionem, hoc est Cen-
tenariam; nam interruptio Centenariæ, & Imme-
morabilis non inducitur per actus verbales, & enun-
ciativas simplices nihil probantes ut supra, veluti
non justificatas ex actis, sed solum hæc observantia
interrumpitur per actus facti, ubi scilicet in aliquo
Statu Ecclesia fuisset libere provisa ab Ordinario,
rejecta præsentatione Patronorum, secus quando
semper provisiones continuarunt, & factæ fuerunt
ab Ordinariis ad præsentationem Patronorum, &
cum sententiis canonizatoriis ipsius Jurispatrona-
tus, hoc enim casu consuetudo, seu Centenaria di- 37
citur confirmari, & corroborari, non autem inter-
rumpi, ut bene Rot. *in Trojana dotationis Crucis*
super bono jure 10. *Decembris* 1708. §. *Quo vero*,
coram R. P. D. Aldrovando, ubi me scribente ita
responsum fuit ibi = & *si enim ad interrumpen-*
dam Immemorabilem sicuti obiiciebatur sufficiat, ne-
dum unicus actus, sed etiam quilibet rumor in contra-
rium, attamen id non intelligitur de quolibet rumore
simpliciter, sed de illo rumore, cui procedat exhibi-
bus positivis, & cum effectu in contrarium gestis, se-
cus autem de illis contradictionibus, & prætensioni-
bus verbaliter promotis, qua nunquam fuerunt effe-
ctuata, illisque non obstantibus possessio semper con-
servata extitit, &c. quo casu immemorabilis non in-
terrumpitur stante continuatione possessionis, &c. quin-
immo neque ipsa lis judicialiter promota satis est, ad
destruendam Immemorabilem, vel Centenariam si præ-
tendens interrumpere in causa succubuit, sed potius
fortior exinde observantia evadit.
Minusque enunciativa productionis privilegii fa-
cta per Judicem in Statu anni 1624. quæ non pro-
bat de per se, quemadmodum supra visum est pro-
bationem recipere potest, seu ratificationem, aut
confessionem, ex quo in successivo Statu anni 1662.
reproductus fuerit ille præcedens Status tanquam ul-
timus, ut fieri solet; Etenim hæc reproductio qua-
tenus constet ex actis non autem per enunciativam,
certum semper est, quod facta censetur ad effectum
docendi de quasi possessione præsentandi juxta ul- 28
timum statum ad limites summariissimi Possessorii,
juxta notum *Textus in cap. Consultationibus de Ju-*
repatronat. non autem ad effectum docendi de ti-
tulo, aut approbandi enunciativam Judicis ibi rela-
tam, quia productio, & confessio facta ad unum
finem, non censetur facta ad alium diversum, ne-
que extra finem volitum operatur, maxime in præ-
judicialibus, ut in terminis subjectæ quæstionis ani- 29
madvertit Rot. *in dict. Januen. Abbatiæ decis.* 29.
*num.*49. *part.*7. *recentior.* & *coram Dunozett. senior.*
decision. 303. *num.*8. & apud Me *Disceptat. Eccle-*
siast. 23. *numer.* 26. *versic. sextus*; Nihil enim com-
mune habet Judicium possessorium cum petitorio,
& probationes, seu productiones factæ in possesso-
rio non trahuntur extra illud ad petitorium, juxta 30
Text. in cap. veniens 38. *de testib.* Federic. *de Sen.*
consil. 111. *num.* 9. *vers. ad quod ostendendum*, &
in terminis productionis factæ in alio Judicio, quod
non præjudicet in petitorio, dixit in subjecta mate-
ria Jurispatronatus Rot. *decis.* 284. *num.* 10. *part.* 1. 31
recentior. quam Me Scribente approbavit *in Firma-*
na Jurispatronatus 21. *Aprilis* 1704. §. *Finali*, *co-*
ram bon. mem. Muto, ibi = *Quia emanavit in pos-*
sessorio, unde nihil præjudicare potest in præsenti
hypothesi, in qua agitur de petitorio = & proinde
hoc est illud, quod in proposita quæstione sæpius
firmavit Rota, quod productio tituli infecti tan-
quam facta in alio Judicio non præjudicat tanquam
extra finem, & intentionem Producentis, ut præ- 32
ter mox allegatas decisiones prosequitur Rot. *in dict.*
Florentina Canonicatus 12. *Martii* 1706. §. *Non atten-*
ta, *cor. R. P. De Lancetta*.
Fortius quia Status sive anni 1619. sive anni
1624. ut supponitur reproductus in posteriori statu

anni

anni 1662. non potest inducere confessionem Reproducentis restrictam ad enunciativam privilegii, quando hanc restrictionem non continet uterque Status, sed ibi Judex post enunciatum privilegium addit = *visisque aliis videndis* = quis ergo revelavit, aut dicere potest, quod Judex ultra privilegium non viderit aliud documentum novæ dotationis, reædificationis Ecclesiæ, aut alterius tituli? certe quando sententia non est restricta ad unum titulum, sed continet alios in genere, & concurrit gravis circumstantia, quod Judex Canonizavit Juspatronatus, semper dici potest, quod productio privilegii non fuerit unicus titulus, quem haberent Patroni, sed alius extiterit melior, ita suadente continuato Cursu Centenariæ, & Canonizatione Judicis, unde qui reproduxit hos status, & sententias multo minus sibi præjudicavit, cum status, & sen-
33 tentiæ alios titulos in genere contineerent; Hoc est illud, quod pro tertio requisito productionis superius numeravi ex Card. de Luc. *de Jurepat. disc.57. sub n.31. & disc.65. n.4. & 5.* R. P. D. Ansald. *in annot. ad dec.38. n.17,* & apud Me *Discept. Eccl. 23. sub n.26.*

Secundo præter hoc adverto, quod enunciativa productionis facta in Statu anni 1619. continet factum Procuratoris, quod sane in hoc puncto non præjudicat Patronis, nisi doceatur præcessisse specialissimum mandatum ad hanc productionem facien-
34 dam, in quo puncto sunt individuales auctoritates S. Rotæ *coram Dunozett. sen. dec.303. n.7. & coram Benincas. dec.352. n.19.*

Neque apud me suffragatur responsio, quo dicatur concurrere mandatum præsumptum ex facto quoties Procurator privilegium ab alio quam Patrono habere non poterat; si enim vera foret hæc responsio cassare oporteret utramque decisionem coram Dunozetto; & Benincasa superius allegatam, dum in illarum casu etiam dici poterat, quod concessio Ordinarii, necnon privilegium Leonis X. haberi non poterat ab alio, quam Patrono, ut in *d. dec.352. num.19. cor. Benincas.* Immo nunquam es-
35 set verificabilis ista conclusio super requisito mandati specialis, quia omnes scripturas originales, quas producunt Procuratores, non divinant, neque aliunde quærunt, nec habere solent, nisi ab eorum Principalibus, a quibus propterea supponendum est, quod eas semper recipiant, & sic allegata conclusio remaneret inutilis, & de vento, quod sane dicendum non est contra specialem auctoritatem S. Rotæ, quæ mandatum præsumptum tali casu nunquam adesse supposuit, & summa quidem ratione, nam esto etiam, quod Procurator scripturam habuerit ab ipso Principali, ex hoc pernecesse non infertur, illam habuisse ad producendum tanquam unicum ti-
36 tulum exclusivum alterius melioris, ut in puncto ad objectam respondet Card. de Luc. *de regal. dec. 47. sub num.5.* ibi = *Respondebant Camerales satis constare de mandato speciali ad producendum ex qualitate scripturarum, quæ tanquam originales non potuerunt aliunde haberi per Procuratorem, quam ab ipso principali replicabatur, tamen non negari penes Communitatem adesse ista privilegia data Procuratori ad propriam instructionem sive etiam ad effectum illa ostendendi Superiori, &c. non autem ad illa producendum tanquam titulum restrictum, & meliorem alterius validioris exclusivum, cum Jure probari non videatur, ut per traditionem scripturarum, & Jurium per principalem factam ejus Procuratori, vel Sapienti, ut meliora eligat, & consulat, resultare dicatur mandatum speciale ad faciendam illorum productionem, ex qua effectus adeo præjudicialis resultet.* =

Tertio neque etiam video probatum requisitum, quod sive Procurator, sive Patroni dederint, & respective produxerint in illis Statibus annorum 1619. & 1624. Bullam authenticam Privilegii Julii II. ut constare debet ex processu, & actis illorum Statuum; nam de cætero solum in statu litigioso anni 1671. qui hodie continuat, Fiscalis fuit ille, qui produxit in forma authentica privilegium contra Patronos, ut testatur Bosculus in suo Voto *sub numer.77. & 79.* ibi = *Privilegium illud ex augmento dotis productum per Fiscalem* = & inferius ibi = *Satis clare deprehendi eam esse, ut supra productam* = nisi ergo justificetur in statibus annorum 1619. & 1624. productam fuisse Bullam authenticam Julii II. de qua notitiam non habeo, non poterit intrare effectus præjudicialis Centenariæ per produ- 37
ctionem tituli infecti, prout loquendo in terminis productionis Privilegii Juspatronatus ex augmento dotis concessi per Joannem V. & confirmati per Martinum V. dixit Rot. *coram Dunoz. sen. dec.302. n.7. & seqq.* quam Ego reassumpsi *Discept. Eccles. 23. sub n.28. vers.3.*

Quarto insurgo, & dico, ubi stat ista productio Privilegii Julii II. tanquam unici tituli restrictive ad omnem alium titulum meliorem, etiam si illa facta fuisset per Patronos? profecto de hoc constare non video, nisi in hoc inspiciatur ex actis illorum duorum statuum; quod si volumus attendere enunciativam Judicis in sententia, ille ut superius advertebam, se non restringit ad privilegium, sed dicit = *Visisque aliis videndis, & consideratis considerandis, & constito nobis de dicto jurepatronatus,* = quæ verba non important Judicem, & Partem vidisse, & respective produxisse solum privilegium, sed insimul alia fuisse visa, & producta, & considerata, ut constaret de jurepatronatus ergo productio hujus privilegii ad nihil inservit, neque interrumpit cursum Centenariæ confirmatum ex sententiis canonizatoriis Juspatronatus fundatis non in 38
uno tantum titulo, sed in aliis, juxta sæpe laudatam auctoritatem Card. de Luc. *de Jurepatron. discurs.57. & 65.* ubi supra R. P. D. Ansald. *decis.38. num.17.* & comprobat Rot. *coram Benincas. dec.352. numero 18,* ubi approbat doctrinam Cardinal. de Luca.

Quinto demum notitiam non habeo, an moderni Patroni sint hæredes illorum, quos prætenditur devenisse ad productionem privilegii in allegatis duobus statibus, quæ circumstantia necessaria est, alias factum Antecessorum non præjudicat Successoribus, qui habent fundatam intentionem in centenaria, & sic meliori titulo de Mundo, juxta ea, quæ superius posui pro quinto requisito ex speciali 39
auctoritate S. Rotæ *coram Donoz. sen. dec. 302. sub num. 10.*

Ex his ergo patet, quam justo fundamento, & legali ratione crediderim, & credam Patronos non esse spoliandos suo Jurepatronatus post centenariam possessionem, canonizatam ex tot sententiis, & statibus, qui probantur de annis 1552. 1568. 1612. 1619. 1624. 1662. usque ad 1671. quo motum fuit præsens Judicium, unde puto non adesse tantum Centenariam, sed longe majus tempus, illud computando post privilegium Julii II. ab anno 1510. citra, licet enim status primi, & antiquiores non exhibeantur, ob temporis injuriam deperditi, urget tamen legalis regula, quod Centenaria subsequens statuum ab anno 1552. citra, inducit præsumptionem, tales, & uniformes fuisse omnes status antecedentes, usque ad annum retro 1510. ex quo nul- 40
la ostenditur contraria provisio de libero, aut de reservato, ut me scribente dixit Rot. *in Salisburgen. Vicaria super bono Jure 31. Januarii 1714. §. Nec in aliqua, coram R. P. D. Falconerio,* ibi = *Potissime resistente centenaria observantia validissimum argumentum præstante uniformes fuisse status antecedentes, quoties plene, & concludenter, non autem per dubias enunciativas aliter non ostendatur,* = cum aliis relatis *in dec.560. n.22. part.19. tom.2. recentior.*

Durissimum autem mihi videtur quomodo tanta facilitate spoliari debeant Patroni habentes meliorem titulum de Mundo per Centenariam, & ultra corroboratam ex tot sententiis Ordinariorum latis contra se, sive in ipsorum apertum præjudicium, quando iidem Ordinarii si agnovissent Patronos non habere nisi unicum titulum privilegii Julii II. habebant legem claram Constitutionis Adriani II. revocatoriam in totum Jurispatronatus ex insuffi-
cienti

cienti augmento dotis habebant legem Concilii Tridentini claram *in capit. 9. sess. 25. de reformat.* mandantem Ordinariis reservationem hujusmodi Juriumpatronatus, aderat etiam respectu Papæ regula octava, hodie nona Cancellariæ derogatoria hujusmodi privilegiorum Jurispatronatus, si igitur non obstantibus tot, ut ita dicam foveis, & obstaculis claris, Patroni de cætero ignobiles, seu non Potentes, aut suspecti de usurpatione, adhuc se conservarunt in continua quasi possessione præsentandi in mensibus tam Apostolicis, quam Ordinariis mediantibus sententiis Episcoporum canonizatoriis Jurispatronatus certe in his circumstantiis reddunt imperceptibile quomodo spoliari potuerint Patroni ex abrupto adeo longævo Jurepatronatus nunquam interrupto, & semper continuato; ideoque per tanti temporis continuam observantiam, & nunquam interruptam possessionem dicendum necessario est, quod habuerint titulum validum, & meliorem de Mundo sibi præsumptum ex potentia Centenariæ, justa innumeras
41 decisiones S. Rotæ non solum *in Januen. Abbatia*, sed etiam *in Cusentina Abbatia, coram Benincas. decis. 352. in Verulana Abbatia 23. Aprilis 1706. & 20. Iunii 1707. coram R. P. D. Lancetta, & in Florentina Canonicatus 12. Martii 1706. coram eodem, & in Parmen. Prioratus, coram Dunozet. sen. decis. 302. per tot.*

Hinc recurrit quod dicebam in priori Responso, scilicet non obstantibus assertis productionibus privilegii Julii II. in duplici Statu, Patronos habentes pro se Centenariam allegare posse alium titulum meliorem de Mundo, ex quo illæ productiones, quæ supponuntur factæ in antiquis statibus vel non probantur, vel non habent tot requisita quot requiruntur ad Interrumpendum Cursum Centenariæ etiamsi illæ productiones percutiant Status antiquiores, de quo tempore completa adhuc non erat Centenaria, dum illam interrumpere non potuerunt deficientibus circumstantiis, seu requisitis supra relatis, ita enim
42 erat casus in *Parmen. Prioratus, coram Dunozet. senior. decision.* 302. ubi allegabatur Centenaria per Patronos ad evitandam reservationem regulæ reservatoriæ Mensium contra quam Provisus Apostolicus obiiciebatur productionem privilegii ex augmento dotis factam in processu agitato coram Maurica cum Patronis antecessoribus, & Rota respondit productionem non suffragari, quia non constabat privilegium fuisse productum in forma probanti, nec productionem fuisse factam per Patronos, nec præjudicare his qui non erant illorum hæredes.

Magis præcisus est casus per me superius in Florentinæ Canonicatus 12. Martii 1706. coram R. P. D Lancetta, ubi constabat ex antiquis præsentationibus annorum 1555. & 1581. & 1607. fuisse productum privilegium Julii II. ex augmento dotis, & dabantur productiones non autem enunciativæ Judicis, & Rota respondit modernos Patronos habere titulum meliorem de Mundo ex Centenaria, neque eam remanere destructam ex relatis productionibus, quia erant factæ in alio judicio possessorio, neque dici poterant restrictivæ ad illum tantum titulum,
43 & quia exhibitio unius tituli non tollebat facultatem alium allegandi ex Centenaria, seu immemorabili, ut legere est in allegata *decisione 12. Martii.* 1706. §. *Non attento* ibi = *Non attento quod in aliquibus præsentationibus fuerit habita relatio ad privilegium concessum Sanct. memor. Julio II. quia non exinde inferri potest, quod Præsentantes titulum ex dict. privilegio allegare voluerint, tum quia factum fuit in alio judicio; & inter alias Personas ad Textus in leg. non debet, &c. tum quia exhibitio unius tituli non perimit facultatem alium præsertim ex immemorabili resultantem allegandi, cum in Beneficialibus detur multiplicatio titulorum* = & transmittitur D. Judici decisio per extensum, nec non Summarium Causæ in dicta Florentina impressum, & distributum in Rota, ubi constat de productionibus, quæ factæ fuerant in Statibus antiquis; in Summa verum est, quod in Judiciis rarus est casus spoliandi Possessores Centenarios habentes meliorem titulum de Mundo per oppositionem hujusmodi productionum, cum omnis interpretatio semper capiatur pro tanti temporis possessione = *Vetustas enim semper pro* 44
lege habetur = juxta verba *Textus in l. in summa ff. de aqua pluv. arcen.*

Quibus stantibus non instant considerationes D. Judicis super eo, an enunciativæ productionum possint intelligi de alio privilegio meliori, obtento sub eadem die, ab eodem Iulio II. punctus enim est, quod productiones non probantur, nec habent requisita necessaria ut supra, unde semper verum est, quod post aliud privilegium Centenaria subsequens præsumit aliud ex causa coæqualis dotationis, sive obtentum eodem tempore ab eodem Iulio II. sive ab alio Summo Pontifice post annum 1510. quem- 45
admodum declarant Trobat. *de effect. immem. quæst. 5. artic. 4. numer.* 35. Cardin. de Luc. *de regal. disc. 47. numer.* 8. maxime in Beneficialibus ubi passim admittitur, & datur multiplicatio titulorum, ut in *d. Januen. Abbatia dec. 218. n. 14. p. 6. rec. & in Verulana Abbatia 20. Junii 1707. §. & sane, & in Florentina Canon. 12. Martii 1706. §. non attento coram R. P. D. Lancetta.*

Remanet evacuanda tertia difficultas juxta quam supponitur Centenariam præbere titulum præsumptivum, qui possit aliis præsumptionibus elidi quales sunt relatæ in voto Bosculi *a numero* 114. *usque ad numero* 127. & maxime quia constat, quod de anno 1622. Ecclesia possidebat tantum illa bona, quæ fuerant assignata, & enunciata per Patronos in instrumento executionis privilegii Iulii II. de anno 1515.

Super hac difficultate facilis est responsio altera Iuris, & altera facti; supponitur enim quod Centenaria sit mera præsumptio, quæ contrariis præsumptionibus elidi possint, verum hoc suppositum subsistere non videtur in puncto Iuris, ex quo se- 46
cundum Doctores Centenaria est præsumptio Iuris, & de Iure, quæ non admittit probationem in contrarium, ut dixit Rot. *in d. Januen. Abbatia dec. 29. n. 52. & 53. p. 7. bon. mem. R. P. D. Severolus* in ejus voto pro Capitulo Chattusien. impresso apud Me *discept. Eccles. tom. 2. in fin. n.* 8. ibi = *cum Centenaria non se sistat in solis terminis præscriptionis, sed faciat præsumere privilegium, vel aliud quodcunque Jus, quod fortius adesse possit; cum tamen permanendo in terminis præscriptionis certum sit Centenariam æquiparari Immemorabili, & proinde præsumi adesse quidquid fuerit necessarium pro validitate actus, ita quidem ut hæc dicatur præsumptio Juris, & de Jure, quæ non admittit probationem in contrarium:* Fontanell. *dec. 217. n. 19. & seqq.* ibi = *probat centenaria, &c. hic temporis cursus inducit præsumptionem Juris, & de Jure pro titulo, & concessione privilegii quæ non admittit probationem in contrarium* = Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 19. n. 7. & seqq.* Thesaur. *quæst. foren. lib. 2. quæst. 27. n. 18. vers. talis autem præsumptio est Juris, & de Jure*, & aliis relatis Rot. *in Salisburgen. Vicaria super bono Jure 31. Januarii 1714. §. neque Centenaria, coram R. P. Dom. Falconerio* ibi = *quoniam Centenaria non allegatur in ratione præscriptionis, &c. sed in ratione possibilitatis allegandi, &c. quemcunque titulum meliorem, in quo casu adeo impensius agit, ut dicatur præsumptio Juris, & de Jure, quæ non admittit probationem in contrarium* =

Quæ opinio tanquam firmata per S. Rotæ Tribunal amplectenda venit in judicando, itaut titulus ex Centenaria præsumptus sit talis, ut contrarium probari non possit per alias præsumptiones ea ratione, quod sicut hodie recepta est opinio in Tribunalibus, quod Centenaria æquiparatur Immemorabili, & in materia ubi requiritur Immemorabilis ad- 47
mittitur Centenaria. Rot. *coram Emerix junior. decis. 1195. num. 2. & in Hieracen. Par. 25. Junii 1700. §. Cæterum, coram bon. memor. Mutt*, cum aliis relatis in *Nullius*, *seu* Caputaquen. *Jurisdictionis super bono Jure 21. Februarii 1710. §. In hoc sane, coram R. P. D. Falconerio*, ita si contra titulum præsum- 48
ptum ex Immemorabili non admittitur probatio in

contra-

contrarium cum illa habeat præsumptionem Iuris,
& de Jure ut apud Beroum *consil.* 115. *numer.* 31.
lib. 1. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 131. *num.* 50. Cra-
vett. *de antiquit. temp. part.* 4. §. *Absolutis*, *num.* 60.
Castill. *de tertiis*, *cap.* 8. *num.* 10. Peregrin. *de Jur. fi-
scal. lib.* 7. *titul.* 2. *num.* 65. *& lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 15.
Pecch. *de aqueduct. lib.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 3. *lib.* 1. *num.*
20. *& seqq.* utique nec etiam admitti potest proba-
tio in contrarium respectu Centenariæ, quæ Imme-
morabili æquiparatur imma major, seu majoris vir-
49 tutis reputatur, quam Immemorabilis, Cardin. de
Luca *de jurisdict. disc.* 93. *num.* 10. & melius sub eo-
dem *num.* 10. *vers. multo vero*, *& numer.* 12. *& de
alienation. disc.* 3. *num.* 17. Cravett. *de antiquit. tem-
por. part.* 4. §. *Absolutis*, *numer.* 4. Thesaur. *quæst. fo-
rens. libr.* 2. *quæst.* 27. *numer.* 3. Rot. *in dict. Nullius*,
seu Caputaquen. jurisdictionis super bono jure 21. *Fe-
bruarii* 1710. §. *Augetur*, *coram R. P. D. Falconerio*,
ibi = *Centenaria non quidem considerata ad effe-
ctum præscribendi, sed pro ratione allegandi titulum
præsumptum*, *&c. non solum æquipollet Immemorabi-
li, verum etiam major, majorisque virtutis est repu-
tanda.* =

Ultra quod probare velle negativam cujuscunque
tituli possibilis, & melioris de Mundo præsumpti
per Centenariam, videtur non quidem impossibile,
sed difficillimum, non enim ad hunc effectum ju-
vant præsumptiones, conjecturæ, verisimilitudines,
aut inverisimilitudines, eo quia contra titulum præ-
sumptum ex Centenaria oportet probare negativam
coarctatam excludendo omne possibile tam facti,
50 quam Juris, alias semper urget regula = *non pro-
bat hoc esse quod ab hoc contingit abesse* = & sem-
per sufficit habenti Centenariam possibilitas cujus-
51 cunque tituli per Centenariam præsumpti Rot. *coram
Coccin. decis.* 2226. *n.* 14. *& coram Emerix jun. decis.*
630. *n.* 7. *& dec.* 1170. *n.* 3. *& in rec. decis* 64. *n.* 25.
p. 17. *& in Leodien. Canonicatus* 23. *Januarii* 1711. §.
Alias enim, *coram R. P. D. Scotto nunc Illustriss. Gu-
bernat. Urbis.*

Hæc autem negativa non probatur ea quia de an-
no 1622. in Inventario bonorum Ecclesiæ enuncien-
tur illa, quæ fuerunt assignata pro augmento do-
tis in instrumento 20. Decembris anni 1510. in se-
quelam privilegii Julii II. nam primo bona descri-
pta in hoc Inventario discordant in Confinibus ab
illis assignatis in instrumento anni 1510. secundo
hoc Inventarium non coarctat negativam aliorum
52 bonorum, cum hoc tantum tribuatur inventario hæ-
reditario juxta ea, quæ notat Sabell. *in summ. di-
vers. tract.* §. *Inventarium*, *num.* 21. *in fine* Rota *de-
cis.* 498. *numer.* 32. *part.* 18. *recent.* ac etiam quia pos-
53 sibile est, quod in eodem Inventario alia bona o-
mitti potuerint ex negligentia Describentis, ut ad-
vertit Rocc. *disput. Jur. cap.* 149. *numer.* 22. ut enim
negativa coarctata non remaneat sufficit aliquid es-
54 set possibile quia requiritur coarctatio exclusiva o-
mnis possibilitatis Rot. *coram Bich. decis.* 400. *numer.*
18. *& coram Royas decis.* 195. *numer.* 16. *& in recent.
decis.* 267. *numer.* 19. *part.* 17. & in terminis casus
nostri Rota *in dict. Januen. Abbatia decis.* 29. *numer.*
70. *&* 72. *part.* 7. *recent.* & tertio demum ex affirma-
55 tiva illorum bonorum in d. Inventario enunciato-
rum, non concluditur pernecesse negativa propter
possibilitatem, quod alia bona pro supplemento do-
tis coæqualis assignata per Patronos potuerint dari
in pecunia, quæ converti potuerit in fabricam Ec-
clesiæ, seu in melioramenta ejus antiquorum bono-
rum, itaut hæc possibilitas sufficiat, ut negativa non
concludat Rot. d. *decis.* 195. *numer.* 16. *coram Royas*
Rocc. *disp. jur. cap.* 149. *num.* 25. *& dict. dec.* 29. *n.* 70.
part. 7. *recent.*

Dicebam quoque dari posse casum quod fuerint
assignata alia bona per Patronus, quodque hæc spa-
tio tanti temporis potuerint deperdi, seu alienari,
quæ possibilitas non tollitur ex præsumptionibus in-
verisimilitudinis, quod loco alienatorum alia bo-
na non fuerint subrogata, & quod alienata tan-
tum fuerint potius ista, quam alia quorum tot
minutæ particulæ remanserunt, nam sicut adverte-
bam non attenduntur hic præsumptiones, & inve-
risimilitudines, contra præsumptum titulum derivan-
tem ex centenaria, alias non esset vera conclusio,
quod sufficeret sola possibilitas ad excludendam ne-
gativam, quæ adeo difficilis probationis in Jure no-
stro reputatur; unde si attenditur possibilitas, nun-
quam præsumptio, seu verisimilitudo contraria pos- 56
sibilitatem tollit; nam etiam inverisimile non desi-
nit esse possibile, Rota *Januen. decis.* 67. *numer.* 46.
post Balduec. ad Ramon. *tom.* 4. & hæc est Virtus
centenariæ præsumentis omnia possibilia etiam quo- 57
ad ea, in quibus Jus commune repugnat Gabriel.
de præscript. lib. 5. *conclus.* 1. *num.* 9. Thesaur. *quæst.
foren. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 7. Beroius *cons.* 34. *numer.*
12. *&* 13. *lib.* 1. & talis centenaria pro veritate ha- 58
betur Bald. *in cap. cum causam numer.* 5. *de probat.*
Thesaur. *dict. quæst.* 27. *num.* 28. *in fine* Gabriel. *de
præscript. d. conclus.* 1. *num.* 73. Card. Paris. *cons.* 27.
num. 33. *lib.* 1.

Si talis est effectus centenariæ, ut omnia possi-
bilia præsumat pro justo, & legitimo titulo etiam in
iis, qui centenariam possessionem expleverunt au-
ctoritate propria, ut in materiis prophanis, utique
major præsumptio, & major effectus reputari de-
bet in hac materia Jurispatronatus, ubi possessio non
exercetur auctoritate propria, sed intervenire neces-
se est factum publicæ auctoritatis Judicis, seu Or-
dinarii, qui habet admittere præsentationes Patro-
norum, & quas post Concilii Tridentini publica-
tionem, admittere non potest nisi verificato Jure-
patronatus, unde si spatio centum annorum, & ul-
tra Patroni admissi fuerunt ad præsentandum in qui-
buscunque Mensibus, si semper canonizatum fuit
eorum Jurepatronatus in materia concernente eorum
præjudicium, si nunquam prætensum fuit jus libe-
re providendi, nunquam jus faciendi concursum,
si non fuit opposita ullo tempore insufficientia do-
tationis, si opponi magna facilitate poterat con-
tra Patronos neque Nobiles, neque Potentes, si
multo magis opponi debuisse credendum est respe-
ctu Ecclesiæ Parochialis habentes tot oculos Popu-
li etiam sibi prætendentis Juspatronatus, si demum
opponendi necessitatem dabant leges revocatoriæ
Adriani VI. & Concilii Tridentini, hæc omnia pro-
fecto simul considerata ingravescere faciunt virtu-
tem, & potentiam Centenariæ, majorem inducunt
præsumptionem justi tituli propter tot circumstan-
tias, & tot judiciales recognitiones, & approbatio-
nes Jurispatronatus factas ab Ordinariis interesse
habentibus, qui non nisi cum maxima circumspe-
ctione devenire solent ad canonizandam qualitatem
patronalem, quæ servitus Ecclesiæ est, quando ex 59
necessitate officii invigilare tenentur pro libertate
Beneficiorum, & Ecclesiarum, & signanter Paro-
chialium, quibus melius providetur libere, & præ-
vio concursu quam ad præsentationem Patronorum,
ut tradunt Cardinal. de Luca *de jurepatronat. discurs.*
9. *numer.* 17. Rota *decision.* 168. *numer.* 24. *part.*
10. *recentior. & in Gerunden. Beneficii* 26. *Aprilis*
1697. §. *In comprobationem*, *coram Eminentissimo D.
Cardinal. Priolo*, *& in Placentina jurispatronatus* 20.
Junii 1701. §. *Magis vero*, *coram Eminentissimo D.
Cardinal. Tremoille*, *& in Asculana jurispatronatus*
26. *Januarii* 1703. §. *Accedunt*, *coram R. P. D. Scoto
nunc Illustriss. Gubernat. Urbis.*

Hæc omnia meo judicio videntur ad plenum sa-
tisfecisse difficultatibus studio enunciandæ veritatis
ab integerrimo, & accurato Judice promotis, non
tamen omitto insistere super alio fundamento suffi-
cientiæ dotationis per me deducto in priori respon-
so §. *Verum ulterius cum sequent. usque ad finem*, de
quo Domin. Judex in suis difficultatibus mentionem
haud facit ideoque ad ibi deducta me remitto, &
ad effectum judicandi etiam ponderanda relin-
quo.

Concludendo in summa, quod cum magnus sit
favor longævi Possessoris habentis pro se centenariam,
cui omnia Jura favent tanquam habenti meliorem
titulum de Mundo, hinc rationabiliter deduco, quod
mea opinio, meum Votum habet pro se assisten-
tiam